


BREViarum
SANctae
LUGDUNensis
ECClesiae.
PRIMAE...

*Lione Diocesi, Demasso,
Mathieu Ogier








BREVIARIUM
sanctæ Lugdunensis Ecclesie
Prima galliarum Sedi.

Primo Sandorum et Primo Martyrum
Primo Lugdunensis Ecclesie glorioratur Tutelaribus




BREVIARIUM
S A N C T Æ
LUGDUNENSIS
E C C L E S I Æ.

P R I M Æ GALLIARUM SEDIS.
P A R S V E R N A.



L U G D U N I ,
Ex Typographia. P. VALFRAY, & Veneusti
Apud { JOANNEM BAPT. DE - VILLE. } in
P E T R U M V A L F R A Y , { Mercato-
rio.

M. D C. X C I I I .
C U M P R I V I L E G I O .





CAMILLUS
DE NEUVILLE
DEI ET SANCTÆ SEDIS
Apostolicæ gratiâ, Archiepiscopus &
Comes Lugdunensis, Galliarum Pri-
mas, Regiorum ordinum Commen-
dator, Lugduni Prorex, &c.

CLERO LUGDUNENSI
salutem in Christo IESU.

X QUO ad hujus diœcesis gubernationem vocavit nos benignitas Dei; Eò consilia omnia Referenda esse cen- suimus, Ut si quid Lugdunensi Ecclesie de pristino splendore forsan decessisset, ad eam quasi postliminiò rediret totum. Quocirca occa- siones, ad suas eidem Ecclesie prærogativas constan- ter asserendas, cum oblatæ fuerunt arripuimus: id que studuimus, non solùm ut commune sibi cum nonnullis aliis Ecclesiis nomen Primalis re- tineret; sed etiam ut juris à quo cæteræ regni Ec- clesie sunt exclusæ; possessionem ordinariâ Trima-

tus functione tueretur. Eodem pereinet quod cum anno labentis saeculi quinto supra quinquagesimum D. D. Decanus & Canonici Comites, nostrae Cathedralis Ecclesiae; Ceterorumque Collegiorum hujus urbis Canonici: nobis exposuissent novam Breviarii ad usum Lugdunensis hujus diocesis, Editionem necessariò curandam videri: tum ut id genus librorum qui perrari erant, occurreretur inopia: tum ut errata quæ in postremas editiones irrepserant emendarentur. Continuo Prima convocabimus predicatorum Ecclesiærum capita, ad omnes vias quibus ad id perveniri posset indagandas; virosque nostrorum Rituum & morum consultos, ei Breviario corrugendo & in meliorem redigendo formam jam tum præfecimus. Quæ verò consuetudo psallendi memoriter, apud nos multis jam saeculis viguit, Breviarium istud diù remorata est; mature pondératum fuit quid addendum quid detrahendum; libratis tandem momentis divinum hoc opus perfectum, est, & Cleri nostri expectationi factum est satis.

CUMQUE idem Clerus hujus Breviarii sic absoluti typos novos deposceret: nobis illud prælegi placuit. Exinde quæsivimus ab iisdem D.D. Decano & Canonicis Comitibus, nostræ Cathedralis Ecclesiae, quis illorum sensus, quædve judicium? illorum tandem suffragiis ultrò adhæsimus, fecimusque ac facimus potestatem præli, pro ea quæ fungimur. Pontificis auctoritate,

VOLUMUS

VOLUMUS autem & præcipimus ut iij omnes qui
anteâ recitabant & in posterûm recitabunt Officium
Lugdunense ; hoc utantur Breviario & non an-
tiquo.

PORRO cum in Rubricis, Psalmi Pœnitentiales
& Litaniæ Sanctorum præscribuntur ad recitan-
dum statis diebus ; erga illos qui privatim reci-
tant, id consilii solum non præcepti vim obtinere
declaramus. At eodem præcepti modo retineri vo-
lumus in Choro , quo hactenus observata sunt.

DATUM in Castro nostro de Neuville ad
Ararim propè Lugdunum. die vigesima quarta
Octobris anno Domini millesimo sexcentesimo no-
nagesimo secundo.

CAMILLUS, Archiepi-
copus Lugdunensis.

Per Illusterrimum & Reveren-
dissimum D. Dominum Ar-
chiepiscopum Præfatum.

BASSET.

DE ANNO ET EJUS PARTIBUS.

Annus menses habet duodecim, hebdomadas duas & quinquaginta; & diem unum; dies vero trecenos sexaginta quinque, & ferè sex horas; tanto enim temporis intervallo Sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horae singulis quaternis annis diem constituunt: hinc annus ille intercalaris, Bissexturnus, vel Bissextilis dicitur.

De Anni correctione, Ejusque necessitate, ac Kalendario Gregoriano.

Quod dictum est, Annū continere trecentos & sexaginta quinque dies, & ferè sex horas, intelligendū est, sex horas non esse integras, cùm ad earum complementum aliqua minuta deficiāt.

Ex quorum minutorum neglectu progressum est, ac si annus ultra dies 365. contineret integras sex horas; & factum est, ut minuta, quæ ultra debitam quantitatem annis singulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem juncta constituerint dies decem: qui causam dederunt, ut Aequinoctium vernum sedem suā mutaverit.

Cui malo occurrentis Gregorius XIII. non solum Aequinoctium vernum resti-

tuit in pristinam sedem, à qua jam à Concilio Niceno, decem circiter diebus in anno correctionis 1582. præcedendo recesserat, quod à Concilio ad xij Kal. Aprilis fuerat constitutum, & xiv. Lunam Paschalem suo in loco reposuit: sed viam quoque tradidit, & rationem, qua cavitur, ut in posterum & Aequinoctium vernum, & xiv. Luna Paschalis à propriis sedibus nūquā removerētur.

Ut enī Aequinoctium vernum ad xij. Kalend. Aprilis restitueretur, statuit, ut dicti decem dies in mense Octobris ipsius anni 1582. eximerentur, ut post quartā diem Octobris sancto Francisco sacram, sequens dies non esset quinta, sed decima quinta Octobris. Et ita error, qui in præteritum tot annorum circulis irrepserat, in momento temporis fuit correctus.

Ut autem in posterum idē error vitaretur, ne à xij. Kalend. Aprilis Aequinoctium vernū recederet, statuit idein Gregorius, Bissexturnus quarto quoque anno (uti mos est) continuari debere, præterquam in centesimis annis; qui quamvis Bissextilis anteā semper fuerint, qualem etiam esse voluit annū. 1600.

anno

anno correctionis proximum, post eum tamen, qui deinceps consequentur, ceterissimi; non omnes Bissextilis essent, sed in quadrigentis quibusque annis primi qui-que tres centesimi sine Bissexto transfigeretur; quartus vero quisque ceteris est Bissextilis, ita ut annus 1700. 1800. 1900. Bissextilis non snt, anno vero 2000 more consueto dies Bissextilis intercalatur, Februario dies 29. continent; idemque ordo intermittendi intercalandique Bissextilum diem in quagringentis quibusque annis perpetuo conservaretur.

Quatuor Tempora.

Quartuor Tempora celebrantur quarta & sexta Feria, ac 'Sabbato post tertiam Dominicam Adventus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentecostes, post Festum Exaltationis sanctæ Crucis.

Nuptia Quando Celebrari non possint, juxta Decretum Concilii Tridentini.

ADventus usque in diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum usque in Octavam Paschatis inclusivè, sancta Synodus solemnitates nuptiarum prohibet. In aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit.

De cyclo Decennovennali Aurei numeri.

CYclus decen-novennalis Aurei numeri, est revolu-

lutio numeri 19. annorum ab 1. usque ad 19. qua revolutione peracta, iterum ad unitatem redditur. Verbi gratia: Anno 1577. numerus cycli decenno-vennalis, qui dicitur Aureus, est 1. anno sequenti 1678. est 2. & ita deinceps in sequentibus annis, uno semper amplius usque ad 19. qui Aureus numerus cadet in annum 1595. post quem iterum ad unitatem redeundū est, ita ut anno 1596. Aureus numer⁹ sit rursus 1. & anno 1597. sit 2. &c.

Igitur ut Aureus numerus quolibet anno proposito inventiatur, composita est sequens tabella Aureorum numerorum, cuius usus incipit ab anno correctionis 1582. inclusivè, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cuiuslibet anni post annum 1582. reperiatur hoc modo.

15. 16. 17. 18. 19. 1. 2. 3. 4. 5.
6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui est 6. secundus autem, qui est 7. sequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius Aureum numerum queris, perveniat, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam percurris. Nam numerus, in quē annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæsitum.

**D E E P A C T I S , E T
N o v i l u n i i s .**

Epacta nihil aliud est, quām numerus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communē Lunarem dierū 354. superat: ita ut Epacta primi anni sit 11. cūm hoc numero annus Solaris communis Lunarē annum communem excedat: atque adeō sequenti anno Novilunia contingant 11. diebus priūs, quām anno primo. Ex quo sit, Epactam secundi anni esse 22. cūm eo anno rursus annus Solaris Lunarem annum superet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni, efficiunt 22. ac proinde, finito hoc anno, Novilunia contingere 22 diebus priūs, quam primo anno: Epactam autem tertii anni esse 3. quia si rursus 11. dies ad 22. adjiciantur, efficietur numerus 33. à quo si rejiciantur 30. dies, qui unam Lunationem Embolismalem constituit relinquentur 3. atque ita deinceps Progrediūtur enim Epactæ omnes per cōtinuum augmentum 11. dierum, abjectis tamen 30. quando rejici possunt. Solū quando perventum erit ad ultimam Epactam Aureo numero 19. respondentem, quæ est 29. adduntur 12. ut abjectis 30. ex composito numero 41. habeatur rursus Epacta 11. ut in principio. Quod ideo fit, ut ultima Lunatio Em-

bolismica, currente Aureo numero 19. sit tantum 29. dierum. Si enim 30. dies contineret, ut aliae sex Lunationes Embolismicæ, non redirent Novilunia post 19. annos Solares ad eosdem dies, sed versus calcem mensium prolaberentur, cōtingerentque uno die tardius quām ante 19. annos. De qua re, plura invenies in libro novæ rationis restituendi Kalendarij Romani. Sunt autē novendecim Epactæ, quot & Aurei numeri, respondebātque ipsis Aureis numeris ante Kalendarii correctionem eo modo, quo in hac tabella dispositæ sunt.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ante Kalendarii correctionem.

Aur. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
Epatt xij. xxij. liij. xliij. xxv. vi. xvij

8. 9. 10. 11. 12. 13.
xxvij. ix. xx. i. xij. xxij.

14. 15. 16. 17. 18. 19.
iv. xv. xxvi. vii. xviii. xxix.

Quia verò cyclus decennovennalis Aurei numeri imperfectus est, cūm Novilunia post 19. annos Solares non præcisè ad eadem loca redeant, ut dictum est, imperfectus etiam erit hic cyclus.

Cl^{us} 19. Epactarum. Quamobrem ita emendatus eit, ut in posterum loco Aurei numeri, & dictarum 19. Epactarum, utamur 30. numeris Epactalibus ab 1. usque ad 30. ordine progredientibus, quamvis ultima Epacta, sive quæ ordine est trigesima, notata numero non sit, sed signo hoc * propterea quod nulla Epacta esse possit 30. Variis autem temporibus ex his 30. Epactis respondent decem & novē Aureis numeris varia decem & novem Epactæ, prout Solaris anni, ac Lunaris æquatio exposcit: quæ quidem decem & novem Epactæ progrediuntur, ut olim, per eundem numerū 11. adduntur quæ semper 12. illi Epactæ, quæ respondet Aureo numero 19. ut habeatur sequens Epacta respondēs Aureo numero. 1. ob rationem paulò autē dictam: Id quod sequēs tabella perspicuum faciet, quæ continet Aureos numeros, & Epactas inter se respondentes ab anno correctio- nis 1582. post detractionem x. dierum, usque ad annum 1700. exclusivè. Quamvis autem vulgares Epactæ mutentur in Martio, re ipsa tamē in principio anni mutandæ sunt unā cum Aureo numero, in cuius locum hæ nostraræ Epactæ succedant.

Tabula Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis. 1582. (de-

tractis prius decem diebus) usque ad annum 1700. exclusivè.

Aur. n. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
Epact. xxvij. viij. xvlij. xxix. x. xxj.

12. 13. 14. 15. 16. 17.
ij. xiiij. xxiv. v. xvij. xxvij.

18. 19. 1. 2. 3. 4. 5.
viiij. xix. i. xij. xxij. iv. xv.

Itaque si Epacta quoque anno proposito invenienda sit, quæredus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellæ, quæ illi tempori, in quo propositus annus continetur, congruit. Mox enim sub Aureo numero in interiori ordine tabellæ reperiatur Epacta anni propositi, vel certe hoc signum * Ubi ergo illa Epacta vel signum* in Kalendario inventum fuerit, eo dicitur Novilunium fiet. Invenietur autem Aureus numerus vel ex antecedente canone, vel ex tabella Epactarum proposito tempori cōgruēte, tribuendo primūn Aureum numerum illius tabellæ illi anno, à quo usus tabellæ incipit, & secundum Aureum numerum sequenti anno, &c. Eodē modo repetiatur Epacta sine Aureo numero, si prima Epacta tabellæ tribuatur illi anno à quo ejus usus incipit, & secunda Epacta sequenti anno, &c.

Exemplum Anno corre-
ctionis 1582. Aureus num-
erus est 6 nempe primus pri-
mæ tabellæ; cuius usus incipi-
t ab Idibus Octobris dicti
 anni 1582. detraætis priùs x.
 diebus. Erit ergo tunc Epacta
 xxvj. quæ sub Aureo
num. 6. collocatur: fietque
 Novilunium die 27. Octo-
 bris & 26. Novembris, & 25.
 Decembris. Item anno 1583.
 jam correcto Aureus num-
 est 7. cui in eadem tabella
 supposita est Epacta vij. quæ
 toto eo anno in Kalendario
 Novilunia indicabit: ut in
 Januario die 24. in Februar.
 die 22. in Martio die 24. &c.

Tabella litterarum Domini-
calium ab Idibus Octo-
bris anni correctionis
1582. (detractis prius x.
diebus) usque ad annum
1700 exclusivè.

cbfAlfedlclA gfeldcb A
1gl lbl ldl

gledclb lgfeldlb Aig ifid
fl lAl lcl lcl

Uſus hujus tabellæ hic eſt.
Anno correctionis 1582.
poſt Idus Octobris (detra-
ctis priuis x. diebus) tribua-
tur littera c, primæ cellulæ,
& ſequenti anno 1583. lit-
tera b, ſecundæ, & anno
1484. dentur litteræ A g,
tertiæ cellulæ, & ſic dein-
ceps aliis annis ordine alia

cellulæ tribuantur, donec ad annum propositum perven-
tum sit, redeundo ad princi-
pium tabellæ, quotiescum-
que eam percurreris. Nam
cellula, in quam annus pro-
positus cadit, dummodo
minor fit, quam annus 1700.
dabit litteram Dominicalem
propositi anni. Quæ si unica
occurrerit, annus erit com-
munis; si verò duplex, Bis-
sextoris: & tunc superior lit-
tera Dominicam diē ostendet in Kalēdario à principio
anni usque ad Festum S. Ma-
thiæ Apostoli; inferior au-
tem ab hoc Festo usque ad
finem anni. Exempli gratia;
Sit invenienda littera Domi-
nicalis anno 1587. Numera
ab anno 1582. quem tribue-
primæ litteræ c, usque ad
annum 1587. tribuendo sin-
gulis cellulis singulos annos:
(computando geminas lit-
teras quascunque, superiorē
& inferiorem, pro una cellu-
la) cadetque annus 1587. in
litteram d, quæ sextum lo-
cum in tabella occupat. Est
ergo toto eo anno littera
Dominicalis d, annusque cō-
munis est, cùm littera sim-
plex occurrat. Rursus sit in-
vestiganda littera Domini-
nicalis anno 1616. Numera ab
anno 1581. ut dictum est,
usque ad annum 1616. re-
deundo ad principiū tabel-
læ, postquam eam percur-
ris, perveniesque ad duas
hasce litteras, c, b. septimo
loco positas. Est ergo annus
ille Bissextilis, cùm duplex

littera occurrat, superiorque littera c, Dominicam diem indicabit à principio anni illius usque ad festum sancti Mathiae, inferior autem b, in reliqua parte anni.

DE INDICIONE.

Indictio est revolutio
15. annorum ab 1. usque ad 15. qua revolutione perfecta, iterum redditur ad unitatem, initiumque sumit quilibet annus hujus cycli à Januario in Bullis Pontificiis. Et quoniam Indictionum frequens usus est in Diplomatibus, & scripturis publicis, facile annum Indictionis currentem quolibet anno proposito inveniemus ex sequenti tabella, cuius usus perpetuus est: initium tamen sumit ab anno correctionis 1582.

Tabella Indictionis ab anno correctionis 1582.

10.	11.	12.	13.	14.	15.	1.
2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
<hr/>						

Nam si anno 1582. tribuas primum numerum, qui est 10. & sequenti anno 1583. secundum numerum, qui est 11. & sic deinceps usque ad annum propositum, redeundo ad principiū tabella, quoriescumque eam percurrentis, cadet annus pro-

positus in Indictionem, quæ queritur.

DE FESTIS MOBILIBVS.

Quoniam ex decreto sacri Concilii Nicæni, Pascha, ex quo reliqua Festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominicō, qui proximè succedit xiv. Lunæ primi mensis; (is verò apud Hæbraeos vocatur primus mensis, cuius xiv. Luna vel cadit in diem verni Aequinoctii, quod die 21. mensis Martii contingit, vel propius ipsum sequitur; esticitur, ut si Epacta cuiusvis anni inveniatur, & ab ea in Kalendario notata inter diē octavum Martii inclusivè, & quintum Aprilis inclusivè (hujus enim Epactæ xiv. Luna cadit vel in diem Aequinoctij verni, id est, in diem 21. Martij, vel cum propiis sequitur) numerentur inclusivè deorsum versus dies quatuordecim, proximus dies Dominicus diem hunc xiv. sequens (ne cum Judæis conveniamus, si forte dies xiv. Lunæ caderet in diem Dominicum) sit dies Paschæ.

Exemplum. Anno 1605. Epacta est x. & littera Dominicalis b. Et quoniam invenimus Epactum x. inter diem 8. Martii, & 5. Aprilis inclusivè positam esse è regione diei 21. Martii, à quo inclusivè si deorsum versus numerentur 14. dies, in

veniemus xiv. Lunam die 3. Aprilis, quæ est Dominica, cum è regione illius sit littera Dominicalis b. Ne igitur cum Judæis conveniamus, qui Pascha celebrat die xiv. Lunæ, sumenda est littera Dominicalis b, quæ sequitur xiv. Lunam, nempe ea quæ è regione diei 10. Aprilis collocatur: atque eo anno Pascha celebrandum erit die 10. Aprilis. Itē anno 1604. Epacta est xxix. & duplex littera Dominicalis d, c, cùm annis ille sit Bissextilis. Si igitur ab Epacta xxix. quæ è regione diei 1. Aprilis ponitur inter diem 8. Martii. & 5. Aprilis inclusivè, numerentur dies 14. cadet xiv. Luna in diem 14. Aprilis. Et quia tunc currit posterior littera Dominicalis, nempe c, quæ post diem 14. Aprilis, id est, post xiv. Lunam collocata est è regione diei 18. Aprilis, celebrabitur eo anno Pascha die 18. Aprilis.

Cæterum ut facilius omnia Festa mobilia inveniantur. compositæ sunt duæ sequentes tabulae Paschales, una antiqua, & nova altera. Ex antiqua ita Festæ mobilia reperientur. In latere sinistro tabulae accipiatur Epacta currens, & in linea litterarum Dominicalium sumatur littera Dominicalis currens, infra tamen Epactam currentem: ita ut si littera Dominicalis currens reperiatur è regione Epactæ currentis,

assumenda sit eadem littera Dominicalis proximè inferior. Nam è regione hujus litteræ Dominicalis omnia Festa mobilia continentur.

Exemplum. Anno 1606. Epacta est xxi. & littera Dominicalis A. Si igitur in tabula antiqua sumatur littera Dominicalis A. quæ primò infra Epactam xxi. occurrit, reperietur è regione hujus litteræ Dominicalis Septuagesimæ die 22. Januarii, dies Cinerum 8. Februarii, Pascha 26. Martii, Ascensio Domini 4. Maii, Pentecostes 14. Maii, & festum Corporis Christi 25. Maii. Dominicæ autem inter Pentecosten & Adventū eo anno erunt 28. & Adventus celebrabitur die 3. Decemb. Et sic de cæteris. Item anno 1605. Epacta est x. & littera Dominicalis b, quæ in tabula reperitur è regione Epactæ x. Quare sumenda est alia littera b, quæ proximè infra Epactam invenitur, è regione cuius invenies Septuagesimam die 6. Februarij, diem Cinerum 23. Februarij, Pascha 10. Aprilis, &c.

Notandum autem est, quod quemadmodum in anno cōmuni, cadente littera Dominicali è regione Epactæ in tabula antiqua, similitur eadem littera proxima infra Epactam, ut diximus: ita quoque in anno Bissextili, si alterutra diuinæ litterarum Dominicalium tunc currentium

tium è regione Epactæ reperiatur , assumenda sunt aliæ duæ similes litteræ proximæ inferiores , ut Festa mobilia inveniantur.

Ex tabula verò Paschali nova ita eadem Festa mobilia reperientur. In cellula litteræ Dominicalis currens quaratur Epacta currens Nam è directo omnia Festa mobilia deprehendentur. Ut anno 1609. in cellula litteræ Dominicalis d, tunc currens è regione Epactæ xxiv. quæ codem anno currit, habetur Septuagesima die. 15. Febrarij, dies Cinerum 4. Martij, Pascha 19. Aprilis, &c.

Sed sive antiqua, sive nova tabula Paschali utamur, invenienda sunt omnia Festa mobilia in annis Bissextilibus per litteram Dominicalem posteriorem, quæ nimirum currit post festum S. Mathiae Apostoli, ne scilicet ambigamus, utra duarum litterarum pro hoc aut illo Festo indagando accipienda sit : ita tamen, ut Septuagesimæ, & diei Cinerum invētæ in Januario aut Februari. addatur unus dies. Quod ideo fit, quia ante diem sancti Mathiae currit prior littera Dominicalis, quæ in Kalēdario posteriorem semper sequitur: post festum autem S. Mathiae in Februario, licet posterior littera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita dies 24. Februarii dicatur

25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quod si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendū est, quia tunc & littera posterior currit, & dies mensis propriis numeris respondent, cum dies intercalaris Februarii sit additus. Immò nisi per posteriorem litteram investigarentur, nō inveniretur recte Septuagesima in anno Bissextili, currente Epacta xxiv vel xxv. & littera Dominicali d, c, ut in secundo ac tertio exemplo perspicuum fieri pro annis 4088. & 3784. exempli gratia Anno 2096. Bissextili, Epacta erit v. & littera Dominicales A g. Si igitur per posteriorem litteram, quæ est g, Festa mobilia, investigentur, reperiatur Septuages. die 11. Febr. & dies Cinerum, 28. Febr. Si autem addatur unus dies, cadet Septuagesima in diem 12. Febr. quæ est Dominica, & dies Cinerum in diem 29. Febr. quæ est Feria quarta, Pascha autem, & reliqua Festa in eos dies cadent, qui in tabula expressi sunt. Item anno 4088. Bissextili Epacta erit xxiv. & littera Dominicales d, c. Si igitur per litteram c, quæ posterior est, inquirantur Festa mobilia, invenietur Septuagesima die 21. Februarij, & si addatur unus dies, cadet in diem 22. Febr. quæ est Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martij: quare nihil additur, &c. Rursus,

anno.

anno 3784. Bissextili, Epacta hæc celebrata fuerint anno
erit xxv. & litteræ Dominicales d, c. ergo iterum per
posteriorem c, reperiatur Septuagesima die 21. Februa-
rii, hoc est, addita 1. die 22. Quod si per priorem litte-
ram d, in utroque horum duorum annorum agendū
esset, nihil efficeretur, cum infra Epactas xxiv. & xxv.
littera d, indicet Septuag.
die 15. Febr. quod falsum
esset, cùm eo anno posterior
littera c, Pascha offerat die
25. Aprilis, ac proinde Sep-
tuagesima die 22. Febr. cele-
branda sit, ut liquidò con-
stat, si à die Paschæ, Domi-
nicæ retrò numerentur us-
que ad Septuagesimam.

In priori porro tabula
Paschali antiqua reformata,
Epactis ad sinistram præpo-
suimus Aureos numeros eodem
ordine quo ante emen-
dationem Kalendarij collo-
cari solebant, ut ex iis Festa
mobilia invenirentur. Hoc
autem idcirco à nobis fa-
ctum est, ut Pascha, cetera
que Festa mobilia, à Con-
cilio Nicæno usque ad an-
num 1582. quilibet indagare
possit. Eodem autem prorsus
artificio ex Aureis numeris
ita distributis Festa mobilia
eruuntur, quo ex Epactis.
Sit enim explorandum,
exempli causa, quando Festa

1450. Quoniam eo anno
Aureus numerus fuit 7. &
littera Dominicalis d, si
Aureus numerus 7. in sini-
stro latere accipiatur, & pri-
ma littera d, infra eum oc-
currens, reperiatur è regione
hujus litteræ d, Septuage-
simæ die 1. Februarij, dies
Cinerum 18. Februarij, Pas-
cha die 5. Aprilis, &c.

Adventus Domini celebra-
tur semper die Dominico,
qui propinquior est festo
S. Andreae Apostoli, nempe
à die 27. Novembris inclu-
sive usque ad diem 3. Decembris
inclusivæ : ita ut
littera Dominicalis currens,
quæ reperitur in Kalendario
à die 27. Novembris usque
ad diem 3. Decembris, in-
dicet Dominicam Advætus.
Ut verbi gratia, si littera Do-
minicalis est g, Dominica
Adventus cadet in diem 2.
Decembris ; quia ibi est lit-
tera, g, in Kalendario, &c.

Ad finem tandem tabula-
rum Paschaliū apposita est
tabula temporaria multorū
annorum, e regione quorum
omnia festa mobilia inve-
niuntur : quæ quidem ta-
bula ex tabulis Paschali-
bus excerpta est, ex qui-
bus infinitæ aliae erui pos-
sunt pro quibuscumque an-
nis.

TABULA PASCHALIS
ANTIQUA REFORMATA.

Anno num.	Cycles E[rlas] Annorum.	xxvij	c	Jan	Febr.	Mare.	Apr.	Maij	Maij	Prima Dominica
										Adventus.
16		xxvij	c	Jan	Febr.	Mare.	Apr.	Maij	Maij	
5		xxviij	d	18	4	22	30	10	21	29 N.
13		xxvij	e	19	5	23	1 Mai.	11	22	28
2		xxvij	f	20	6	24	2	12	23	1. D.
1		xxvij	g	21	7	25	3	13	24	2
10		xvij	A	22	8	26	4	14	25	28 3.
18		xvij	B	23	9	27	5	15	26	27 M.
7		xvij	C	24	10	28	6	16	27	28
15		xvij	D	25	11	29	7	17	28	27
4		xvij	E	26	12	30	8	18	29	30
12		xvij	F	27	13	31	9	19	30	1. D.
1		xvij	G	28	14	1 Apr.	10	20	31	27 3.
9		xij	A	29	15	2	11	21	1. Iul.	27 3.
17		xij	B	30	16	3	12	22	2	26 27 M.
16		xij	C	31	17	4	13	23	3	26 28
1		vij	D	Feb.	18	5	14	24	4	26 29
9		vij	E	2	19	6	15	25	5	26 30
17		vij	F	3	20	7	16	26	6	26 1. D.
15		vij	G	4	21	8	17	27	7	26 2
3		vij	A	5	22	9	18	28	8	26 3
11		vij	B	6	23	10	19	29	9	26 27 N.
14		vij	C	7	24	11	20	30	10	25 28
1		vij	D	8	25	12	21	31	11	25 29.
13		vij	E	9	26	13	22	1. Iul.	12	25 30
11		xxix	F	10	27	14	23	2	13	25 1. D.
19	25.	xxvij	G	11	28	15	24	3	14	25 2
8	xxv	xxvij	A	12	1 Mar.	16	25	4	15	25 3.
		xxvij	B	13	2	17	26	5	16	24 27 M.
		xxvij	C	14	3	18	27	6	17	24 28
		xxvij	D	15	4	19	28	7	18	24 29
			E		16	5	20	8	19	24 30
			F		17	6	21	9	20	24 1. D.
			G		18	7	22	10	21	24 2
			A		19	8	23	11	22	24 3.
			B		20	9	24	12	23	23 27 N.
			C		21	10	25	13	24	23 28

TABULA PASCHALIS.

<i>Littere Dominic.</i>	<i>Cyclus Epactarum.</i>	<i>Septu- geſimæ.</i>	<i>Dies Cinorum</i>	<i>Pascha.</i>
D	23. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	18. Jau. 25. Jan. 1. Febr. 8. Febr. 15. Febr.	4. Feb. 11. Feb. 18. Feb. 25. Feb. 4. Mar.	22. Mar. 29. Mar. 5. Apr. 12. Apr. 19. Apr.
E	23. 22. 21. 20. 19. 8. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	19. Jau. 26. Jan. 2. Febr. 9. Febr. 16. Febr.	5. Feb. 12. Feb. 19. Feb. 26. Feb. 3. Mar.	23. Mar. 30. Mar. 6. Apr. 13. Apr. 20. Apr.
F	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	20. Jan. 27. Jan. 3. Febr. 10. Febr. 17. Febr.	6. Feb. 13. Feb. 20. Feb. 27. Feb. 6. Mar.	24. Mar. 31. Mart. 7. Apr. 14. Apr. 21. Apr.
G	23. 22. 21. 20. 9. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	21. Jan. 28. Jan. 4. Feb. 11. eb. 18. Febr.	7. Feb. 14. Feb. 21 Feb. 28. Feb. 7. Mar.	25. Mar. 1. Apr. 8. Apr. 15. Apr. 22. Apr.
A	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	22. Jan. 29. Jan. 5. Febr. 12. Febr. 19. Febr.	8 Feb. 15. Feb. 22. Feb. 1. Mar. 8. Mar.	26. Mar. 2. Apr. 9. Apr. 16. Apr. 23. Apr.
B	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	23. Jan. 30. Jan. 6. eb. 13. Febr. 20. Febr.	9. Feb. 16. Feb. 23. Feb. 2. Mar. 9. Mar.	27. Mar. 3. Apr. 10. Apr. 17. Apr. 24. Apr.
C	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. xxv. 25. 24.	24. Jan. 31. Jan. 7. Febr. 14. Febr. 21. Febr.	10. Feb. 17. Feb. 24. Feb. 3. Mar. 10. Mar.	28. Mar. 4. Apr. 11. Apr. 18. Apr. 25. Apr.

NOVA

NOVA REFORMATA.

<i>Ascensio.</i>	<i>Pente-</i> <i>costes.</i>	<i>Corpus</i> <i>Christi.</i>	<i>Dominice inter</i> <i>Pent. &</i> <i>Adventum.</i>	<i>Prima Do-</i> <i>minica Ad-</i> <i>vensis.</i>
30. Aprilis.	10 Maij.	21 Maij.	28	29 Nov.
7 Maij.	17 Maij.	28 Maij.	27	29
14 Maij.	24 Maij.	4 Junij.	26	29
21 Maij.	31 Maij.	11 Junij.	25	29
28 Maij.	7 Junij.	18 Junij.	24	29
1 Maij.	11 Maij.	22 Maij.	28	30 Nov
8 Maij.	18 Maij.	29 Maij.	27	30
15 Maij.	25 Maij.	5 Junij.	26	30
22 Maij.	1 Junij.	12 Junij.	25	30
29 Maij.	8 Junij.	19 Junij.	24	30
2 Maij.	12 Maij.	23 Maij.	28	1 Decemb.
9 Maij.	19 Maij.	30 Maij.	27	1
16 Maij.	26 Maij.	6 Junij.	26	1
23 Maij.	2 Junij.	13 Junij.	25	1
30 Maij.	9 Junij.	20 Junij.	24	1
3 Maij.	13 Maij.	24 Maij.	28	2 Deceimb.
10 Maij.	20 Maij.	31 Maij.	27	2
17 Maij.	27 Maij.	7 Junij.	26	2
24 Maij.	3 Junij.	14 Junij.	25	2
31 Maij.	10 Junij.	21 Junij.	24	2
4 Maij.	14 Maij.	25 Maij.	28	3 Decemb.
11 Maij.	21 Maij.	1 Junij.	27	3
18 Maij.	28 Maij.	8 Junij.	26	3
25 Maij.	4 Junij.	15 Junij.	25	3
1 Junij.	11 Junij.	22 Junij.	24	3
5 Maij.	15 Maij.	26 Maij.	27	27 Nov.
12 Maij.	21 Maij.	2 Junij.	26	27
19 Maij.	29 Maij.	9 Junij.	25	27
26 Maij.	5 Junij.	16 Junij.	24	27
2 Jurij.	12 Junij.	23 Junij.	23	27
6 Maij.	16 Maij.	27 Maij.	27	28 Nov.
13 Maij.	23 Maij.	3 Junij.	26	28
20 Maij.	30 Maij.	10 Junij.	25	28
27 Maij.	6 Junij.	17 Junij.	24	28
3 Junij.	13 Iunij.	24 Junij.	23	28

TABULA

TABULA TEMPORARIA.

Anni Usmi- ni.	Littere Doni- nical.	Aur. Nu- mer.	Epi- cle.	Septen- tisim.	Dies Ci- nerum.	Pascha.
1693	d	3	xxiiij	18 Jan.	4 Febr.	22 Mart.
1694	c	4	iv	7 Feb.	24 Febr.	11 Aprilis
1695	b	5	xv	30 Jan.	16 Febr.	3 Aprilis
1696	A g	6	xxvii	19 Feb.	7 Mart.	22 Aprilis
1697	f	7	vii	3 Feb.	20 Febr.	7 Apr.
1698	e	8	xviii	26 Jan.	12 Febr.	30 Mart.
1699	d	9	xxix	15 Feb.	4 Mart.	19 Apr.
1700	c	10	ix	7 Feb.	24 Febr.	11 Apr.
1701	b	1	xx	23 Jan.	9 Febr.	27 Mart.
1702	A	12	j	12 Feb.	1 Mart.	16 Apr.
1703	g	13	xij	4 Feb.	21 Febr.	8 Aprilis
1704	f e	14	xxiij	20 Jan.	6 Febr.	13 Mart.
1705	d	15	iv	8. Feb.	25 Febr.	12 Apr.
1706	c	16	xv	31 Jan.	17 Febr.	4 Apr.
1707	b	17	xxvii	20 Feb.	2 Mart.	24 Apr.
1708	A g	18	vii	5 Feb.	22 Febr.	8 Aprilis
1709	f	19	xviii	27 Jan.	13 Febr.	31 Mart.
1710	e	1	*	16 Feb.	5 Mart.	20 Apr.
1711	d	2	xj	1 Feb.	18 Febr.	5 Apr.
1712	c b	3	xxiij	24 Jan.	10 Febr.	27 Mart.
1713	A	4	iii	12 Feb.	1 Mart.	16 Aprilis
1714	g	5	xiv	28 Jan.	14 Febr.	1 Apr.
1715	f	6	xxv	17 Feb.	6 Mart.	21 Apr.
1716	e d	7	vj	9 Feb.	26 Febr.	12 Apr.
1717	c	8	xxiiij	24 Jan.	10 Febr.	28 Mart.
1718	b	9	xxviij	13 Feb.	2 Mart.	17 Aprilis
1719	A	10	ix	5 Feb.	22 Febr.	9 Apr.
1720	g f	11	xx	28 Jan.	14 Febr.	31 Mart.
1721	e	12	i	9 Feb.	26 Febr.	13 Apr.
1722	d	13	xij	1 Feb.	18 Febr.	5 Apr.
1723	c	14	xxiiij	24 Jan.	10 Febr.	28 Mart.
1724	b A	15	iv	13 Feb.	1 Mart.	16 Apr.
1725	g	16	xv	28 Jan.	14 Febr.	1 Apr.

FESTO

FESTORUM MOBILIUM

<i>Anni- Do- mini.</i>	<i>Ascensio Domini.</i>	<i>Pente- costes.</i>	<i>Corpus Christi.</i>	<i>Indul.</i>	<i>Dñica post Pent.</i>	<i>Dñica jo Ad- venus.</i>
1693	30 April.	10 Maii.	21 Maii.	1	28	29 Nov.
1694	10 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	2	29	28 Nov.
1695	12 Maii.	22 Maii.	2 Junij.	3	26	27 Nov.
1696	31 Maii.	10 Junii.	21 Junii.	4	24	2 Dec.
1697	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii	5	26	1 Dec.
1698	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	6	27	30 Nov.
1699	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	7	24	29 Nov.
1700	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	8	25	28 Nov.
1701	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii.	9	27	27 Nov.
1702	25 Maii.	4 Junii.	15 Junij	10	25	3 Dec.
1703	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	11	26	2 Dec.
1704	1 Maii.	11 Maii.	22 Maii.	12	28	30 Nov.
1705	21 Maii.	31 Maii.	11 Junii.	13	21	29 Nov.
1706	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii.	14	26	28 Nov.
1707	2 Junii.	12 Junii.	23 Junii.	15	23	27 Nov.
1708	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	1	26	2 Nov.
1709	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	2	27	1 Dec.
1710	29 Maii.	8 Junii.	19 Junii.	3	24	30 Nov.
1711	14 Maii.	24 Maii.	4 Junii.	4	26	29 Nov.
1712	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii.	5	27	27 Nov.
1713	25 Maii.	4 Junii.	15 Junij.	6	25	3 Dec.
1714	10 Maii.	20 Maii.	31 Maii.	7	27	2 Dec.
1715	30 Maii.	9 Junii.	20 Junii.	8	24	1 Dec.
1716	21 Maii.	31 Maii.	11 Junii.	9	25	29 Nov.
1717	6 Maii.	16 Maii.	27 Maii.	10	17	28 Nov.
1718	26 Maii.	5 Junii.	16 Junii.	11	24	27 Nov.
1719	18 Maii.	28 Maii.	8 Junii.	12	26	3 Dec.
1720	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	13	27	1 Dec.
1721	22 Maii.	1 Junii.	12 Junii.	14	25	30 Nov.
1722	14 Maii.	14 Maii.	4 Junii.	15	26	29 Nov.
1723	6 Maii.	6 Maii.	27 Maii.	1	27	28 Nov.
1724	15 Maii.	25 Maii.	15 Junii.	2	25	3 Dec.
1725	10 Maii.	20 Maii.	31 Maii.	3	27	2 Dec.

DUÆ

DUÆ TABELLÆ

EX RUBRICIS GENERALIBUS

EX C E R P T Æ.

In quorum prima statim videri poserit, de quo celebrandum erit Officium, si plura eodem die Festa occurrant.

In secunda vero, quomodo Officium precedens concurrat in Vesperis cum Officiis sequentibus diei.

Ex utraque Tabella hæc ordine reperietur quid quartitur.

Primum inveniatur numerus positus in quadrangulo illo, in quo Festa, de quibus est controversia, sibi invicem occurront; deinde legatur Regula, juxta dictum numerum descripta & ex ea clare videbitur quid sit agendum.

Exempli gratia. Quadrangulus in quo sibi invicem occurront Duplex primæ Classis, & Dominica primæ Classis, erit qui est in angulo superiori primæ Tabellæ. In quo signatus est numerus. 1. quia si ad eum tam Duplex, quam Dominica prædicta ex eorum locis recto trahite pergerent; in eo sibi invicem occurrerent. Regula autem juxta dictum numerum apposita sic habet.

1. *Translatio de primo, Officium de secundo.* Id est, duplex primæ Classis prædictum transferatur, & Officium hæc de Dominica prima Classis: quia cum in his regulis dicitur, De primo seu præcedenti, intelligitur de Feste in superiori parte Tabellæ apposito, ut Duplex prædictum; Cum vero de secundo vel sequenti, intelligitur de Feste in inferiore parte sub numeris apposito ut Dominica prædicta.

In aliquibus autem quadrangulis nullus apodus est numerus, vel quia nullus occursus neque concursus esse potest vel quia in propriis locis adnotatur in Breviario, quid sit agendum. Scire autem oportet quantum Duplicia primæ Classis, & dupl. majora; & quæ Dominica & Feriae maiores dicantur.

D U P L I C I A P R I M A E C L A S S I S .

In quibus nulla fit commemorationis quocunquam Festorum occurrentium, Nativitas Domini.

Circumcisio.

Epiphanie.

Pascha cum tribus antecedentibus

& duobus sequentibus diebus.

Ascensio Domini.

Pentecontæ cum duobus sequentibus diebus.

Festum Trinitatis.

Festum Corporis Christi.

Nativitas S. Joannis Baptiste.

Assumptio B. Marie Virginis.

Festum omnium Sanctorum.

Dedicatio Propriæ Ecclesie.

Patronus vel Titulus Ecclesie.

D U P L I C I A M A I O R A .

In quibus non fit commemorationis de Simplicibus nisi per ix. Lett. Ad Matut. sed non dicitur de eis. Orat. Ad Missam majo.

Concepcionis

Purificatio

Annuntiationis

Nativitas

Festum SS. Apost. Petri & Pauli.

D O M I N I C A E M A I O R E S .

dividantur in duas classes,

D O M I N I C A E P R I M A E

Classis.

Prima Adventus.

Septuagesima.

Prima Quadragesima.

Passionis.

Palmarum.

Paschæ.

Oclavæ Pascha seu in Albis.

Pentecontæ.

Ocl. Pentecontæ sive Trinitatis.

D O M I N I C A E S E C U N D A E

Classis.

Secunda

Tertia.

Quarta.

Adventus.

Dominicae

Sexagesima.

Quinquagesima.

Secunda

Tertia.

Quarta.

Quadragesima.

Ha omnes Dominicae, nunquam omituntur quicunque Feste advenerint.

Feria maiores de quibus semper fit commemorationis.

Adventus.

Quadragesima.

Quatuor Temporum.

Secunda

Quarta

Rogationum.

S I O C C U R R A T
eodem Die.

Notandum, quod Duplex quundam
cunum, etiam Patroni, & Tituli
Ecclesie, vel Dedicationis ejusdem,
occurrens in Vigiliis Nativitatis Domini & Pentecostes, in
die Circumcisionis, in die Octava
Epiphanie, in Feria iv, cincrum &
à Feria iv, in majori Hebdomada,
inclusis, usque ad Oct. Pasche in-
clusivè. In Ascensione Domini in
Pentecoste, & per Octavam. In
Festo Corporis Christi, in Feto
Assumptionis B. Virginis, & omni-
nium SS. Transfertur.

*Infra Oct. Epiphani. fit tantum
de Patrono vel Titulari Ecclesie,
& ejusdem Dedicatione cum com-
memor. Octava: alia Festa trans-
feruntur post Octavam.*

De Oclava Nativit. Domini Epiphani. & Corporis Christi, semper fit commemoratione quocumque Festo in illis occurrente.

De aliis Etatibus, qua non sunt in
Kaicudario nil fit à Feria iv. C. ne-
rum usque ad Dom. Oct. Pascha
seu in Albis, & a Vigili Pentecost.
usque ad festum Trinitatis inclusi- &
die 17. Decemb. usque ad Epiphaniā.
De Translatione Ostatuum vide
Rubricam de Translat. Fest. num. 1.

Si occurrat et Patronus vel Titulus Ecclesie de cunctis sit eodem die in Kalendario cum aliis Sanctis, in ea Ecclesia sit tantum de Patrone vel Titulari absque commemoracione aliorum. Qui si in die Kalendario descripti sunt sub officio

ficio Duplici , vel Semiduplici , transferuntur in primam diem simili Osticio non impeditam , & de his fiat secundum qualitatem Officij. Si verò in Kalendario omnes sint tanquam Festum Simplex , de aliis nil fit.

De Feriis Adventus, & Quadragesima , quando de eis non fit Officium , fit commemoratione per Lectionem in Matut. vel orat. in Missa

quocunque festo adveniente. De Quatuor Temporibus Feria ij. & iv. Rogationum , ac Vigilia , non fit commemoratio. in Festis Duplicib. i. Clavis , sed in ceteris omnibus. Si verò aliqua Vigilia occurrat in Adventu , Quadragesima & Quatuor Temporibus , vel in diebus Festorum Duplicium primae Classis Patroni vel Dedicationis Ecclesiae de ea nihil fit omnino.



QVANDO

QVANDO CONCVRRI.

Notandum quod Festa SS. Trinitatis, Corporis Christi. Transfigurationis, sunt omnino completa, id est, habent primas & secundas Vesperas, processionem, & Hymnum ad Completorium: similiter & Festa B. Matiae Virginis, nisi concurrant cum Festis Domini nostri Iesu Christi ut Festum ad Nives cum Transfiguratione.

Notandum quoque quod in pri-

mis Vesperis dici Octavæ Ascensionis & Corporis Christi Officium fit de Octava nisi fuerit festum Duplex primæ Classis , vel Duplex majus.

In secundis Vesperis diei Octave Pascha, de sequenti Festo fit tantum processio nisi fuerit; Duplex majus. Tunc enim fieret totum de sequenti, nihil de praecedenti.

P E R M I S S I O N E T M A N D E M E N T
de Monseigneur l'Archevêque & Comte de
Lyon , primat de France , Commandeur des
ordres du Roy , & son Lieutenant general au
Gouvernement de Lyon , Pays de Lyonnais ,
Forest & Beaujolois , &c.

Nous mandons & permettons aux
Sieurs Jean-Baptiste Deville, & Pierre
Valfray, Marchands Libraires de cette Ville,
d'imprimer ou faire imprimer le Breviaire
que nous avons fait nouvellement révoir
& corriger selon l'usage de notre Eglise
de Lyon , avec défences à tous autres d'im-
primer & debiter ledit Breviaire. Fait à
Neufville le 20. Decembre 1692.

L'ARCHEVEQUE, de Lyon.

JANUARIUS.

Cylcus Littera
Epact. Dom.

Dies
mensis.

*	A	Kal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI, & Oct. Nativ. ejusdem. Duplex prima Classis.
xxix	b	iiij	2	Octava S. Stephani Protomart. semidu- plex mi. Com. S. Clari Confess.
xxvij	c	iij	3	Octava S. Joannis Apost. semid. mi. Commem. S. Genovefa virg. in Miss.
xxvij	d	Prid.	4	Octava SS. Innocentium semid. mi.
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ ij. Leet.
25 XXV	f	vij	6	EPIPHANIA DOMINI. Dupl. I. Classis.
xxiv	g	vij	7	De Octavâ Epiphaniæ. ij. Leet. -
xxij	A	vj	8	De Octava.
xxij	b	v	9	De Octava.
xxj	c	iiij	10	De Octava.
xx	d	iij	11	De Octava.
xix	e	Prid.	12	De Octava.
xvij	f	Idib.	13	Octava Epiphaniæ. semid. mai.
xvij	g	xix	14	Felicis Presbyt. & Conf. ij. Leet. Com. S. Pauli primi Eremitæ. Commem. minor. fidel. Defunctorum.
xvj	A	xvij	15	Hilarii Episc. & Confess. ij. Leet.
xv	b	xvij	16	Marcelli Papæ & mart. ij. Leet.
xiv	c	xvj	17	Antonii Abbatis sem. mai. Co. SS. Speco- sippi, Eleosippi & Meleosippi. in.
xij	d	xv	18	Cathedra S. Petri Romæ ij. Leet. Com.
xij	e	xiv	19	S. Priscæ Virg. & m. Primum Septuag.
xj	f	xij	20	Fabiani & Sebastiani mart. dupl. min.
x	g	xij	21	Agnetis Virg. & mart. semid. mi.
ix	A	xj	22	Vincentii mart. semid. mai.
vij	b	x	23	Barnardi Episc. & Conf. Lugd. ij. Leet.
vij	c	ix	24	Timothei Apost. ij. Leet.
vj	d	vij	25	Conversio S. Pauli Apost. semid. mai. Com. S. Prajecti Episc. & mart. in Miss.
v	e	vij	26	Polycarpi Episc. & mart. ij. Leet.
iv	f	vj	27	Joan. Chrysost. Episc. & Conf. ij. Leet.
ij	g	v	28	Agnetis secundò ij. Leet.
ij	A	iiij	29	Francisci Salesii Episc. & Conf. semid. mai. Com. S. Valerii Episc. & Conf.
j	b	iij	30	
*	c	Prid.	31	

F E B R U A R I U S.

<i>Cycles</i>	<i>Litteræ</i>	<i>Dies</i>	
<i>Epsalt.</i>	<i>Dom.</i>	<i>mensis</i>	
xxix	d	Kal.	1 Ignatij Episc. & mart. <i>iiij. Le&t;</i>
xxviii	e	iv	2 PURIFICATIO B. M. VIRG. duplex <i>mai.</i>
xxvij	f	iij	3 Blasij Episc. & mart. <i>iiij. Le&t. In maj. Ec-</i> <i>cles. semid. maj. Com. S. Lupicini Episc.</i>
25. xxvi	g	Prid.	4 Lugd. & Conf. <i>in Missa.</i>
25. xxiv	A	Non.	5 Agathæ Virg. & mart. <i>semid. mi.</i>
xxiij	b	vij	6
xxij	c	vij	7
xxj	d	vj	8 Primum Quadrag.
xx	e	v	9 Apolloniae Virginis & mart. <i>ij. Le&t.</i>
xix	f	iv	10
xviii	g	ijj	11 Desiderij Episc. & mart. <i>ij. Le&t.</i>
xvij	A	Prid.	12
xvj	b	Idib.	13 Stephani Episc. Lugd. & Conf. <i>ij. Le&t.</i>
xv	c	xvj	14 Valentini Interamniensis Episc. atque Valentini Presbyt. Romani, martyrum. <i>ij. Le&t.</i>
xiv	d	xv	15
xijj	e	xiv	16 Onesimi Apost. <i>ij. Le&t.</i>
xij	f	xijj	17
xj	g	xij	18
x	A	xj	19
ix	b	x	20
vijj	c	ix	21
vij	d	vijj	22 Cath. S. Petri Antioch. <i>ij. Le&t. ult. Sepb.</i>
vj	e	vij	23 Vigilia. Carnis abstinentia.
v	f	vj	24 MATTHIE APOSTOLI. dupl. mi.
iv	g	v	25
ijj	A	iv	26
ij	b	ijj	27 Baldomeri Subdiacon. Lugd. & Con-
j	c	Prid.	28 fess. <i>ij. Le&t.</i>

In anno bissextili, Februarius est dierum 29. Et festum S. Matthiae celebratur 25. Februarij: Et bis dicitur, Sexto Kalendas, id est, die 24. Et die 25. Et littera Dominicalis quæ assumpta fuit in mense Januario, mutatur in precedentem: Ut si in Januario littera Dominicalis fuit A, mutatur in precedentem, quæ est g, &c. Et littera F, bis servit 24. & 25. Quando vero in anno bissextili dies viges. quarta venerit in Sabbato; tunc etiam ipsa die 24. celebratur festum S. Matthiae, & festivatur, secundum usum Lugdunensis Ecclesie.

M A R T I U S

M A R T I U S.

<i>Cyclus</i>	<i>Litteræ</i>	<i>Dies</i>	
<i>Epagl.</i>	<i>Dom.</i>	<i>mensis.</i>	
*	d	Kal.	1
xxix	e	vj	2
xxvij	f	v	3
xxvij	g	iv	4
xxvj	A	iij	5
25. xxv.	b	Prid.	6
xxiv	c	Non.	7
xxiiij	d	vij	8
xxij	e	vij	9
xxj	f	vj	10
xx	g	v	11
xix	A	iv	12
xvij.	b	iij	13
xvij	c	Prid.	14
xvj	d	Idib.	15
xv	e	xvij	16
xiv	f	xvj	17
xij	g	xv	18
xij	A	xiv	19
xj	b	xij	20
x	c	xij	21
ix	d	xj	22
vij	e	x	23
vij	f	ix	24
vj	g	vij	25
v	A	vij	26
iv	b	vj	27
iij	c	v	28
ij	d	iv	29
j	e	iij	30
*	f	Prid.	31

Thomæ Aquinatis Conf. *semid. mi.* In
quibusdam Ecclesiis tantum.

Gregorij Papæ & Confess. *semid. mai.*

Ultimum Quadrag.

Josephi sponsi B.M. Virg. *duplex mai.*

Joachim Patris B. M. V. *semid. mai.*

Com. S. Benedicti Abb. *Æquinoct. Vern.*

Primum Pascha.

ANNUNTIATIO B. M. VIRGINIS

Duplex, mai.

APRILIS.

Cyclus	Littera	Dies	
Epact.	Dom.	mensis	
xxix	g	Kal.	1
xxviii	A	iiij	2 Nicetii Episc. Lugd. & Cōf. <i>semid.mai.</i>
xxvij	b	iij	3 Cō. S. Francisci de Paula Cōf. in <i>Missa.</i>
25. xxvj	c	Prid.	4 Ambrosii Episc. & Conf. <i>semid.mai.</i>
25. xxiv	d	Non.	5
xxij	e	vij	6
xxij	f	vij	7
xxj	g	vj	8
xx	A	v	9
xix	b	iiij	10
xvij	c	iiij	11 Leonis I. Papæ & Confess. <i>ij.Let.</i>
xvij	d	Prid.	12
xv)	e	Idib.	13
xv	f	xvij	14 Tiburtii, Valeriani, & Maximi, mart.
xiv	g	xvij	15 <i>ij.Let.</i>
xij	A	xvj	16
xij	b	xv	17
xj	c	xiv	18 Gebuini Episc. Lugd. & Conf. <i>ij.Let.</i>
x	d	xij	19
ix	e	xij	20
vij	f	xj	21
vij	g	x	22 Ippipodii mart. Lugd. <i>ij.Let.</i>
vj	A	ix	23 Georgii mart. <i>semid.mai. Comm. SS. Felicis, Fortunati & Achillei mart. Lugdunensium.</i>
v	b	vijj	24 Alexandri & soc. mart. Lugd. <i>ij.Let.</i>
iv	c	vij	25 Marci Evangel. dupl. mi. Com. S. Rustici Episc. Lugd. & Conf. <i>Vltimum Pascha. Primum Regationum.</i>
iij	d	vj	26
iij	e	v	27
j	f	iv	28 Vitalis mart. <i>ij.Let.</i>
*	g	iij	29 Petri mart. <i>ij.Let.</i>
xxix	A	Prid.	30

MAIUS

M A I U S.

Cyclus	Litteræ	Dies	
Epacl.	Dom.	mensis	
xxvij	b	Kal.	i PHILIPPI ET JACOBI APOST. duplex mi. Commem. S. Andeoli mart. in Missa.
xxvij	c	vj	2 Athanasij Episc. & Confess. ij. Leet.
xxvj	d	v	3 INVENTIO SANCTÆ CRUCIS. dupl. mi. Commem. SS. Alexandri Papæ, Even-
25. xxv	e	iv	tij, & Theoduli mart.
xxiv	f	iiij	5
xxij	g	Prid.	6 Joannis ante Portam Latinam. semi-
xxij	A	Non.	duplex mai.
xxj	b	vij	8
xx	c	vij	9 Gregorij Nazianzeni Episc. & Conf. ij. Leet. Commem. Translat. S. Nicolai Episc. & Confess. in Missa.
xix	d	vj	10 Gordiani, & Epimachi mart. ij. Leet. Primum Pentecost.
xvij	e	v	11
xvij	f	iv	12 Pancratij, Nerei, & Achillei mart.
xvj	g	iiij	13 ij. Leet.
xv	A	Prid.	14
xiv	b	Idib.	15
xij	c	xvij	16
xij	d	xvj	17
xj	e	xv	18
x	f	xiv	19
ix	g	xij	20
vijj	A	xij	21
vij	b	xj	22
vj	c	x	23
v	d	ix	24
iv	e	vij	25 Urbani Papæ & mart. ij. Leet.
ijj	f	vij	26
ij	g	vj	27
j	A	v	28
*	b	iv	29
xxix	c	iiij	30
xxvij	d	Prid.	31 Ultimum Rogationum.

J U N I U S.

Cyclus Litteræ Epact. Dom.	Dies mensis	
xxvij	e Kal.	1
25. xxvj	f iv.	2 Pothini Primi Lugd. Episc. & 47. m. Lugd. dupl. mi. Com. SS. Marcellini Petri & Erasini.
25. xxiv	g iii	3 Blandinæ Virg. & mart. Lugd. ij. Lect. Comm. S. Linphardi. Presb. & Cof.
xxij	A Prid.	4
xxij	b Non.	5
xxj	c viii	6 Claudii Episc. & Confess. semid. mai.
xx	d viij	7 Comm. S. Agobardi Episc. Lugd. & Confess. in Missa.
xix	e vj	8
xvij	f v	9 Primi & Feliciani mart. ij. Lect.
2.vij	g iv	10 Basiliidis, Cyrini, Naboris & Nazarii mart. ij. Lect.
xvj	A iii	11 Barnabæ Apost. ij. Lect.
xv	b Prid.	12
xiv	c Idib.	13 Ragneberti mart. ij. Lect. Com. S. An- tonii de Padua in Missa. Vitium Pentecost.
xij	d xviii	14 Basilii Magni Episc. & Conf. ij. Lect.
xij	e xvij	15
xj	f xvj	16 Cyrici & Julittæ mart. ij. Lect. In maj. Eccles. semid. maj.
x	g xv	17
ix	A xiv	18 Marci & Marcelliani frat. in. ij. Lect.
vij	b xij	19 Gervasii & Prothasii mart. ij. Lect.
vij	c xij	20 Eucherii. i. Lugd. Episc. semid. mai.
vj	d xj	21
v	e x	22 Albani & socior. mart. ij. Lect. Comms. S. Consortiæ Virg. in Missa.
iv	f ix	23 Vigil. Iejun. Com. S. Boniti Ep. & C.
iii	g viij	24 NATIV. S. JOAN. BAPT. duplex i. Classis.
ii	A vij	25 De Octava S. Joannis.
i	b vj	26 Joannis & Pauli mart. semid. mai. in maj. Ecclesia. Alibi sem. mi. Co. Octavæ.
*	c v	27 Irenæi Lugd. Episc. & soc. mart. dupl. mai. Translatum fuit ad diem 23. No- vemb. de mandato Ill. & Rev. Camilli de Neuville Archi-episc.
xxix	d iv	28 De Octava S. Joannis. Com. Vigiliae & S. Leonis Pap. & C. in Miss. jejuniæ.
xxvij	e iij	29 PETRI ET PAULI APOST. duplex mai.
xxvij	f Prid.	30 Celebritas S. Pauli Apost. semid. mi. Com. S. Martialis Episc. & mart. in Miss.

J U L I U S.

J U L I U S.

Cyclus	Littera	Dies	
Epsit.	Dom.	mensis	
xxvj	g	Kal.	1 Octava S. Joannis Baptistæ semid. mi. <i>In majori Ecclesia, dupl. min. Commem.</i> S. Domitiani Abbatis.
25.XXV	A	vj	2 Visitatio B. Mariæ Virg. dupl. min. Com. SS. Processi & Martiniani. mart.
xxiv	b	v	3 De Octav. Apost. Petri & Pauli ij. Lect.
xxij	c	iv	4 De Octava Apost. ij. Lect. Com. Transl. S. Martini Episc. & Confess.
xxii	d	iii	5 De Octava ij. Lect.
xxj	e	Prid.	6 Octava Apost. Petri & Pauli sem. mi.
xx	f	Non.	7 Transl. S. Thomæ Episc. & m. ij. Lect.
xix	g.	vij	8 <i>In majori Ecclesia.</i> Angelorum Custo- dū & Raphaëlis Archag. dupl. mai.
xvij	A	vij	9 <i>In majori Ecclesia,</i> Consecratio majo- ris Altaris Ecclesiæ Lugd. dupl. mai.
xvij	b	vj	10 Septem Fratrum mart. ij. Lect.
xvj	c	v	11 Translatio S. Bened. Abbatis ij. Lect.
xv	d	iv	12 Vivetioli Episc. Lugd. & Cof. ij. Lect.
xiv	e	iii	13
xij	f	Prid.	14 Bonaventure Episc. & Conf. semid. mi.
xij	g	Idib.	15
xj	A	xvij	16.
x	b	xvj	17 Sperati & socior. ejus mart. in majori Ecclesia semid. maj. Alibi ij. Lect.
ix	c	xv	18 Symphorosæ cum septē fil. m. ij. Lect.
vij	d	xiv	19.
vij	e	xij	20 Margaritæ Virg. & mart. semid. mai.
vj	f	xij	21 Praxedis Virg. ij. Lect.
v	g	xj	22 Maria Magdalene duplex mi.
iv	A	x	23 Apollinaris Episc. & mart. ij. Lect.
ijj	b	ix	24 Vigilia. Com. S. Christine Virg. & m. <i>Carnis abstinentia.</i>
ij	c	vij	25 JACORI APOSTOLI. duplex minus Com. S. Christophori & Cucufati mart.
j.	d	vij	26 Annæ Matris B. Mariæ Virg. dupl. mi.
*	e	vj	27
xxix.	f	v	28 Pantaleonis mart. ij. Lect. In maj. Ecc- lesiæ semid. maj. Comm. S. Peregrini. Lugd. Presbyt. & Conf.
xxvij.	g	iv.	29 Felicis Papæ, Simplicii, Faustini & Beatrixis m. ij. Lect. Com. Martha V.
xxvij	A	iii	30 Abdon & Sennen mart. ij. Lect.
25.xxvj	b	Prid.	31 Translatio S. Germani Episc. & Con- fess. ij. Lect. Com. S. Ignatii Conf.

A U G U S T U S.

Cyclus Littera

Epact. Dom.

Dies

mensis.

25. xxiv	c	Kal.	1	Petri ad vincula. <i>semid. mai. Commemor.</i> SS. Machabæorum Mart.
xxij	d	iiij	2	Stephani Papæ & Mart. <i>ij. Leet.</i>
'xxij	e	iiij	3	Revelat. seu invent. Corp. s. Stephani Protomart. <i>in maiori Eccles. duplex</i> <i>mai. Alibi semid. majus.</i>
xxj	f	Prid.	4	Adventus seu translat. S. Justi Lugd. Episc. & Confess. de eremo. <i>ij. Leet.</i>
xx	g	Non.	5	S. Mariae ad Nives. <i>duplex min. Comm.</i> S. Dominici Confess.
xix	A	vij	6	Træfig. Dñi <i>dup. mi. Cō. SS. Xisti, &c. m.</i>
xvij	b	vij	7	Donati Episc. & mart. <i>ij. Leet.</i>
xvij	c	vj	8	Cyriaci & soc. mart. <i>ij. Leet. Com. S. Se-</i> <i>veri Presb. & Confess.</i>
xvj	d	v	9	Vigilia <i>jejunium.</i> [Lugd. Ep.
xv	e	iv	10	LAURENTIJ MART. <i>dup. mi. Cō. S. Arigij</i>
xiv	f	iiij	11	Tiburtij mart. <i>ij. Leet.</i>
xij	g	Prid.	12	Træf. S. Andeoli m. <i>ij. Leet. In maj. Eccl.</i> <i>sem. maj. Cō. S. Claræ. virginis.</i>
xij	A	Idib.	13	Hyppoliti & socior. mart. <i>ij. Leet.</i>
xj	b	xix	14	Vig. <i>jejun. Com. S. Euseb. Presb. & Cōf.</i>
x	c	xvij	15	ASSUMPT. B. M. VIRG. <i>duplex i. Classis.</i>
ix	d	xvij	16	ROCHI CONFES. <i>semid. mai. Com. Oct.</i>
vijj	e	xvj	17	De Oct. <i>Commemor. S. Mammetis m.</i>
vij	f	xv	18	De Oct. <i>Commemor. S. Agapiti m.</i>
vj	g	xiv	19	De Octava. <i>Cōm. S. Badulphi Abbatis.</i>
v	A	xij	20	De Oct. <i>Commemor. S. Bernardi Abbatis.</i>
iv	b	xij	21	De Octava. <i>Cōm. S. Philiberti. Abbatis.</i>
iji	c	xj	22	Octav. Assumpt. B. M. V. <i>sem. mai. Com.</i> SS. Timot. & Symphor. m.
ij	d	x	23	Vigilia <i>Com. SS. Minervi & Eleazari</i> <i>cum 8. filiis m. Lugdunensibus.</i> <i>Carnis abstinentia.</i>
j	e	ix	24	BARTHOL. AP. <i>dupl. mi. Cō. S. Genesij m.</i>
*	f	vij	25	LUDOVICI REG. FRANC. & CONF. <i>semid. mai. Comm. SS. Eusebij Vincent.</i> &c. mart.
xxix	g	vij	26	
xxvijj	A	vj	27	
xxvij	b	v	28	Augustini Episcopi & Confess. <i>semid.</i> <i>mai. Comm. SS. Juliani & Hermetis m.</i>
xxvj	c	iv	29	Decol. S. Joannis Baptista. <i>duplex mai.</i> <i>Commemor. S. Sabinæ m.</i>
25. xxv	d	iiij	30	Felicis & Adaucti mart. <i>ij. Leet.</i>
xxiv	e	Prid.	31	Paulini Episc. & Conf. <i>ij. Leet.</i>

S E P T E M B E R.

Cyclus	Litteræ	Dies	
Epacī.	Dom.	mensis	
-xxij	f	Kal.	1 Prisci Lugd. Episc. & Confess. ij. Leet. Com. S. Aegidii Abbatis.
xxij	g	iv	2 Justi Lugd. Episc. & Confess. semidupl.
xxj	A	iii	3 maj. Com. S. Elpidii Lugd. Ep. & C.
xx	b	Prid.	4 Marcelli Lugd. Presb. & mart. ij. Leet.
xix	c	Non.	5
xvij	d	viii	6
xvij	e	vij	7
xvj	f	vj	8 NATIV. B. M. VIRG. dupl. maj. Comm. S. Adriani mart.
xv	g	v	9 De Octava Nativitatis.
xiv	A	iv	10 De Octava Commem. S. Nicolai de Tolentino. In Missa.
xij	b	iii	11 De Octava Com. S. Patientis Lugd. Ep. & Conf. Prothi & Hyacinthi mart. in Missa.
xij	c	Prid.	12 De Octava. Comm. S. Sacerdotis Lugd. Episc. & Confes.
xj	d	Idib.	13 De Octava.
x	e	xvij	14 Exaltat. S. Crucis sem. maj. In maj. Eccl. Cornelii & Cypriani m. & Pont.
ix	f	xvij	15 Octava Nativitatis semid. maj. Comm. Alpini Lugd. Episc. & Conf. & SS. Nicomedis & Valeriani. m. In majori Ecclesia. Dedicatio Ecclesiae S. Stephani. duplex. 1. class.
vij	g	xvi	16 Eufemix, Lucia & Geminiani mart. ij. Leet.
vij	A	xv	17 Ferreoli mart. ij. Leet.
vj	b	xiv	18
v	c	xiii	19
iv	d	xii	20 Vigilia. Iejunium.
ij	e	xi	21 MATTHÆI APOST. ET EVANG. dup. mi.
ij	f	x	22 Mauricii & socior. mart. iii. Leet.
i	g	ix	23 Thecla Virg. & Mart. iii. Leet.
*	A	viii	24 Andochii, Thyrsi & Felicis. m. iii. Leet.
xxix	b	vij	25 Lupi Episc. Lugd. & Conf. iii. Leet.
xxvij	c	vj	26
xxvij	d	v	27 Cosmæ & Damiani mart. iii. Leet.
25. xxvij	e	iv	28 Annemundi Lugd. Episcop. & mart. semiduplex maj.
25. xxiv	f	iii	29 DEDIC. S. MICHAELIS ARCHANGELI. duplex. minus.
xxiii	g	Prid.	30 Hieronym. Presb. & Conf. semid. ma.

O C T O B E R

O C T O B E R.

Cyclus Epaet. xxii	Littera Dom. A	Dies mensis. Kal.	1 Remigij & Germani Episc. & Confess. iiiij. Lect.
xxi	b	vi	2 Leodegarij Episc. & mart. iiiij. Lect. SS. Angelorum Custodum. duplex minus fuit celebratum in majori Ecclesia 8. Iulij.
xx	c	v	3 Francisci Confess. iiiij. Lect.
xix	d	iv	4 Apollinaris Episc. & Confess. iiiij Lect.
xviii	e	iii	5 Fidis Virg. & Mart. iiiij. Lect. Commem.
xvii	f	Prid.	6 S. Brunonis Confess.
xvi	g	Non.	7 Marci Papæ & Confess. iiiij. Lect.
xv	A	viiiij	8 Dionysij, Rustici, & Eleutherij mart.
xiv	b	vii	9 semid. maj.
xiii	c	vi	10 Eugendi Confess. iiiij. Lect.
xii	d	v	11 Geraldij Confess. iiiij. Lect.
xi	e	iv	12 Calixti Papæ & Confess. iiiij. Lect. Com. Transitus seu depositio S. Justi Episc. Confess. in Missa.
x	f	iiiij	13 Antiochi Episc. Lugd. & Conf. iiiij. Lect.
ix	g	Prid.	14 Florentij Episc. & Confess. iiiij. Lect.
viii	A	Idib.	15 Luca Evangelista duplex mi.
vii	b	xvii	16 Viatoris Confess. iiiij. Lect. Commemoratio SS. Ursulæ & soci. mart.
vi	c	xvi	17 Crispini & Crispiniani mart. iiiij. Lect.
v	d	xv	18 Remigij Lugd. Episc. & Conf. iiiij. Lect.
iv	e	xiv	19 Vigilia. Fejunum.
iii	f	xiii	20 Simonis et Judæ Apost. duplex min.
ii	g	xii	21 Vigil. Fejun. Com. S. Quintini, in Missa.
i	A	xi	22
*	b	x	23
xxix.	c	ix	24
xxviii.	d	viii	25
xxvii.	e	vii	26
xxvi.	f	vi	27
25. xxv.	g	v	28
xxiv.	A	iv	29
xxiii.	b	iii	30
xxii.	c	Prid.	31

NOVEMBER

N O V E M B E R.

Cyclus	Littera	Dies	
Epact.	Dom.	mensis	
xxj	d	Kal.	1 FESTUM OMNIUM SANCTORUM. duplex. majus.
xx	e	iv	2 Eustachii & socior. ejus mart. ij. Lett. Commemoratio major omnium fidelium Defunctorum.
xix	f	ijj	3
xvij	g	Prid.	4 Caroli Episc. & Confes. semid. maj. In maj. Eccles. Duplex maj.
xvij	A	Non.	5
xvj	b	viii	6
xv	c	vij	7
xiv	d	vj	8 Quatuor coronatorum mart. ij. Lett.
xijj	e	v	9 Theodori mart. iii. Lett.
xij	f	iv	10
xj	g	ijj	11 MARTINI EPISC. ET CONFES. semid. maj. Com. S. Verani Lugd. Episc.
x	A	Prid.	12
ix	b	Idib.	13 Brixii Episc. & Confess. iii. Lett.
vijj	c	xvijj	14 Rufi Confes. iii. Lett.
vij	d	xvij	15
vj	e	xvj	16 Eucherii 2. Lugd. Ep. & Cōf. sem. maj.
v	f	xv	17 Edmundi Episc. & Conf. iii. Lett.
iv	g	xiv	18 Romani & sociorum ejus mart. sem.
iii	A	xijj	19 maj. Comm. S. Gregorii Taunaturgi
ii	b	xij	20 Episc. & Confes.
i	c	xj	21 Præsentatio B. Mariæ Virg. dupl. min. Comm. S. Columbani Abbatis.
*	d	x	22 Cæciliæ Virg. & mart. semid. minutus.
xxix	e	ix	23 IRENÆI LUGD. EPISC. & 19. millium Lugd. martyr. dup. mai.
xxvijj	f	vijj	24 Clementis Papæ & mart. sem. min. Cō. Oct. SS. Martyrū. & S. Chrysogoni. m.
xxvij	g	vij	25 Catharinæ Virg. & m. dupl. mi. Cō. Oct.
25. xxvij A	vj		26 De Oct. SS. Martyrum Comm. S. Lini Papæ & mart.
25. xxiv	b	v	27 De Oct. Cō. SS. Saturnini & Saturnini.
xxijj	c	iv	28 De Octava Comm. S. Sileæ Apost.
xxij	d	iii	29 De Oct. Com. Vigiliae. Iejunium.
xxj	e	Prid.	30 ANDREÆ APOST. duplex min. Com. Oct.

D E C E M B E R

D E C E M B E R.

Cyclus	Littera		Dies	
Epacēt.	Dom.		mensis	
xx	f	Kal.	1	
xix	g	iiii	2	
xviii	A	iii	3	
xvij	b	Prid.	4	Com. B. Barbaræ Virginis & mart.
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viii	6	Nicolai Episc. & Conf. semid. maj.
xiv	e	vii	7	
xij	f	vi	8	CONCEPTIO B. V. M. duplex maj.
xij	g	v	9	De Octava.
xj	A	iv	10	De Octava. Com. S. Eulaliæ Virg. & m.
x	b	iii	11	De Octava.
ix.	c	Prid.	12	De Octava.
vij	d	Idib.	13	De Octava. Com. S. Lucia Virg. & m.
vij	e	xix	14	De Octava.
vj	f	xviij	15	Octava Conceptionis B. Mariæ Virg. semid. maj.
v	g	xvii	16	
iv	A	xvi	17	
ij	b	xv	18	
ij	c	xiv	19	
j	d	xiii	20	Vigilia. Carnis abstinentia.
*	e	xii	21	THOMÆ APOSTOLI. duplex mi.
xxix	f	xi	22	
xxviii	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia. Iejunium.
xxvij	b	viii	25	NATIV. Dñi nostri JESU CHRISTI. Duplex i. classis.
xxv	c	vii	26	STEPHANI PROTOMART. dupl. i. classis.
xxiv	d	vi	27	JOANNIS APOST. ET EVANGELIST. duplex, i. classis.
xxij	e	v	28	SS. INNOCENTIUM MART. dupl. maj.
xxii	f	iv	29	Thome Episc. & mart. Canon. Lugd. semid. maj. Com. S. Trophimi Episc. & Confess. in Missa.
xxi	g	iii	30	De Octava.
* 19. xx	A	Prid.	31	Sylvestri Papæ & Conf. semid. mi. In majori Ecclesia Columbæ Virg. & mart. semid. mi.

D E P R E

DEPRECATIONES

ET BENEDICTIONES.

Dicenda ante Lectiones in Officio novē, & iij. Lectionū.

In jī Nocturno, & in Officio trium Lectionum.

DEPRECATIO.

X. Exúrge Dñe adjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

S Uscipe deprecationem nostram. Dómine Iesu Christe; qui cum Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus: per ómnia sæcula sæculorū. R. Amen.

Benedictiones primi Nocturni, & pro ij. & v. Feria in Officio trium Lectionum.

L. Adjutor & propitius sit nobis omnípotēs & misericors Dñs. R. Amen.

2. Benedictiōnibus suis réplete nos omnípotens & misericors Dóminus.

3. Cœlestem Benedictiōnē trábuat nobis omnípotens & misericors Dóminus.

In secundo Nocturno..

DEPRECATIO.

X. Ostende nobis Dómine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

Benedictiones ij. Nocturni & pro ij. & vj. Feria.

P. Verna.

4. Deus Dei Filius nos benedícere & adjuváre dignétur. R. Amen.

5. Aeternam Benedictionē trábuat nobis omnípotēs, & misericors Dóminus.

6. Grátia Spíritus sancti illúminet sensus & cor da nostra. R. Amen.

In tertio Nocturno.

DEPRECATIO.

X. Adjutorium nostrū in nōmine Dñi. R. Qui fecit cœlum & terram.

Benedictiones ij. Nocturni & pro iv. Feria & Sabato.

7. Redémptor humáni géneris nos benedícere & adjuváre dignétur.

R. Amen.

8. Unigénitus Dei Filius, nos benedícere & adjuváre dignétur. R. Amen.

9. Ad supernorum cívium societátem perdúcat nos omnípotens & misericors Dóminus. R. Amen.

In Officio trium Lectionum loco ultima Benedictionis prædicta dicitur.

Trinitas Sancta nos benedicat & ab omni malo deféndat.

R. Amen.

SERMO SANCTI BERNARDI


Abbatis.

Ser. 47. in Cantica..

Moneo vos , dilectissimi ; purè semper , ac strenuè ; divinis interesse laudibus. Strenuè quidem ; ut sicut reverenter , ita & alacriter Domino assistatis. Non pigri. Non somnolenti. Non oscitantes. Non parcentes vocibus. Non præscindentes verba dimidia. Non integra transfilientes. Non fractis & remissis vocibus , muliebre quoddam , balbâ de nare sonantes : sed virili (ut dignum est) & sonitu & affectu ; voces sancti Spiritus depromentes. Purè verò : ut nihil aliud dum psallitis , quam quod psallitis , cogitetis. Spiritus enim sanctus illâ horâ gratum non recipit ; quidquid aliud quam debes , neglecto eo quod debes , obruleris. Huc usque S.Bernardus.

Psalmiodiam non multùm protrahamus : sed rotunda & viva voce cantemus. Metrum & finem versùs simul intonemus : & simul dimittamus. Punctum nullus teneat : sed citò dimittat. Post punctum , bonam pausam faciamus. Nullus ante alios incipere , & nimis currere præsumat : aut post alios nimium trahere vel punctum teneare. Simul cantemus : simul pausemus : semper in auscultando. Amen.

Ideò bene agite , & in aliquo nolite timere.





Sel. 1.

ORDO
PSALTERII
ET OFFICII
DE TEMPORE.

Secundum Usum Lugdunensis Ecclesiae;
Primæ Galliarum Sedis.

DOMINICA AD MATUTINUM.

Ante Matutinum, & omnes Horas dicitur secretum.

PATER noster, qui es
In cælis : sanctificé-
tur nomen tuum : advé-
niat regnum tuum : fiat
voluntas tua, sicut in cæ-
lo & in terra. Panem no-
strum quotidiánum da
nobis hódie : & dimítte
nobis débita nostra , sicut
& nos dimíttimus debi-
tóribus nostris : Et ne nos
indúcas in tentatióne: sed
líbera nos à malo, Amen.

Ave María , grátia
plena , Dóminus te-
cum : Benedícta tu in mu-
liéribus , & benedíctus
fructus ventris tui Jesus.
Sancta María mater Dei ,
ora pro nobis peccatóri-
bus,nunc & in horâ mor-
tis nostræ. Amen.

Pars Verna.

ψ. Sancti Spiritus adsit
nobis grátia. Amen.

*Deinde clara voce di-
citur ψ.*

Domine lábia mea apé-
ries. **ρ.** Et os meum
annuntiabit laudem tuam.
ψ. Deus in adjutórium
meum inténde.

ρ. Dómine ad adjuván-
dum me festina. Glória
Patri, & Fílio, & Spirítui
sancto. Sicut erat in prin-
cipio & nunc & semper
& in sæcula sæculórum ,
Amen. Allelúia.

*Sic dicitur Allelúia. ad
omnes Horas per totum
annum, praterquam à Do-
minica in Septuagesima
usque ad Feriam Quintam
in Cœna Dñi : tunc enim*

A

Dominica ad Matutinum.

dicitur , Laus tibi Dómi-
ne Rex æternæ glóriæ.

Invitatorium sequens
dicitur singulis Dóminicis
in quibus proprium non
assignatur.

Invitatorium. Adoré-
mus Deum; quia ipse fecit
nos. *Repetitur.* Adorémus
Deum, quia ipse fecit nos.

Psalmus 94.

Venite exultemus Dó-
mino, jubilémus Deo
salutári nostro : præoc-
cupémus fáciem ejus in
confessióne : & in psalmis
jubilémus ei. Adorémus
Deum, quia ipse fecit nos.

Quóniam Deus magnus
Dóminus, & Rex magnus
super omnes deos: quóniam
non repéllet Dñs plebem
suam , quia in manu ejus
sunt omnes fines terræ, &
altitudines móntium ipse
cónspicit. Adorémus Deum,
quia ipse fecit nos.

Quóniam ípsius est
mare, & ípsè fecit illud, &
áridam fundáverunt mā-
nus ejus : venite adoré-
mus, & procídamus ante
Deum : plorémus coram
Dómino qui fecit nos,
quia ipse est Dóminus
Deus noster : nos autem
pópulus ejus , & oves nisi ubi notatur.

páscuat ejus. Adorémus
Deum, quia ipse fecit nos.

Hódie si vocem ejus
audiéritis , nolite obdu-
ráre corda vestra sicut in
exacerbatione secundum
diem tentationis in des-
erto : ubi tentavérunt
me patres vestri , proba-
vérunt, & vidérunt ópera
mea. Adorémus Deum ,
quia ipse fecit nos.

Quadragesima annis pró-
ximus fui generatióni
huic, & dixi ; Semper hi
errant corde : ipsi verò
non cognovérunt vias
meas , quibus jurávi in
írâ meâ , si introibunt in
réquiem meam. Adoré-
mus Deum , quia ipse fe-
cit nos.

Glória Patri, & Filio, &
Spirítui sancto: Sicut erat
in principio , & nunc , &
semper, & in sǽcula sǽcu-
lórum, Amen. Adorémus
Deum, quia ipse fecit nos.

*Aliis temporibus, Invita-
torium dicitur quod ha-
betur in Proprio de Tempo-
re , pro Officijs varietate ,
quod & in Capitulis ad
Laudes & aliis similibus
servetur. In Psalterio non
dicitur ψ. Glória Patri ,*
pópulus ejus , & oves nisi ubi notatur.

I N

IN I. NOCTURNO.

Absolutè sine Aña di-
cuntur duodecim Psalmi
sequentes.

Psalmus 1.

BÉatus vir qui non á-
biit in consilio im-
piorum : * & in via pec-
catórum non stetit : * &
in cáthedrâ pestiléntiæ
non sedit.

Sed in lege Dómini vo-
luntas ejus : * & in lege
ejus meditábitur , die ac-
nocte.

Et erit tanquam lignum
quod plantatum est, seclus
decúrsus aquárum : * quod
fructum suum dabit , in
témpore suo.

Et fólium ejus non dé-
fluet : * & ómnia quæ-
cumque fáciet , prospera-
búntur.

Nón sic ímpii, nón sic : *
sed tanquam pulvis quem
prójicit ventus , à fácie
terræ.

Ideò non resúrgét ímpii
in judício: * neque pecca-
tóres, in concílio justórū.

Quóniam novit Dómi-
nus viam justórum : * &
iter impiórum peribit.

Psalmus 2.

Uare fremuérunt
Gentes : * & pópu-

li meditáti sunt inánia ?
Astítérunt Reges terræ,
& príncipes convenérunt
in unum : * advérsùs Dó-
minum, & advérsùs Chri-
stum ejus.

Dirumpámus víncula
eórum : * & projiciámus
à nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis
irridébit eos : * & Dómi-
nus subsannábit eos.

Tunc loquéatur ad eos
in irâ suâ : * & in furóre
suo, conturbábit eos.

Ego autem constitútus
sum Rex ab eo , super
Sion montem sanctum
ejus : * prædicans præcé-
ptum ejus.

Dóminus dixit ad me,
Fílius meus es tu : * ego
hódie génuí te.

Póstula à me , & dabo
tibi Gentes hæreditátem
tuam : * & possessióнем
tuam, térmilos terræ.

Reges eos in virgâ fér-
reâ : * & tanquam vas fi-
guli, confringes eos.

Et nunc reges intellí-
gite : * erudímini qui ju-
dicatis terram.

Servíte Dómino in ti-
móre : * & exultáte ei-
cum tremóre.

Apprehéndite disciplí-

nám : * nequándo irascá-
tur Dóminus, & pereátis
de viâ justâ.

Cùm exárserit in bre-
vi ira ejus : * beáti om-
nes qui confidunt in eo.

Psalmus 3.

Domine quid multi-
plicáti sunt qui trí-
bulant me : * multi in-
súrgunt advérsūm me.

Multi dicunt ánimæ
meæ: * Non est salus ipsi
in Deo ejus.

Tu autem Dómine sus-
céptor meus es : * glória
mea, & exáltas caput meū.

Voce méâ ad Dóminum
clamávi : * & exaudívit
me, de monte sancto suo.

Ego dormívi & sopo-
rátus sum : * & exurréxi,
quia Dñs suscépit me.

Non timébo míllia pó-
puli circumdántis me : *
exúrge Dómine salvum
me fac, Deus meus,

Quóniam tu percussísti
omnes adversántes mihi
sine causâ : * dentes pec-
atórum contrívisti.

Dómini est salus : * &
super pópulum tuum, be-
nedictio tua.

Psalmus 6.

Domine, ne in furóre
tuo árguas me: * ne-

que in irâ tua corrípias
me.

Miserére mei Dómine,
quóniam infírmus sum: *
sana me Dómine , quó-
niam conturbáta sunt, óm-
nia ossa mea.

Et ánima mea turbáta
est valdè : * sed tu Dómi-
ne usquequò ?

Convértere Dómine, &
éripe ánimag meam: *
salvum me fac propter
misericórdiam tuam.

Quóniam non est in
morte qui memor sit tui: *
in inférno autem , quis
confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu
meo: * lavábo per singu-
las noctes lectum meum: *
lácrymis meis stratum
meum rigábo.

Turbátus est à furóre
óculus meus : * invete-
rávi inter omnes , inimí-
cos meos.

Discédite à me omnes
qui operámini iniquitá-
tem : * quóniam exaudí-
vit Dóminus, vocem fle-
tus mei.

Exaudívit Dóminus de-
precatiōnem meam : *
Dóminus oratiōnē meam
suscépit.

Erubéscant , & contur-
bentur

bentur vehementer, omnes inimici mei: * convertantur & erubescant, valde velociter.

Glória Patri, & Fílio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: * & in sæcula sæculorum, Amen.

Psalmus 7.

Dómine Deus meus
In te sperávi: * sal-
vum me fac ex omnibus
persequéntibus me, & lí-
bera me.

Nequando rápiat ut leo
ánimam meam: * dum
non est qui rédimat, ne-
que qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus si
feci istud: * si est iniqui-
tas in manibus meis.

Si réddidi retribuénti-
bus mihi mala: * décidam
méritò ab inimicis meis
inánis.

Persequátur inimicus
ánimam meam, & com-
prehéndat: * & concúlceret
in terrâ vitam meam: *
& glóriam meam, in púl-
verem deducat.

Exúrge Dómine in irâ
tuâ: * & exaltare in fí-
nibus, inimicorum meó-
rum.

Et exúrge Dómine Deus

méus in præcépto quod
mandásti: * & synagóga
populorū, circúmdabit te:

Et propter hanc in al-
tum regrédere: * Dómi-
nus júdicat pöpulos.

Júdica me Dómine se-
cundùm justitiā meam: *
& secundùm innocéntiam
meam super me.

Consumétur nequitia
peccatórum, & diriges
justum: * scrutans corda
& renes Deus.

Justum adjutórium meū
à Dómino: * qui salvos
facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis
& pátiens: * numquid irá-
scitur per singulos dies?

Nisi convérsi fuéritis,
gládium suum vibrábit: *
arcum suum teténdit, &
parávit illum.

Et in eo parávit vasa
mortis: * sagittas suas ar-
déntibus effécit.

Ecce partúriit injusti-
tiam: * concépit dolórem,
& péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & ef-
fódit eum: * & íncidit in
fóveam quam fecit.

Convertéatur dolor ejus
in caput ejus: * & in vér-
ticem ipsius, iniqüitas
ejus descéndet.

Confitébor Dómino se-
cundùm justitiam ejus: *
& psallam nōmini Dómi-
ni Altissimi. Psalmus 8.

Domine Dóminus no-
ster: * quām admiráble
est nomen tuum, in uni-
vērsâ terrâ !

Quóniam eleváta est,
magnificéntia tua super
cælos.

Ex ore infántium &
lacténtium perfecísti lau-
dem, propter inimicos
tuos: * ut déstruas inimí-
cum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos
tuos, ópera digitórum
tuórum: * lunam & stellas
quæ tu fundásti.

Quid est homo, quòd
memor es ejus? * aut fi-
lius hóminis, quóniam
vísitas eum;

Minuísti eum paulò mi-
nus ab Angelis: * gló-
riâ & honore coronásti
eum: * & constituísti
eum, super ópera ma-
nuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pé-
dibus ejus: * oves & bo-
ves univérsas: * insuper
& pécora campi.

Vólucre cœli & pisces
maris: * qui perambu-
lant sémitas maris.

Dómine Dóminus no-
ster: * quām admiráble
est nomen tuum, in uni-
vērsâ terrâ ! Psalmus 9.

Confitébor tibi Dñe in-
toto corde meo: * nar-
rábo ómnia mirabília tua.

Lætábor & exultábo in-
te: * psallam nōmini tuo
Altissime.

In converténdo inimí-
cum meum retrórsum: *
infirmebuntur, & perí-
bunt à facie tuâ.

Quóniam fecísti judí-
cium meum & causam
meam: * sedes super thro-
num, qui júdicas justitiâ.

Increpásti Gentes, &
périit ímpius: * nomen
eórum delésti in æter-
num, & in sæculum sæculi.

Inimíci defecérunt frá-
meæ in finem: * & civi-
tates eórum destruxísti.

Périit memória eórum
cum sónitu: * & Dóminus
in æternum pérmanet.

Parávit in judicio thro-
num suum: * & ipse judi-
cabit orbem terræ in a-
quitáte: * judicábit pô-
pulos in justitiâ.

Et factus est Dóminus
refúgium páuperi: * ad-
jutor in opportunitati-
bus, in tribulatiōne.

Sperent

Sperent in te qui nové-
runt nomen tuum: * quó-
niā non dereliquísti quæ-
réntes te Dómine.

Psállite Dómino , qui
hábitat in Sion : * an-
nuntiáte inter Gentes stú-
dia ejus.

Quóniam requírens sá-
guinem eórum recordátus
est: * non est oblítus clá-
mórem páuperum.

Miserére mei Dómine: *
vide humilitátem meam,
de inimicis meis.

Qui exáltas me de por-
tis mortis : * ut annún-
tiem omnes laudatiónes
tuas , in portis filiæ Sion.

Exultábo in salutári
tuo: * infíxæ sunt Gentes
in intéritu quem fecérunt.

In láqueo isto , quem
abscondérunt: * compre-
hensuſ est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus
judícia fáciens: * in opé-
ribus mánuum suárum ,
cōprehénsus est peccátor.
Convertántur peccató-
res in inférnum: * omnes
Gentes quæ obliviscún-
tur Deum.

Quóniam nón in finem
oblivio erit páuperis: *
patiéntia páuperum non
períbit in finem.

Exúrge Dómine , non
confortétur homo : * ju-
dicéntur Gentes in con-
spéctu tuo.

Constitue Dómine le-
gislatórem super eos : *
Sciánt Gentes quóniam
hómines sunt.

Ut quid Dómine recef-
sisti longè : * déspicis in
opportunitáibus , in tri-
bulatióne ?

Dum supérbit ímpius,
incénditur pauper: * cō-
prehendúntur in cōsiliis,
quibus cōgitant.

Quóniam laudáatur pec-
cátor in desidériis ánimæ
suæ : * & iniquus bén-
dicitur.

Exacerbávit Dóminum
peccátor : * secúndūm
multitúdinem iræ suæ
non quæret.

Non est Deus in conspé-
ctu ejus : * inquinatæ
sunt viæ illius , in omni
tempore.

Auferúntur judícia tua
à fácie ejus : * ómnium
inimicórum suórum do-
minabitur.

Dixit enim in corde
suo : * Non móvébor à
generatióne in generatió-
nem sine malo.

Cujus maledictiōne os

plenum est, & amaritúdine, & dolo : * sub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insidiis cum divítibus in occúltis : * ut interficiat innocéntem.

Oculi ejus in páuperem respíciunt : * insidiátur in abscondito, quasi leo, in speluncâ suâ.

Insidiátur ut rápiat páuperem : * rápere páuperem, dum átrahit eum.

In láqueo suo humiliabit eum: * inclinábit se & cadet, cùm dominátus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus: * avérterit fáciem suam, ne vídeat in finem.

Exúrge Dómine Deus, & exaltétur manus tua: * ne oblíviscáris páuperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum ? * dixit enim in corde suo, Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consideras: * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi dérelíctus est páper: * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & maligni: * quæ-

rétur peccátum illius, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum, & in sǽculum sǽculi: * peribitis Gentes de terrâ illius.

Desidérium páuperum exaudívit Dóminus: * præparatiónes cordis eorum audívit auris tua.

Judicáre pupillo & húmili: * ut non appónat ultrà magnificáre sē homo super terrâ. Psalmus 10.

IN Dómino confido: * Iquomodo dícitis ánime meæ: * Tránsmigrá in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum: * paravérunt sagittas suas in pháretrâ: * ut sagittent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecisti destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: * Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respíciunt: * pálpebræ eius intérrogant, filios hóminum.

Dóminus intérrogat iustum & ímpium: * qui autem diligit iniquitátem, odit ánimag suam.

Pluer

Pluer super peccatóres
láqueos: * ignis, & sulphur
& spíritus procellárum,
pars calícis eórum.

Quóniam justus Dó-
minus, & justítias dilé-
xit: * æquitátem vidi-
vultus eius. Glória Patri.

Psalms 11.

SALVUM me fac Dómi-
nus, quóniam defécit
sanguis: * quóniam di-
minútæ sunt veritátes, à
filiis hóminum.

Vana locúti sunt unus-
quísque ad próximum
suum: * lábia dolósa in
corde, & corde locúti sunt.
Dispérdat Dóminus uni-
vérsa lábia dolósa: * &
Linguam magniloquam.

Qui dixérunt, Linguam
nostrā magnificábimus: *
Iábia nostra à nobis sút: *
Quis noster Dóminus est?

Propter misériam íno-
pum, & gémitum páupe-
rum: * nunc exúrgam, di-
cit Dóminus.

Ponam in salutári: * fi-
duciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, eló-
quia casta: * argéntum ig-
ne examinátum: * probá-
rum terræ, purgátum sép-
tu plumbum.

Tu Dñe servábis nos: *

& custódies nos à gene-
ratíone hac, in æténum.

In circúitu ímpij ám-
bulant: * secúndum alti-
túdinem tuam multipli-
cásti, filios hóminum.

Psalms 12.

USQUEQUÒ Dómine,
obliviscéris me in fi-
nem? * usquequò avér-
tis fáciem tuam à me?

Quándiu ponam consí-
lia in ánima mea: * do-
lórem in corde meo per
diem?

Usquequò exaltábitur
inimicus meus super me? *
réspice, & exáudi me Dó-
mine Deus meus.

Hlúmina óculos meos,
ne umquam obdórmiam
in morte: * nequándo di-
cat inimicus meus, Præ-
válui advérsus eum.

Qui tríbulant me, exul-
tábunt si motus fúero: *
ego autem in misericór-
diâ tuâ sperávi.

Exultábit cor meum in
salutári tuo: * cantábo
Dómino qui bona tríbuit
mihi: * & psallam nómi-
ni Dómini altíssimi.

Psalms 13.

DIxit insípiens in cor-
de suo: * Non est
Deus.

Corrúpti sunt , & abominábiles facti sunt in stúdiis suis : * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Dóminus de cælo prospéxit super filios hóminū: * ut videat si est intellégens, aut requírens Deū.

Omnès declinavérunt: * simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Sepúlchrum patens est guttus eórum : * linguis suis dolósè agébant : * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Quorum os maledictiōne & amarítudine plenum est: * velóces pedes eórū, ad effundéndū sanguinē.

Contrítio & infelicitas in viis eórum : * & viam pacis non cognovérunt: * non est timor Dei ante oculos eórum.

Nonne cognóscēnt omnes qui operántur iniquitátem: * qui dévorant plebem meā sicut escā panis.

Dñm non invocavérūt: * illic trepidavérunt timore , ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatiōne justā est: * consílium ínopis confu-

dístis : * quóniam Dóminus spes eius est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israél? * cùm avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ , exultábit Jacob, & lætábitur Israél.

Psalmus 14.

Domine , quis habitabit in tabernáculo tuo ? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo ?

Qui ingréditur sine mácula : * & operátur iustitiam.

Qui lóquitur veritátem in corde suo : * qui non egit dolum in linguâ suâ .

Nec fecit próximo suo malum : * & opprórium non accépit, adversus próximos suos.

Ad níhilum deductus est in conspéctu eius malígnus : * timéntes autem Dóminum glorificat.

Qui jurat próximo suo & non décipit : * qui pecúniam suam non dedit ad usúram : * & múnera super innocéntem non accepit.

Qui facit hæc, non móvēbitur in ætérnum.

Glória Patri. Alleluia.

A Septuagesima verò usque ad Pascha dicitur,

Laus

Laus tibi Dómine Rex
æterna glóriæ.

In Quadragesima. ¶. Di-
cet Dómino suscéptor
meus es tu. ¶. Deus
meus sperábo in eum.

Tempore Passionis. ¶. In-
tende ánimæ meæ & lí-
bera eam. ¶. propter ini-
micos meos , éripe me
Dómine.

Tempore Paschali. ¶. Re-
surréxit Dóminus. ¶. Si-
cut dixit vobis. Allelúia,
allelúia , allelúia.

*Post Versum cujuslibet
Nocturni dicitur.* Pater no-
ster , secretò. ¶. Et ne nos
indúcas in tentaciónem.
¶. Sed libera nos à malo.

Deprecatio , ¶.

EXurge Dómine ádu-
va nos. ¶. Et libera
nos propter nomen tuum.
¶. Súscipe deprecationem
nostræ Dñe Iesu Christe;
qui cum Patre & Spíritu
Sancto vivis & regnas
Deus : per omnia sœcula
sœculorum. ¶. Amen.
¶. Domne jube benedí-
cere. *Benedictio.* 1. Adju-
tor & propítius sit nobis
omnipotens & misericors
Dóminus. ¶. Amen.

*Deinde leguntur Lettio-
nes cum Responsoriis, ut in*

*Proprio de Tempore assi-
gnantur.*

Pro ij. Lectione , Bened.
Benedictiōnibus suis ré-
pleat nos omnipotens &
misericors Dóminus.

¶. Amen.

*Pro iiij. Lectione , Bene-
dictio.* Cælestem benedi-
ctiōnem trībuat nobis
omnipotens & misericors
Dóminus. ¶. Amen.

I N II. NOCTURNO.

Antiphona. Consérvame.
Et non repetitur in Psal-
mo : quod semper fit quan-
do Antiphona incipit à
primo Versu Psalmi.

Tempore Paschali. Aña.
Allelúia. In choro canta-
tur juxta modulum, Aña.
Consérvame , & sub ipsa
dicuntur Psalmi secundi
Nocturni.

Psalmus 15.
Consérvame Dómine,
quóniam sperávi in
te : * dixi Dómino , Deus
meus es tu; * quóniam bo-
norum meórum non eges;

Sanctis, qui sunt in ter-
râ eius: * misericávit om-
nes volútates meas, in eis.

Multiplicatæ sunt in-
firmittes eorum : * pô-
stea acceleravérunt.

Non congregábo con-

venticula eorum de sanguinibus : * nec memor ero nominum eorum, per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ & cálícis mei: * tu es qui restítues, hereditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * étenim hereditas mea, præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: * insuper & usque ad noctem, increpáerunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper: * quóniam à dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lètátum est cor meum, & exultávit lingua mea: * insuper & caro mea, requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno: * neque dabis sanctum tuum, videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitae: * adimplébis me lèritiâ cum vultu tuo: * delectatiōnes in déxtera tua, usque in finem.

Glória Patri.

Antiph. Consérva me

Dómine quóniam in tē sperávi.

Antiph. Inclína Dómine Psalmus 16.

Exaudi Dómine justitiam meam: * intende deprecationem meam.

Autibus pércepe orationem meam: * non in lábiis dolosis.

De vultu tuo iudicium, meum pródeat: * oculi tui videant æquitatem.

Probásti cor meum, & visitásti nocte: * igne me examinásti: * & non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquátur os meum ópera hóminum: * propter verba labiorum tuorum, ego custodívici vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis: * ut non moveántur vestigia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudísti me Deus: * inclína aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas: * qui salvos facis: sperantes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custodi me: * ut pupillassim oculi.

Sub umbrâ alárum tuarum prótege me: * à fâ-

tie impiorum , qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circumdedérunt , * ádipem suum conclusérunt: * os eorum locútum est supérbiam.

Projiciéntes me nunc circumdedérunt me : * óculos suos statuérunt , declinare in terram.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam : * & sicut cátulus leónis , hábitans in ábditis.

Exúrge Dómine , prævéni eum , & supplánta eum : * éripe animam meam ab ímpio : * frámeam tuam ab inimícis manús tuæ.

Dómine à paucis de terra dívide eos , in vitâ eórum: * de absconditís tuis adimpléitus est , venter eórum.

Saturáti sunt filiis: * & dimisérunt reliquias suas , párvulis suis.

Ego autem in justitia apparébo cōspéctui tuo: * fatiábor cùm apparuérit glória tua. Glória Patri. *Antiphona.* Inclína Dómine aurem tuam mihi , & exaudi verba mea.

Antiph. Díligam te.

Psalmus 17.

DIligam te Dómine fortitudo mea: * Dóminus firmamentum meū , & refúgium meum : * & liberátor meus.

Deus meus , adjútor meus: * & sperábo in eū.

Protéctor meus , & cornu salutis meæ : * & suscéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum : * & ab inimicis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolores mortis : * & torréntes iniquitatis , conturba-vérunt me.

Dolores inferni circum-dedérunt me : * præoccu-pavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum: * & ad Deum meum clamávi..

Et exaudívit de templo sancto suo vocé meam: * & clamor meus in conspéctu ejus , introívit in aures ejus.

Commota est , & contrémuit terra : * funda-ménta móntium conturbáta sunt , & commota sunt : * quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ixa ejus : * & ignis à facie ejus.

ejus exársit : * carbónes
succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cælos & des-
céndit : * & calígo , sub
péribus ejus.

Et ascéndit super Chéru-
bim , & volávit : * volá-
vit super pennis ventó-
rum.

Et pósuit ténebras latí-
bulum suum : * in circúi-
tu ejus tabernáculū ejus: *
tenebrósa aqua , in núbi-
bus áeris.

Præ fulgóre in cōspéctu
ejus nubes transíerunt : *
grando & carbónes ignis.

Et intónuit de cælo Dó-
minus: * & Altíssimus de-
dit vocem suam : * gran-
do & carbónes ignis.

Et misit sagítas suas, &
dissipávit eos : * fúlgura
multiplicávit , & contur-
bavit eos.

Et apparuérunt fontes
aquárū: * & reveláta sunt
fundaménta orbis terrárū.

Ab increpatiōne tuâ Dó-
mine : * ab inspiratiōne
Spíritus iræ tux.

Misit de summo , & ac-
cépit me : * & assúmpsit
me de aquis multis.

Eripuit me de inimícis
meis fortíssimis, & ab his
qui odérunt me : * quó-

niam confortáti sunt su-
per me.

Prævenérunt me in die
afflictiōnis meæ : * & fa-
ctus est Dóminus, proté-
ctor meus.

Et edúxit me in latitú-
dinem: * salvum me fe-
cit quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dó-
minus secúndùm justitiā
meam: * & secúndùm pu-
ritatē manuum meá-
rum, retríbuet mihi.

Quia custodívi vias Dó-
mini : * nec impiè gessi,
à Deo meo.

Quóniam omnia judí-
cias in cōspéctu meo: *
& justicias ejus , non ré-
puli à me.

Et ero immaculátus cum
eo : * & observábo me, ab
iniquitatē meâ.

Et retríbuet mihi Dó-
minus secúndùm justitiā
meam: * & secúndùm pu-
ritatē manuum meá-
rum , in conspéctu
oculórum ejus.

Cum sancto sanctus
eris : * & cum viro inno-
cénte, innocens eris.

Et cum éléto éléctus
eris : * & cum pervaeriso
pervertéris.

Quóniam tu pópulum
húmilem

húmilem salvum fácies: * & óculos superbórum , humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam , Dómine : * Deus meus illúmina , ténbras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne : * & in Deo meo , transgrédiar murum.

Deus meus impollúta via ejus : * elóquia Dómini igne examináta : * protéctor est ómnium , Iperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum ? * aut quis Deus præter Deum nostrum ?

Deus , qui præcínxit me virtute : * & pósuit immaclatam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tanquam cervórum : * & super excélsa státuēs me.

Qui docet manus meas ad prælium : * & posuísti ut arcum æreum , bráchia mea.

Et dedísti mihi protecctionem salútis tuae : * & déxtera tua suscépit me.

Et disciplína tua corréxit me in finem : * & disciplína tua , ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me : * & non sunt infirmáta vestígia mea. Péresequar inimícos meos , & comprehéndam illos : * & non convértar , donec deficiant.

Confríngam illos , nec pótentur stare : * cadent subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtute ad bélum : * & supplantásti insurgéntes in me , subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum : * & odiéntes me disperdidísti.

Clamavérunt , nec erat qui salvos fáceret ; ad Dóminū : * nec exaudívit eos.

Et commínuám eos ut púlverem ante fáciē venti : * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictionibus pópuli : * constítues me , in caput Géntiū.

Pópulus quem non cognóvi , servívit mihi : * in auditu auris , obedívit mihi.

Fílij aliéni mentiti sunt mihi : * filij aliéni inveráti sunt : * & claudicáverunt à sémitis suis.

Vivit Dóminus , & benedictus Deus meus : * & exaltétur

exaltetur Deus, salutis meæ.

Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me: * liberator meus de inimicis meis iracudis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me: * à viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus Dómine: * & nómini tuo psalmum dicam.

Magnificans salutes Regis eius: * & faciens misericordiam Christo suo David: * & sémini eius, usq; in sacerdotali. Glória Patri. Antiphona. Diligam te Dómine virtus mea.

In Quadragesima. ¶. Ipse liberavit me deláqueo venantium. ¶. Et à verbo áspero.

Tempore Passionis. ¶. De ore leonis libera me Dñe. ¶. Et à cornibus unicoriuum, humilitatē meam.

Tempore Paschali, Aña. Alleluia, allel. allel. allel. ¶. Surrexit Dóminus verè. ¶. Et appáruit Petro. Alleluia, alleluia, alleluia. Pater noster. secretò. ¶. Et ne nos inducas in tentationem. ¶. Sed libera nos à malo.

Deprecatio, ¶. Osténde nobis Dómine, misericordiam tuam. ¶. Et salutare tuum da nobis. ¶. Domne jube benedíce. Bened. Deus Dei Filius nos benedicere & adjuvare dignétur. ¶. Amen.

Pro v. Lectione, Bened. Æterná benedictionē tribuat nobis omnípotens & misericors Dñs. ¶. Amen.

Pro vj. Lectione, Bened. Grátia Spíritus sancti illuminet sensus & corda nostra. ¶. Amen.

IN III. NOCTURNO.

Antiph. Alleluia. In Choro cantatur ad modulum Aña. Domine adjutor, sub qua sola dicuntur tres Psalmi sequentes.

A Septuagesima ad Pascha, Antiph. Dómine.

Psalmus 18.

Cæli enarrant glorię Dei: * & opera manuum eius, annuntiat firmamentum.

Dies diéi eructat verbum: * & nox nocti, indicat scientiam.

Non sunt loquela neque sermones: * quorum non audiuntur, voces eorum.

In omnem terram exivit sonus,

Tonus eórum: * & in fines orbis terræ, verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: * & ipse tanquam sponsus procédens, de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam: * à summo cælo egréssio ejus.

Et occúrsus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat, à calore ejus.

Lex Dómini immaculata, convértens áimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justitiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Domini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus pérmanet in sæculum sæculi: * iudicia Dómini vera, iustificáta in semetipsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiòsum multum: * & dulciora, super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea: * in custodiéndis illis, retribútio multa.

Delícta quis intelligit: ab occúltis meis munda me: * & ab alienis, parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: * & emundábor, à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * & meditátio cordis mei, in conspéctu tuo semper.

Dómine adiútor meus, & redémptor meus.

Glória Patri.

Antiph. Dómine adjútor meus & redémptor meus.

Ant. Mittat tibi Dñs.

Psalmus 19.

EXaúdiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto: * & de Sion tueá tur te.

Memor sit omnis sacri fíci tui: * & holocaústum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum: * & omne consílium tuum confírmet.

Lætabimur in salutári tuo: * & in nōmine Dei nostri, magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiones tuas: * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus, Christum suum.

Exáudiet illum de cælo sancto

Sancto suo: * in potentati-
bus salus, déxteræ eius.

Hi in cùrribus, & hi in
equis: * nos autem in nò-
mine Dòmini Dei nostri,
invocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ce-
cidérunt: * nos autem sur-
réximus, & erécti sumus.

Dòmine salvum fac Re-
gem: * & exaudi nos in
die, qua invocavérimus
te. Glòria Patri.

Antiph. Mittat tibi Dò-
minus auxiliū de sancto.
Ant. Cantábimus & psal-
lémus.

Psalm. 20.

Domine in virtute tua
lætabitur Rex: * &
super salutare tuum, exul-
bit vehementer.

Desidérium cordis eius
tribuisti ei: * & volun-
tate labiorum eius, non
fraudasti eum.

Quóniam prævenisti
eum in benedictiōibus
dulcédiis: * posuisti in
cápite eius, corónam de
lápide pretioso.

Vitam pétiti à te, & tri-
buisti ei: * longitúdinem
diérum in sacerdócio, & in
sacerdócio sacerduli.

Magna est glòria eius
in salutari tuo: * glòriam

& magnum decórem, im-
pónes super eum.

Quóniam dabis eum in
benedictiōem in sacerdócio
sacerduli: * lètificabis eum
in gáudio, cum vultu tuo.

Quóniam Rex sperat in
Dòmino: * & in miseri-
còrdiâ Altissimi, non
commovébitur.

Inveniátur manus tua
omnibus inimicis tuis: *
déxtera tua invéniat, om-
nes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum-
ignis in tempore vultus
tui: * Dòminus in irâ suâ
conturbabit eos: * & de-
vorabit eos ignis.

Fructum eorum de ter-
râ perdes: * & semen eó-
rum, à filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt
in te mala: * cogitavérunt
consilia, quæ non potue-
runt stabilire.

Quóniam pones eos dor-
sum: * in reliquiis tuis
præparabis vultum eorū.

Exaltare Dòmine in vir-
tute tuâ: * cantábimus &
psallémus, virtutes tuas.
Glòria Patri.

Antiphona. Alleluia, al-
leluia, alleluia.

A Septuages. ad Pascha.
Aña. Cantabimus & Psal-
lémus

Iemus, virtutes tuas Dñe.
In Quadragesima. v. Scá-
pulis suis obumbrabit ti-
bi. R. Et sub pennis ejus
sperabis.

Tempore Passionis. v. Ne
perdas cum ímpiis Deus
ánimam meám. R. Et
cum viris sanguinum vi-
tam meam.

Tempore Paschali. v. Ga-
vísi sunt Discípuli. R. Vi-
fo Dómino. Allelúia, al-
lelúia, allelúia. Pater
noster, secretò. v. Et ne
nos indúcas. R. Sed lí-
bera nos à malo.

Deprecatio. v. Adjutó-
rium nostrum in nómí-
ne Dómini. R. Qui fecit
cælum & terram.

v. Domne jube benedí-
cere. Benedictio. Redém-
ptor humáni genéris nos
benedicere & adiuváre di-
gnétur. R. Amen..

Pro viij. Lectione, Bened.
Unigénitus Dei Fílius
nos benedicere & adiuvá-
re dignétur. R. Amen.

Pro ix. Lectione, Bened.
Ad supernórum cívium
societátēm, perdúcāt nos
omnipotens & misericors
Dóminus. R. Amen.

Sequens Hymnus semper
dicitur post ultimam Le-

ctionem & Responforium
in omnibus Dominicis à
Paschate ad Adventum,
à Nativitate Domini us-
que ad Septuagesimam, &
in omnibus Festis dupli-
bus, aut ubi notatur.

Hymnus.

TE Deum laudámus :
Te Dóminum, confi-
témur.

Te ætérnum: Patrem :
omnis terra, venerátur.

Tibi omnes Angeli : ti-
bi cæli, & universæ po-
testates.

Tibi Chérubim & Sé-
raphim : incessábili voce
proclámant.

Sanctus, Sanctus, San-
ctus Dóminus, Deus Sá-
baoth.

Pleni sunt cæli & terra:
gloriâ, majestatis tuæ.

Te, gloriósus: Aposto-
lorum chorus.

Te, Prophetarum: lau-
dabilis númerus.

Te, Martyrum candi-
datus: laudat exércitus.

Te, per orbem terrá-
rum : sancta confitétur
Ecclésia.

Patrem, immensæ ma-
jestatis.

Venerandum tuum ve-
rum : & únicum Fílium,

Sanctum

Sanctum quoque , pará-
cletum Spíritum.

Tu Rex glóriæ Christe.

Tu Patris , sempitérnus
es Fílius.

Tu ad liberándum sus-
ceptúrus hóminem : non
horruísti, Vírginis úterū.

Tu devícto mortis acú-
leo: aperuísti credéntibus,
regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei se-
des : in glória Patris.

Judex créderis esse ven-
turus.

Te ergo quæsumus fá-
mulis tuis súbveni : quos
pretioso sanguine rede-
místi.

Ætérnâ fac cum sanctis
tuis: gloriâ munerári.

Salvum fac pópulum
tuum Dómine : & bén-
dic , hæreditati tuæ.

Et rege eos , & extólle
illos, usque in ætérnum.

Per singulos dies, bene-
dícimus te.

Et laudámus nomen
tuum in sæculum : & in
sæculum sæculi.

Dignáre Dñe die isto sine
peccáto , nos custodíre.

Miserére nostri Dómi-
ne : miserére nostri.

Fiat misericórdia tua
Dómine super nos: quem-

ádmodum sperávimus in-
te.

Glória Patri , & Fílio &
Spíritui sancto , &c.

In te Dómine sperávi,
non confundar in ætér-
num.

A D L A U D E S.

Versus sacerdotalis.
Exultábunt sancti in gló-
ria. Rx. Lætabúntur in
cubílibus suis.

D Eus in adjutórium
meum inténde.

Rx. Dómine ad adiuván-
dum me festína. Glória
Patri & Fílio , & Spíritui
sancto. Sicut erat in prin-
cipio & nunc & semper:
& in sæcula sæculórum,
Amen. Allel. vel Laus tibi
Dñe Rex ætérnæ gloriæ.

Pro temporis diver-
sitate.

A Septuages. ad Pascha,
Añæ. Vt in proprio.

Tempore Paschali, Añæ.
Alleluia , quæ notatur in
proprio de Tempore , sub
qua dicuntur quinque
Psalmi sequentes.

Psalmus 92.
Dominus regnávit de-
còrem indútus est : *
indútus est Dominus for-
titúdinem , & præcín-
xit se.

Etenim

Etenim firmavit orbem terrae: * qui non commovabitur.

Parata sedes tua ex tunc * à saeculo tu es.

Elevaverunt flumina Domine: * elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos: * à vobis aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: * mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: * dominum tuam decet sanctitudo Domine, in longitudinem diecum.

Gloria Patri.

Psalmus 99.

Jubilate Domino omnis terra: * servite Dominum in laetitia.

Introite in conspectus ejus in exultatione: * scientote quoniam Dominus ipse est Deus: * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Popolus ejus, & oves pascuae eius, introite portas eius in confessione: * atria eius in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam suavis est Dominus: * in eternum mi-

sericordia eius: * & usque in generatione, & generationem veritas eius.

Gloria Patri.

Psalmus 62.

Dominus Deus meus: * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea* quam multipliciter tibi caro mea!

In terrâ desertâ, inviâ, & in aquosâ, sic in sancto apparui tibi: * ut vidarem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabant te.


Sic benedicam te in vi-
tâ meâ: * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adippe & pinguidine repleatur anima mea: * & labiis exultationis, laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo: * adhaesit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam: * introibunt in inferiora terræ:



terræ: * et adéntur in manus gladii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lœtabitur in Deo: * laudabuntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrūctum est os loquēntium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereáatur nostri, & benedicat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereáatur nostri.

Ut cognoscámus in terrâ viam tuam: * in omnibus Géntibus salutare tuū.

Confiteántur tibi populi Deus: * confiteántur tibi populi omnes.

Lœtentur & exultent Gentes: * quoniam iudeas pôpulos in æquitâte: * & Gentes in terrâ dîrigis.

Confiteántur tibi pôpuli Deus: * confiteántur tibi pôpuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

Canticum trium puerorum. Danielis 3.

Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino: *

laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedicite Angeli Dómini Dómino: * benedicite cæli Dómino.

Benedicite aquæ, quæ super cælos sunt Dómino: * benedicite omnes virtutes Dómini Dómino.

Benedicite sol & luna Dómino: * benedicite stellæ cæli Dómino.

Benedicite imber & ros Dómino: * benedicite omnis spíritus Dómino.

Benedicite ignis & æstus Dómino: * benedicite frigus, & æstus Dómino.

Benedicite rores & pruina Dómino: * benedicite gelu & frigus Dómino.

Benedicite glâcies & nives Dómino: * benedicite noctes & dies Dómino.

Benedicite lux & ténebræ Dómino: * benedicite fûlgura & nubes Dómino: * benedicat terra Dómino.

Benedicite montes & colles Dómino: * benedicite univérsa germinâlia terræ Dómino.

Benedicite fontes Dómino:

mīnō : * benedícite mā-
tīa & flūmina Dómino.

Benedícite cete , & om-
nia quæ movéntur in
aquis , Dóminō : * bene-
dícite omnes vólucres cæ-
li Domino.

Benedícite omnes bē-
stiæ & pecóra Dómino : *
benedícite filij hóminum
Dómino : * Benedícat Is-
raël Dómino.

Benedícite sacerdótes
Dómini Dómino : * be-
nedícite servi Dómini
Dómino.

Benedícite spíritus &
áanimæ iustórum Dómi-
no : * benedícite sancti &
hūmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Aza-
ria , Mísaël Dómino ,
laudáte & superexaltáte
eum in sæcula.

Benedicámus Pátri &
Fílio cùm sancto Spíri-
tu : * laudémus & super-
exaltémus eum in sæ-
cula.

Benedíctus es Dómine
in firmaménto cæli : * &
laudabilis, & gloriósus, &
superexaltátus in sæcula.

Psalmus 148.

LAUDÁTE Dóminum de
læolis : * laudáte eum
in excélsis.

Laudáte eum omnes
Angeli eius : * laudá-
te eum omnes virtutes
eius.

Laudáte eum sol & lu-
na : * laudáte eum omnes
stellæ & lumen.

Laudáte eum cæli cæló-
rum : * & aquæ quæ su-
per cælos sunt , laudent
nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta
sunt : * ipse mandavit,
& créata sunt.

Stáuit ea in sæculum, &
in sæculum sæculi : * præ-
céptum pósuit , & non
præteríbit.

Laudáte Dóminum de
terra : * dracónes & om-
nes abyssi.

Ignis, grando, nix, gla-
cies , spíritus procellá-
rum : * quæ fáciunt ver-
bum eius.

Montes & omnes col-
les : * ligna fructífera &
omnes cedri.

Béstiæ & univérsa pé-
cora : * serpentes & vó-
lucres pennatæ.

Reges terræ , & omnes
pópuli: * príncipes & om-
nes júdices terræ.

Júvenes, & vírgines, se-
nes cum junioribus , lau-
dent nomen Dómini : *
quia

quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cælum & terram : * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius : * filiis Israël populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantate Dómino canticum novum : * laus ejus in Ecclésia sanctoru.

Lætetur Israël in eo, qui fecit eum : * & filii Sion exultent in rege suo..

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano & psaltério psállant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in populo suo: * & exaltabit mansuétos, in salutem.

Exultabunt sancti in glória : * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gútture eorum : * & gladij ancípites , in manibus eorum.

Ad faciéndam vindictam in natióibus: * increpatiōnes in pópulis.

Ad alligándos reges eorum in compédibus : * & nóbiles eorum, in manicis férreis.

Ut fácient in eis iudicium conscríptum : * gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis eius : * laudáte eum in firmaménto, virtútis eius.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secundum multitudinem, magnitudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudate eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonatibus: * laudáte eum in cymbalis jubilatiōnis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Gloria Patri.

Capitulum v. &c. ut assignantur in proprio de tempore.

Canticum Zachariae.

Luc. 1.

Benedictus Dóminus Deus Israël: * quia visitavit, & fecit redemptiōnem , plebis suæ.

Et eréxit cornu , salutis nobis : * in domo David pueri sui.

Sicut

Sicut locútus est, per os
sanctórum: * qui à sácu-
lo sút, Prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis no-
stris : * & de manu óm-
nium, qui odérunt nos.

A d faciéndam miseri-
córdiam , cum pátribus
nostris : * & memorári,
testaménti sui sancti.

Jusjurándum quod jurá-
vit , ad Abraham patrem
nostrum : * datúrum se
nobis.

Ut sine timóre, de manu
inimicórum nostrórum
liberáti : * serviámus illi.

In sanctitáte , & justitia
coram ipso : * ómnibus
diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præ-
bis enim ante fáciem Dó-
mini, paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam
salutis plebi ejus: * in re-
missionem , peccatórum
eórum.

Per víscera misericórdiæ
Dei nostri: * in quibus vi-
sitávit nos, oriens ex alto.

Illumináre his qui in té-
nebris, & in umbra mor-
tis se lalent: * ad dirigéndos
pedes nostros ; in viam
pacis.

Glória Patri.

Pars Verna.

Deinde dicitur Aña, &
Oratio propria.

DOMINICA ad Primam.

Pater noster. Ave María.
Sancti Spíritus. ¶ Deus
in adjutórium. Allelúia.
vel Laus tibi Dñe Rex æ-
térnæ glóriæ. pro tempo-
ris diversitate.

Psalmus 53.

D Eus in nómine tuo
salvum me fac : * &
in virtúte tua, júdica me.
Deus exaudi oratióñem
meam: * aúribus pércipe,
verba oris mei.

Quóniam aliéni insur-
rexérunt advérsùm me: *
& fortes quæsiérunt áni-
mam meam: * & non pro-
posuérunt Deum , ante
conspéctum suum.

Ecce enim Deus adjuvat
me: * & Dóminus suscé-
ptor est, ánimæ meæ:

Avérte mala inimícis
meis: * & in veritáte tua,
dispérde illos.

Voluntariè sacrificábo
tibi : * & confitébor nó-
mini tuo Dómine , quó-
niam bonum est.

Quóniam ex omni tri-
bulatióne eripuísti me : *
& super inimícos meos,
despéxit óculus meus.

B Glória

Glória Patri , & Filio.
Sequens Psalmus Con-
fitémini Dómino. dicitur
tantū in Dominicis, quan-
do fit Officium de Domini-
ca ut in Psalterio, prater-
quam in Dominicis à Pas-
cha usque ad Pentecosten.
à Septuagesima verò us-
que ad Pascha ejus loco
dicitur Psal. Dñs regná-
vit. ut sup. in Laudib. 20.

Psalmus 117.

Confitémini Dómino,
quóniam bonus: * quóniam
in sæculum, misericórdia
eius.

Dicat nunc Israël, quóniam
 bonus : * quóniam in sæculum, misericórdia
 ejus.

Dicat nunc domus Aa-
 ron : * quóniam in sæcu-
 lum, misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent
 Dóminum: * quóniam in
 sæculū, misericórdia ejus.

De tribulatiōne in yocá-
 vi Dñm : * & exaudívit
 me ; in latitudine Dñs.

Dóminus mihi adjútor: *
 non timébo, quid fáciat
 mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: *
 & ego despícam inimí-
 cos meos.

Bonum est confidere in

Dómino : * quàm confi-
 dere in homine.

Bonum est sperare in
 Dómino : * quàm sperare
 in principiis.

Omnis Gentes, circum-
 dedérunt me : * & in nō-
 mine Dómini, quia ultus
 sum in eos.

Circumdántes circum-
 dedérunt me : * & in nō-
 mine Dómini, quia ultus
 sum in eos.

Circumdedérunt me si-
 cut apes : * & exarsérunt
 sicut ignis in spinis : * &
 in nōmine Dómini, quia ultus
 sum in eos.

Impulsus, evérsus sum
 ut caderem : * & Dómi-
 nus suscépit me.

Fortitudo mea, & laus
 mea Dóminus. * & factus
 est mihi in salutem.

Vox exultatiōnis & sa-
 lútis : * in tabernáculis
 justorum.

Déxtera Dómini fecit
 virtutem : * déxtera Dñi
 exaltávit me : * déxtera
 Dómini fecit virtutem.

Non móriar sed vivá : *
 & narrábo ópera Dñi.

Castígans castigávit me
 Dóminus : * & morti non
 trádidit me.

Aperite mihi portas ju-
 stitiae,

mittiæ , ingrèssus in eas
confitébor Dómino : *
hæc porta Dómini , justi
intrábunt in eam.

Confitébor tibi , quó-
niā exaudísti me : * &
factus es mihi in salútem.

Lápidem quem reproba-
vérunt ædificantes : * hic
factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est
istud : * & est miráble in
óculis nostris.

Hæc est dies quam fecit
Dóminus : * exultémus ,
& lætémur in ea.

O Dómine salvum me
fac : * ô Dómine benè pro-
speráre : * benedictus qui
venit, in nómine Dómini.

Benediximus vobis de
domo Dómini : * Deus
Dóminus , & illúxit nobis.

Constitúite diem solém-
nem, in condensis : * us-
que ad cornu altáris.

Deus meus es tu , & con-
fitébor tibi : * Deus meus
es tu , & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam
exaudísti me : * & factus
es mihi in salútem.

Confitémini Dómino ,
quóniam bonus : * quó-
niā in sǽculum miseri-
códia ejus.

Glória Patri.

Psalms 118.

Béati immaculati in
via : * qui ambulant
in lege Dómini.

Béati qui scrutantur te-
stimónia ejus : * in toto
corde exquirunt eum.

Non enim qui operán-
tur iniquitatem : * in viis
ejus ambulavérunt.

Tu mandásti , mandata
tua custodiri nimis.

Utinam dirigántur, viæ
meæ : * ad custodiendas
justificatiōnes tuas.

Tunc non confundar : *
cùm perspèxero , in ómnibus
mandatís tuis.

Confitébor tibi in direc-
tiōne cordis : * in eo
quod dídicí judicia justi-
tiæ tuae.

Justificatiōnes tuas cu-
stodiam : * non nie dere-
linquas usquequaque.

In quo corrigit adoles-
centior viā suam : * in cu-
stodiendo sermōnes tuos.

In toto corde meo ex-
quisívi te : * ne repéllas
me , à mandatís tuis.

In corde meo abscondi
elóquia tua : * ut non pec-
cem tibi.

Benedictus es Dómi-
ne : * doce me justifica-
tiōnes tuas.

In lábiis meis pronútiávi, ómnia iudicia oris tuí.

In via testimoniórū tuórum delectátus sum: * sicut in ómnibus divítii.

In mandátis tuis exercebor: * & considerábo vias tuas.

In justificatióibus tuis meditábor: * non obliviscar sermónes tuos.

Glória Patri.

REtríbue servo tuo: * vivífica me, & custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos: * & considerábo, mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscóndas à iné mandáta tua.

Concupívit ánima mea desiderare justificatiónes tuas: * in omni témpore.

Increpásti supérbos: * maledicti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me opprobrium & contémptum: * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, & advérsùm me loquebántur: * servus autem tuus exercebátur, in justificatióibus tuis.

Nam & testimónia tua meditatio mea est: * &

consílium meum, justificatiónes tuæ.

Adhæsit paviménto ánima mea: * vivífica me secundùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudísti me: * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me: * & exercebor, in mirabili-bus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis ámove à me: * & de lege tua, miserére mei.

Viā veritatis elégi: * iudicia tua non sū oblitus.

Adhæsi testimóniis tuis Dñe: * noli me cōfundere.

Viam mandatórum tuórum cúcurre: * cùm dilatásti cor meum.

Glória Patri.

Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tan-tum, quando fit Officium de Dominicis ut in Psalt.

& in festo SS. Trinitatis.

Symbolum S. Athanasij.

QUicúmque vult sal-vus esse, ante ómnia opus eit ut téneat Cathólicam fidem: * quam nisi quisque íntegram, invio-latámque

latamque servaverit : * absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica haec est : * ut unum Deum in Trinitate , & Trinitatem in unitate veneremur: * neque confundentes personas: * neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris: * alia Filiij : * alia Spiritus sancti : * sed Patris , & Filiij , & Spiritus sancti, una est divinitas: * æqualis gloria , coæternna majestas.

Qualis Pater: * talis Filius: * talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater : * increatus Filius : * increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater : * immensus Filius : * immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater: * æternus Filius: * æternus Spiritus sanctus : * & tamen non tres æterni sed unus æternus: * sicut non tres increati nec tres immensi: * sed unus increatus & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater: * omnipotens Filius: * omnipotens Spiritus

sanc tus : * & tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater : * Deus Filius : * Deus Spiritus sanctus : * & tamen non tres Dij, sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater : * Dominus Filius : * Dominus Spiritus sanctus : * & tamen non tres Domini, sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unamquamque personam Deum aut Dominum confitenti Christiana veritate compellimus : * ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater , à nullo est factus : * nec creatus , nec genitus.

Filius à Patre solo est: * non factus , nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio: * non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater , non tres Patres: * unus Filius. non tres Filiij: * unus Spiritus sanctus , non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterior nihil majus aut minus : * sed

Totæ tres persónæ coæternæ sibi sunt, & coæquales: * ita ut per omnia sicut jam suprà dictum est, & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse: * ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem: * ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi, fideleriter credat.

Est ergo fides recta: * ut credamus & confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius: * Deus & homo est.

Deus est, ex substântia Patris ante sæcula genitus: * homo est, ex substântia Matris, in sæculo natus.

Perfictus Deus: * perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Aequalis Patri, secundum Divinitatem: * minor Patre, secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo: * non duo tamen sed unus est Christus.

Unus autem, non con-

versione Divinitatis in carnem: * sed assumptio ne humanitatis in Deum. Unus omnino non confusione substântiae: * sed unitate persónæ.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo: * ita Deus & homo, unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostrâ, descendit ad inferos: * tertiam die surrexit à mortuis: * ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: * inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Ad cuius adventum omnes homines resurgent habent cum corporibus suis: * & reddituri sunt, de factis propriis rationem.

Et qui bona egérunt ibunt in vitam æternam: * qui verò mala in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica: * quam nisi quisque fideleriter, firmiterque crediderit: * salvus esse non poterit.

Glória Patri. Alleluia.
vel Laus tibi Domine
Rex æternæ gloriæ.

Deinde

Deinde dicuntur sequentes Preces.

¶. Exúrge Dómine adjuva nos. ¶. Et libera nos propter nōmen tuum. Kyrie éléison. Kyrie éléison. Christe éléisō Chri-
ste éléison. Kyrie éléisō. Pater nōster. *secretō usque ad x.* Et ne nos indúcas in tentatiōnem. ¶. Sed libera nos à malo. ¶. Vi-
vet ánimā mea & laudábit te, & judicia tua adjuvábunt me. ¶. Errávi sicut ovis quæ pérīit : quāre servum tuum Dó-
mine, quia mandāta tua non sum oblitus. Credo in Deum, *secretō*, Patrem omnipotēntem, creatōrem cæli & terræ. Et in Iesum Christum, Filiū ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, & se-
pultus : descendit ad inferos : tértiā die resutrécxit à mórtuis : ascéndit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotēntis : indè venturus est judicare vivos & mórtuos. Credo in Spíritum

sanc̄tum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communionein, remissiōnem peccatórum. Alta voce. ¶. Carnis resurrectiōnem. ¶. Vitam æternam, Amen. ¶. Réspice Dómine in servos tuos, & in ópera tua, & dirige filios eorum. ¶. Et sit spléndor Dómini Dei nostri super nos : & ópera manuum nostrarum dirige super nos : & opus manuum nostrarum dirige.

Orémus. Oratio.

Drigere, & sanctificáre dignitatis Dómine Iesu Christe Fili Dei vivi hodiè corda & corpora nostra ; ut in exequéndis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeámus salvátor mundi ; Qui cum Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus ! Per ómnia sæcula sæculorum ; ¶. Amen. ¶. Dignare Dómine die isto. ¶. Sine peccáto nos custodire. ¶. Dñe exaudi orationem meam. ¶. Et clamor meus ad te véniat. ¶. Dóminus vobiscum ; ¶. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Auge in nobis quæsumus Dómine fidem tuam : & Spiritus sancti lucem , in nobis semper accénde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum; Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate ejusdem Spiritus sancti ! Per omnia sæcula sæculorum. *R. Amen.*

Predicta Oratio dicitur etiam in festo SS. Trinitatis. In aliis vero festis & feriis dicitur ejus loco.

Orémus. *Oratio.*

Veritas tua, quæsumus Dómine, luceat semper in cordibus nostris : & omnis falsitas inimici destruatur. Per Dñm. *V. Dóminus vobiscum;* *R. Et cum spíritu tuo.* *V. Benedicámus Dómino ; R. Deo grárias ;*

Deinde in Choro legitur Martyrologium.

Postea à Hebdomadarius dicit. *V. Pretióla in conspectu Dómini. R. Mors sanctorum ejus.*

Et absolutè sine Orémus.

Oratio.

Sancta María, & omnes Sancti intercedant pro

nobis ad Deum : ut mereámur vitam æternam possidere. *R. Amen.*

Chorus. V. Adjuva nos Deus salutáris noster , & propter glóriam nóminalis tui Dómine libera nos, & propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum , ne fortè dicant in Géntibus , Ubi est Deus eórum ? Glória Patri, & Fílio & Spirítui sancto. Sicut erat in princípio , & nunc, & semper , & in sæcula sæculorū, Amen.

Kyrie eléisō. Kyrie eléisō. Christe eléisō. Christe eléisō. Kyrie eléisō. Pater noster. secretò usque ad V. Et ne nos indúcas in tentationē. R. Sed libera nos à malo. V. Adjutorium nostrum in nomine Dómini. R. Qui fecit cælum & terram. V. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat. V. Dóminus vobiscum ; R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Familiorum tuorum Dómine delictis ignosce ; ut qui tibi placere de cilibus nostris non valéamus : Genitricis Fílii tui

tui Dómini Dei nostri, & ómnium Sanctórum tuórum intercessióne salvémur. Per eúmdem Dñm.

Deinde dicitur secretò.
¶. Fidéliu ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ¶. Amen.

Et sic dicitur singulus diebus Dominicis & festis novem Lettionum, & per Octavas Paschæ, Pentecostes & Corporis Christi.

IN FERIALI OFFICIO extra Tempus Paschale.

A D. PRIM A M.

Pater noster. Ave María. Sancti Spiritus. ¶. Deus in adjutorium. *ut suprà.* Allelúa. *vel* Laus tibi Dñe Rex æternæ glóriæ. Psalmus. Deus in nómine tuo. *ut suprà.* 25.

Deinde dicitur unus ex infra scriptis Psalmis, secundum Ferias distinctis. Sabbato autem dicuntur tantum tres Psalmi sicut in Festis.

FERIA SECUNDA.

Psalmus 23.

Domi ni est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrárum, & univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super maria fundávit eum: * & super

flúniua præparávit eum:

Quis ascéndet in montem Dómini: * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde: * qui non accépit in vanum ánimam suam: * nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípier benedictiō nem à Dómino: * & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras: * & elevámini portæ æternáles: * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens: * Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras: * & elevámini portæ æternáles: * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtutum ipse est Rex glóriæ. Glória Patri.

FERIA TERTIA.

Psalmus 24.

A de Dñe levávi ani- mā meā * Dens meus in te cōfido, nō erubéscā.

Neque irrideant me ini-
mici mei : * étenim uni-
versi , qui sustinent te ,
non confundentur.

Cofundantur omnes iní-
qua agéntes , supervácuè.

Vias tuas Dómine de-
móstra mihi : * & sémi-
tas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte
tuâ , & doce me : * quia tu
es Deus salvátor meus : *
& te sustinui totâ die.

Reminiscere miseratió-
num tuárum Dómine : *
& misericordiárum tuá-
rum , quæ à sèculo sunt.

Delícta juvétutis meæ : *
& ignorántias meas ne
meminetis.

Secúndum misericór-
diam tuam meménto nre
tu : * propter bonitátem
tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dñs : *
propter hoc legem dabit
delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in
judício : * docébit mites
vías suas.

Univérsæ viæ Dómini
misericórdia & vériitas : *
requiréntibus testamén-
tū ejus , & testimónia ejus.

Propter nomen tuum
Dñe propitiáberis peccá-
to meo : * multū est enim .

Quis est homo qui ti-
met Dñm : * legem státuit
ei in via , quam elégit.

Anima ejus in bonis de-
morábitur : * & semen
ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dó-
minus timéntibus eum : *
& testaméntum ipsius ,
ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad
Dñm : * quóniam ipse evél-
let de láqueo pedes meos.

Réspice in me & misé-
réte mei : * quia únicus
& pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis
mei , multiplicatæ sunt : *
de necessitatibus meis ,
érue me.

Vide humilitáte meā &
labóre meum : * & dimít-
te univérsa delícta mea.

Réspice inimicos meos ,
quóniam multiplicatæ
sunt : * & ódio iníquo-
odérunt me.

Custódi ánimam meam ,
& érue me : * non erubésc-
cā quóniam sperávi in te.

Innocéntes & recti ad-
hæserunt mihi : * quia
sustinui te.

Líbera Deus Israël : *
ex ómnibus tribulatióni-
bus suis.

Glória Patri.

FERIA

FERIA QUARTA.

Psalmus 25.

Judica me Dómine,
quóniam ego in Inno-
céntia mea ingrēssus sū: *
& in Dómino sperans
non infirmábor.

Proba me Dómine, &
tenta me: * ure renes
meos & cor meum.

Quóniam misericórdia
tua ante óculos meos
est: * & complácui in ve-
ritáte tuâ.

Nón sedi cum concílio
vanitatis: * & cum ini-
qua geréntibus non in-
troíbo.

Odívi ecclésiam mali-
gnántium: * & cum ím-
piis non sedébo.

Lavábo inter innocé-
tes manus meas: * & cir-
cúndabo altáre tuū Dñe.

Ut áudiam vocem lau-
dis: * & enárrem univér-
sa mirabília tua.

Dómine diléxi décorum
domūs tuæ: * & locum
habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis
Deus ániam meam: *
& cum viris sanguinum
vitam meam.

In quorū mánibas ini-
quitátes sūt: * déxtera eó-
sū repléta est munéribus.

Ego auté in iñnocéntia
mea ingrēssus sum: * rédi-
me me & miserére mei.

Pes mēus stetit in diré-
cto: * in ecclésiis benedí-
cám te Dómine.

Glória Patri.

FERIA QUINTA.

Psalmus 22.

Dominus regit me &
nihil mihi déerit: *
in loco páschuæ ibi me
collocávit.

Super aquam refectio-
nis educávit me: * áni-
mam meam convértit.

Dedúxit me super sé-
mitas iustitiæ: * propter
nomen suum.

Nam & si ambulávero
in médio umbræ mortis: *
non timébo mala quo-
niam tu mecum es.

Virga tua & báculus
tuus, * ipsa me consolá-
ta sunt.

Parásti in conspéctu
meo mensam: * advérsus
eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo ca-
put meum: * & calix
meus inébrians quām
præclárus est!

Et misericórdia tua sub-
sequétur me: * ómnibus
diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in do-

mo Dómini , * in longi-
túdinem diérum.

Glória Patri.

F E R I A S E X T A .

Psalmus 21.

D Eus Deus meus rés-
pice in me, quare me
dereliquisti ? * longè à
salutē. meā verba deli-
ctórum meórum.

Deus meus clamábo per
diem & non exáudies : *
& nocte, & non ad insi-
piéntiam mihi.

Tu autem in sancto há-
bitas , * laus Israël.

In te speravérunt patres
nostrí : * speravérunt &
liberásti eos.

Ad te clamavérunt , &
salvi facti sunt : * in te
speravérunt , & non sunt
confúsi.

Ego autem sum vermis,
& non homo : * oppró-
brium hóminum & ab-
jéctio plebis.

Omnés vidéntes me, de-
risérunt me: * locúti sunt
lábiis, & móvérunt caput.

Sperávit in Dómino ,
erípiat eum : * salvum
fáciat eum , quóniam
vult eum.

Quóniam tu es qui ex-
traxisti me de ventre : *
spes mea ab ubéribus

matris meæ : * in te pro-
jéctus sum ex útero.

De ventre matris meæ,
Deus meus es tu : * ne
discésseris à me.

Quóniam tribulatio-
próxima est : * quóniam
non est qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vi-
tuli multi : * tauri pin-
gues obsédérunt me.

Aperiérunt super me
os suum : * sicut leo ra-
piens & rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum*
& dispérsa sunt ónnia
ossa mea.

Factum est cor meum
tanquam cera liquéscens : *
in médio ventris mei.

Aruit tamquam testa
virtus mea : * & lingua-
mea adhæsit fáucibus
meis : * & in púlverem
mortis deduxisti me.

Quóniam circumdedé-
runt me canes multi : *
concílium malignántium
obsédit me..

Fodérunt manus meas
& pedes meos : * dinume-
ravérunt ónnia ossa mea:

Ipsi verò consideravér-
unt & inspexérunt me: *
divisérunt sibi vestiné-
ta mea: * & super veste m
meam miserunt sortem.

Tu.

Tu autem Dñe ne elongaveris auxilium tuum: * ad defensionem meam conspice.

Erue à frámeâ Deus animam meâ: * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leonis: * & à cónribus unicórniū humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: * in médio ecclésiæ laudabo te.

Qui timétis Dóminum laudate eum: * univérsum semen Jacob glorificate eum.

Tímeat eum omne semen Israël: * quóniam non sprevit, neque despéxit deprecationem páuperis.

Nec avérit fáciem suá à me: * & cùm clamáre ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in ecclésiâ magnâ: * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent paúperes & satrabuntur: * & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: * vivent corda eorum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Reminiscéntur & converténtur ad Dóminum,

univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu ejus: * univérsæ familiæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum: * & ipse dominabitur Géntium.

Manducavérunt, & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conspéctu ejus cadent omnes, qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet: * & semen meum seruit ipsi.

Annuntiábitur Dómino generatio ventura: * & annuntiábunt cæli justitiam ejus: * pôpulo qui nascétur, quæ fecit Dñs..

Glória Patri.

Sabbato nihil additur, ut suprà in Rubrica. 33..

Deinde dicuntur Psal-mi. Beati immaculati. Et retríbue servo tuo. ut suprà. 27.

Allelúia. vel Laus tibi Dómine, Rex æternæ gloriæ.

¶. Exúrge Dómine adjuta nos. ¶. Et libera nos propter nomen tuum. Kyrie eléison. Kyrie eléison. Christe eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster: secretà.

¶. Et

¶. Et ne nos inducas in tentationem. ¶. Sed libera nos à malo. ¶. Vivet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adjuvabunt me. ¶. Erravi sicut ovis quæ pereit : quare servū tuum Dómine, quia mandata tua non sum oblitus; Credo in Deum. secretò usque ad ¶. Carnis resurrectionem. ¶. Vitam æternam, Amen.

Quando ad Matutinum non sunt dictæ magna Preces feriales statim dicitur ¶. Réspice Dómine, ut infra.

Quando autem ad Matutinum dictæ sunt magna Preces feriales , inferius posita post Laudes Feria secunda ; tunc ad Primam sequentes Preces dicuntur flexis genibus.

¶. Júdica Dómine nocentes me. ¶. Expugna impugnantes me. ¶. Apprehende arma & scutum ¶. Et exurge in adjutorium mihi. ¶. Effunde frámeam, & conclúde adversus eos qui persecutuntur me. ¶. Dic animæ meæ Salus tua ego sum. ¶. Perfice gressus meos in femitis tuis. ¶. Ut nō

moveantur vestigia mea. ¶. Ego clamávi; quoniam exaudisti me Deus. ¶. Inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. ¶. Misericórdia misericordias tuas. ¶. Qui salvos facis sperantes in te. ¶. A resisténtibus déxteræ tuæ custodi me. ¶. Ut pupillam oculi. ¶. Sub umbra alarum tuarum prótege me. ¶. A facie impiorum qui me afflixerunt. ¶. Audítam fac mihi manè misericordiā tuam. ¶. Quia in te sperávi. ¶. Notam fac mihi viam , in qua ambulem. ¶. Quia ad te levávi animam meam. ¶. Eripe me de inimicis meis Dómine ad te confugi. ¶. Doce me facere voluntatē tuam quia Deus meus es tu. ¶. Spíritus tuus bonus deducet me in terram rectā. ¶. Propter nomen tuum Dómine vivificabis me in æQUITATĒ tua. ¶. Educes de tribulatiōne animam meam. ¶. Et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. ¶. Et perdes omnes qui tribulant animam meam. ¶. Quóniam ego servus tuus sum.

Sequens

*Sequens Oratio dicitur
eadem voce.*

Orémus. *Oratio.*

Deus refúgium páu-
perum, spes humíliū,
salúsque miserórum ; de-
precationē nostram quæ-
sumus benígnus exáudi ,
& pro ómnibus qui se
nobis in oratióibus cō-
mendavérunt : précibus
nostris aurem tuę pietá-
tis inclína ; Et si qui ex
his jam obiérint, ab omni
vínculo deliciórum áni-
mas eórum cleménter ab-
sólve ; Si qui autem ad-
huc in hac frágili & in-
cértâ vitâ consistant : ita
eis benedictiōnem tuam
misericórditer largíri di-
gnéris ; ut & soláitia vitæ
mortális accípiant ; &
sempitérna gáudia com-
prehéndat : ut semper hic
& ubique poténtia boni-
tatis tuæ ab ómnibus sint
tuti advérsis ; **R.** Amen.
V. Réspice Dómine in
servos tuos , & in ópera
tua , & dírige fílios eó-
rum. **R.** Et sit splendor
Dómini Dei nostri super
nos : & ópera mánuum
nostrárum dírige super
nos : & opis mánuum
nostrárum dírige.

Orémus. *Oratio.*

Dirigere & sanctificá-
re dignéris Dómine
Iesu Christe Fili Dei vivi
hódiè corda & córvora
nostra ; ut in exequéndis
mandátis tuis , & volun-
táte tibi & actiōne pla-
ceámus Salvátor mundi ;
Qui cum Patre & Spíritu
santo vivis & regnas
Deus : Per ómnia sácu-
la sáculórum. **R.** Amen.

V. Dignáre Dómine die
isto. **R.** Sine peccáto nos
custodire. **V.** Dómine
exáudi oratióne meam.
R. Et clamor meus ad te
véniat. **V.** Dóminus vo-
biscum. **R.** Et cum spí-
ritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

Veritas tua , quæsu-
mus Dómine, lúceat
semper in córdibus no-
stris : & omnis fálsitas
inimíci destruáatur. Per
Dóminum nostrum.

V. Dóminus vobiscum ;
R. Et cum spíritu tuo.
V. Benedicámus Dómino.
R. Deo grátiias.

*In Quadragesima, Feria
ij. iv. & vj. dicitur Psal-
mus pœnitentialis , Beáti
quorum. cum **V.** & Orá-
tione ut in fine Breviarij.
Deinde*

Deinde in Choro legitur Martyrologium.

Postea Hebdomadarius dicit. ¶. *Pretiosa in conspectu Domini.* ¶. *Mors Sanctorum ejus.* Et *absolutè sine Oremus. Oratio.*
Sancta Maria, & omnes Sancti intercedant pro nobis ad Deum: ut mereamur vitam æternam possidere. ¶. Amen. *Chorus.* ¶. *Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos.* Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, ne forte dicant in Gentibus, Ubi est Deus eorum? Glòria Patri, & Fílio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen. Kyrie eléison. Kyrie eléison. Christe eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. *secreto usque ad.* ¶. *Et ne nos inducas in tentationem.* ¶. *Sed libera nos à malo.* ¶. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.* ¶. *Qui fecit cælum & terram.* ¶. *Domine exaudi orationem meam.*

¶. *Et clamor meus ad te véniat.* ¶. *Dóminus vobiscum;* ¶. *Et cum spiritu tuo.*

Orémus. Oratio.

Familiarum tuorum Domine delictis ignoscere; ut qui tibi placere deactibus nostris non valemus: Genitricis Filij tui Domini Dei nostri, & omnium Sanctorum tuorum intercessione salvemur. Per eundem Dominum nostrum.

In fine Prima quotiescumque non fit de Festo Duplici, vel novem Lecti- num dicitur pro Defunctis: ¶. *Réquiem æternam dona eis Domine.* ¶. *Et lux perpétua luceat eis.* *Psalmus.* *De profundis.* *ut inf.*
In fine non dicitur. Glòria Patri. sed ejus loco. ¶. *Réquiem æternam dona eis Domine.* ¶. *Et lux perpétua luceat eis.* ¶. *Domine exaudi orationem meam.* ¶. *Et clamor meus ad te véniat.* ¶. *Dóminus vobiscum;* ¶. *Et cum spiritu tuo.*

Orémus. Oratio.

Onipotens sempiterne Deus, cui numquam sine spe misericordia

dixæ

diæ supplicátur : propitiáre animábus famulórum tuórum ; ut qui de hac vitâ in tui nómínis confessióne deceſſérunt : Sanctórum tuórum número fáciás aggregári. Per Dóminum nostrum. Et dicitur secretò ¶. Requiéscat in pace. R. Amé.

In Feriis autem in quibus dicitur sunt magna Preces prædictus Psalmus De profundis. dicitur flexis genibus, quod in fine aliarum Horarum servetur.

IN FERIALI OFFICIO,

Temporis Paschalis & in Festis per Annum,

Post Psalmum, Deus in nómíne tuo. dicitur tantum Psalmus Beati immaculati. & Retribue. ut suprà. 27. Deinde Alleluia. vel Laus tibi Dómine, Rex æternæ glóriæ. Reliqua ut supra in Dominica.

Sed in Officio Feriali, & in Festis trium Lectionum post Orationem, Famulorum. dicitur semper pro Defunctis, ¶. Réquiem æternam. ut supra.

AD TERTIAM.
Pater noster. Ave Maria.
Sancti Spíritus. Deus in

adjutórium. Alleluia. vel
Laus tibi Dómine Rex
æternæ glóriæ. Pro tem-
poris diversitate.

Psalmus 118.

LEgem pone mihi Dómine viam justifica-
tionum tuárum : * & ex-
quiram eam semper.

Da mihi intelléctum, &
scrutábor legem tuam : *
& custódiam illam, in
toto corde meo.

Deduc me in sémitam
mandatórum tuórum : *
quia ipsam volui.

Inclína cor meum in te-
stimónia tua: * & non in
avaritiam.

Avérte óculos meos ne
vídeant vanitátem : * in
via tua, vivífica me.

Státue servo tuo eló-
quium tuum : * in timó-
re tuo.

Amputa opprórium
meum, quod suspicá-
sum : * quia judícia tua
jocunda.

Ecce concupívi mandáta
tua: * in æquitáte tua vi-
vífica me.

Et véniat super me mi-
sericórdia tua Dómine: *
salutáre tuum, secundum
elóquium tuum.

Et respondébo expro-
brántibus

brántibus mihi verbum: *
quia sperávi , in sermó-
nibus tuis.

Et ne aúferas de ore
meo verbum veritatis us-
quequaque : * quia in ju-
diciis tuis supersperávi.

Et custódiam legē tuam
semper : * in sǽculum, &
in sǽculum sǽculi,

Et ambulábam in lati-
cúdine : * quia mandáta
tua exquisívi.

Et loquébar de testimó-
niis tuis in conspéctu Re-
gū: * & non confundébar

Et meditábar in man-
datis tuis , quæ diléxi.

Et levávi manus meas
ad mandáta tua quæ di-
léxi : * & exercébor , in
justificatióibus tuis.

Glória Patri.

MEmor esto verbi tui
servo tuo : * in quo
mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est
in humilitate mea: * quia
elóquium tuum , vivifi-
cavit me.

Supérbi iníquè agébant
usquequaque : * à lege
autem tuâ, non declinávi.

Memor fui judiciórum
tuórum à sǽculo Dñe : *
& consolátus sum.

Deféctio tenuit me: *

pro peccatóribus, derelin-
quéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erāt ju-
stificatiónes tuæ: * in lo-
co peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nómí-
nis tui Dómine : * & cu-
stodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi : *
quia justificatiónes tuas
exquisívi.

Pórtio mea Dñe: * dixi,
custodire legem tuam.

Deprecátus sum fáciem
tuam in toto corde meo*
miserére mei secundùm
elóquium tuum.

Cogitávi vias meas : *
& convérti pedes meos ,
in testimónia tua.

Parátus sum, & non sum
turbátus: * ut custódiam
mandáta tua.

Funes peccatórum cir-
cumpléxi sunt me : * &
legem tuam , non sum
oblitus.

Mediâ nocte surgébam
ad confiténdum tibi : *
super judícia , justifica-
tiónis tuæ.

Párticeps ego sum óm-
nium timéntium te : * &
custodiéntium mandáta
tua.

Misericórdiâ tuâ Dñe
plena est terra : * justifi-
cationes

ecatiōnes tuas, doce me.
Glória Patri.

Bonitatem fecisti cum
servo tuo Dómine: *
secundum verbum tuum.
Bonitatem, & disciplinam,
& sciētiam doce
me: * quia mandatis tuis
crēdidi.

Priūsquā humiliārer
ego delīqui: * proptereā;
elōquium tuū custodívi.

Bonus es tu: * & in bo-
nitate tua, doce me justi-
ficationes tuas.

Multiplicata est super
me iniquitas superbō-
rum: * ego autem in to-
to corde, scrutabor man-
dāta tua.

Coagulatū est sicut lac-
cor eorum: * ego verò le-
gem tuam, meditatus sū.

Bonum mihi quia hu-
miliāsti me: * ut discam
justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris
tui: * super mīllia auri,
& argénti.

Manus tuae fecerunt me,
& plasmavérunt me: * da
mihi intellēctum, ut dis-
cam mandāta tua.

Qui ciment te, vidēbunt
me, & lætabúntur: * quia
in verbum tuum, super-
sperávi.

Cognōvi Dómine quia
æquitas iudīcia tua: * &
in veritatē tua, humiliā-
sti me.

Fiat misericórdia tua ut
consolētur me: * secún-
dum elōquium tuum ser-
vo tuo.

Véniant mihi misera-
tiones tuae, & vivam: *
quia lex tua, meditatio
mea est.

Confundantur supéribi,
quia injūstè iniquitatem
fecerunt in me: * ego au-
tem exercēbor in man-
datis tuis.

Convertantur mihi ti-
mēntes te: * & qui no-
vérunt, testimoniā tua.

Fiat cor meum immacu-
latum in justificatiōni-
bus tuis: * ut non con-
fundar.

Glória Patri. Alleluia.
vel Laus tibi Dómine
Rex æternæ glóriae.

*In Dominicis Quadra-
gesima Capitulum pro-
prium & oratio propria
de Tempore.*

*Deinde dicitur secretū.
¶ Fidélium animæ, &c.*

*Quod etiam dicitur in
fine Sextæ, Nonæ, & Com-
pletorij singulis diebus do-
minicis & festis novem
lectionum,*

lectionum, & per octauam Pascha, Pentecostes, & Corporis Christi.

Tempore Quadragesima in Feriali Officio usque ad Dominicam tertiam.

Capitulum. 2. Corint. 6.
IN ómnibus exhibeámus nos metípsos sicut Dei minístros: in multa patiéntia.

R. Participem me fac Deus ómnium timéntiu te, * Et custodiéntium mandáta tua. *ψ.* Aspice in me, & miserére mei, secúndùm judícium dili-géntium nomen tuum. Et custodiéntium mandáta tua. Glória Patri, & Filio, & Spíritui sancto. Partícipem me fac Deus ómnium timéntium te, & custodiéntium mandáta tua. *ψ.* Dicet Dño, suscéptor meus es tu. R. Deus meus sperábo in eum.

Deinde dicuntur magna Preces sequentes, flexis genibus.

Kyrie eléison. Kyrie eléison. Christe eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secretò usque ad *X.* Et ne nos indúcas in tentatió-

nem. R. Sed líbera nos à malo. *ψ.* Ego dixi Dñe miserére mei. R. Sana ániam meam, quia pec-cávi tibi. *ψ.* Convrétere Dómine úsquequò. R. Et deprecábilis esto super servos tuos. *ψ.* Fiat misericórdia tua Dómine super nos. R. Quemád-modum sperávimus in te. *ψ.* Ab occúltis meis munda me Dómine. R. Et ab alienis parce servo tuo. *ψ.* Dómine exáudi oratióne meam. R. Et clamor meus ad te vé-niat. *ψ.* Dóminus vobís-cum; R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.
Deus innocéntiæ re-stitutor & amator: dirige ad te tuórum cor-da servórum; ut Spíritus tui fervóre concépto, & in fide inveniántur stá-biles: & in ópere efficáces. Per Dóminum.

In Quadragesima Fe-ria ij. iv. & vj. post Oratióne dicitur flexis geni-bus Psalmus pœnitentia-lis. Dómine, ne in furó-re. cum X. & Oratione, ut in fine Breviarij.

A Dominica tertia Quadra

Quadragesima usque ad Dominicam Passionis in Feriali Officio.

Capitulum. In omnibus exhibeámus. ut suprà.

R. Bonum mihi Dómine, quòd humiliásti me: * Bonum mihi lex oris tui super míllia auri & argénti. **V.** Manus tuæ Dómine fecérunt me, & plasmavérunt me, da mihi intelléctum, ut discam mandáta tua. Bonum mihi lex oris tui super míllia auri & argénti. Glória Patri, & Fílio, & Spíritui sancto. Bonum mihi Domine, quòd humiliásti me. Bonum mihi lex oris tui super míllia auri & argénti.

V. Dicet Dño, suscéptor meus es tu. **R.** Deus meus sperábo in eum.

Deinde dicuntur magna Preces, ut suprà.

Orémus. Oratio.

Propitiare Dñe ini-
quitáibus nostris, &
exorábilis, tuis esto su-
plicibus; ut concessâ ve-
niâ quam precámur: per-
pétuo misericórdiæ tuæ
munére glóriemur. Per.

**Tempore Passionis in fe-
riali Officio.**

Capitulum. Jerem. 17.6

Sana me Dómine, &
sanábor; salvum me
fac, & salvus ero: quóniam laus mea tu es.

R. Erue à frámea Deus
ánimam meam, * Et de
manu canis únicam meá.

V. Eripe me Dómine ab
hómine malo, à viro iní-
quo líbera me. Et de ma-
nu canis únicam meam.

Non dicitur. Glória Pa-
tri. Sed Repetitur totum.

R. usque ad Versum.

R. Erue à frámea Deus
ánimam meam; Et de
manu canis únicam meá.
V. Intende ánime meæ
& líbera eam. **R.** Pro-
pter inimícos meos éripe
me Dómine.

Deinde dicuntur magna
Preces, ut suprà.

Orémus. Oratio.

DA pôpulo tuo quæ-
sumus Dómine Spí-
ritum veritatis & pacis;
ut & té torâ mente cog-
nóscat: & quæ tibi sunt
plácita, toto corde secté-
tur. Per Dnm. in unitáte
ejusdem, &c.

**In Dominicis Tempore
Paschali Capitulum pro-
prium & oratio propria
de Tempore.**

Tempore

*Tempore Paschali in Fer-
iali Officio.*

Capitulum. Rom 6.

Christus resúrgens ex mórtuis jam non móritur, mors illi ultra non dominábitur; quod enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.

R. Resurréxit Dóminus, allelúia, allelúia. Resurréxit Dóminus, allelúia, allelúia. **V**. Sicut dixit vobis, allelúia, allelúia. Resurréxit Dóminus, allelúia, allelúia. Gloria Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. Resurréxit Dóminus, allel. **V**. Surrexit Dñs verè. **R**. Et appáruit Petru, allelúia, allel. allel. *Oratio conveniens.*

*In fine Tertia quoties-
cumque non fit de Festo
novem Lectionum dicitur
pro Defunctis.*

V. Réquiem ætérnam dona eis Dómine. **R**. Et lux perpétua lúceat eis. **P**. De profundis. *ut inf.* in cuius fine non dicuntur. Glória Patri. *Sed ejus loco.* **V**. Réquiem ætérnam dona eis Dómine. **R**. Et lux perpétua lúceat eis.

V. Dómine exaudi orationem meam. **R**. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum; **R**. Et cum spiritu tuo.

Orémus. Oratio.

Absolve Dómine, ánimas famulórum tuorum, ab omni vínculo delíctorum: ut in Resurrectionis gloriâ, inter Sanctos tuos resuscitati respirent. Per Dóminum.

Secretò. V. Requiéscant in pace. R. Amen.

A D S E X T A M.
Pater noster. Ave Ma-
ría. Sancti Spirítus. Deus
in adjutórium. Allelúia.
*vel Laus tibi Dómine
Rex ætérnæ gloriæ.*

Pro temporis diversitate.
Psalmus 118.

Defécit in salutare tuum ánima mea: * & in verbum tuum super-
sperávi.

Defecérunt óculi mei in eloquium tuū: * dicentes,
Quando cōsoláberis me?

Quia factus sū sic ut in pruina: * justificatiō-
nes tuas, non sū oblītus.

Quot sūt dies servi tui? * quando fácies de perse-
quéntibus me, judicium?

Narravérunt mihi iní-
qui

qui fabulationes : * sed nis vidi finem : * latum mandatum tuum nimis.

Glória Patri.

QUÓmodo diléxi legē
tuā Dómine: * totā die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudētem me fecisti mandato tuo : * quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intelléxi : * quia testimonia tua , meditatio mea est.

Super senes intelléxi: * quia mādāta tua quasivi.

Ab omni viâ malâ prohibui pedes meos : * ut custódiam verba tua.

A judiciis tuis non declinávi : * quia tu legem posuisti mihi.

Quādi dulcia fáucibus meis eloquia tua: * super melori meo !

A mandatis tuis intellexi : * propterea , odívi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum : * & lumen sémitis meis.

Jurávi: * & státui, custodire judicia justitiae tuæ.

Humiliátus sum usquequaque : * Dómine vivifICA me , secundum verbum tuum.

Volun-

Omnia mandata tua véritas : * iniquè persecuti sunt me , adjuva me.

Paulóminus consummavérunt me in terra : * ego autem, non dereliqui mandata tua.

Secundū misericórdiam tuā vivifICA me*& custodiā , testimonia oris tui.

In æternum Dñe, verbū tuum pérmanet in cælo.

In generatiōne & generatiōnem véritas tua : * fundásti terram , & pérmanet.

Ordinatiōne tuā persevérat dīes : * quóniam ómnia serviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditatio mea est : * tunc fortè periissim, in humilitate mea.

In æternū non oblívīcar justificatiōnes tuas: * quia in ipsis , vivifícsti me.

Tuus sum ego, salvum me fac : * quóniam justificatiōnes tuas , exquisivi.

Me expectavérunt pecatōres ut pérderent me: * testimonia tua, intelléxi.

Omnis consummatiō-

Voluntaria oris mei,
benaplacita fac Domine: * &
judicia tua doce me.

Anima mea in manibus
meis semper: * & legem
tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores
laqueum mihi: * & de
mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquisivi
testimonia tua in æternum: * quia exultatio
cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum, ad
facientes justificaciones
tuas in æternum: * pro
pter retributionem.

Glòria Patri.

INQUOS odio habui: *
& legem tuam diléxi.

Adjutor & suscepitor
meus es tu: * & in ver
bum tuum supersperavi.

Declinare à me malí
gni: * & scrutabor man
data Dei mei.

Suscipe me secundum
elóquiū tuum, & vivā: *
& non confundas me, ab
expectatione mea.

Adjuva me & salvus
ero: * & meditabor in ju
stificationibus tuis seper.

Sprevisti omnes disce
dentes à judiciis tuis: *
quia injústa cogitatio
eorum.

Prævaricantes reputavī
omnes peccatores terræ: *
ideò diléxi testimonia
tua.

Confige timore tuo
carnes meas: * à judiciis
enim tuis, timui.

Feci judicium & justi
tiam: * non tradas nie
calumniantibus me.

Suscipe servum tuum
in bonum: * non calum
niéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt
in salutare tuum: * & in
elóquium justitiae tuæ.

Fac cum servo tuo se
cundum misericordiam
tuam: * & justificacio
nes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: *
da mihi intellectum ut
sciam testimonia tua.

Tempus faciendo Dó
mine: * dissipaverunt le
gem tuam.

Ideò diléxi mandata
tua: * super aurum, &
topázion.

Propterea ad ómnia
mandata tua dirigébar: *
omnem viam iniquam,
odio habui.

Glòria Patri. Alklúia.
vel Laus tibi Dómine,
Rex æternæ glóriæ.

Pro temporis diversitate.

In Dominicis Quadragesima Capitulum, proprium & oratio propria de Tempore.

Tempore Quadragesima in Feriali Officio usque ad Dominicam tertiam.

Capitulum. Joëlis 2. d
Parce Dómine, parce
pópulo tuo ; & ne des
hereditatém tuam in op-
probrium : ut dominén-
tur eis natiōnes.

¶. Ab omni viâ malâ
prohíbui pedes meos, *
Ut custódiam mandáta
tua Dómine. ¶. A judí-
ciis tuis non declinávi,
quia tu legem posuísti
mihī. Ut custódiam Gló-
ria Patri. Ab omni viâ.
¶. Ipse liberávit mede-
laqueo venántium. ¶. Et
à verbo áspero.

Deinde dicuntur magna Preces sequentes flexis genibus.

Kyrie eléison. Kyrie
éléison. Christe eléi-
son Christe eléison. Ky-
rie eléison. Pater noster.
secretò usque ad ¶. Et
ne nos indúcas in tenta-
tiōnem. ¶. Sed libera
nos à malo. ¶. Sacerdó-
tes tui induántur justi-
tiam. ¶. Et sancti tui

Pars Verna.

exultent. ¶. Dómine sal-
vum fac Regem. ¶. Et
exaudi nos in die, qua in-
vocavérimus te. ¶. Sal-
vum fac pópulum tuum
Dómine, & bénedic hæ-
reditati tūx. ¶. Et rege
eos, & extolle illos us-
que in æternum. ¶. Ab
occultis mieis munda me
Dómine. ¶. Et ab alié-
nis parce servo tuo.
¶. Dómine exaudi ora-
tiōnem meam. ¶. Et clā-
mor meus ad te véniat.
¶. Dóminus vobíscum ;
¶. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Ad hunc Dómine pô-
pulis tuis in tuâ pro-
tectione fidéntibus ; &
tuæ se déxteræ supplí-
ter inclinantes : perpétuâ
defensiōne consérva. Per
Dóminum.

**In Quadragesima Fe-
ria ij. iv. & vj. post Ora-
tionem dicitur flexis geni-
bus, Miserére mei Deus.
cum ¶. & Oratione, ut in
fine Breviarij.**

**A Dominica tertia Qua-
dragesima usque ad Do-
minicam Passionis in Fe-
riali Officio.**

**Capitulum, Parce Dó-
mine, ut supra.**

C

R. Servus tuus ego sum: * Da mihi intellec^{tum} Dómine. **V.** Ut discam mandata tua. Da mihi. Glória Patri. Servus tuus. **V.** Ipse liberávit me de láqueo venántium. **R.** Et à verbo áspero.

Deinde dicuntur magna Preces, ut suprà.

Orémus. *Oratio.*

DA nobis quæsumus Dómine de tribulatiōne lætitiam; ut qui diù pro peccatis nostris afflígimur: intercedente beato Joanne Baptista in tua misericordia respíremus. Per Dóminum.

In aliis Ecclesiis proferatur nomen Patroni.

Tempore Passionis in Feriali Officio.

Capitulum. Jerem. 17. c

Confundántur qui me persequuntur, & non confundar ego, páveant illi, & non páveam ego; induc super eos díem afflictionis: & dúplici contritione cóntere eos. Dómine Deus noster.

R. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam,* Et cum viris sanguinum vitam meam. **V.** Dum ex alto manus meas ad

templum sanctum tuum; ne simul trahas me cum peccatóribus. Et cum viris. non dicitur Glória Patri. sed ejus loco repetitur totum R. usque ad V.

R. Ne perdas &c. **V.** De ore leonis libera me Dómine. **R.** Et à cónib^s unicórnium humilitatē meam.

Deinde dicuntur magna Preces. ut suprà.

Orémus. *Oratio.*

QUæsum⁹ Omnipotēs Deus afflīcti populi lácrymas réspic⁹ & iram tuā indignationis avérte; ut qui reatum nostræ infirmitatis agnoscimus: tuā consolatiōne liberemur. Per Dóminum.

In Dominicis tempore Pasch. Capitul. proprium & Orat. propr. de Temp.

Tempore Paschali in Feriali Officio.

Capitulum. 1. Cor. 15.

Christus resurréxit à mortuis, primitiæ dormiéntium, quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuorum; & sicut in Adam omnes moriūtūr: ita & in Christo omnes vivificabūtur.

R. Sur

V. Surréxit Dóminus ve-
ré, allelúia, allelúia. Sur-
réxit. Glória Patri. Sur-
réxit. **V.** Gavísi sunt dis-
cipuli. **R.** Viso Dómino,
allelúia, allelúia, allelúia.
Oratio conveniens.

*In fine Sextæ quoties
cumque non fit de Festo
nove in Lectionum dicitur
pro Defunctis. **V.** Ré-
quiem æternam dona eis
Dómine. **R.** Et lux per-
pétua lúceat eis.
P. De profundis. *ut inf.*
V. Réquiem æternam do-
na eis Dómine. **R.** Et lux
perpétua lúceat eis.
V. Dómine exáudi ora-
tionem meam. **R.** Et clá-
mor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobíscum;
R. Et cum spíritu tuo.*

Orémus. Oratio.

Inclina Dómine aurem
tuam ad preces nostras,
quibus misericórdiam
tuam súpplices deprecá-
mur: ut ánimas famuló-
rum tuorum, quas de hoc
sæculo migráre iussisti;
in pacis ac lucis régione
constítuas: & Sanctórum
tuorum júbeas esse con-
sórtes. Per Dóminum.
secretò. **V.** Requiéscant
in pace. **R.** Amen.

A D N O N A M.
Pater noster. Ave María.
Sancti Spíritus. Deus in
adjudórium. Allelúia. *vel*
Laus tibi dñe Rex æternæ
glóriæ. *Psal. 118.*

Mirabília testimónia
tua: * ídeò scrutáta
est ea, áнима mea.

Declarátiō sermónum
tuórum illúminat: * &
intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & at-
tráxi spíritum: * quia
mandáta tua desiderábā.

Aspice in me, & miseré-
re mei: * secundùm ju-
díciūm, diligéntium no-
men tuum.

Gressus meos dírige, se-
cundùm elóquium tuū: *
& non dominétur mei,
omnis iustítia.

Rédime me à calúm-
niis hóminum: * ut cu-
stódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina
super servum tuum: * &
doce me justificatiōnes
tuas.

Exitus aquárum dedu-
xerunt óculi mei: * quia
nō custodiérūt legē tuā.

Justus es Dómine: * &
reclum judicium tuum.

Mandásti iustitiam te-
stimónia tua: * & veri-

tatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus : * quia obliti sunt verba tua , inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer : * & servus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego,& contempsus: * justificationes tuas , non sum oblitus.

Justitia tua , justitia in eternum : * & lex tua veritas.

Tribulatio & angustia invenierunt me: * mandata tua, meditatio mea est.

Aequitas testimonia tua in eternum : * intellatum da mihi , & vivam.

Gloria Patri.

Clamavi in toto corde exaudi me Domine : * justificationes tuas requirram.

Clamavi ad te , salvum me fac : * ut custodiā mandata tua.

Præveni in maturitate & clamavi: * quia in verbum tuum supersperavi.

Prævenierunt oculi mei ad te diluculo : * ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam

tuam Domine : * & secundum judicium tuum, vivifica me.

Appropinquaverunt persecuentes me iniurianti : * à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu Domine: * & omnes viæ tuæ veritas.

Inizio cognovi de testimoniis tuis: * quia in eternum fundasti ea.

Vide humilitatem meam, & eripe me : * quia legem tuam, non sum oblitus.

Judica judicium meum, & redime me : * propter eloquium tuum vivifica me.

Longè à peccatoribus salus: * quia justificationes tuas, non exquisierunt.

Misericordiae tuæ multæ Domine: * secundum judicium tuum , vivifica me.

Multi qui persecutur me, & tribulant me: * à testimoniis tuis , non declinavi.

Vidi prævaricantes , & tabescébam : * quia eloquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandata tua diléxi : * Domine in misericordia tua , vivifica me.

Principium verbórum
tuórum véritas : * in
ætérnum , ómnia judícia
justítiae tuæ.

Glória Patri.

Príncipes persecuti sūt
me gratis : * & à ver-
bis tuis , formidávit cor
meum.

Lætabor ego super eló-
quia tua : * sicut qui in-
vénit spólia multa.

Iniquitatēm ódio hábui,
& abominátus sum: * le-
gem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem
dixi tibi : * super iudícias
justítiae tuæ.

Pax multa diligéntibus
legem tuam: * & non est
illis scándalum.

Expectábam salutare
tuum Dómine: * & man-
dáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea
testimónia tua : * & di-
léxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua,
& testimónia tua , * quia
omnes viæ meæ , in con-
spéctu tuo.

Appropínquet deprecá-
tio mea in conspéctu tuo
Dómine : * juxta eló-
quium tuum da mihi in-
telléctum.

Intret postulatio mea in .

conspéctu tuo : * secún-
dùm elóquium tuum éri-
pe me.

Erectábunt lábia mea
hymnum: * cum docúeris
me iustificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua
mea elóquia tua : * quia
ómnia mandáta tua ,
æquitas.

Fiat manus tua ut sal-
vet me: * quóniam man-
dáta tua elégi.

Concupívi salutare
tuum Dómine : * & lex
tua , meditatióne mea est.
Vixi et ánima mea , &
laudábit te : * & iudícias
tua , adjuyábunt me.

Errávi sicut ovis quæ
périit : * quære seruum
tuum Dómine : * quia
mandáta tua , non sum
oblitus.

Glória Patri. Alleluia.
vel Laus tibi Dómine,
Rex ætérnæ glóriæ.

*In Dominis Quadrage-
simæ Capitulum proprium
& Oratio propria de tem-
pore.*

*Tempore Quadragesimæ
in Feriali Officio usque
ad Dominicam tertiam.*

Capitulum.

DErelinquat impius
viam suam , & vir-

iniquo cogitationes suas;
& revertatur ad Dóminum,& miserébitur ejus;
& ad Deum nostrum, quóniam multus est ad ignoscéndum. R. Sépties in die laudem dixi tibi Dómine Deus meus, * Ne perdas me. V. Erravi sicut ovis quæ perierat, requíre seruum tuum Dómine, quia mandata tua non sum oblitus. Ne perdas me. Glória Patri. Sépties. V. Scápolis suis obumbrabit tibi. R. Et sub pennis ejus sperábis.

Deinde dicuntur magna Preces sequentes flexis genibus.

Kyrie eléison. Kyrie eléisô. Christe eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. secretò usque ad X. Et ne nos indúcas in tentatiōnem. R. Sed líbera nos à malo. V. Ostende nobis Dómine misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis. V. Dómine Deus virtutum converte nos. R. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. V. Ab occúltis meis munda me Dómine. R. Et ab alienis parce seruo

tuo. V. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat. V. Dóminus vobiscum; R. Et cum spíitu tuo.

Orémus. *Oratio.*

M Oveat Pietatem tuā quæsumus Dómine subjéctæ tibi plebis affectus: & misericordiam tuam supplicatio fidélis obtineat; ut quod méritis non præsumit: indulgentiæ tuæ largitatem percipiat. Per Dóminum.

In Quadragesima, Feria ij. iv. & vj. post Orationem diei, dicitur flexis genibus Psalmus. Dómine exaudi, cū V. & Orat. ut in fine Breviarij.

A Dominica tertia Quadragesima usque ad Dominicam Passionis in Feriali Officio.

Capitulum. Derelínquat impius. ut sup. 53- R. Declára super nos Deus, * Tuam misericordiam. V. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intelléctum dat párvulis. Tuam misericordiam. Glória Patri. Declára. V. Scápolis suis obumbrabit tibi. R. Et sub pennis ejus sperábis.

Deinde.

Deinde dicuntur magna
Preces, ut suprà. 54.

Orémus. Oratio.

OMnipotens Deus, misericordiam tuam nobis placatus impénde; ut qui te contemnendo culpam incurrimus: confitendo véniam consequámur. Per Dóminum nostrum.

Tempore Passionis in Fe
riali Ófficio.

Capitulum. Jerem. 11. d

TU Dómine Sábaoth qui júdicas justè, & probas renes & corda; vídeam quæso ultiónem ex eis: tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

R. Príncipes persequúti sunt me gratis, & à verbis tuis formidávit cor meum, * Lætábor ego super eloquia tua. ¶. Quasi qui invénit spólia multa. Lætábor ego. non dicitur Glória Patri: sed ejus loco repertitur totum R. usque ad ¶. R. Príncipes. ¶. Ne perdas cum ímpii Deus ánimam meam. Et cum viris sanguinum vitam meam.

Deinde dicuntur magna
Preces, ut suprà. 54.

Orémus. Oratio.

FIdéles tuos Dómine, quæsumus, córpore páriter & mente purífica; ut tuâ inspiratióne compuncti: nòxias delectatiónes vitare præváleant. Per Dóminum.

In Dominicis tempore Paschali Capit. & Orat. propr. de Tempore.

Tempore Paschali in Fe
riali Ófficio.

Capitulum. 1. Petri. 3.

Christus semel pro peccátis nostris mortuus est, justus pro injústis; ut nos offérret Deo, mortificátus quidem carne: vivificátus autem spíritu.

R. Gavísi sunt discípuli, allelúia, allelúia. Gavísi sunt. ¶. Viso Dómino, allelúia, allelúia. Gavísi sunt. Glória Patri. Gavísi sunt. Cognovérunt Dóminum. R. In fractiōne panis, allelúia, allelúia, Oratio conveniens.

In fine Nonæ quotiescumque non fit de festo Duplici, vel novem Læctionum, dicitur pro Defunctis. ¶. Réquiem æternam dona eis Dómine. R. Et lux perpétua luceat

eis. Psalmus. De profundi-
dis. ¶ Réquiem æter-
nam dona eis Dómine.

¶. Et lux perpétua lúceat
eis. ¶. Dómine exaudi
orationem meam. ¶. Et
clamor meus ad te vé-
niat. ¶. Dóminus vobis-
cū; ¶. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

Annue nobis Dómi-
ne, ut ánimæ famu-
lorum tuórum remissió-
nem ómnium mercantur
percípere peccatórum. Per
Dóminum secretò. ¶. Re-
quiéscant in pace.

¶. Amen.

Deinde dicitur secretò
Ana beata Virginis ut in-
fra notatur post Complet.

Vespera in Dominica, &
in Feriis, habentur inferius
post Laudes Sabbati.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum.

Pater noster. Ave María.
Sancti Spíritus. ¶. Dó-
mine lábia mea apéries.
ut supr.

In Quadragesima Invita-
tórium. Venite exulté-
mus Dño. Psalmus. Jubi-
lémus Deo salutári no-
stro. ut sup. 2.

Tempore Paschali. Al-
lelúia, allelúia, allelúia.

Antiphona autem No-
eturnorum per Annum,
ut infra.

Antiphona, Dóminus.
Tempore Paschali. Alle-
lúia, ad modulum Añæ.
Dóminus defensor sub
qua unā dicuntur omnes
Psalmi Nocturnorum.

Psalmus 26.

Dominus illuminatio-
mea, & salus mea: *
quem timébo?

Dóminus protéctor vi-
tæ meæ: * à quo trepi-
dábo?

Dum apprópiant super
me nocentes: * ut edant
carnes meas.

Qui tríbulant me ini-
mici mei: * ipsi infirmá-
ti sunt, & cecidérunt.

Si consístant advérsum
me castra: * non timébit
cor meum.

Si exúrgat advérsum
me prælium: * in hoc
ego sperábo.

Unam pétij à Dómino,
hanc requíram: * ut inhá-
bitem in domo Dñi, óm-
nibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem
Dómini: * & vísitem tem-
plum ejus.

Quóniam abscóndit me
in tabernáculo suo in die
malórum:

malórum: * protéxit me
in abscondito taberná-
culi sui.

In petra exaltávit me: *
& nunc exaltávit caput
meum , super inimícos
meos.

Círcuívī , & immolávi
in tabernáculo ejus hó-
stiam vociferatiōnis : *
cantábo, & psalmum di-
cam Dómino.

Exáudi Dómine vocem
meam , qua clamávi ad
te : * miserére mei , &
exáudi me.

Tibi dixit cor meum,
exquisívit te fácies meæ: *
fáciem tuá Dñe requírá.

Ne avértas fáciem tuam
à me: * ne declínes in ira
à servo tuo.

Adjútor meus esto , ne
derelinquas me : * neque
despícias me Deus , sa-
lutaris meus.

Quóniam Pater meus,
& mater mea dereliqué-
runt me: * Dóminus au-
tem assúmpsit me.

Legem pone mihi Dó-
mine in via tua : * & dí-
rige me in sémitâ rectâ,
propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in
ánimas tribulantiū me: *
quóniam insarrexerunt

in me testes iníqui : * &
mentita est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dó-
mini, * in terra vivéntiū.

Expécta Dóminum, vi-
riliter age: * & conforté-
tur cor tuum , & sústine
Dóminum.

Psalmus 27.

AD te Dómine clamá-
bo , Deus meus ne-
sileas à me : * nequán-
dostaceas à me: * & assimi-
labor descendéntibus in-
lacum.

Exáudi Dómine vocem:
deprecationis meæ , dum
oro ad te: * dum extóllo
manus meas, ad templum
sanctum tuum.

Ne simul trahas me
cum peccatóribus : * &
cum operántibus iniqui-
tatem ne perdas me.

Qui loquúntur pacem
cum próximo suo: * ma-
la autem in córdibus
eórum.

Da illis secundum ópe-
ra eórum: * & secundum
nequitiam ad inventio-
num ipsórum.

Secundum ópera má-
nium eórum tribue illis: *
redde retributiōnem eó-
rum ipsis.

Quóniam non intelle-

xérunt ópera Dómini, & in ópera mánuum ejus: * déstrues illos , & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus: * quóniam exaudívit vo- cem deprecationis meæ.

Dóminus adiútor meus, & protéctor meus : * & in ipso sperávit cor meum , & adjútus sum.

Et reflóruit caro mea: * & ex voluntáte mea, con- fitébor ei.

Dóminus fortitúdo ple- bis suæ: * & protéctor sal- vationum Christi súi est.

Salvum fac pópulum tuum Dómine , & bene- dic hæreditati tuæ : * & rege eos , & extólle illos usque in. aeternum.

Glória Patri.

Antiphona. Dóminus de- fensor vitæ meæ.

Antiphona. Adoráte Dó- minum. *Psalmus 28.*

Afférte Dómino filij Dei : * afférte Dó- mino filios arietum.

Afférte Dómino gló- riām & honórem : * af- férte Dómino glóriam nómini ejus : * adoráte Dóminum in átrio san- ctio ejus.

Vox Dómini , super

aquas: * Deus majestatis intónuit : * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtú- te: * vox Dómini in ma- gnificéntia.

Vox Dómini confrin- géntis cedros : * & con- frínget Dóminus , ce- dros Libani.

Et commínuet eas tam- quam vítulum Líbani : * & diléctus quemádmo- duni , filius unicórnium.

Vox Dómini interci- déntis flammarum ignis: * vox Dómini concutién- tis desértum : * & com- movébit Dóminus de- sertum cades.

Vox Dómini præparán- tis cervos , & revelábit condénsa: * & in templo ejus, omnes dicét glóriā,

Dominus dilúviū in- habitare facit: * & sedé- bit Dóminus rex in a- ténum.

Dñs virtútem pópulo suo dabit : * Dñs benedí- cer pópulo suo in pace.

Psalmus 29.

Exaltábo te Dómine quóniam suscepísti me : * nec deleclásti ini- mícos meos super me.

Dómine Deus meus clamáv*xi*

clamávi ad te , & sanásti me.

Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam : * salvásti me à descendéntibus in lacum.

Psállite Dño sancti ejus: * & confitémini mémořiæ sanctitatis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus : * & vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus : * & ad matutinum lètítia.

Ego autem dixi in abundántia mea : * Non móvébor in ætérnum.

Dómine in voluntáte tua , præstítisti decórī meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam à me : * & factus sum conturbátus.

Ad tē Dómine clamábo : * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utilitas in sanguíne meo : * dum descéndo in corruptiōneni ?

Numquid confitébitur tibi pulvis: * aut annuntiábit veritátem tuam ?

Audívit Dóminus , & misértus est méi : * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi : * conscidísti saccum meum , & circumdedísti me lètítia.

Ut cantet tibi glória mea , & non compungar: * Dómine Deus meus , in ætérnum confitébor tibi.

Glória Patri.

Aña. Adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Aña. In tua justitia.

Psalmus 30.
IN te Dómine sperávi,
Inon confúndar in ætérnum : * in justitia tua libera me.

Inclína ad me aurem tuam: * accélera ut éiuas me.

Esto mihi in Deum protetórem , & in domum refúgij : * ut salyum me fáciás.

Quóniam fortitúdine mea & refúgium meum es tu : * & propter nomen tuum dedúces me , & enútries me.

Edúces me de láqueo , quem abscondérunt mihi : * quóniam tu es protetor meus.

In manus tuas coméndo spíritum meum: * redemísti me Dómine

Deus veritatis.

Odisti observantes vanitates, supervacue.

Ego autem in Dño speravi: * exultabo, & laetabor, in misericordia tua.

Quoniam respexit humilitatem meam: * salvasti de necessitatibus, animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici: * statuisti in loco spatio pedes meos.

Miserere mei Dómine, quoniam tribulor: * conturbatus est in ira oculus meus: * anima mea, & venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea: * & anni mei in gemibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea: * & ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium: vicinis meis valde: * & timore notis meis.

Qui vidabant me, foras fugerunt a me: * obliuioni datus sum, tamquam mortuus a corde.

Factus sum: tamquam vas perditum: * quoniam audiui vituperationem multorum, commo-

rantium in circuitu.

In eo dum convenirent simul adversum me: * accipere animam meam, consiliati sunt.

Ego autem in te speravi Dómine: * dixi, Deus meus es tu: * in manibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum: * & a persecutibus me.

Illustra faciem tuam super servum tuum: * salvum me fac in misericordia tua: * Dómine non confundar, quoniam invocavi te.

Erubescant impij, & deducantur in infernum: * muta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur adversus justum iniquitatem: * in superbia & in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Dómine: * quam abscondisti timentibus te!

Perfecisti eis, qui sperant in te: * in conspectu filiorum hominum,

Abscondes eos in abscondito, faciei tuæ: * a conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo: * a contradictione.

Etione linguarum.

Benedictus Dominus: * quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi, in civitáte munitâ.

Ego autem dixi in excéssu mentis meæ: * Projéctus sum à fácie oculorum tuórum.

Ideò exaudísti vocem orationis meæ: * dum clamárem ad te.

Dilígite Dominum omnes sancti ejus: * quóniam veritátem requíret Dominus: * & retríbuet abundánte faciéntibus supérbiā.

Viriliter ágite, & confortétur cor vestrum: * omnes qui sperátis in Domino.

Psalmus 31.

BÉati quorum remíssæ sunt iniquitátes: * & quorū tecta sunt peccáta.

Beatus vir, cui non imputávit Dominus peccárum: * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tacui, in veteraverunt ossa mea: * dum clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua: * convérsus sum in ærúmnia meæ, dum

confígitur spina.

Delictum meum cōgnitum tibi feci: * & injustitiam meam non abscondi.

Dixi, Confitébor adversum me injustitiam meam Domino: * & tu remisisti impietátem peccati mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus: * in tempore opportuno.

Verúmtamen in diluvio aquarum multarum: * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatiōne, quæ circumdedit me: * exultatio mea erue me, à circumdantibus me.

Intelléctum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradiéris: * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: * quibus non est intelléctus.

In camo & fræno maxillas eorum cōstringe: * qui nō appròximāt ad te.

Multa flagella peccatoris: * sperántem autem in Domino, misericórdia circumdabit.

Lætámini in Dño, & exultáte iusti: * & gloriámini

mini omnes recti corde.

Glória Patri.

Antiph. In tua justitia

Jíbera me Dómine.

Antiph. Rectos decet.

Psalmus 32.

Exultáte justi in Dómino : * rectos decet colláudatio.

Confitémini Dómino in cithara : * in psaltério decem chordárum psálmite illi.

Cantáte ei cánticum novum: * benè psállite ei in vociferatióne.

Quia réctum est verbum Dómini: * & ómnia ópera ejus in fide.

Díligit misericórdiam & judicium: * misericórdia Dñi , plena est terra.

Verbo Dómini cæli firmati sunt: * & spíritu oris eius, omnis virtus eorū.

Cóngregans sicut in utre aquas maris : * ponens in thesáuris abyssos.

Tímeat Dóminum omnis terra : * ab eo autem commoveántur , omnes inhabitantes orbem.

Quóniam ipse dixit , & facta sunt : * ipse mandávit , & créata sunt.

Dóminus díssipat consilia Géntium : * repro-

bat autem cogitatiónes populórum , & repróbat consilia príncipum.

Consílium autem Dómini in ætérnum manet : * cogitatiónes cordis ejus in generatióne , & generatióne.

Beáta gens , cuius est Dóminus Deus ejus : * póplus , quem elégit in hæreditátem sibi.

De cælo respéxit Dóminus: * vidit omnes fi- lios hóminum.

De præparáto habitáculo suo: * respéxit super omnes , qui hábitant terram.

Qui finxit singillátim corda eórum: * qui intél- ligit ómnia ópera eórum.

Non salváatur rex per multam vittútem : * & gigas non salvábitur in multitúdine virtútis suæ.

Fallax equus ad salútem: * in abundántia au- tem virtútis suæ non salvábitur.

Ecce óculi Dómini su- per metuéntes eum : * & in eis qui sperant , super misericórdia ejus.

Ut éruat à morte áni- mas eórum : * & alat eos in fame.

Anima

Anima nostra sústinet nus : * béatus vii qui sperat in eo.
Dóminum : * quóniam adjútor & protéctor no-
ster est.

Quia in eo lætabitur
cor nostrum : * & in nō-
mine sancto ejus sperá-
vimus.

Fiat misericórdia tua
Dómine super nos : *
quemádmodum sperávi-
mus in te. *Psalmus 33.*

Benedicam Dñm in
omni tempore : * sem-
per laus ejus in ore meo.

In Dómino laudabitur
ánima mea : * áudiant
mansuéti, & lætentur.

Magnificáte Dóminum
meum, * & exaltémus
nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dóminam, &
exaudívit me : * & ex
ómnibus tribulatióibus
meis eríput me.

Accédite ad eum, & il-
luminámini : * & fácies
vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, &
Dóminus exaudívit eū : *
& de ómnibus tribula-
tióibus ejus salvávit eū.

Immítet Angelus Dó-
mini in circúitu timén-
tium eum : * & erípiet eos.

Gustáte, & vidéte quó-
niā suávis est Dómi-

nus : * beatus vii qui
sperat in eo.
Timéte Dóminum om-
nes sancti ejus : * quón-
iam non est inópia ti-
mémentibus eum.

Dívites egauérunt & esu-
riérunt : * inquiréntes
autem Dóminum , non
inuénunt oinni bono:

Veníte filij, audíte me : *
timórem Dómini docé-
bo vos.

Quis est homo qui vult
vitam : * díligit dies vi-
dere bonos ?

Próhibe linguam tuam
à malo : * & lábia tua ne-
loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac
bonum : * inquiré pacem,
& perséquere eam.

Oculi Dómini super ju-
stos : * & aures ejus ad
preces eórum.

Vultus autem Dómini
super faciéntes mala : *
ut perdat de terrâ me-
móriam eórum.

Clamavérunt justi , &
Dóminus exaudívit eos : *
& ex ómnibus tribulatió-
nibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis,
qui tribulátio sunt corde : *
& húmiles spíritu sal-
vábit.

Multa:

Multæ tribulatiōnes ju-
storum : * & de ómnibus
his, liberábit eos Dñs.

Custódit Dóminus óm-
nia ossa eórum : * unum
ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssi-
ma : * & qui odérunt ju-
stum , delínquent.

Rédimet Dóminus áni-
mas servórum suórum: *
& non delínquent omnes,
qui sperant in eo.

Glória Patri.

Antiphona. Rectos decet
collaudátio.

Antiphona. Expúgna.

Psalmus 34.

Judica Dómine nocén-
tes me: * expugna im-
pugnántes me.

Apprehénde arma &
scutum : * & exúrge in
adjatórium mihi.

Effúnde frámeam , &
conclúde advérsus eos,
qui persequúntur me : *
dic ánimæ meæ , salus
tua ego sum.

Confundántur & re-
vereántur : * quærén-
tes ánimam meam.

Avertántur retrórsum,
& confundántur : * cogi-
táentes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis
ante fáciem venti : * &

Angelus Dómini , co-
áctans eos.

Fiat via illórum téne-
bræ & lúbricum : * &
Angelus Dómini pérse-
quens eos.!

Quóniam gratis abs-
condérunt mihi intéri-
tum láquei sui : * super-
vácuè exprobravérunt
ánimam meam.

Véniat illi láqueus
quem ignórat: * & cáptio
quam abscóndit , appre-
héndat eum : * & in lá-
queum cadat in ipsum.

Anima autem mea exul-
tabit in Dómino: * & de-
lectábitur , super salu-
tári suo.

Omnia ossa mea di-
cent : * Dómine quis si-
milis tibi ?

Eripiens ínopem de ma-
nu fortíorum ejus: * egé-
num & páuperem , à di-
ripiéntibus eum.

Surgéntes testes iní-
qui : * quæ ignorábam,
interrogábant me.

Retribuébant mihi ma-
la pro bonis : * sterilitá-
tem ánimæ meæ.

Ego autem cùm mihi
moléstii essent : * indué-
bar cilicio.

Humiliábam in jejúnio
ánimam

ánimam meam : * & orá-
tio mea, in sinu meo con-
vertétur.

Quasi próximum , &
quasi fratrem nostrum, sic
complacébam : * quasi
lugens & contristátus,
sic humiliábar.

Et advérsum me lètati-
sunt , & convenérunt : *
congregáta sunt super me
flagélla , & ignorávi.

Dissipáti sunt, nec com-
púncti : * tentavérunt
me , subsannavérunt me
subsannatióne : * fren-
duérunt super me, dénti-
bus suis.

Dómine, quando respí-
cies : * restítue ánimam
meam à malignitáte eó-
rum : * à leónibus úni-
cam meam.

Confitébor tibi in ec-
clésia magna : * in pópu-
lo gravi laudábo te.

Non supergáudeant mi-
hi qui adversántur mi-
hi iníquè : * qui odérunt
me gratis , & ánnuunt
tulis.

Quóniam mihi quidem
pacíficè loquebántur: * &
& in iracúndia terræ lo-
quéntes, dolos cogitábát.

Et dilatavérunt super
me os suum : * dixerunt,

Euge , éuge , vidérunt
óculi nostri.

Vidísti, Dómine, ne sí-
leas: * Dómine ne discé-
das à me.

Exúrge , & inténde ju-
dício meo Deus meus : *
& Dóminus meus , in
causam meam.

Júdica me secúndùm
justitiám tuam Dómine
Deus meus : * & non su-
pergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus
suis, Euge, euge, ánimæ
nostræ : * nec dicant,
Devorávimus eum.

Erubéscant & revereán-
tur simul : * qui gratu-
lántur malis meis.

Induántur confusióne &
reveréntiâ : * qui magna
loquúntur super me.

Exúltent & lètentur qui
volunt justitiám meam: *
& dicant semper, Magni-
ficétur Dóminus, qui vo-
lunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditá-
bitur justitiám tuam : *
totâ die laudem tuam.

Psalmus 35.

DIxit injústus ut de-
linquat in semetíp-
so : * Non est timor Dei,
ante óculos ejus.

Quóniam dolósè egit
in

In conspéctu ejus : * ut' pérbiæ : * & manus inveniátur, iniquitas ejus peccatóris non móveat ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas & dolus : * nóluit intelligere, ut benè ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo: * ástítit omni viæ non bonæ : * malítiam autem non odivit.

Dómine in cælo misericórdia tua : * & véritas tua usque ad nubes.

Justitia tua sicut montes Dei : * judícia tua, abyssus multa.

Hómines & juménta salvábis Dómine * quemádmodum multiplicásti, misericórdiam tuâ Deus.

Filij autem hóminum, in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab ubertate domûs tuæ: * & torrénte voluptatis tuæ, potabíis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ : * & in lúmine tuo , vidébimus lumen.

Præténde misericórdiam tuam sciéntibus te: * & justitiam tuam, his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes su-

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem: * expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Glória Patri.

Antiph. Expúgna impugnántes me.

Antiph. Revélà.

Psalmus 36.

NOli æmulári in malignántibus: * nequæ zeláveris faciéntes iniquitátem.

Quóniam tanquam fœnum velóciter aréscet: * & quemádmodum ólera herbárum , citò décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem : * & inhábita terram , & pascéris in di-vitiis ejus.

Delectáre in Dómino: * & dabit tibi , petitiones cordis tui.

Revélà Dómino viam tuam , & spera in eo : * & ipse fáciet.

Et edúceret quasi lumen justitiam tuam , & judicium tuum tamquam méridiem : * subditus esto Dómino , & ora eum.

Noli æmulári in eo qui prosperátur in viâ suâ: *

in

In hómine faciente injus-
titias.

Défine ab irâ , & dere-
linque furórem : * noli
æmulári ; ut malignéris.

Quóniam qui malig-
nántur , exterminabún-
tur : * sustinéntes autem
Dóniinum , ipsi hæreditá-
bunt terram.

Et adhuc pusíllum , &
non erit peccátor : * &
quæres locum ejus , &
non invénies.

Mansuéti autem hære-
ditábunt terram : * & de-
lectabúntur , in multitú-
dine pacis.

Observábit peccátor ju-
stum : * & stridébit super
eum , déntibus lúis.

Dóminus autem irridé-
bit eum : * quóniam
próspicit , quòd véniet
dies ejus.

Gládium evaginavérunt
peccatóres : * intendé-
runt arcum suum.

Ut decípiant páuperem
& ínopem : * ut trucídent
rectos corde.

Gládius eórum intret in
corda ipsórum : * & ar-
cus eórum confringátur.

Mélius est módicum ju-
sto : * super divítias pec-
atórum multas.

Quóniam bráchia pec-
catórum conteréntur : *
confirmat autem iustos.
Dóminus..

Novit Dóminus dies
immaculatórum : * & hæ-
réditas eórum , in æter-
num erit.

Non confundéntur in-
témpore malo : * & in
diébus famis saturabún-
tur : * quia peccatóres
períbunt.

Inimíci verò Dómini
inx honorificáti fúerint
& exaltáti : * deficiéntes
quemádmodum sumus ,
deficient.

Mutuábitur peccátor , &
non solvet : * justus au-
tem miserétur , & tríbuet.

Quia benedicéntes ei
hæreditábunt terram : *
maledicéntes autem ei
disperíbunt.

Apud Dóminum gressus
hóminis dirigétur : * &
viani ejus volet.

Cùm cecíderit , non col-
lidétur : * quia Dóminus
suppónit manum suam.

Júnior fuī , étenim sé-
nui : * & non vidi justum
derelictum : * nec semen
eius quærens panem.

Totā die miserétur , &
cómmodat : * & semen il-
lius ,

Ius, in benedictiōne erit.
Declīna à malo , & fac
bonum : * & inhābita in
sæculum sæculi.

Quia Dóminus amat
judicium, & non derelīn-
quet sanctos suos : * in
ætérnū conservabūntur.

Injūsti puniēntur : * &
semen impiórum perībit.

Justi autem hæreditá-
bunt terram : * & inha-
bitabunt in sæculum sæ-
culi , super eam.

Os justi meditabitur
sapiēntiam : * & lingua
ejus loquétur judicium.

Lex Dei ejus in corde
ipsius : * & non supplán-
tabūntur gressus ejus.

Considerat peccator ju-
stum : * & quærerit morti-
ficare eum.

Dóminus autem non
derelīnquet eum in má-
nibus ejus: * nec damná-
bit eum , cùm judicá-
bitur illi.

Expécta Dñm, & custó-
di viam ejus , * & exaltá-
bit te , ut hæreditate cá-
pias terram: * cùm perie-
rint peccatóres , vidébis.

Vidi ímpium superexal-
tatum : * & elevátum
sicut cedros Líbani.

Et transívi , & ecce non

erat : * quæsívi eum , &
non est invéntus locus
ejus.

Custódi innocéntiam ,
& vide æquitátem: * quó-
niā sunt reliquiæ hó-
mini pacífico.

Injūsti autem disperí-
bunt : * simul reliquiæ
impiórum interibunt.

Salus autem justórum à
Dómino : * & protéctor
córum , in témpore tri-
bulatiōnis.

Et adjuvábit eos Dó-
minus , & liberábit eos: *
& éruet eos à peccatóri-
bus : * & salvábit eos ,
quia speravérunt in eo.

Psalmus 37.

Domine, ne in furóre
tuo árguas me: * ne-
que in irâ tuâ corrípias
me.

Quóniam sagíttae tuæ
infixaæ sunt mihi : * &
& confirmásti super me,
manum tuam.

Non est sánitas in car-
ne meâ à fácie iqxæ tuæ: *
non est pax óssibus meis,
à fácie peccatórū meórū.

Quóniam iniquitátes
meæ supergrésse sunt
caput meum : * & sicut
onus grave , gravatæ sunt
super me.

Putrué

Putruérunt, & corrúptæ
sunt cicatrícēs meæ : * à
fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, &
curvátus sum usque in
finem : * totâ die contri-
státus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei
impléti sunt illusióni-
bus : * & non est sánitas
in carne meâ.

Afflíctus sum, & humi-
liátus sum nimis : * ru-
giébam à gémitu cordis
mei.

Dómine, ante te omne
desidérium meum : * &
gémitus meus, à te non
est abscónditus.

Cor meum conturbá-
tum est : * derelíquit me
virtus mea, & lumen ocu-
lorum meórum : * & ip-
sum non est mecum.

A míci mei, & próximi
mei : * advérsūm me ap-
propinquavérunt, & stet-
erunt.

Et qui juxta me erant,
de longè stetérunt : * &
vim faciébant, qui quæ-
rébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala
mihi, locúti sunt vanitá-
tes : * & dolos totâ die
meditabántur.

Ego autem tamquam

surdus non audiébam : *
& sicut mutus, non apé-
riens os suum.

Et factus sum sicut ho-
mo non áudiens : * & non
habens, in ore suo redar-
gutiónes.

Quóniam in te Dómi-
ne sperávi : * tu exáudies
me Dómine Deus meus.

Quia dixi, Nequándo
supergáudeant mihi ini-
mici mei : * & dum com-
movéntur pedes mei, su-
per me magna locúti sūt.

Quóniam ego in flagél-
la parátus : * & dolor
meus, in conspéctu meo
semper.

Quóniam iniquitátem
meam annuntiábo : * & co-
gitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vi-
vunt, & confirmáti sunt
super me : * & multipli-
cáti sunt, qui odérunt
me iniquè.

Qui retríbuunt mala pro
bonis detrahébant mihi : *
quóniam sequébar boni-
tátem.

Ne derelínquas me Dó-
mine Deus meus : * ne
discésseris à me.

Inténde in adjutórium
meum, Dñe Deus salútis
meæ. Glória Patri.

Antiph.

Antiph. Révéla Dómino viam tuam.

In Quadragesima. ¶ Scuto circumdabit te véritas ejus. ¶ Non timébis à timore Nocturno.

Tempore Passionis. ¶ Inténde ánimæ meæ & líbera eā. ¶ Propter inimicos meos éripe me Dñe.

Tempore Paschali. Aña. Allelúia, allelúia, allelúia. ¶ Resurréxit Dóminus. ¶ Sicut dixit vobis, allelúia, allel. allel.

A D L A U D E S.
¶ *Sacerdotalis*, Exultabunt Sancti. ¶ Deus in adjutórium. ut suprà.

Quando non assignantur propria Antiph. dicitur.
Antiph. Miserére.

Tempore Paschali. Aña. Allelúia in Choro cantatur ad modulum añæ Prætimore sub qua dicitur Psal. Dóminus regnávit cum reliquis de Dominicæ, ut in Psalm. Aña. Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

Psalmus 50.
Miserére mei Deus: * secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitú-

diné miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate meâ: * & à peccato meo, munda me.

Quóniam iniquitatem meam ego cognóscō: * & peccatum meum, contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermónibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum: * & in peccatis concépit me, mater mea.

Ecce enim veritatem dilexísti: * incépta & oculta saviéntiæ tux, manifestasti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gáudium & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Avérite faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mandum crea in me Deus: * & spíritum rectum innova, in viscéribus meis.

Ne projicias me à facie
tuâ : * & Spíritum san-
ctum tuum , ne áuferas
à me.

Redde mihi lætitiam
salutáris tui : * & spíritu
principáli confirma me.

Docébo iníquos vias
tuas: * & ímpij ad te con-
verténtur.

Líbera me de sanguíni-
bus Deus , Deus salútis
meæ : * & exultábit lin-
gua mea, justítiam tuam.

Dómine lábia mea apé-
ries : * & os meum an-
nuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses
sacrificium, dedíssem úti-
que : * holocáustis non
delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus
contribulátus: * cor con-
tritum & humiliátum ,
Deus non despícies.

Benignè fac Dómine
in bonâ voluntáte tuâ
Sion : * ut ædificéntur
muri Jerúalem.

Tunc acceptábis sacri-
cium justitiæ , oblatio-
nes & holócausta : * tunc
impónent super altáre
tuum vítulos.

Glória Patri.
Aña. Miserére mei Deus.
Antiph. Intéllige.

Psalmus 5.

VErba mea áuribus
pérçipe Dómine : *
intéllige clamórem meū.

Inténde voci oratiónis
meæ : * Rex meus , &
Deus meus.

Quóniam ad te orábo,
Dómine : * manè exau-
dies vocem meam.

Manè astábo tibi , & vi-
débo : * quóniam non
Deus volens , iniquitá-
tem tu es.

Neque habitábit juxta
te malignus : * neque
permanébunt injústi, an-
te óculos tuos.

Odísti omnes , qui ópe-
rántur iniquitatē : * per-
des omnes , qui loquún-
tur mendácium.

Virum sanguinum &
dolósum abominábitur
Dóminus : * ego autem
in multitúdine , miseri-
córdia tuæ.

Introíbo in domum
tuam: * adorábo ad tem-
plum sanctum tuum , in
timore tuo.

Dómine deduc me in
justitiâ tuâ : * propter
inimicos meos dírige in
conspéctu tuo , viam
meam.

Quóniam non est in
ore

ore eorum véritas : * cor eorum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eorum : * linguis suis dolosè agébant : * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatió-
nibus suis : * secundùm
multitúdinem impietá-
tum, eorum expélle eos : *
quóniam irritavérunt te
Dómine.

Et lătentur omnes , qui
sperant in te : * in æter-
num exultábunt , & ha-
bitábis in eis.

Et gloriabuntur in te
omnes , qui diligunt no-
men tuum : * quóniam
tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ
voluntatis tuæ, coroná-
sti nos.

Glória Patri.

Antiph. Intéllige clamó-
rem meum Dómine.

Antiph. Deus Deus meus
ad te de luce vígilo.

Psalmus idem, ut sup. 21.

Antiph. Convérsus es.

Canticum Isai & Prophete.

Cap. 12.

Confitébor tibi Dó-
mine , quóniam irá-
tus es mihi : * convérsus
est furor tuus , & conso-
latus es me.

Ecce Deus salvátor
meus : * fiduciáliter agam,
& non timébo.

Quia fortitúdo mea , &
laus mea Dóminus : * &
factus est mihi in salú-
tem.

Hauriéris aquas in gáu-
dio de fóntibus salvató-
ris : * & dicétis in illâ die,
Confitémini Dómino , &
invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis
ad inventiōnes ejus : *
mementóte quóniam ex-
célsus est, nomen ejus.

Cantáte Dómino, quón-
iam magníficè fecit : *
annuntiáte hoc , in uni-
vérsa terrâ.

Exulta & lauda habitá-
tio Sion : * quia magnus
in médio tui , sanctus
Israël.

Glória Patri.

Aña. Convérsus est fu-
ror tuus Dómine , & con-
solátus es me.

Aña. Laudáte Dóminum
de cælis. *Psalm. idem.* 23.

IN QVADRAGESIMA.

Capitulum. Joél. 2.

Convertimini ad me
in toto corde vestro,
in jejúnio , & fletu , &
planctu , & scindite cor-
da vestra , & non vesti-
ménta

mēta vestra; & conver-
tīmini ad Dñm Denm
vestrum, quia benignus, &
misericors est, patiens &
multus misericordiā: &
præstabilis super malitia.
¶. Scapulis suis obum-
brabit tibi. Rx. Et sub
pennis ejus sperabis.

*Ad Benedictus Aña
propria, ut in Feriis Qua-
dragesima, post quam di-
cuntur sequentes preces
flexis genibus.*

Kyrie eleison. Kyrie
eleison. Christe elei-
son. Christe eleison. Kyrie
eleison. Pater noster. se-
cretō usque ad ¶. Et ne
nos inducas in tentatio-
nem. Rx. Sed libera nos à
malo. ¶. Ego dixi Dómi-
ne miserere mei. Rx. Sana
ánimam meam quia pec-
cavi tibi. ¶. Convrertere
Dómine usquequò. Rx. Et
deprecabilis esto super ser-
vos tuos. ¶. Fiat miseri-
cordia tua Dómine super
nos. Rx. Quemádmodum
sperávimus in te. ¶. Sa-
cerdótes tui induantur ju-
stitiam. Rx. Et sancti tui
exultent, ¶. Dómine sal-
vum fac Regem. Rx. Et
exaudi nos in die qua in-
vocaberimus te. ¶. Sal-

vum fac pôpulum tuum
Dómine, & bénedic hæ-
reditati tuæ. Rx. Et rege
eos, & extolle illos usque
in ætérnum. ¶. Ab oc-
cúltis meis munda me Dó-
mine. Rx. Et ab alienis par-
ce servo tuo. ¶. Dómine
exaudi orationem meam.
Rx. Et clamor meus ad te
véniat.

*Deinde dicitur Psalmus.
De profundis. ut inf. à.*

*Et in fine, Glória Patri.
Finito Psalmo dicitur,
¶. Exúrge Dómine adju-
va nos. Rx. Et libera nos
propter nomen tuum.
¶. Dómine exaudi orati-
onem meam. Rx. Et clamor
meus ad te véniat.*

¶. Dóminus vobiscum;
Rx. Et cum spíitu tuo.

*Orémus. Oratio conve-
niens,*

*Post orationem diei, Fe-
ria ij. iv. & vj. usque ad
fer. v. in cœna Domini
exclusivè, dicitur flexis
genibus Psal. Pœnitenti-
tialis Domine ne in fu-
rore cum. ¶. & orat. ut
in fine breviarij.*

*Deinde post orationem
pro peccatis, dicitur Psal-
mus Levavi, cum. ¶. &
oratione.*

D Psalmus

Pars Verna.

Psalms 120.

Levavi óculos meos ad montes : * unde véni et auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino : * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiō nem pedem tuum : * neque dormítet , qui custódit te.

Ecce non dormitábit , neque dormiet : * qui custódit Israël.

Dóminus custódit te : * Dóminus protéctio tua , super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum , & exítum tuum : * ex hoc nunc , & usque in sæculum.

Glória Patri.

X. Salvos fac servos tuos Dómine. **R.** Deus meus sperántes in te. **X.** Dómine exaudi oratiōnem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat. **X.** Dóminus vobíscum ; **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Adésto Dómine sup- plicatiōnibus no- stris ? & viam famulórum tuórum in salútis tue prosperitatē dispónē ; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietatēs tuo semper protegámur auxílio. Per Dóminum nostrum.

FERIA TERTIA

Ad Matutinum.

In Quadragesima.

Invitatorium. Jubilé- mus Deo salutari nostro.

Tempore Paschali invi- torium. Alleluia , alle- luia, alleluia.

Psal. Veníte exultémus. 2.

Antiphona. Ut non de- linquam.

Temp. Pasch. Aña. Allel.

Psalms 38.

Dixi , custódiam vias meas : * ut non delin- quam, in lingua mea.

Pósui ori meo custodiā : * cùm consisteret peccátor adversum me.

Obmútui , & humiliátus sum , & sílui à bonis : * & dolor meus , renovátus est.

Concáluit cor meum in- tra me : * & in meditatiōne mea , exardéscet ignis.

Locúitus sum in lingua mea :

meā : * Notum fac mihi
Dómine finem meum.

Et númerum diérum
mēorum quis est : * ut
sciam quid desit mihi.

Ecce mensurábiles posui-
stī dies meos : * & substán-
tia mea , tamquam sihi-
lum ante te.

Verúmtamen univérsa
vánitas , omnis homo vi-
vens.

Verúmtamen in imágine
pertránsit homo : * sed
& frustrā conturbátur.

Thesaurízat & ignórat
cui congregábit ea : * &
nunc quae est expectatio
mea? nōnne Dóminus : *
& substántia mea apud
te est.

Ab ómnibus iniquitáti-
bus meis érue me: * oppró-
briū insipiénti dedísti me.

Obmútui , & non apérui
os meū: * quóniam tu se-
císti , ámove à me plágas
tuas.

A fortitúdine manūs tuā
ego deféci in increpatiōni-
bus: * propter iniquitátem
corripuísti hóminem.

Et tabéscere fecísti sicut
aráneam ániam ejus: *
verúmtamen vanè contur-
bátut omnis homo.

Exaudi oratiōnem meam

Dómine , & deprecatiō-
nem meam: * áribus pér-
cipe lácrymas meas,

Ne sileas, quóniam áde-
na ego sum apud te: * & pe-
regrinus , sicut omnes pa-
tres mei.

Remítte mihi, ut refrige-
rer priusquam ábeam : * &
ámplius non ero.

Psalmus 39.
E xpéctans expectávi Dó-
minum : * & inténdit
mihi.

Et exaudívit preces
meas : * & edúxit me de
lacu misériæ , & de luto
fæcis.

Et státuit supra petram
pedes meos : * & diréxit
gressus meos.

Et immisit in os meum
cánticum novum : * car-
men Deo nostro.

Vidébunt multi , & ti-
mébunt : * & sperábunt in
Dómino.

Beátus vir , cuius est no-
men Dómini spes ejus : *
& non respéxit in vanitá-
tes , & insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómi-
ne Deus meus mirabília
tua : * & cogitatiōnibus
tuis , non est quis símilis
tibi.

Annuntiávi , & locútus

sum : * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium & oblatiō-
nem noluísti : * aures au-
tem perfecísti mihi.

Holocáustum & pro pec-
cáto non postulásti : * tunc
dixi , Ecce vénio.

In cápite libri scriptum
est de me , ut fácerem vo-
luntátem tuam : * Deus
meus vólui , & legem
tuam , in médio cordis
mei.

Annuntiávi justítiam
tuam in ecclesiâ magna : *
ecce lábia mea non prohi-
bébo : * Dómine tu scísti.

Justítiam tuam non ab-
scóndi in corde meo : * ve-
ritátem tuam , & salutáre
tuum dixi.

Non abscóndi misericór-
diam tuam , & veritá-
tem tuam , à concílio
multo.

Tu autem Dómine ne
longè fáciás miseratió-
nes tuas à me : * miseri-
córdia tua & véritas tua ,
semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedé-
runt me mala , quorum
non est númerus : * com-
prehendérunt me iniqui-
tates meæ : * & non pótui
ut vidérem.

Multiplicátae sunt su-
per capíllos cápitis mei : *
& cor meum derelíquit
me.

Compláceat tibi Dómine
ut éruas me : * Dómine ad
adjuvándum me réspice.

Confundántur & re-
vereántur simul : * qui
quærunt ánimam meam ,
ut áuferant eam.

Avertántur retrórsum , &
revereántur : * qui volunt
mihi mala.

Ferant conféstim confu-
siónem suam : * qui dicunt
mihi , Euge , euge.

Exultent , & lătētūr super
te omnes quárentes te : *
& dicant semper , magnifi-
céatur Dóminus , qui díli-
gunt salutáre tuum.

Ego autē mendícus sum ,
& pauper . * Dóminus sol-
licitus est mei.

Adjútor meus , & proté-
ctor meus tu es : * Deus
meus ne tardáveris.

Glória Patri.

Aña. Ut non delínquam
in linguâ meâ.

Aña. Sana Dómine.

Psalmus 40.
BÉatus qui intellégit su-
per egénum & páupe-
rem : * in die malâ liberá-
bit eum Dóminus.

Dóminus

Dóminus cōsérvet eum,
& vivificit eum, & beárum
fáciat eum in terrâ : * non
tradat eum, in ániam,
inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi
super lectum doloris ejus : *
univérsum stratum ejus
versásti, in infirmitate ejus.

Ego dixi, Dómine misere-
ré mei : * sana ániam
meam, quia peccávi tibi.

Inimici mei dixerūt mala
mihi : * Quando morietur
& peribit nomen ejus ?

Et si ingrediebátur ut vi-
déret, vana loquebátur : *
cor ejus congregávit ini-
quitátem sibi.

Egrediebátur foras, &
loquebátur.

In idípsum advérsūm me
susurrábant omnes inimí-
ci mei : * advérsūm me co-
gitábant mala mihi.

Verbum iniquum consti-
tuérunt advérsūm me : *
numquid qui dormit, non
adjiciet ut resurgat ?

Etenim homo pacis mex-
in quo speráyi : * qui edé-
bat panes meos, magnifi-
cavit super me supplanta-
tióнем.

Tu autem Dómine misere-
ré mei, & resuscita me : *
& retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam
voluísti me : * quóniam
non gaudébit inimicus
meus super me.

Me autem propter inno-
céntiam suscepísti : * &
confirmásti me in conspé-
ctu tuo, in æternum.

Benedictus Dñs Deus Is-
raél : * à sèculo & in sècu-
lum fiat, fiat.

Psalmus 41.

Quemadmodum desí-
derat cervus ad fon-
tes aquáriūm : * ita desí-
derat ánima mea ad te
Deus.

Sitívit ánima mea ad
Deum fortē vivum : *
quando véniam & apparé-
bo, ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrymæ
meæ panes die ac nocte : *
dū dícitur mihi quotídie,
Ubi est Deus tuus ?

Hæc recordátus sum, &
effúdi in me ániam meā : *
quóniam transíbo in locū
tabernáculi admirabilis,
usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis &
cōfessiónis, sonus epulan-
tis.

Quare tristis es ánima
mea ? & quare conturbas
me ? * spera in Dño, quóniam
adhuc confitébor illi : * sa-

Intáre vultus mei , & Deus
meus.

Ad meípsum ánima mea
conturbáta est: * proptéreā
memor ero tui de terra

Jordánis: * & Hermoniūm
á monte módico.

Abyssus abyſſū invocat: *
in voce cataractarū tuárū.

Omnia excélsa tua, & flu-
etus tui super me transié-
runt.

In die mandávit Dómi-
nus misericordiam suam: *
& nocte cánticum ejus.

Apud me oratio Deo vi-
ta mea : * dicam Deo;
Suscéptor meus es.

Quare oblítus es méi , &
quare cōtristatus incédo: *
dum affligit me inimicus?

Dum confringúntur ossa
mea : * exprobravérunt
mihi qui tríbulant me, in-
mici méi.

Dum dicūt mihi per sín-
gulos dies , Ubi est Deus
tuus? * Quare tristis es án-
ima mea ? & quare contú-
bas me ?

Spera in Deo , quóniam
adhuc confitébor illi: * sa-
lutare vultus mei , & Deus
meus. Glória Patri.

Ana. Sana Dómine án-
iam meam : quia peccávi
tibi. *Ana.* Eructávit.

Psalmus 43.

D Eus áuribus nostris
audívimus : * patres
nostrí annuntiavérunt no-
bis.

Opus quod operátus es in
diebus eórum : * & in dié-
bus antíquis.

Manus tua Gentes dispér-
didit, & plantásti eos: * af-
flixísti pópolos, & expulísti
eos.

Nec enim in gládio suo
possedérunt terram : * &
bráchium eórum non sal-
vávit eos..

Sed déxtera tua , & brá-
chium tuum , & illuminá-
tio vultus tui: * quóniam
complacuísti in eis.

Tu es ipse Rex meus , &
Deus meus : * qui mandas
salútes Jacob..

In te inimícios nostros
ventilábimus cornu: * &
in nómine tuo spernémus,
insurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo
sperábo: * & gládius meus
non salvábit me.

Salvásti enim nos de af-
fligéntibus nos: * & odién-
tes nos confudísti.

In Deo laudábimus totā
die: * & in nómine tuo cō-
fitébimus tibi in sáculum.

Nunc autem repulísti , &
confux

confudisti nos : * & non egrediéris Deus in virtutibus nostris.

Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros : * & qui odérunt nos, diripiébant sibi.

Dedisti nos tanquā oves escárum : * & in Géntibus dispersisti nos.

Vendidisti pópulum tuū sine prétio : * & non fuit multitudo , in communatiónibus eórum.

Posuísti nos opprobrium vicínis nostris: * subsannatióne & derísum, his qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitudinem Géntibus: * communitónem cápit, in pólulis.

Tota die verecúndia mea contra me est: * & confusio faciéi meæ, coopéravit me.

A voce exprobrántis & obloquéntis : * à fácie inimici & persequéntis.

Hæc ómnia venérunt super nos , nec obliti sumus te: * & iniquè non égimus, in testaménto tuo.

Et non recéssit retrò cor nostrum: * & declinásti sémitas nostras, à viâ tuâ.

Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis: * & coopéravit nos, umbra mortis.

Si obliti sumus nōmē Dei nostri: * & si expándimus manus nostras, ad Deum aliénum.

Nōne Deus requiret ista? * ipse enim novit abscondita cordis.

Quóniam propter te mortificámur totâ die: * estimati sum⁹ sicut oves occisiónis.

Exúrge , quare obdóminus Dómine? * exúrge, & ne repellas in finem.

Quare fáciē tuā avértis : * oblívisceris inópiæ nostræ, & tribulatióne nostræ?

Quóniam humiliáta est in púlvere ámina nostra: * conglutinátus est in terrâ, venter noster.

Exúrge, Dómine, adjuva nos : * & rédime nos , propter nomen tuum.

Psalmus 44.

E Ructávit cor meum Everbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velóciter scribentis..

Speciosus formâ præ filiis hominum : * diffusa est grátia in lábiis tuis : * protéreà benedíxit te Deus , in æternum.

Accíngere gládio tuo super femur tuū, potéissime.

Spécie tuâ, & pulchritúdi-

ne tuâ : * inténde , prôspere procéde , & regna .

Propter veritâtē , & man-suetudinem , & justitiam : * & dedúcet te mirabiliter , dexterā tua .

Sagittæ tuæ acútæ : * pó-puli sub te cadent in corda , inimicorum regis .

Sedes tua Deus in sæcu-lum sæculi : * virga direc-tionis , virga regni tui .

Dilexisti justitiâ , & odisti iniquitâtem : * proptéreà unxit te Deus , Deus tuus , óleo lætitiæ , præ consór-tibus tuis .

Myrrha & gutta , & cásia à vestimentis tuis , à dômi-bus ebúrneis : * ex quibus delectaverunt te filiæ regum , in honore tuo .

Astigit regina à dextris tuis in vestitu deaurato : * circúmdata varietate .

Audi filia , & vide , & inclína aurem tuam : * & obli-viscere pôpulum tuum , & domum patris tui .

Et concupíscet Rex decó-reim tuum : * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus , & adorábunt eum .

Et filiæ Tyri in munéri-bus : * vultum tuum depre-cabuntur , omnes dívites plebis .

Omnis glória ejus filiæ Regis ab intus : * in sim-briis aûreis , circumaniéta varietatibus .

Adducéntur Regi vírgi-nes post eam : * próximæ ejus , afferéntur tibi .

Afferéntur in lætitiâ & exultatióne : * adducéntur , in templum Regis .

Pro pátribus tuis nati sūt tibi filii : * constitues eos príncipes , super omnem terram .

Mémores erunt nóminis tui : * in omni generatióne , & generatióne .

Proptérea pôpuli confite-búntur tibi in æternum : * & in sæculum sæculi .

Glória Patri .

Ana. Eruetávit cor meum verbum bonum .

Ana. Adjútor .

Psalmus 45.
Deus nostrum refugiū & virtus : * adjútor in tribulatióibus , quæ invenérunt nos nimis .

Proptéreà nō timébimus dum turbábitur terra : * & transferéntur montes , in cor maris .

Sonuérunt , & turbátæ sūt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes , in fortitúdi-ne ejus .

Fluminis

Fluminis impetus lætitia-
cat civitatem Dei: * sancti-
ficavit tabernaculum suum
Altissimus.

Deus in medio ejus, non
comovabitur: * adjuvabit
eum Deus, manè diluculo.

Conturbatæ sunt Gentes,
& inclinata sunt regna: *
dedit vocem suam, mota
est terra.

Dominus virtutum no-
biscam: * susceptor noster
Deus Jacob.

Venite, & videte opera
Domini, quæ posuit prodigia
super terram: * auferens
bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & con-
fringet arna: * & scuta
comburet igni.

Vacate, & videte quoniam
ego sum Deus: * exaltabor
in Gentibus, & exaltabor
in terra.

Dominus virtutum no-
biscum: * susceptor noster
Deus Jacob. *Psal. 46.*

Omnis Gentes plaudite
Ománibus: * jubilate
Deo in voce exultationis.

Quoniam Dominus ex-
celsus, terribilis: * Rex ma-
gnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis: *
& Gentes sub pedibus no-
stris.

Elegit nobis hereditatem
suam: * speciem Jacob,
quam dilexit.

Ascendit Deus in jubilo: *
Dominus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psal-
lite: * psallite Regi nostro,
psallite.

Quoniam Rex omnis ter-
rae Deus: * psallite sapienter.

Regnabit Deus super Ge-
tes: * Deus sedet super se-
dem sanctam suam.

Principes populorum cō-
gregati sunt cum Deo Abra-
ham: * quoniam dij fortes
terræ, vehementer elevati
sunt. Gloria Patri.

Ana. Adjutor in tribula-
tionibus.

Ana. Auribus percipite.

Psalmus 47.
MAgnes Dominus, &
laudabilis nimis: * in
civitate Dei nostri, in mon-
te sancto ejus.

Fundatur exultatione uni-
versæ terræ: * mons Sion,
latera Aquilonis, civitas
Regis magni.

Deus in domibus ejus co-
gnoscetur: * cum suscipiet
eam.

Quoniam ecce reges con-
gregati sunt: * conuenie-
runt in unum.

Ipsi videntes sic admittantur

sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturiēntis: * in sp̄itu vehemēti, cōteres naves Tharsis.

Sicut audīvimus, sic vīdimus in civitāte Dōmini virtūtum: * in civitāte Dei nostri : * Deus fundāvit eam, in ætēnum.

Suscépimus Deus misericordiam tuam : * in médio templi tui.

Secundūm nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terrae : * justitiā plena est dēxtera tua..

Lætetur mons Sion, & exultent filiae Judæ: * propter iudicij tua Dōmine.

Circumdate Sion, & cōplete mīni eam : * narrate in turribus ejus.

Pónite corda vestra in virtute ejus: * & distribuīte domos ejus, ut enarrētis in progénie alterā.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætēnum, & in sēculum sēculi : * ipse reget nos in sēcula.

Psalmus 48.

Audite hēc omnes Gētes: * aurib⁹ percipite omnes, qui habitatis orbē.

Quique terrigenæ, & filii

hominum: * simul in unum dives & pauper.

Os meum loquētur sapientiam: * & meditatio cordis mei prudētiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam: * apériam in psaltērio , propositiōnem meam.

Cur timēbo in die mala? * iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Qui confidunt in virtute suâ: * & in multitūdine, divitiarum suarum gloriantur.

Frater non redimit, rediinet homo: * non dabit Deo placationem suam.

Et prētium redēptionis animæ suæ: * & laborabit in ætēnum : * & vivet adhuc in finem.

Non vidēbit intēritum: * cùm viderit sapiētes morientes.

Simul insípiens & stultus peribunt: * & relinquent alienis, divitiias suas.

Et sepulchra eorum dominus illorum in ætēnum: * tabernacula eorum in progénie & progénie: * vocaverunt nōmina sua, in terris suis.

Homo cū in honore esset, non intellēxit: * comparat⁹ est

est jumentis insipientibus.*
& similis factus est illis.

Hæc via illorum scandala-
hum ipsis: * & postea in ore
suo complacebunt.

Sicut oves in inferno positi
sunt: * mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum
justi in matutino: * & au-
xilium eorum veterascet in
inferno, à gloriâ eorum.

Verumtamen Deus redi-
met animam meam de manu
inferi: * cum acciperit me.

Ne timueris cum dives
factus fuerit homo: * &
cum multiplicata fuerit,
gloria domus ejus..

Quoniam cum interierit
non sumet omnia: * neque
descendet cum eo, gloria
ejus..

Quia anima ejus in vita
ipsius benedicetur: * cōfitē-
bitur tibi cū beneficeris ei.

Intróibit usque in progé-
nies patrum suorum: * &
usque in æternum, non vi-
debit lumen..

Homo, cum in honore es-
set, non intelléxit: * compa-
ratus est jumentis insipienti-
bus: * & similis factus est
illis. Glória Patri.

Ana. Aúribus percípite
qui habitatis orbem.

Ana. Expectábo..

Psalmus 49.

Deus deurums Dominus
locútus est: * & vocá-
vit terram.

A solis ortu usque ad oc-
casum: * ex Sion sp̄cies
decoris ejus.

Deus manifestè véniet: *
Deus noster, & non silebit.

Ignis in conspectu ejus
exardescet: * & in circuitu
ejus, temp̄stas válida.

Advocabit cælum desur-
sum: * & terram discernere
populum suum..

Congregate illi Sanctos
ejus: * qui ordinat testame-
tum ejus, super sacrificia.

Et annuntiabit cæli ju-
stitiam ejus: * quoniam
Deus judex est.

Audi populus meus, & lo-
quar: * Israël, & testificá-
bor tibi, Deus tuus
ego sum..

Non in sacrificiis tuis ar-
guam te: * holocausta au-
tem tua in conspectu meo
sunt semper.

Non accipiam de domo
tuâ vitulos: * neque de gré-
gibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt om-
nes feræ silvârum: * ju-
menta in móntibus, & bo-
ves,

Cognovi omnia volatilia.

celi : * & pulchritudo agri
mecum est.

Si esuriero, non dicā tibi : *
meus est enim orbis terræ,
& plenitudo ejus.

Numquid manducábo
carnes taurórum : * aut sán-
guinem hircórum potábo ?

Immola Deo sacrificium
laudis : * & redde Altíssi-
mo vota tua.

Et ívoca me in die tri-
bulatiōnis : * éruam te , &
honorificabis me.

Peccatóri autē dixit Deus,
Quare tu enarras justítias
meas : * & assúmis testa-
mémentum meū per os tuum?

Tu verò odísti discipli-
nam : * & projecísti sermó-
nes meos retrósum.

Si vidébas fūrē , currébas
cum eo : * & cum adulteris
portionem tuam ponébas.

Os tuum abundávit ma-
litiā : * & lingua tua con-
cinnábat dolos.

Sedens advérsus fratrem
tuum loquibáris : * & ad-
vérsus filium matris tuæ
ponébas scándalum : * hæc
fecísti , & tacui.

Existimásti iniquè quod
ero tuī similis : * arguam
te , & státtuam contra fá-
ciem tuam.

Intelligite hæc , qui obli-

viscímini Deū : * ne quando
rápiat , & nō sit qui erípiat.

Sacrificium laudis hono-
rificabit me : * & illic iter,
quo osténdam illi salutáre
Dei. Psalmus 51.

Quid gloriáris in malí-
tia : * qui potens es in
iniquitatē ?

Totâ die injüstítia cogi-
távit lingua tua : * sicut no-
vacula acúta fecísti dolum.

Dilexísti malítiam super
benignitatē : * iniquitatē
magis , quām loqui æ-
quitatē.

Dilexísti omnia verba
præcipitatiōnis , lingua
dolosa.

Proptéreà Deus déstruet
te in finem : * evéllet te , &
emigrábit te de tabernácu-
lo tuo : * radícem tuam de-
terrâ vivéntium.

Vidébunt justi & timé-
bunt : * & super eum ridé-
bunt , & dicent : * Ecce ho-
mo , qui non pósuit Deum
adjutórem suum.

Sed spetávit in multitu-
dine divitiárum suárū : * &
præváluit in vanitáte suâ.

Ego autem sicut olíva
fructífera in domo Dei : *
sperávi in misericórdiâ Dei
in æternum , & in sæculum
sæculi.

Confitébor

Confitébor tibi in sæculum, quia fecisti: * & exspectábo nomen tuum, quóniam bonum est, in conspectu sanctorum tuorum.

Glória Patri.

Ana. Expectábo nomen tuum Dómine, quóniam bonum est.

In Quadragesima. ¶ Scuto circumdabit te veritas ejus. Rx. Non timebis à timore nocturno.

Tempore Passionis. ¶ Inténde animæ meæ & libera eam. Rx. Propter inimicos meos eripe me dómine.

Tempore Paschali, *Ana.* Allelúia, allelúia, allelúia.

¶ Surrexit dóminus verè. Rx. Et apparuit Petro. Allelúia, allelúia, allelúia.

AD LAUDES.

Ana. Dele Dómine iniquitatem meam. *Psalmus.* Miserere. ut suprà. 69.

Tempore Paschali, *Ana.* Et Psalmi ut in proprio.

Ana. Salutare. *Psalm. 42.*

Judica me Deus, & discerne causam meam de gente non sanctâ: * ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es fortitudo mea* quare me repulisti, & qua-

re tristis incédo: * dum affligit me inimicus?

Emítte lucem tuā & veritatem tuam: * ipsa me deduxérunt, & adduxérunt in monte in sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: * ad Deum qui latifical juventutem meam.

Confitébor tibi in cithara Deus, Deus meus: * quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus. Glória Patri.

Antiphona. Salutare vultus mei Deus meus.

Ana. Ad te de luce vigilo Deus. *Psalmus.* Deus Deus meus. 21.

Ana. Corripies me Dñe.

Canticum Ezechiae.

Isaiæ 38.

Ego dixi: * In dimidio diérum meorum, vadam ad portas inferi.

Quæsivi residuum annorum meorum: * dixi. Non videbo Dómiaum Deum, in terrâ viventium.

Non aspiciam hominem ultrà: * & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est,

& convolúta est à me: *
quasi tabernáculum pa-
stórum.

Præcisa est velut à texén-
te , vita mea: * dum adhuc
ordíter, succidit me.

De manè usque ad véspe-
ram finies me: * sperábam
usque ad manè: * quasi leo
sic contrívit , ómnia ossa
mea.

De manè usque ad vés-
peram finies me: * sicut
pullus hirúndinis sic cla-
mábo : * meditábor ut co-
lúmba.

Attenuáti sūt óculi mei: *
fusciéntes in excélsum.

Dómine vim pátor res-
pónde pro. me : * Quid
dicam , aut quid respondé-
bit mihi, cùm ipse fecerit?

Recogitábo tibi omnes
annos meos: * in amaritú-
dine ánimæ meæ.

Dómine , si sic vívitur,
& in tálibus vita spíritus
mei , corripiés me , &
vivificábis me : * Ecce in
pace amaritudo mea ama-
rissima.

Tu autem eruísti áni-
mam meam ut non perí-
ret : * projecísti post ter-
gum tuum ómnia peccá-
ta mea.

Quia non infernus con-

fitébitur tibi , neque mors
laudábit te : * non expe-
ctabunt, qui descéndunt in
lacum , veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confi-
tébitur tibi , sicut & ego
hódie : * pater filiis notam
fáciet, veritátem tuam.

Dómine salvum me fac: *
& psalmos nostros cantá-
bimus cunctis diébus vitæ
nostræ , in domo Dómini.
Glória Patri.

Antiphona. Corripiés me
Dómine, & vivificábis me.

Antiphona. Omnes An-
geli ejus laudáte Dñm.

Psalmus Laudáte Dómi-
num de cælis. 23.

Capitulum.

Convértimini ad me.
Cut suprà, in Feria. ij.

X. Scapulis suis obum-
brabit tibi.

R. Et sub pennis ejus spe-
rabis.

Ad Benedictus, Antiph.
Propria, ut in feriis Quar-
drages.

Deinde dicuntur magna.
preces ut suprà in fer. ij.

In Quadragesima posse
Psalmum Levavi. & Ora-
tionem , Feria ij. v.. &
Sabbato , usque ad Feriā
v. in cœna Domini exclu-
sive statim dicuntur Li-
taniae

*Eania & tunc iis præponi-
tur Antiphona, qua in
proprio Notatur.*

FERIA QUARTA.

Ad Matutinum..

In Quadragesima.

*Invitatorium. In manu-
tuâ Dómine, omnes fines
terræ..*

Psalmus. Venite exultemus. 2..

*Tempore Paschali Invita-
tor. Allelúia, allelúia,
allelúia.*

Aña. Avertit Dóminus.

*Tempore Paschali, Aña.
Allelúia, allelúia;*

Psalmus 52..

Dixit insípiens in cordé
suo: * Non est Dens.
Corruípti sunt, & abom-
nábles facti sunt in inqui-
tibus: * non est qui fáciat
bonum..

Deus de cælo prospéxit
super filios hóminum: * ut
vídeat si est intellígens,
aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt: *
simil. inútiles facti sunt: *
non est qui fáciat bonum,
non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui
operántur iniquitátem: *
qui devórant plebem meā,
ut cibum panis..

Deum non invocavé-

runt: * illic trepidavérunt
timóre, ubi non fuit ti-
mor..

Quóniam Deus dissipávit
ossa eórum qui homínibus
placent: * confisi sunt,
quóniam Deus sprévit eos..

Quis dabit ex Sion salu-
tare Israël; * cùm convér-
terit Dóminus captivitá-
tem plebis suæ, exultábit
Jacob, & lætabitur Israël..

Psalmus 54..

Exaudi Deus oratióne-
meam: * & ne despéxe-
ris deprecationem meam: *
inténde mihi, & exaudi me..

Contristátus sum in exet-
citatióne meâ: * & contur-
batus sum à voce inimici: *
& à tribulatióne pecca-
toris.

Quóniam déclinavérunt
in me iniquitátes: * & in
irâ moléstierant mihi..

Còr meum conturbátum
est in me: * & formido
mortis cécidit super me..

Timor & tremor vené-
runt super me: * & conte-
xerunt me ténebrae..

Edixi, Quis dabit mihi
pennas sicut colúmbæ: * &
volábo, & requiéscam?

Ecce elongávi fugieus: *
& mansi in solitúdine..

Expectábam eum qui sal-
vum:

vum me fecit: * à pusilla-nimitate spíritus , & tem-pestáte.

Præcipita Dómine , & dí-vide linguas eórum: * quóniam vidi iniqüitátem , & contradictionē in civitáte.

Die ac nocte circúmdabit eam super muros ejus ini-quitas: * & labor in médio ejus & injustitia.

Et non defécit de platéis ejus, usúra & dolus.

Quóniam si inimícus meus maledixisset mihi : * sustinuisssem útique.

Et si is, qui óderat me, su-per me magna locútus fuisset: * abscondísssem me forsitan ab eo.

Tu verò homo unánimis, dux meus & notus meus.

Qui simul mecum dulces capiébas cibos : * in domo Dei ambulávimus , cum consénsu.

Véniat mors super illos: * & descéndant in inférnum vivéntes.

Quóniam nequitiæ in ha-bitaculis eórum : * in mé-dio eórum.

Ego autem ad Deum clá-mávi : * & Dóminus salvávit me.

Vésperè, & manè, & me-tidie narrabo & annuntiá-

bo : * & exáudiet vocem meam.

Rédiimet in pace ániam meam ab his qui appro-pínquant mihi: * quóniam inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus , & humiliábit illos : * qui est ante sœcula.

Non enim est illis com-mutatio , & non timuérunt Deum: * exténdit ma-num suam, in retribuéndo.

Contaminavérunt testa-méntum ejus : * divisi sunt ab irâ vultus ejus : * & ap-propinquávit cor illius.

Molliti sunt sermónes ejus super óleum : * & ipsi sunt jacula.

Jacta super Dóminum curam tuam , & ipse te enútriet : * non dabit in axérnū, fluctuationē justa.

Tu verò Deus dedúces eos, in púteum intéritus.

Viri sanguinum & doló-si non dimidiábunt dies suos: * ego autem sperábo in te Dómine.

Glória Patri.

Aña. Avértit Dóminus ca-ptivitatem plebis suæ.

Aña. Quóniam.

Psalmus 55.
Miserere mei Deus,
quóniam conculcá-
vit

vit me homo : * totā die
impūgnans, tribulávit me.
sperávi, non timébo, quid
fáciat mihi homo.

Conculcavérunt me ini-
míci mei totā die : * quó-
niā multi bellántes, ad-
vérsum me.

Ab altitúdine diéi timé-
bo : * ego verò in te spe-
rábo.

In Deo laudábo sermó-
nes meos, * in Deo sperá-
vi, non timébo quid fáciat
mihi caro.

Totâ die verba mea ex-
erabántur: * advérsum me
omnes cogitationes eó-
rum in malum.

Inhabitábunt & abscón-
dent : * ipsi calcáneum
meum observábunt.

Sicut sustinuérunt áni-
mam meam, pro nihilo
salvos fácies illos : * in irá
pópolos confrínges..

Deus vitam meam an-
nuntiávi tibi : * posuísti
lácrymas meas, in cons-
péctu tuo.

Sicut & in promissióne
tuâ : * tunc converténtur
inimíci mei retrórsum.

In quacúmque die invoca-
cávero te : * ecce cognóvi
quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo ver-
bum : * in Dómino laudá-
bo sermóinem : * in Deo

In me sunt Deus vota
tua : * quæ reddam lauda-
tiones tibi.

Quóniam eripuísti áni-
mam meam de morte, &
pedes meos de lapsu : * ut
pláceam coram Deo, in lú-
mine vivéntium.

Psalmus 56.

Miserére mei Deus, mí-
serére mei : * quó-
niā in te confidit ánimā
mea.

Et in umbrâ alárum tuá-
rum sperábo: * donec trá-
seat iniquitas.

Clamábo ad Deum altís-
sum: * Deum qui be-
necít mihi.

Misit de cælo, & liberávit
me : * dedit in oppró-
rium conculcántes me.

Misit Deus misericó-
diam suam, & veritátem
suam: * & erípuit ánimam
meam de médio catuló-
rum leónum : * dormívi
conturbátus.

Fílij hóminum, dentes
eórum arma & sagittæ: * &
lingua eóru gládius acútus.

Exaltáre super cælos
Deus : * & in omni terrâ
glória tua.

Láqueum paravérunt pé-
dibus

dibus meis : * & incurvaverunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam : * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum: * cantábo & psalmum dicam.

Exurge glória mea, exurge psaltérium & cíthara : * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine: * & psalmum dicam tibi, in Géntibus.

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua : * & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos Deus: * & super omnem terram glória tua.

Glória Patri.

Antiphona. Quóniam in te confidit ánima mea.

Aña. Juste judicáte.

Psalmus 57.

Si verè útique justitiā Sloquímini : * recte judicáte, filij hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini in terrâ : * injustítias manus vestræ concinnant.

Alienáti sunt peccatóres à vulvâ : * erravérunt ab útero, locuti sunt falsa.

Furor illis secundūm si-

militúdinem serpéntis : * sicut áspidis surdæ, & obturántis aures súras.

Quæ non exaudiet vocem incantántium : * & venéfici, incantántis sapienter.

Deus cónteret dentes eoru in ore ipsorum: * molas leónum confrínget Dñs.

Ad nihilum devénient tanquam aqua decúrrens: * inténdit arcum suum, donec infirmentur,

Sicut cera, quæ fluit, auferéntur : * supercécidit ignis, & non vidérunt solē.

Priúsqam intelligérent spinæ vestræ rhaninum : * sicut vivéntes, sic in ira absórbet eos.

Lætabitur justus cùm viderit vindictam : * manus suas lavábit, in sanguine peccatóris.

Et dicet homo : si útique est fructus justo : * útique est Deus, júdicans eos in terra. *Psalmus 58.*

Eripe me de inimícis meis Deus meus : * & ab insurgéntibus in me, libera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem : * & de viris sanguinum, salva me.

Quia ecce cepérunt ánimam

meam

mam meam : * irruerunt
in me fortes.

Neque iniqüitas mea, ne-
que peccatum meum Dó-
mine : * sine iniquitate
eucurri, & diréxi..

Exúrge in occúrsu-
meum , & vide : * & tu
Dómīne Deus virtútum,
Deus Israēl..

Inténde ad visitándas
omnes Gentes : * non mi-
fereáris ómnibus, qui ope-
rántur iniquitátem.

Converténtur ad véspe-
ram , & famem patientur
ut canes : * & circuíbunt
civitátem.

Ecce loquéntur in ore
suo : * & gládium in lábiis
eórum, quóniam quis au-
dívit ?

Et tu Dómīne deridébis
eos : * & ad níhilum de-
dúces, omnes Gentes.

Fortitudinem meam ad
te custódiam : * quia Deus
fuscéptor meus : * Deus
meus , misericórdia ejus,
prævéniet me.

Deus osténdit mihi su-
per inimicos meos : * ne
occídás eos , nequándo
obliviscántur pópuli mei.

Dispérge illos in virtute
tuâ : * & depónē eos pro-
tector meus Domine.

Delictum oris eórum, ser-
mónem labiórum ipsó-
rum : * & comprehendán-
tur, in superbiá suâ.

Et de execratíone & men-
dácio , annuntiabúntur in
cōsummatione: * in ira con-
summationis, & non erunt.

Et scient quia Deus do-
minabitur Jacob , & fi-
niūm terræ.

Converténtur ad véspe-
ram , & famem patientur
ut canes : * & circuíbunt
civitátem.

Ipsi dispergéntur ad man-
ducandum : * si verò non
suerint saturati , & mur-
murábunt.

Ego autem cantábo for-
titudinem tuam: * & exal-
tabo manè, misericórdiam
tuam.

Quia factus es fuscéptor
meus: * & refugium meum
in die tribulationis meæ.

Adjutor meus tibi psal-
lam: * quia Deus fuscéptor
meus : * Deus meus, mi-
sericórdia mea.

Glória Patri.
Antiphona. Juste judicáte
filij hóminum.

Aña. Da nobis Dómīne.

Psalmus 59.
Deus repulisti nos , &
destruxisti nos : * irá-
tus,

tus es, & misértus es nobis.

Com movisti terram & conturbasti eam : * sana contritiones ejus , quia commota est.

Ostendisti populo tuo durra , * potasti nos vino compunctionis.

Dedisti metuentibus te significacionem : * ut fugiant à facie arcus.

Ut liberentur dilecti tui: * salvum fac dextera tua , & exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo: * Lætabor, & partabor Sichimam : * & convalem tabernaculorum metibor.

Meus est Gálaad, & meus est Manásses: * & Ephraim fortitudo capititis mei.

Juda rex meus: * Moab olla spei meæ.

In Idumæam exténdam calceamentum meum: * mihi alienigenæ subditi sunt.

Quis deducet me in civitatē munītā? * aut quis deducet me, usq; in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repulisti nos: * & non egrediēris Deus , in virtutibus nostris ?

Da nobis auxilium de tribulatiōne: * & vana salus hōminis.

In Deo faciemus virtutem: * & ipse ad nihilum deducet, tribulantes nos.

Psalmus 60.

Exaudi Deus deprecatiōnem meam: * & intende oratiōni meæ.

A finibus terrae ad te clamavi dum anxiaretur cor meum : * in petrâ exaltasti me.

Deduxisti me quia factus es spes mea: * turris fortitudinis, à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sœcula: * protegar in velamento, alari tuaru.

Quoniam tu Deus exaudisti orationem meam : * dedisti hereditatem timentibus , nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies : * annos ejus usque in diem generationis , & generationis.

Permanet in æternum in conspectu Dei : * misericordiam & veritatem ejus, quis requiriет?

Sic psalmum dicam nominis tuo , in sœculum sæculi : * ut reddam vota mea , de die in diem.

Glória Patri.

Aña. Da nobis Dómine auxilium de tribulatiōne.
Antiphona. A timore.

Psalmus,

Psalms 61.

Nonne Deo subjécta
erit áнима mea : * ab
ipso enim, salutáre meum.

Nam & ipse Deus meus,
& salutáris meus : * suscé-
ptor meus , non movébor
ámplius.

Quóusque irrúitis in hó-
minem : * interficítis uni-
vérsi vos , tamquam paríe-
ti inclináto , & macériæ
depúltæ ?

Verúmtamen prétium
meum cogitavérunt repél-
lere : * cùcurri in siti : *
ore suo benedicébant , &
corde suo maledicébant.

Verúmtamen Deo subjé-
cta esto áнима mea: * quó-
niā ab ipso patiéntia mea.

Quia ipse Deus meus &
salvátor meus : * adjútor
meus , non emigrábo.

In Deo salutáre meum,&
glória mea : * Deus auxílij
mei, & spes mea in Deo est.

Speráte in eo omnis con-
gregatio pópuli : * effún-
dite coram illo corda ve-
stra: * Deus adjútor noster
in æténum.

Verúmtamen vani filij
hóminum : * mendáces fi-
lij hóminum in statéris : *
ut décipiant ipsi de vani-
tate , in idípsum.

Nolíte speráre in iniqui-
tate: * & rapínas nolíte cō-
cupiscere : * divítiae si áf-
fluant,nolíte cor appónere.

Semel locútus est Deus: *
duo hæc audívi, quia poté-
stas Dei est , & tibi Dómi-
ne misericórdia : * quia tu
reddes unicuíque , juxta
ópera sua. *Psalms 63.*

Exaudi Deus orationem
meam cùm deprecor: *
à timóre inimíci , éripe
ánimam meam.

Protextisti me à convéntu
malignántium: * à multitú-
dine operántiū iniquitatē.

Quia exacuérunt ut glá-
dium linguas suas: * inten-
dérunt arcum rem amá-
ram : * ut sagittent in oc-
cultis immaculátum.

Subitò sagittábunt eum,
& non timébunt : * firma-
vérunt sibi sermóne m ne-
quiam.

Narravérunt ut abscon-
derent láqueos: * dixérunt,
Quis vidébit eos ?
Scrutati sunt iniquitátes: *
defecérunt scrutantes scruti-
nío.

Accédet homo ad cor al-
tum: * & exaltábitur Deus,

Sagittæ parvulórum
factæ sunt plagæ eó-
rum : * & infirmatæ sunt
contra

contra eos, linguae eorum.
Conturbati sunt omnes
qui vidabant eos: * & ti-
muit omnis homo.

Annuntiaverunt opera
Dei: * & facta ejus intel-
lexerunt.

Lætabitur justus in Dó-
mino, & sperabit in eo: *
& laudabuntur omnes re-
eti corde. Glória Patri.

Ana. A timore inimici eri-
pe. Dómine anima meam.

Ana. In ecclésia.

Psalmus 65.

Jubiláte Deo omnis ter-
ra: * psalmum dícite nó-
mini ejus: * date glóriam,
laudi ejus.

Dícite Deo, quām terri-
bilia sunt opera tua, Dó-
mine: * in multitúdine vir-
tutis tuæ, mentientur tibi,
inimici tui.

Omnis terra adóret te, &
psallat tibi: * psalmum di-
cat, nōmini tuo.

Veníte, & videte opera
Dei: * terribilis in consí-
liis, super filios hóminum.

Qui convertit mare in
áridam: * in flúmine per-
transibunt pede, ibi lata-
bimur in ipso.

Qui dominántr in virtú-
te suâ in æternum: * oculi
ejus super Gétes respiciunt: *

qui exasperant, non exal-
tentur in semetípssis.

Benedícite Gentes Deum
nostrum: * & audítam fá-
cite, vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meā
ad vitam: * & non dedit, in
commotiónē pedes meos.

Quóniam probásti nos
Deus: * igne nos examiná-
sti, sicut examinátur ar-
géntum.

Induxísti nos in láqueū: *
posuísti tribulatiónes in
dorso nostro: * imposuísti
hómines, super cápita no-
stra.

Transivimus per ignem
& aquā: * & eduxísti nos,
in refrigérium.

Introíbo in domum tuā
in holocaústis: * reddam
tibi vota mea, quæ distin-
xerunt lábia mea.

Et locútum est os meum,
in tribulatióne meā.

Holocaústa medulláta óf-
feram tibi cum incénso a-
rictum: * ófferam tibi, bo-
ves cum hircis.

Veníte, audite: * & nar-
rábo omnes qui timétis
Deum, quanta fecit ánimæ
meæ.

Ad ipsum ore meo cla-
mávi: * & exaltávi, sub
linguâ meâ.

Iniqui

Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

Propterea exaudiuit Deus & attendit voci, deprecationis meae.

Benedictus Deus: * qui non amavit orationem meam, & misericordiam suam a me.

Psalmus 67.

Xurgat Deus, & dissipentur inimici ejus: * & fugiant qui odierunt eum, a facie ejus.

Sicut deficit firmus deficiant: * sicut fluit cera a facie ignis: * sic pereant peccatores, a facie Dei.

Et justi epulentur: * & exultent in conspectu Dei, delectentur in laetitia.

Cantate Deo, psalmum dicte nomini ejus: * iterum facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu ejus: * turbabuntur a facie ejus, patris orphanorum, & iudicis viduorum.

Deus in loco sancto suo: * Deus qui inhabitare facit, unius moris in domo.

Qui educit vincitos in fortitudine: * similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredieris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto.

Terra mota est: * etenim caeli distillaverunt a facie Dei Sinai, a facie dei Israel.

Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuae: * & infirmata est, tamen vero perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: * parasti in dulcedine tua, pauperi Deus.

Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: * & speciei domus dividere spolia.

Si dormiatis inter medios clerros, pennae columbae deargentatae: * & posteriora dorsi ejus, in pallore auri.

Dum discernerit celestis rex super eam: * nive dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: * ut quid suspicamini, montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: * etenim Dominus, habitabit in finem.

Currit Deus decem milibus multiplex: * millia latituum: * Dominus in eis,

in Sinaï in sancto.

Ascendisti in altum: * ce-
pisti captivitatem: * acce-
pisti dona, in hominibus.

Etenim non credentes,
inhabitare Diuum Deum.

Benedictus Dominus die
quotidie: * prosperum iter
faciet nobis, Deus salutá-
rium nostrorum.

Deus noster, Deus salvos
faciendo: * & Domini Do-
mini exitus mortis.

Verumtamen Deus, con-
fringet capita inimicorum
suum: * verticem capilli
perambulantium, in deli-
ctis suis.

Dixit Dominus, ex Basan
convertam: * convertam,
in profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in
sanguine: * lingua canum
tuorum, ex inimicis ab ipso.

Vidérunt ingrüssus tuos
Deus: * gressus Dei mei: *
Regis mei, qui est in sancto.

Prævenérunt príncipes
conjuncti psalléntibus: * in
máedio juvencularum, tym-
panistriarum.

In ecclésiis benedícite
Deo: * Domino, de fónti-
bus Israël.

Ibi Bénjamin adolescén-
tulus, in mentis excéssu.

Príncipes Juda, duces eó-

rum: * príncipes Zábulon, príncipes Nephtalim.

Manda Deus virtuti tuae: *
confirma Deus hoc, quod
operatus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsa-
lem, tibi ófferent reges
múnera.

Increpa feras arúndinis: *
congregatio taurorum in
vaccis populorum: * ut ex-
clúdant eos, qui probati
sunt argento.

Dissipa Gentes qua bella
volunt: * vénient legati ex
Ægypto: * Æthiopia, præ-
véniet manus ejus Deo.

Regna terrae cantate Deo,
psallite Domino: * psallite
Deo, qui ascéndit super cæ-
lum cæli, ad Oriéntem.

Ecce dabit voci suæ vo-
cem virtutis: * date glori-
am Deo: * super Israël
magnificéntia ejus, & vir-
tus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in Sanctis
suis: * Deus Israël ipse da-
bit virtutem & fortitudi-
nem plebi suæ, benedictus
Deus. Glória Patri.

Ana. In ecclésiis benedíci-
te Domino.

In Quadrages. X. Scu-
to circumdabit te veritas
ejus. Rx. Non timebis à ti-
mōre nocturno.

Tempore

Tempore Passionis. ¶ In-tende animæ meæ & li-bera eam.

¶ Propter inimicos meos eripe me Dómine.

Tempore Paschali, Aña. Alleluia, allel. allel. allel. ¶ Resurréxit Dóminus.

¶ Sicut dixit vobis. Alleluia, alleluia, allel.

A D L A U D E S .

Aña. Amplius lava me Dómine ab injustitiâ mea.

Psalm. Miserere ut sup. 69

Tempore Paschali Aña et Psalmi ut in proprio.

Aña. Te decet.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : * & tibi reddétur votum , in Jerú-salem.

Exáudi oratióne meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum præ-valuerunt super nos: * & impietáibus nostris , tu propitiáberis.

Beatus quem elegísti, & assumpsísti : * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimus in bonis domûs tuæ : * sanctum est templum tuum , mirábile in æquitáte.

Pars Verna.

Exáudi nos Deus salutâris noster: * spes omnium finium terræ , & in mari longè.

Præparans montes in virtute tuâ, accinctus poténtia : * qui contúrbas profundum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur Gentes , & timébunt qui hábitant términos, à signis tuis : * éxitus matutíni, & vésperæ delectábis.

Visitásti terram & inebriásti eam : * multipli-cásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis : * parásti cibum illórum , quóniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inébrians , multíplica genímina ej⁹: * in stillicídiis ejus, lætabitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitatis tuæ : * & campi tui , replebuntur ubertate.

Pinguéscens speciosa deserti : * & exultatióne colles accingéntur.

Induti sunt aríetes óviū , & valles abundábunt frumento : * clamábunt . étenim hymnum dicent.

Glória Patri.

E

Aña. Te decet hymnus
Deus in Sion.

Aña. Lábia mea laudá-
bunt te in vita mea Deus
meus.

Psalmus. Deus Deus
meus. 1.

Aña. Dóminus.

Canticum Anna.

1. Reg. 2.

Exultávit cor meum in
Dómino: * & exaltá-
tum est cornu meum, in
Deo meo.

Dilatátum est os meum
super inimicos meos: *
quia lætáta sum, in salu-
tári tuo.

Non est sanctus, ut est
Dóminus: * neque enim
est álius extra te: * & non
est fórtis sicut Deus
noster.

Noñite multiplicáre lo-
qui sublimia, glorián-
tes.

Recédat vétera de ore
vestrō, quia Deus scientiá-
rum Dóminus est: * &
ipsi préparántur cogita-
tiónes.

Arcus fórtium superátus
est: * & infírmi accínciti
sunt róbore.

Repléti priùs, pro páni-
büs se lócavérunt: * &
famélici saturáti sunt.

Donec stérilis péperit
plúrimos: * & quæ mul-
tos habébat filios, infir-
máta est.

Dóminus mortíficat &
vivificat: * dedúcit ad ín-
feros, & redúcit.

Dñs paúperē facit & di-
tat: * humiliat, & súblevat.

Súscitat de púlvore egé-
num * & de stércore élé-
vat páuperem.

Ut sédeat cum princípi-
bus: * & sólum glóriæ
téneat.

Dómini enī sunt cár-
dines terræ: * & pósuit
super eos orbem.

Pedes sanctórum suórū
servábit: * & ímpij in te-
nebris conticéscerunt: * quia
non in fortítudine suā,
roborábitur vir.

Dóminum formidábunt
adversarij ejus: * & super
ípsos, in cælis tonábit.

Dóminus judicábit fines
terræ: * & dabit impé-
rium regi suo: * & subli-
mábit cornu, Christi sui.
Glória Patri.

Aña. Dóminus judicábit
fines terræ.

Ana. Cæli cælórum lau-
dáte Deum.

Psalmus. Laudáte Dó-
minum de cælis. 23.

In Quadragesima.

Capitulum. Joël. 2.

Convertimini ad me in
toto corde vestro , in
jejúnio , & fletu , & plan-
ctu , & scindite corda ve-
stra , & non vestimenta
vestra ; & convertimini
ad Dóminum Deum ve-
strum, quia benígnus , &
misericors est , patiens &
multus misericórdia : &
præstabilis super málitia.

¶. Scapulis suis obum-
brabit tibi.

R. Et sub pennis ejus
sperábis.

Ad Benedictus , Aña pro-
pria ut in Feriis Quadra-
gesima. Deinde dicuntur ma-
gna preces ut sup in fer. ij.

FERIA QUINTA.

Ad Matutinum,

In Quadragesima Invi-
tatorium. Dóminum qui
fecit nos , veníte adoré-
mus.

Tempore Paschali, Invi-
tatorium. Allelúia , alle-
lúia , allel. Palmus. Ve-
nite exultémus. 2.

Aña. Dómine Deus.

Tempore Paschali. Aña.
Allelúia.

Psalmus 68.

Salvum me fac Dósis: *
Quóniam iatravérunt

aquæ , usque ad animam
meam.

Infíxus sum in limo
profundi : * & non est
substántia.

Veni in altitudinem
maris: * & tempéstas, de-
mérst me.

Laborávi clamans : *
raucæ factæ sunt , fauces
mæ : * defecérunt óculi
mei , dum spero in Deum
meum.

Multiplicati sunt , super
capillos cápitib[us] mei: * qui
odérunt me gratis.

Confortati sunt , qui
persecuti sunt me inimici
mei injuste : * quæ non
rāpui , tunc exolvébam.

Deus tu scis insipiéntiā
meam: * & delicta mea , à
te non sunt abscondita.

Non erubélcant in me ,
qui expéctant te Dñe: *
Dómine virtútum.

Non confundantur su-
per me: * qui quærunt te ,
Deus Israël.

Quóniam propter te su-
stínui opatórium: * opé-
ravit cōfusio , fáciem meā.

Extráneus factus sum
fráttibus meis: * & pere-
grinus filiis , matris mæ.

Quóniam zelus domus
tuæ comédit me: * & op-

próbria exprobrántium
tibi, cecidérunt super me.

Et opérui in jejúnio ani-
mam meam: * & factum
est, in opprórium mihi.

Et pósui vestiméntum
cílícium: * & factus sum
illis, in parábolam.

Advérsūm me loquebá-
tur, qui sedébāt in porta: *
& in me psallébant, qui
bibébant vinum.

Ego verò orationem
meam ad te Dñe: * tem-
pus benepláciti Deus.

In multitúdine miseri-
córdia tuæ exaudi me: *
in veritáte, salútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non
infigar: * líbera me ab his
qui odérunt me, & de pro-
fundi aquárum.

Non me demérgat tem-
péstan aquæ: * neque ab-
sorbeat me profundum: *
neque urgeat super me,
Púteus os suum.

Exaudi me Dñe, quó-
niā benígnā est miseri-
córdia tua. * secúndūm
multitúdinem miseratió-
num tuárū, respice in me.

Et ne avértas fáciem
tuam, à púero tuo: * quó-
niā tribulor, velóciter
exaudi me.

Inténde ánima mea, &

líbera eam: * propter ini-
micos meos, éripe me.

Tu scis improprium
meum, & confusiónem
meam: * & reveréntiam
meam.

In conspéctu tuo sunt
omnes qui tríbulant me: *
improprium expectávit
cor meum, & misériam.

Et sustinui qui simul
contristarétur, & nō fuit: *
qui consolarétur, & non
invéni.

Et dedérunt in escam
meam fel: * & in siti meâ,
potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum, co-
ram ipsis in láqueum: *
& in retributíones, & in
scándalum.

Obscuréntur oculi eó-
rum ne videant: * & dor-
sum eórum, semper in-
cúrva.

Effunde super eos iram
tuam: * & furor iræ tuæ,
comprehéndat eos.

Fiat habitatio eórum
desérita: * & in tabernácu-
lis eórum, non sit qui in-
hábitet.

Quóniam quem tu per-
cussisti, persecuti sunt: *
& super dolórem vúlne-
rum meórum, addidérunt.

Appóne iniquitátem
super

super iniquitatem eorum: * & non intrent, in justitiam tuam.

Delean tur de libro viventium: * & cum justis non scribantur.

Ego sum pauper & dolens: * salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico: * & magnificabo eum in laude.

Et placabit Deo super vitulum novellum: * cornua producentem, & unguulas.

Videant pauperes, & latenter: * querite Deum, & vivet anima vestra.

Quoniā exaudiuit pauperes Dóminus: * & vinclatos suos, non despexit.

Laudent illum celi & terra: * mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion: * & aedificabuntur, civitates Iudæ.

Et inhabitabunt ibi: * & hereditate acquirerent ea.

Et semen servorum ejus, possidabit eam: * & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in eâ.

Psalmus 69.

Déus in adjutorium meum intende: * Dó-

mine ad adjuvandum me festina.

Confundantur & reverentur: * qui querunt animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant: * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim & erubescentes: * qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent & latenter in te omnes qui querunt te: * & dicant semper, Magnificetur Dóminus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus & pauper sū: * Deus adjuva me.

Adjutor meus, & liberator meus es tu: * Dómine, ne moreris.

Glória Patri.
Antiphona. Dómine Deus in adjutorium meum intende.

Antiphona. Esto mihi.
Psalmus 70.

In te Dómine speravi, non confundar in æternum: * in justitiam tuam libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, & salva me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: * ut salvum me facias.

Quóniam firmaméntum
meum , & refúgium
meum es tu.

Deus meus éripe me de
manu peccatóris : * & de
manu contra legem agén-
tis , & iníqui.

Quóniam tu es, patiéntia
mea Dómine : * Dómine
spes mea, à juvētute mēa.

In te confirmátus sum,
ex útero : * de ventre ma-
tris mēae , tu es protéctor
meus.

In te cantátio mea sem-
per: * tanquam prodígum
factus sum multis , & tu
adjútor fortis.

Repleátur os meum lau-
de , ut cantem glóriam
tuam: * totā dīe , magni-
tudinem tuam.

Ne projícias me, in tém-
pore senectutis: * cùm de-
fécerit virtus mea, ne de-
relíquas me.

Quia dixérunt inimíci
mei mihi : * & qui custo-
diébant ánimam meam,
consílium fecérunt in
unum.

Dicéntes , Deus derelí-
quit eum : * persequími-
ni , & comprehéndite
eum : * quia non est , qui
eripiat.

Deus ne elongéxis à

me: * Deus meus in auxí-
lium meum respice.

Confundántur , & defi-
ciant detrahéntes ánimæ
mēae: * operiántur confu-
sione & pudore, qui quæ-
runt mala mihi.

Ego autem semper spe-
rábo: * & adjícam, super
omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit
justítiam tuam: * tota dīe,
salutare tuum.

Quóniam non cognóvi
litteratúram , introībo in
poténtias Dómini: * Dó-
mine memorábor , justi-
tiæ tuæ solius.

Deus docuísti me , à ju-
ventute mēa , & usque
nunc : * pronuntiábo, mi-
rabília tua.

Et usque in senéctam &
sénium , Deus ne derelí-
quas me.

Donec annúntiem brá-
chium tuum : * genera-
tioni omni, quæ ventura
est.

Poténtiam tuam , & ju-
stitiam tuam Deus usque
in altíssima , quæ fecísti
magnália : * Deus quis
símilis tibi ?

Quantas ostendísti mihi
tribulatiónes multas &
malas : * & convérsus vi-
viscásti

visificasti me: * & de abyssis terræ , iterum reduxisti me !

Multiplicasti magnificétiā tuam : * & cōverständus , consolatus es me.

Nam & ego confitabor tibi in vasis psalmi cōrūtātem tuam Deus : * psallam tibi in citharā , sanctus Israēl.

Exultabunt labia mea cùm cantávero tibi : * & anima mea , quam redemisti :

Sed & lingua mea totā die meditabitur justitiā tuam: * cùm confusi , & revériti fuerint , qui quærunt mala mihi.

Psalmus 71.

D Eus , judicium tuum Regi da : * & justitiā tuam filio Regis.

Judicare pôpulum tuum in justitiâ : * & páuperes tuos , in judicio.

Suscípiant montes pacem pôpulo : * & colles justitiām.

Judicabit páuperes pôpuli , & salvos faciet filios páuperum : * & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole , & ante lunam: * in ge-

neratione , & generatiōnem.

Descéndet sicut pluvia in vellus: * & sicut stillicidia stillántia , super terram.

Oriéntur in diébus ejus justitia , & abundantiā pacis : * donec auferátur luna.

Et dominabitur à mari usque ad mare: * & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo prōcident Aethiopes : * & inimici ejus , terram lingent.

Reges Tharsis , & Insulae munera ófferent: * reges Arabum , & Saba , dona addúcent.

Et adorabunt eum omnes Reges : * omnes Gentes , sérvient ei.

Quia liberabit páuperem à potente : * & páuperem , cui non erat adjutor.

Parcet páperi & ínopi: * & áimas páperum , salvas fáciat.

Ex usúris & iniuitate , rédimet áimas eórum: * & honorabile nomen eórum , coram illo.

Et vivet , & dabitur ei de auro Arábiæ: * & adorabunt de ipsa semper : *

totâ die benedicent ei.

Erit firmaméntum in
terrâ , in summis mó-
nium : * superextollétur
Super Líbanum fructus
eius . * & florébunt de ci-
vitâte, sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedi-
ctum in sæcula: * ante so-
lē pémanet, nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso,
omnes tribus terræ: * om-
nes Gentes , magnificá-
bunt eum.

Benedictus Dóminus
Deus Israël: * qui facit
mirabilia solus.

Et benedicéntur nomen
majestatis ejus in ætér-
num : * & replébitur ma-
jestate ejus omnis terra,
fiat , fiat.

Glória Patri.

Añæ. Esto mihi Dómine
in Deum protectórem.

Añæ. Liberásti virgam.

Psalmus 72.

Quàm bonus Israël
Deus: * his qui recto
sunt corde !

Mei autem penè moti
sunt pedes : * penè effusi
sunt, gressus mei.

Quia zelávi super iní-
quos : * pacem peccató-
rum videns.

Quia non est respéctus

morti eórum : * & firma-
mémentum, in plagâ eórum.

In labôre hóminum non-
sunt: * & cum homínibus,
non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos supér-
bia : * opérti sunt iniqui-
tate , & impietate suâ.

Pródiit quasi ex ádipe,
iniquitas eórum : * tran-
síerunt, in afféctum cordis.
Cogitavérunt , & locútî
sunt nequitiam: * iniqui-
tate in excélso, locúti sút.

Posuérunt in cœlo os
suum : * & lingua eórum,
transívit in terrâ.

Ideo convertétur pôpu-
lus meus hic : * & dies
pleni , inveniéntur in eis.

Et dixerunt , Quómodo
scit Deus: * & si est scié-
ntia in Excélsso ?

Ecce ipsi peccatóres , &
abundántes in sæculo : *
obtinuérunt divítias.

Et dixi , Ergo sine causa
justificávi cor meum : * &
lavi inter innocéntes, ma-
nus meas.

Et fui flagellátus totâ
die : * & castigatio mea,
in matutinis.

Si dicébam, Narrábo sic: *
ecce nationem filiorum
tuorum, reprobávi.

Existimábam ut cognós-
cerem⁹

cerem hoc: * labor est ante me.

Donec intrem in sanctuárium Dei : * & intellígam, in novíssimis eórum. Verúm tamén propter dolos posuísti eis: * dejecísti eos , dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatióne : * súbito defecérunt: * periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sónnium surgéntium : * Dómine, in civitáte, tuâ imáginem ipsórum , ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum , & renes mei commutáti sunt: * & ego ad níhilum redáctus sum, & nescívi.

Ut juméntum factus sum apud te : * & ego semper tecum.

Tenuísti manum déxteram meam : * & in voluntáte tuâ deduxísti me: * & cù glória, suscepísti me.

Quid enim mihi est in cælo ! * & à te quid vólii , super terram ?

Defécit caro mea, & cor meum : * Deus cordis mei, & pars mea Deus, in ætérnum.

Quia ecce , qui clóngant se à te, períbunt: * perdi-

dísti omnes, qui fornicán- tur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est : * pónere in Dño Deo, spem meam.

Ut annúntiem omnes: prædicatiónes tuas : * in portis filiæ Sion.

Psalmus 73.

UT quid Deus repulísti in finem : * irátus est furor tuus , super oves páschuæ tuæ.

Memor esto congregatiónis tuæ : * quam possestisti , ab initio.

Redemísti virgam hæreditatis tuæ : * mons Siō, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: * quanta malignátus est , inimicus in sancto !

Et gloriáti sunt qui odérunt te : * in médio , solennitatis tuæ.

Posuérunt signa sua , signa , & non cognovérunt: * sicut in exitu , super summum.

Quasi in silvâ lignorum, secúribus excidérunt jānuas ejus in idípsum : * in secúri & áscia , dejecérunt eam.

Incendérunt igni , Sanctuárium tuum in terrâ;

polluérunt tabernáculum,
nóminis tui.

Dixérunt in corde suo,
cognatiō eórum simul : *
Qui escere faciámus, om-
nes dies festos Dei à terrā.

Signa nostra non vidí-
mus, jam non est prophé-
ta : * & nos non cognós-
cer amplius.

Usquequò Deus impro-
perábit inimicus : * irri-
tat adversárius , nomen
tuum in finem ?

Ut quid avertis manum
tuam : * & déxteram
tuam , de médio sinu tuo
in finem ?

Deus autem Rex noster
ante sæcula : * operátus est
salútem , in médio terræ.

Tu confirmásti in vittú-
te tuâ mare : * contribu-
lásti capita dracónum , in
aquis.

Tu confregísti cárpora
dracónis : * dedísti eum
escam , pópolis Æthíopū.

Tu dirupísti fontes , &
torrentes : * tu siccásti,
flúvios Éthan.

Tuus est dies , & tua est
nox : * tu fabricátus es ,
auroram & solem.

Tu fecísti omnes térmí-
nos terræ : * æstátem &
yer , tu plasmásti ea.

Memor esto hujus , ini-
micus improperávit Dó-
mino : * & pópolus insí-
piens , incitávit nomen-
tuum.

Ne tradas béstiiás áimas
confiténtes tibi : * & áni-
mas páuperum tuórum , ne
obliviscáris in finem.

Réspice in testaméntum
tuum : * quia repléti sunt
qui obscuráti sunt terræ ,
dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmiliis fa-
cius confúsus : * pauper &
inops , laudábunt nomen
tuum.

Exúrge Deus , júdica cau-
sam tuam : * memor esto
improperiorum tuórum : *
eórum quæ ab insipiénte ,
sunt totâ die.

Ne obliviscáris voces
inimicórum tuórum : *
supérbia eórum , qui te
odérunt , ascéndit semper..

Glória Patri.
Antiphona. Liberásti vi-
gam hæreditatis tuæ:
Antiphona. In Israël:

Psalmus 74.
CONFITEBIMUR tibi
Deus : * confitébi-
mur , & invocábimus no-
men tuum.

Narrábimus mirabília
tua : * cùm accépero tem-
pus ,

pus, ego iusticias judicabo.
Liquefacta est terra, &
omnes qui habitant in
eā: * ego confirmávi, co-
lumnas ejus.

Dixi iniquis, Nolite ini-
què ágere: * & delinquén-
tibus, Nolite exaltare
cornu.

Nolite extollere in al-
tum cornu vestrum: * no-
lite loqui adversus Deum,
iniquitatem.

Quia neque ab Oriente,
neque ab Occidente, ne-
que à desértis móntibus: *
quóniam Deus, judex est.

Hunc humiliat, & hunc
exáltat: * quia calix in
manu Dómini, vini meri,
plenus mixto.

Et inclinavit ex hoc in
hoc: * verúmtamen fæx
ejus non est exinanita: *
bibent omnes peccatóres
terræ.

Ego autem annuntiabo
in sacerdotium: * cantabo
Deo Jacob.

Et ómnia cōrnua peccá-
torum confríngam: * &
exaltabuntur cōrnua justi.

Psalmus 75.

Notus in Iudea Deus: *
in Israël magnum
nomen ejus.

Et factus est in pace lo-

cus ejus: * & habitatio
ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias: *
arcum, scutum, & glá-
dium, & bellum.

Illúminans tu mirabili-
ter à móntibus æternis
turbati sunt omnes, insi-
piéntes corde.

Dormierunt somnum
suum: * & nihil invené-
runt omnes viri divitiá-
rum, in manibus suis.

Ab increpatiōne tuā
Deus Jacob: * dormita-
vérant, qui ascendérunt
equos.

Tu terribilis es & quis-
résistet tibi: * ex tunc ira-
 tua.

De cælo auditum fecisti
judicium: * terra trémuit,
& quiévit.

Cum exúrgeret in judi-
cium Deus: * ut salvos fa-
ceret, omnes mansuétos
terræ.

Quóniam cogitatio hó-
minis confitébitur tibi: *
& reliquæ cogitationis,
diem festum agent tibi.

Vovete & reddite Dó-
mino Deo vestro: * om-
nes qui in circúitu ejus,
affértis múnera.

Terribili, & ei qui aufer-
típum príncipum: * re-

ribili, apud omnes reges terræ. Glória Patri.

Antiphona. In Israël magnum nomen Dómini.

Antiphona. Tā es Deus.

Psalmus 76.

VOce meâ ad Dómini num clamávi: * voce meâ ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiōnis meę, Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum: * & non sum decéptus.

Rénuit consolári áнима mea: * memor fui Dei, & delectátus sum, & exercitátus sum: * & defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei: * turbátus sum, & non sum locútus.

Cogitávi dies antiquos: * & annos ætérnos, in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo: * & exercitábar, & scopébam, spíritum meum.

Numquid in ætérnum projiciet Deus: * aut non appónet, ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet: * à generatiōne, in generatiōnem?

Aut oblívisciétur miseri- réi Deus? * aut continébit in irâ suâ, misericórdias suas?

Et dixi, Nunc cæpi: * hæc mutatión déxteræ Excélsi.

Memor fui óperum Dómini: * quia memor ero ab initio, mirabílum tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis: * & in adinventiōnibus tuis, exercébor.

Deus in sancto via tua.* quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus, qui facis mirabília.

Notam fecísti in pöpu- lis, virtútem tuam: * redemísti in bráchio tuo pöpulum tuum, filios Jacob & Joseph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ, & ti- muérunt: * & turbatæ sunt abyssi.

Multitúdo sónitūs aquárum: * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ tránseunt: * vox tonítrui tui, in rotâ.

Illuxérunt coruscatiōnes tuæ orbi terre: * cōmóta est, & contrémuit terra.

In

In mari via tua, & sémitæ tuae in aquis multis : * & vestígia tua , non cognoscéntur.

Deduxíssi sicut oves populum tuum : * in manu Móysi , & Aaron.

Psalmus 77.

Atténdite popule meus legé meam : * inclináte aurem vestram, in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum : * loquar propositiones , ab inítio.

Quanta audívimus , & cognóvimus ea : * & pa-tres nostri , narravérunt nobis ?

Non sunt occultáta à filiis eórum : * in genera-tiōne álterā.

Narrántes laudes Dómi-ni , & virtútes ejus : * & mirabilia ejus, quæ fecit.

Et suscitávit testimónium in Jacob: * & legem pósuit in Israël.

Quanta mandávit pátri-bus nostris nota fáceré ea filiis suis : * ut cognóscat generatio áltera.

Filij qui nascéntur , & exúrgent : * & narrábunt filiis suis.

Ut ponant in Deo spem suam : * & non oblívís-

cántur óperum Dei : * & mandáta ejus exquirant.

Ne fiant sicut patres eórum : * generatio prava , & exálperans.

Generatio quæ non di-réxit cor suum : * & non est créditus cum Deo, spí-ritus ejus..

Filij Ephrem intendén-tes & mitténtes arcum: * convérsi sunt,in die belli.

Non custodiérunt testa-méntum Dei : * & in lege ejus , noluérunt ambu-lare.

Et obliti sunt benefactó-rum ejus: * & mirabilium ejus, quæ osténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabilia in terrâ Ægypti: * in campo Tá-neos.

Interrúpit mare, & per-dúxit eos : * & státuit aquas quasi in utre.

Et dedíxit eos in nube die : * & totâ nocte,in il-luminatiōne ignis.

Interrúpit petrā in eré-mo : * & adaquávit eos, velut in abyssō multâ.

Et edúxit aquam de pe-trā: * & edúxit tanquam flúmina aquas.

Et apposuérunt adhuc peccáre ei : * in iram ex-cita

Citavérunt Excélsum, in inaquóso.

Et tentavérunt Deum in córdibus suis: * ut péterent escas, animábus suis.

Et malè locúti sunt de Deo: * dixérunt, Numquid pótterit Deus, paráre mensam, in deserto?

Quóniam percússit petram, & fluxérunt aquæ: * & torréntes inundavérunt.

Numquid & panem pótterit dare: * aut paráre mensam, pópulo suo?

Ideò audívit Dóminus, & distulit: * & ignis accénfus est in Jacob: * & ira ascéndit in Israél.

Quia non credidérunt in Deo: * nec speravérunt, in salutári ejus.

Et mandávit núbibus désuper: * & jánuas cæli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducandum: * & panem cæli, dedit eis.

Panem Angelórū manducávit homo: * cibária misit eis, in abundántiâ.

Tránstulit Austrum de cælo: * & indúxit in virtute suâ Africum.

Et pluit super eos sicut púlverem carnes: * & si-

cuit arénam maris, volatilia pennáta.

Et cecidérunt in médió castrórum eórum: * circa tabernácula eórum.

Et manducavérunt, & saturáti sunt nimis: * & desidérium eórum áttulit eis: * non sunt fraudáti, à desidério suo.

Adhuc escæ eórum, erát in ore ipsórum: * & ira Dei, ascéndit super eos.

Et occídit pingues eórum: * & eléctos Israél impedívit.

In ómnibus his peccavérunt adhuc: * & non credidérunt, in mirabiliis ejus.

Et defecérunt in vanitáte dies eórum: * & anni eórum, cum festinátiōne.

Cū occíderet eos, querébant eum, & revertébántur: * & dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti sūt, quia Deus adjútor est eórum: * & Deus excélsus, redémptor eórum est.

Et dilexérunt eum in ore suo: * & linguâ suâ, mentíti sunt ei.

Cor autem eórum, non erat rectum cum eo: * nec fidéles.

fidèles hábiti sunt, in testaménto ejus.

Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: * & non despérdat eos.

Et abundávit, ut avérteret iram suam: * & non accéndit, omnem iram suam.

Et recordátus est quia caro sunt: * spíritus vadeñs, & non rediens.

Quótiēs exacerbavérunt eum in deserto. * in iram concitavérunt eum, in inaquoso?

Et convérsi sunt; & tentavérunt Deum: * & sanctum Israël, exacerbavérunt.

Non sunt recordati manus ejus: * die qua redemit eos, de manu tribulantis.

Sicut pósuit in Ægypto signa sua: * & prodigia sua in campo Táneos.

Et convértit in sanguinem flúmina eorum: * & imbres eorū, ne biberent.

Misit in eos cynomyam, & comédit eos: * ranam, & dispérdidit eos.

Et dedit ærugini fructus eorum: * & labores eorum locústæ.

Et occidit in grándine víneas eorum: * & mortos eorum in pruina.

Et trádidit grándini juménta eorum: * & possessionem eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suæ: * indignationem, & iram, & tribulacionem: * immisiōnes per ángelos malos.

Viam fecit sémitæ iræ suæ: * & non pepérct à morte animarū eorum: * & juménta eorum, in morte conclúsit.

Et percússit omne primogénitum in terrâ Ægypti: * primítias omnis laboris eorum, in tabernáculis Cham.

Et abstulit sicut oves, populum suum: * & perduxit eos, tanquam gregem in deserto.

Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: * & inimicos eorum, opéruit mare.

Et induxit eos in montem sacerdotiæ suæ: * montem quem acquisivit, déxtera ejus.

Et ejécit à fácie eorum Gentes: * & sorte divisi eis terram, in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculo.

bernáculis eórum , tribus dórmiens Dóminus: * tan-
Israël. quam potens , crapulátus

Et tentavérunt & ex-
cerbabérunt Deum excél-
sum: * & testimónia ejus,
non custodiérunt.

Et avertérunt se, & non
servavérunt pactum : *
quemámodū patres eó-
rum, convérsi sunt, in ar-
cum pravum.

In iram concitavérunt
eum in cóllibus suis: * &
in sculptílibus suis, ad æ-
mulatióinem eum provo-
cavérunt.

Audívit Deus & spre-
vit: * & ad níhilum, redé-
git valdè Israël,

Et répulit tabernáculum
Silo : * tabernáculum
suum , ubi habitávit in
homínibus.

Et trádidit in captivitá-
tem, virtútem eórum: * &
pulchritúdinem eórum ,
in manus inimici.

Et conclúsit in gládio
pópulum suum : * & hæ-
reditátem suam sprevit.

Júvenes eórum comédit
ignis : * & vírgines eó-
rum, non sunt lamentatæ.

Sacerdótes eórum in glá-
dio cecidérunt: * & vídux
eórum , non plorabántur.

Et excitátus est tanquā

dómiens Dóminus: * tan-
quam potens , crapulátus
a vino.

Et percússit inimícos suos
in posterióra : * oppró-
brium sempítérnum, de-
dit illis.

Et répulit tabernáculum
Joseph: * & tribum E-
phraim, non élégit.
Sed élégit tribum Juda: *

montem Sion , quem di-
lexit.

Et ædificávit sicut u-
nicórnium sanctificium
suum : * in terra quam
fundávit in saecula.

Et élégit David servum
suum : * & sústulit eum
de grégibus óvium : *
de post fœtantes , accé-
pit eum.

Páscre Jacob servum
suum : * & Israël hæredi-
átem suam.

Et pavit eos in inno-
céntiâ cordis sui : * & in
intelléctibas mánuum
suárum, dedúxit eos.

Glória Patri.

Ana. Tu es Deus, qui fa-
cis mirabília.

Ana. Propítius.

Psalmus 78.

Deus venérunt Gentes
in hæreditáte tuam: *
polluérunt templum san-
ctum

Ecum tuum : * posuerunt Jerusalēm , in pomōrum custódiam.

Posuerunt morticína servórum tuórum , escas volatílibus cæli : * carnes sanctórum tuórum , béstias terræ,

Effudérunt sanguinem eórum tanquam aquam in circúitu Jerusalēm : * & non erat qui sepelíret.

Facti sumus opprobriū vicínis nostris : * subsan-natiō & illúsiō , his qui in circúitu nostro sunt.

Usquequò Dómine ira-céris in finem : * accendé-tur velut ignis , zel⁹ tuus ?

Effunde iram tuam in Gentes , quæ te non nové-runt : * & in regna , quæ nomen tuum non invoca-vérunt.

Quia comedérunt Ja-cob : * & locum ejus , de-solavérunt.

Né memineris iniquitá-tum nostrárum antiquá-rum : * citò anticipent nos misericórdiæ tuæ : * quia paíperes , facti su-mus nimis.

Adjuva nos Deus salu-táris noster : * & propter glóriam nóminis tui Dó-mine , líbera nos.

Et propítius esto peccá-tis nostris propter nomen tuum : * ne fortè dicant in Géntibus , Ubi est Deus eórum ?

Et innotescat in natió-nibus coram oculis no-stris : * últio sanguinis servórum tuórum , qui ef-fusus est.

Intróœat in conspéctu-tuos gémitus compeditó-rum : * secundum magni-tudinem brachij tui , pôssi-de filios mortificatórum .

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum : * impropérium ip-sorum , quod exprobravé-runt tibi Dómine.

Nos autē pôpulus tuus , & oves páscuæ tuæ * con-fitébimur tibi , in sacerdóciis.

In generatiōne & gene-ratiōnem , annuntiábimus laudem tuam.

Psalmus 79.

Qui regis Israél , in-ténde : * qui dedúcis velut ovem Joseph.

Qui sedes super Chéru-bim manifestáre : * coram Ephraim , Bénjamin , & Manásse.

Excita poténtiam tuam , & veni : * ut salvos fá-cias nos .

Deus

Deus converte nos : * & ostende faciem tuam , & salvi erimus.

Dómine Deus virtútum : * quoúlque irascéris, super orationem, servi tui ?

Cibábis nos pane lacrymárum : * & potum dabis nobis , in lacrymis , in mensurâ.

Posuísti nos in contradictionem viciniis nostris: * & inimici nostri, subsanguinaverunt nos.

Deus virtútum converte nos : * & ostende faciem tuam , & salvi erimus.

Víneam de Ægypto transtulisti : * ejecisti Gentes , & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspéculu ejus : * & plantasti radices ejus , & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus : * & arbústa ejus, cedros Dei.

Exténdit pálmites suos usque ad mare: * & usque ad flumen , propágines ejus.

Ut quid destruxisti māceriam ejus : * & vindemiant eam omnes , qui prætergrediuntur viam?

Exterminavit eam aper-

de silvâ : * & singularis ferus, depastus est eam.

Deus virtútum convertere : * respice de cælo, & vide : * & visita víneam istam.

Et perfice eam , quam plantávit déxtera tua : * & super filium hóminis , quem confirmásti tibi.

Incénsa igni, & suffóssa* ab incépatione , vultus cui peribunt.

Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ : * & super filium hóminis quem confirmásti tibi.

Et non discédimus à te: * vivificabis nos, & nomen tuum invocabimus.

Dómine Deus virtútum converte nos : * & ostende faciem tuam , & salvi erimus.

Glória Patri.

Antiphona. Propítius esto peccatis nostris Dómino.

In Quadragesima, ¶ Scuto circumdabit te véritas ejus.

¶. Non timébis à timore nocturno.

Tempore Passionis, ¶ Intende animæ meæ & libera eam. ¶. Propter inimicos

m̄tos meos éripe me
Dómine.

Tempore Paschali, Aña.
Allelúia , allelúia , alle-
lúia. *¶.* Resurréxit Dó-
minus. *¶.* Sicut dixit vo-
bis , allelúia , allelúia ,
allelúia.

A D L A U D E S.

Aña. Tibi sóli peccávi
Dómine miserére mei.

Psalmus. Miserére: 69.

Aña. Dómine refúgium.

Psalmus idem 89..

Dómine refúgium, fa-
ctus es nobis : * à
generatióne , in genera-
tióne.

Priúsq̄am montes sie-
rent, aut formaréntur terra
& orbis : * à sæculo & in
sæculum, tu es Deus.

Ne avértas hóminem in
humilitátem: * & dixisti,
Convertímini , filij, hó-
minum.

Quóniam mille anni
ante óculos tuos : * tam-
quam dies hestérna , quæ
præteriit.

Et custódia in nocte : *
quæ pro nihilo habéntur,
eórum anni erunt.

Manè sicut herba trán-
seat : * manè flóreat , &
tránseat : * vésperè déci-
dat, indúret , & aréscat.

Quia defécimus in irâ
tuâ : * & in furóre tuo,
turbati sumus.

Posuísti iniquitátes no-
stras in conspéctu tuo : *
sæculum nostrum, in illu-
minatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies
nostrí defecérunt : * & in
irâ tuâ defécimus.

Anni nostri sicut aránea
meditabúntur : * dies an-
norum nostrorum in ipsis
septuaginta anni.

Si autem in potentátibus
octoginta anni : * & ám-
plius eórum, labor & dolor.

Quóniam supervénit
mansuetudo , & corripié-
mur.

Quis novit potestátem
iræ tuæ : * & præ timóre
tuo , iram tuam dinume-
ráre ?

Déxteram tuam sic no-
tam fac. * & eruditos cor-
de, in sapiéntiâ.

Convrétere Dómine úf-
quequo : * & deprecábilis
esto , super servos tuos.

Repléti sumus manè mi-
sericórdiâ tuâ : * & exul-
távimus & deleétati su-
mus , in ómnibus diébus
nostris.

Lætati sumus pro diébus,
quibus nos humiliásti : *
annis.

annis quibus vidi mus
mala.

Réspice in servos tuos,
& in ópera tua : * & díri-
ge , filios eórum.

Et sit splendor Dómini
Dei nostri super nos : *
& ópera mánuum nostrá-
rum , dírige super nos : *
& opus mánuum nostrá-
rum dírige.

Glória Patri.

Aña. Dómine refúgium
factus es nobis.

Aña. In matutínis Dó-
mine meditábor in te.

Psal. Deus Deus meus. 21.

Aña. In ætérnum Dñs.

Canticū Moysi. Exod. 15.

CAntémus Dómino ,
gloriósè enim hono-
rificatus est: * equum & as-
censóre, projécit in mare.

Fortitúdo mea & laus
mea Dóminus: * & factus
est mihi , in salútem.

Iste Deus meus , & glo-
rificábo eum: * Deus pa-
tris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pu-
gnátor , omnipotens no-
men eius : * currus Pha-
raónis , & exércitum ejus,
projécit in mare.

Elécti príncipes ejus sub-
méri sunt in mari Ru-
bro : * abyssi operuérunt

cos: * descendérunt in pro-
fundum , quasi lapis.

Déxtera tua Dómine
magnificáta est in for-
titúdine : * déxtera tua
Dómine percússit inimí-
cum : * & in multitúdine
glóriæ tuæ, deposuísti ad-
versários meos.

Misísti iram tuam, quæ
devorávit eos sicut stípu-
lam: * & in spíritu furóris
tui, cōgregátæ sunt aquæ.

Stetit unda fluens: * con-
gregátæ sunt abyssi , in
médio mari.

Dixit inimicus , Pérfse-
quar, & comprehéndam: *
dívidam spolia, & implé-
bitur ánima mea.

Evaginábo gládiú meú*
interficiet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus , &
opéruit eos mare : * sub-
méri sunt quasi plumbū,
in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fór-
tibus Dómine ? * quis sí-
milis tui , magníficus in
sanctitáte: * terríbilis at-
que laudábilis , & fáciens
mirabília ?

Extendísti manum tuá: *
& devorávit eos terra.

Dux fuísti in misericórdi-
â tuâ: * pôpulo quem
redemísti.

Et

Et portásti cum in fortitudine tuâ, * ad habitaculum sanctum tuum. Ascendérunt pópuli, & iráti sunt: * dolóres obtinérunt habitatores Philisthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom: * robústos Moab obtinuit tremor: * obriguérunt, omnes habitatores Cháanaan.

Irruat super eos formido & pavor: * in magnitudine bráchij tui.

Fiant immóbiles quasi lapis: * donec pertránseat pópulus tuus Dómine: * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hæreditatis tuæ: * firmíssimo habitáculo tuo, quod operátus es Dómine.

Sanctuárium tuum Dómine quod firmavérunt manus tuæ: * Dñs regnábit in ætérnum, & ultrà.

Ingréssus est enim eques Phárao, cum cùrribus & equítibus ejus in mare: * & redúxit super eos Dómibus, aquas maris.

Filij autem Israël ambulávérunt per siccum: * in medio ejus. Glória Patri.

Aña. In ætérnum Dóminus regnábit & ultrà.

Aña. In sanctis ejus laudáte Deum. Psal. Laudáte Dóminum de cælis. 23.

In Quadragesima.
Capitulum. Joél. 9.

Convertimini ad me,
Cut suprà. 99.

V. Scapulis suis obumbrábit tibi. **R**. Et sub peninis ejus sperabis.

Ad Benedictus, Aña pro tria ut in feriis Quadrages. deinde dicuntur magna preces ut in fer. ij.

FERIA SEXTA.

Ad Matutinum.

In Quadrages. Invitator.
Adorémus Dñm, quóniam ipse fecit nos.

Tempore Pasch. Invitator.
Alleluia, alleluia, allel.

Psalmus. Venite. 2.

Aña. Exultáte Deo.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia, alleluia.

Psalmus 80.

Exultáte Deo adjutóri nostro. * jubiláte Deo Jacob.

Sümite psalmum, & date tympanum: * psaltérium jocundum, cum cítharâ.

Buccináte in Neoménia tubâ: * in insigni die solemnitatis vestrae.

Quia

Quia præceptum in Israël est : * & judicium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud : * cùm exíret de terrâ Ægypti, lingua in quam non nōverat, audívit.

Divértit ab oneribus dorsū ejus : * manus ejus, in cophino serviérunt.

In tribulatiōne invocásti me, & liberávi te : * exaudívi te in abscondito tempestatis : * probávi te apud aquam, contradictiōnis.

Audi pópulus meus, & contestábor te : * Israël si audieris me, non erit in te Deus recens : * neque adorábis Deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terrâ Ægypti : * dilata os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam : * & Israël, non inténdit mihi.

Et dimisi eos secundum desidéria cordis eorum : * ibunt in adiunctiōnibus suis.

Si pópulus meus audíset me : * Israël si in viis meis ambuláset.

Pro nihilo fórlitan ini- micos eorum humiliásem : * & super tribulantes eos, misíssē manum meā.

Inimici Dómini mentiti sunt ei : * & erit tempus eorum in sæcula.

Et cibávit illos ex ádipe frumenti : * & de petrâ melle, saturávit eos.

Psalmus 81.

Deus stetit in synagoga deorum : * in médio autem deos dijúdicat.

Usquequò judicatis ini-quitátem : * & fácies pec- catórum súnitis ?

Judicáte egéno & pu- pillo : * humilem & páuperem justificáte.

Erípite páuperem : * & egénum, de manu pecca-toris liberáte.

Nesciérent, neque intel-lexérunt, in tenebris ámbulant : * movebuntur omnia fundaménta terræ.

Ego dixi, Di jestis : * & filij Excélsi omnes.

Vos autem sicut hómi-nes morímini : * & sicut unus de principibus ca-détis.

Surge Deus, júdi-ca ter-ram : * quóniam tú hæreditábis, in omnibus Génibus. Glória Patri.

Anno.

Aña. Exultáte Deo adju-
tóri nostro.

Aña. Tu solus.

Psalmus 82.

Deus, quis similis erit
tibi : * ne taceas, ne-
que compescáris Deus.

Quóniam ecce inimíci
tui sonuerunt : * & qui
odérunt te , extulerunt
caput.

Super pòpulù tuum ma-
lignaverunt consilium : *
& cogitaverunt, adversus
sanctos tuos.

Dixerunt, Venite, & dis-
perdámus eos de Gente: *
& non memorétur , no-
men Israël ultrà.

Quóniam cogitaverunt
unanimiter : * siniul ad-
versum te testaméntum
disposuerunt, tabernacula
Idumæorum , & Ismahe-
litæ.

Moab , & Agaréni, Ge-
bal, & Ammon , & Ama-
lek: * alienigenæ cum ha-
bitantibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum
illis : * facti sunt in adju-
tórium filiis Lót.

Fac illis sicut Mådian, &
Sísatæ : * sicut Jabin in
torrente Cissoni.

Disperiérunt in Endor: *
facti sunt ut stercus terræ.

Pone príncipes eórum
sicut Oreb : * Zeb, Zébee,
& Sálmana.

Omnes príncipes eórum
qui dixerunt : * Hæredi-
tate possideámus, sanctuá-
rium Dei.

Deus meus pone illos ut
rotam: * & sicut stipulam
ante fáciem venti.

Sicut ignis qui combú-
rit silvam: * & sicut flam-
ma combúrens montes.

Ita persecuérís illos in
tempestáte tuâ: * & in irâ
tuâ, turbábis eos.

Imple fácies eóru igno-
mínia : * & quærent no-
men tuum Dómine.

Erubéscant & contur-
bentur in sæculum sæcu-
li : * & confundántur &
péreant.

Et cognóscant quia no-
men tibi Dóminus : * tu
solus Altissimus , supet
omnem terram.

Psalmus 83.

Quam dilecta taber-
nacula tua Dómine
virtútum: * concupíscit &
déficit áнима mea, in á-
tria Dómini.

Cor meum & caro mea,
exultaverunt in Deum
vivum.

Etenim passer invénit
sibi

Sibi domum : * & turtur
nidum sibi, ubi ponat pul-
los suos.

Altaria tua Dómine vir-
tútum : * Rex meus &
Deus meus.

Beáti qui hábitant in
domo tuâ : * in sæcula sæ-
culórum laudábunt te.

Beatus vir, cuius est au-
xílium abs te : ascensió-
nes in corde suo dispósiuit
in valle lacrymárum : * in
loco quem pósuit.

Etenim benedictiōnem
dabit legislátor : * ibunt
de virtute in virtútem : *
vidébitur Deus deórum
in Sion.

Dómine Deus virtútum
exaudi oratiōnē meam : *
aūribus pércepe Deus Ja-
cob.

Protéctor noster áspice
Deus : * & résponce in fá-
ciem Christi tui.

Quia mélior est dies una
in átriis tuis , super mília.
lia.

Elégi abjectus esse in
domo Dei mei : * magis
quàm habitare, in taber-
náculis peccatórum.

Quia misericórdiam &
veritátem díligit Deus : *
grátiam & glóriam, dabit
Dóminus.

Non privábit bonis eos
qui ambulant in innocén-
tia : * Dómine virtútum,
beatus homo qui sperat
in te. Glória Patri.

Aña. Tu solus Altíssimus
super omnem terram.

Aña. Benedixisti.

Psalmus idem 84.
Benedixisti Dómine
terram tuam : * aver-
tisti captivitátem Jacob.

Remisisti iniquitátem
plebis tuæ : operuísti óm-
nia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram
tuam : * avertísti ab irâ
indignatiōnis tuæ.

Convértete nos Deus sa-
lutáris noster : * & avér-
te iram tuam à nobis.

Numquid in ætérnum
irascéris nobis : * aut ex-
téndes iram tuam , à ge-
neratiōne in generatiō-
nem?

Deus tu convérſus vivi-
ficábis nos: * & plebs tua
lætabitur in te.

Osténde nobis Dómine
misericórdiam tuam: * &
salutáre tuum da nobis.

Aúdiam quid loquátur
in me Dóminus Deus : *
quóniam loquétur pacē ,
in plebem suam.

Et super sanctos suos: *
&

& in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen propè timéntes eum salutare ipsius: * ut inhábitet glória, in terrâ nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi: * justitia & pax osculatæ sunt.

Véritas de terra orta est: * & justitia, de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitatem: * & terra nostra, dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: & ponet in viâ gressus suos.

Psalmus 85.

Inclína Dómine aurem tuam, & exaudi me: * quóniam inops & pauper sum ego.

Custodi ánimam meam, quóniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus sperántem in te.

Miserere mei Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die: * lætifica ánimam servi tui: * quóniam ad te Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suavis & mitis: * & multæ

Pars Verna.

misericórdia, omnibus invocantibus te.

Auribus pércepe Dómine orationem meam: * & intende voci, deprecationis meæ.

In die tribulatiōnis meæ clamávi ad te: * quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Dómine: * & non est secundum opera tua.

Omnis Gentes quascumque fecisti, vénient, & adorabunt coram te Dómine: * & glorificabunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, & faciens mirabilia: * tu es Deus solus.

Deduc me Dómine in viâ tuâ, & ingréiar in veritate tua: * lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo: * & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericórdia tua magna est super me: * & eruisti ánimam meam, ex inferno inferióri.

Deus iniqui insurrexerunt super me: * & synagogæ potentiū, quæsierunt ánimam meam: * &

F

non proposuerunt te, in vita eam Altissimus.
conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus misérator & misericors : *
pátiens, & multæ misericordia, & verax.

Réspice in me, & misére mei : * da impérium
tuum púero tuo : * & salvum fac filium, ancillæ
tuæ.

Fac mecum signum in
bonum : * ut videant qui
odérunt me, & confundantur : * quóniam tu Dó-
mine adjuvísti me, & consolátus es me.

Glória Patri.

Aña. Benedixísti Dómine
terram tuam.

Aña. Fundaménta ejus.

Psalmus idem 86.

Fundaménta ejus in
mónitibus sanctis : * díligit Dóminus portas
Sion, super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de-
te, cívitas Dei.

Memor ero Rahab, &
Babylónis scíentium me.

Ecce alien'genæ, & Ty-
rus & póplus Aethíopum : * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet, me.

Homo ; * & homo natus
est in ea : * & ipse fundá-

Dóminus narrabit in
scriptúris populórum &
príncipum : * horum qui
fuérunt in ea.

Sicut létantium óm-
nium, habitatio est in te.

Psalmus 87.

Dómine Deus salútis
meæ : * in die clamá-
vi, & nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo
orátio mea : * inclina
autem tuam, ad precem
meam.

Quia repléta est malis
ánima mea: * & vita mea in
inférno appropinquávit.

Aestimátus sum cum des-
cendéntibus in lacum : *
factus sum sicut homo sine
adjutorio, inter mórtuos
liber.

Sicut vulneráti dormien-
tes in sepúlchris, quorum
non es memor amplius : *
& ipsi de manu tuâ repulsi
sunt.

Posuérunt me in lacu in-
feriori : * in tenebrósis, &
in umbrâ mottis.

Super me confirmátus est
furor tuus : * & omnes flu-
etus tuos, induxisti super
me.

Longè fecísti notos meos
à me : * posuérunt me, in
abomi-

abominationem sibi.

Tráditus sum & non egrediébar: * óculi mei languérunt, præ inópiâ.

Clamávi ad te Dómine: * totâ die expândi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fâcies mirabília: * aut médi ci fuscit ábunt, & confitebún tur tibi?

Numquid narrábit áli quis in sepúlchro misericórdiam tuam: * & veritátem tuam in perditió nem?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua: & justitia tua, in terrâ obli viónis?

Et ego ad te Dómine clamávi: * & manè orátio mea prævéniet te.

Ut quid Dómine repellis orationem meam: * avér sis fâciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in labóribus à juventute meâ: * exaltatus autem humiliátus sum, & conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ: * & terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua totâ die: * circum dedérunt me simul.

Elongásti à me amicu m

& próximum: * & notos meos, à miseriâ.

Glória Patri.

Ana. Fundaménta ejus in móntibus sanctis.

Ana. Benedíctus.

Psalmus 88.

M Isericórdias Dómini in ætérnum cantábo: * in generatiónē & generationem, annuntiábo veritátem tuā, in ore meo.

Quóniam dixísti, in ætérnum misericórdia ædificábitur in cælis: * præparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum elec̄tis meis: * jurávi Da vid servo meo: * usque in ætérnum præparábo se men tuum.

Et ædificábo in genera tione, & generationem sed em tuam.

Confitebún tur cæli mirabília tua Dómine: * étenim veritátem tuam, in ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbib⁹ æquábitur Dómino: * similis erit Deo, in filiis Dei⁹

Deus qui glorificá tur, in concilio sanctórum: * mag nus & terribilis super omnes, qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtútum,

quis similis tibi? * potens
es Dómine : * & véritas
tua , in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti
maris: * motum autem flú-
ctuum tuus , tu mítigas.

Tu humiliásti sicut vul-
nerátum , supérbum : * in
bráchio virtútis tuæ , dis-
persísti inimícos tuos.

Tui sunt cæli & tua est
terra : * orbem terræ &
plenitúdinem ejus tu fun-
dásti : * Aquilónem &
mare , tu creásti.

Thabor & Hermon in
nómine tuo exultábunt : *
tuum bráchium cum po-
tentiâ.

Firmétur manus tua , &
exaltétur déxtera tua : *
justitia & judícium , præ-
paratio sedis tuæ.

Misericórdia & véritas
præcéderat fáciem tuam : *
beátus pòpulus qui scit
jubilationem.

Dómine in lúmine vul-
tus tui ambulábunt : * &
in nómine tuo exultábunt
totâ die : * & in justitiâ
tua exaltabúntur.

Quóniam glória virtútis
eórum tu es : * & in bene-
plácito tuo , exaltábitur
cornu nostrum.

Quia Dómini est assúm-

ptio nostra : * & sancti Is-
raël regis nostri.

Tunc locútus es in visió-
ne sanctis tuis: * & dixisti,
Pósui adjutórium in po-
tente : * & exaltávi élé-
ctum , de plebe meâ.

Invéni David servum
meum : * óleo sancto meo
unxi eum.

Manus enim mea auxi-
liábitur ei : * & bráchium
meum , confirmábit eum.

Nihil proficiet inimicus
in eo : * & filius iniquitá-
tis , non appónet nocé-
re ei.

Et concídam à fácie ip-
sius inimícos ejus : * &
odiéntes eum , in fugam
convértam.

Et véritas mea , & misé-
ricórdia mea cum ipso : *
& in nómine meo , exal-
tâbitur cornu ejus.

Et ponam in mari ma-
num ejus : * & in flumíni-
bus déxteram ejus.

Ipse invocábit me , Pa-
ter meus es tu : * Deus
meus , & suscéptor salútis
meæ.

Et ego primogénitum
ponam illum : * excélsum
præ regibus terræ.

In ætérnum servábo illi
misericórdiam meam: * &
testaméntum

testaméntum meum fidé-
le ipsi.

Et ponam in sæculum sæ-
culi semen ejus : * & throno-
num ejus , sicut dies cæli.

Si autem dereliquerint fi-
lij ejus legem meam : * &
in judiciis meis non am-
buláverint.

Si justitias meas profaná-
verint : * & mandata mea
non custodierint.

Visitábo in virgâ iniqui-
tates eorum : * & in ver-
bibus, peccata eorum.

Misericórdiam autem
meam non dispérgam ab
eo: * neque nocébo, in ve-
ritate meâ.

Neque profanábo testa-
mémentum meum : * & quæ
procédunt de lábiis meis,
non faciam irrita.

Semel jurávi in sancto
meo , si David méntiar : *
semen ejus , in ætérnum
manébit.

Et thronus ejus sicut sol
in conspéctu meo : * & si-
cuit luna perfécta in ætér-
num : * & testis in cœlo
fidélis.

Tu verò repulísti & des-
pexisti : * distulísti Chri-
stum tuum.

Evertísti testaméntum ser-
vi tui : * profanásti in ter-

râ sanctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepes
ejus : * posuísti firmamén-
tum ejus formidinem.

Diripuerunt eum omnes
transéentes viam : * factus
est opprobriū , vicinis suis.

Exaltásti déxteram depri-
mémentium eum: * lètificásti
omnes inimicos ejus.

Ayertísti adjutórium glá-
dij ejus : * & non es auxi-
liátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emun-
datiōne : * & sedem ejus
in terra collisisti.

Minorásti dies témporis
ejus: * perfidiásti eum con-
fusione.

Usquequò Dómine avér-
tis in finem : * exardéscet
sicut ignis ira tua ?

Memoráre quæ mea sub-
stántia : * numquid enim
vanè constituísti , omnes
filios hóminum ?

Quis est homo qui vivet,
& non vidébit mortem : *
éruet ánimam suam , de
manu inferi ?

Ubi sunt misericórdiæ tuæ
antiquæ Dñe: * sicut jurásti
David , in veritatem tuâ ?

Memor esto Dómine op-
probrij servórum tuórum: *
quod continui in sinu
meo , multárum géntium.

Quòd exprobravérunt
inimici tui Dómine: * quod
exprobravérunt commu-
tationem Christi tui.

Benedictus Dóminus in
æternum, fiat, fiat.

Psalmus 93.

Deus ultiónum Dómi-
nus: * Deus ultiónum
liberè egit.

Exaltáre qui júdicas ter-
ram: * redde retributió-
nem supérbis.

Usquequò peccatóres
Dómine: * usquequò pec-
catóres gloriabúntur?

Effabúntur, & loquéntur
iniquitátem: * loquéntur
omnes, qui operántur in-
justítiam?

Pópulum tuum Dómine
humiliavérunt: * & hæ-
reditátem tuā vexavérunt.

Víduam & ádvenam in-
terfecérunt: * & pupíllos
occidérunt.

Et dixérunt, Non vidébit
Dóminus: * nec intellíget
Deus Jacob.

Intellígit insipiéntes in
pópulo: * & stulti aliquán-
do sápite.

Qui plantávit aurem non
áudiet? * aut qui finxit
óculum non considerat?

Qui córripit Gentes non
árguet? * aut qui docet

hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogitatió-
nes hóminum, quóniam
vánæ súnt.

Beátus homo, quem tu
erudíceris Dómine: * & de
lege tuâ, docúeris eum.

Ut mítiges ei à diébus
malis: * donec fodiátur
peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dó-
minus plebem suam: * &
hæreditátem suam non de-
relínquet.

Quoadúsque justítia con-
vertátur in iudícium: * &
qui juxta illam: * omnes
qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi ad-
versus malignántes: * aut
quis stabit mecum, advér-
sus operántes iniquitátem?

Nisi quia Dóminus adju-
vit me: * paulòminus ha-
bitáset, in inférno ánima
mea.

Si dicébam, Motus est
pes meus: * misericórdia
tua Dñe adjuvábat me.

Secúndum multitudinem
dolórum meórum in cor-
de meo: * consolationes
tuæ latificavérunt áni-
mam meam.

Numquid adhæret tibi
sedes iniquitatis: * qui fin-
gis labórem in præcépto?

Captábunt

Captábunt in ánimam
justi: * & sanguinem in-
nocéntem condeinnábunt.

Et factus est mihi Dómi-
nus in refúgium: * & Deus
meus in adjutórium spei
meæ.

Et reddet illis iniquitá-
tem ipsórum: * & in malí-
tiâ eórum disperdet eos: *
disperdet illos, Dóminus
Deus noster.

Glória Patri.

Aña. Benedíctus Dómi-
nus in æténum.

Aña. Cantáte Dómino.

Psalmus idem. 95.

Cantáte Domino cán-
ticum novum: * can-
tate Dómino omnis terrá.
Cantáte Dómino & be-
nedícite nómini ejus: * an-
nuntiáte de die in diem,
salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes
glóriam ejus: * in ómni-
bus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dó-
minus, & laudábilis ni-
mis: * terríbilis est, super
omnes deos.

Quóniam omnes dij-
Géntium dæmónia: * Dó-
minus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritúdo
in conspéctu ejus: * san-
ctimónia & magnificéntia,

in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ
Géntium: * afférte Dómi-
no glóriam, & honórem: *
afférte Dómino glóriam
nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introí-
te in átria ejus: * adoráte
Dñm, in átrio sancto ejus.

Commoveátur à facie
ejus univérsa terra: * dícite
in Géntibus, quia Dómi-
nus regnávit.

Etenim corréxit orbem
terræ, qui non commové-
bitur: * judicábit pópulos,
in æquitáte.

Læténtrur cæli, & exultet
terra: * commoveátur ma-
re, & plenitudo ejus: *
gaudébunt campi, & óm-
nia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia
ligna silvárūn à facie Dó-
mini quia venit: * quóniam
venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in
æquitáte: * & pópulos in
veritáte suā.

Psalmus 96.

Dominus regnávit exú-
tet terra: * læténtrur in-
sulae multæ.

Nubes & calígo in circúi-
tu ejus: * justitia & judí-
ciúm corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcē-

det: * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terrae: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Dómini: * à facie Dómini omnis terra.

¶ Annuntiaverunt cæli iustitiam ejus: * & vidérunt omnes populi, gloriā ejus.

¶ Confundantur omnes qui adorant sculptilia: * & qui gloriātūr, in simulacris suis.

¶ Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audívit & lætata est Sion.

Et exultaverunt filii Iudeæ: * propter judicia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es, super omnes deos.

¶ Qui diligitis Dóminum, odite malum: * custódit Dóminus áimas sanctorum suorum: * de manu peccatóris, liberabit eos.

Lux orta est justo: * & rectis corde, lætitia.

Lætámini justi in Dómino: * & confitémini meam, sanctificationis ejus.

Glória Patri.

Aña. Cantáte Dómino, & benedícite nōmini ejus.

In Quadragesima. ¶ Scito circumdabit te veritas ejus.

R. Non timébis à timore nocturno.

Tempore Passionis, ¶ Inténde ánime meæ, & libera eam.

R. Propter inimicos meos éripe me Dómine.

Tempore Paschali, Aña. Allelúia, allelúia, allel.

¶ Resurréxit Dóminus.

R. Sicut dixit vobis. Allelúia, allel. allel.

A D L A U D E S.

Aña. Redde mihi lætitiam salutaris tui Dómine.

Psalmus. Miserére. 69.

Tempore Paschali, Aña. & Psalmi, ut in proprio.

Aña. In veritatem tuam.

Psalmus 142.

Dómine exaudi orationem meam: * auribus percipe obsecrationem meam, in veritate tuam: * exaudi me, in iustitiam tua.

Et non intres in iudicium cum servo tuo: * quia non justificabitur in conspectu tuo, omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terram, vitam meam.

Collocavit me in obscuris,

tis, sicut mórtuos sœculi: * & anxiátus est super me spíritus meus: * in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum: * meditátus sum in oīnnibus opéribus tuis: * & in factis mánuum tuárum , meditábar.

Expándi manus meas ad te: * áнима mea sicut terra , sine aquâ tibi.

Velóciter exáudi me Dómine : * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me: * & símilis ero , descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè, misericórdiam tuam : * quia in te sperávi,

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem : * quia ad te levávi , ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi : * doce me fáceré voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dúcet me in terram re- Etam : * propter nomen tuum Dómine vivificábis me , in æquitáte tuâ,

Edúces de tribulatióne ánimam meam : * & in misericórdiâ tuâ dispérdes,

omnes inimícós meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : * quóniam ego servus tuus sum. Glória Patri.

Aña. In veritaté tuâ exáudi me Dómine.

Aña. Illúmina Dómine vultum tuum super nos.

Psalmus. Deus Deus meus ad te. 21.

Aña. Audítum tuum.

Canticū Habacuc. Cap. 3.

Dómine audívi: * audi- tióñem tuam,& tímui.

Dómine opus tuum: * in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies : * cùm irátus fúeris , misericórdiæ recor-dáberis.

Deus ab Austrō véniet: * & sanctus de monte Pharan.

Operuit cælos glória ejus : * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit: * córnua in mánibus ejus : * ibi abscondita est fortitúdo ejus.

Ante fáciem ejus ibit mors: * egrediétur diábo-lus ante pedes ejus.

Stetit & mensus est ter- ram : * aspéxit & dissólvit

Gentes : * & contriti sunt montes saeculi.

Incurvati sunt colles mundi: * ab itineribus alternitatis ejus,

Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae: * turbahuntur pelles terrae Madian.

Numquid in fluminibus iratus es Dómine? * aut in fluminibus furor tuus? * vel in mari indignatio tua?

Qui ascéndes super equos tuos: * & quadrigae tuæ salvatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum: * juramenta tribubus, quæ locutus es.

Fluvios scindes terræ: * vidérunt te, & doluerunt montes: * gurges aquarum transiit.

Dedit abyssus vocem suam: * altitudo manus suas levavit.

Sol & luna stetérunt in habitaculo suo: * in luce sagittarum tuarum ibunt: * in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In fremitu conculcabis terram: * in furore obstupescies Gentes.

Egressus es in salutem populi tui: * in salutem cum Christo tuo.

Percussisti caput de domo impij: * denudasti fundamentum ejus, usque ad collum.

Maledixisti sceptris ejus: * capiti bellatorum ejus: * venientibus ut turbo, ad dispergendum me.

Exultatio eorum: * sicut ejus qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis: * in luto aquarum multarum.

Audivi, & conturbatus est venter meus: * à voce contreinuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis: * & subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis: * ut ascéndam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florabit: * & non erit germen in vineis.

Mentiatur opus olivæ: * & arva non affert cibum.

Abscidetur de ovili pecus: * & non erit armatum in praesepibus.

Ego autem in Dómino gaudébo: * & exultabo in Deo Iesu meo.

Deus Dóminus fortitudo mea:

*mea : * & ponet pedes
meos quasi cervorum.*

*Et super excelsa mea de-
ducet me vixit, in psalmis
canentem. Glória Patri.*

*Aña. Audíturn tuum Dó-
mine audívi, & tímui.*

*Aña. In tympano & cho-
ro, in chordis & órgano
laudate Deum.*

*Psalmus. Laudáte Dó-
minum de cælis. 23.*

In Quadragesima.

Capitulum. Joël 2.

*Convertimini ad me.
Cut suprà, in Feria ij.*

*X. Scapulis suis obumbrá-
bit tibi.*

*Bx. Et sub pennis ejus spe-
rábis.*

*Ad Benedictus, Aña pro-
pria, ut in Ferius Qua-
drages. Deinde dicuntur
magna preces, ut suprà
in Feria ij.*

S A B B A T O

Ad Matutinum.

*In Quadragesima. Invi-
tatoriū. Dóminum Deum
nostrum, veníte adoré-
mus.*

*Tempore Paschali, Invi-
tator. Allelúia, allelúia,
allelúia.*

*Psalmus. Veníte exulté-
mus. 2.*

Aña. Quia mirabília.

*Tempore Paschali, Aña.
Allelúia, allelúia.*

Psalmus 97.

*Cantáte Dómino cán-
ticum novum; * quia
mirabília fecit.*

*Salvávit sibi dexterá
ejus: * & bráchium san-
ctum ejus.*

*Notum fecit Dóminus
salutare suum: * ante con-
spéctum Géntium, revelá-
vit justitiam suam.*

*Recordátus est misericór-
diæ suæ, & veritatis suæ
dómuī Israël.*

*Vidérunt omnes térmí-
ni terræ, salutare Déi no-
stri: * jubiláte Dómino
omnis terra: * cantáte &
exultáte & psállite.*

*Psállite Dómino in cí-
tharâ, in cíthara, & voce
psalimi: * in tubis ductí-
libus, & voce tubæ cór-
næ.*

*Jubiláte in conspéctu Re-
gis Dómini: * moveátur
mare & plenitudo ejus: *
orbis terrarum, & qui
hábitant in eo.*

*Flúmina plaudent manu-
simul: * montes exultá-
bunt à conspéctu Dómini:
quóniam venit judicáre
terram.*

Judicábit orbe terræ.

rum in justitiâ: * & pôpulos
in æquitate.

Psalms 98.

Dominus regnâvit, iras-
cántur pôpuli : * qui
sedet super Chérubim, mo-
véatur terra.

Dóminus in Sion ma-
gnus: * & excélsus super
omnes pôpulos.

Confiteántur nômini tuo
magno, quóniam terrí-
bile & sanctum est : * &
honor Régis, judíciu[m] dí-
ligit.

Tu parâsti directiônes : *
judíciu[m] & justitiam in
Jacob tu fecisti.

Exaltáte Dóminum
Deum nostrum : * &
adoráte scabellum pedum
ejus, quóniam sanctum
est.

Móyses & Aaron in Sa-
cerdótibus ejus : * & Sá-
muel inter eos, qui invo-
cant nomen ejus.

Invocabant Dóminum,
& ipse exaudiébat eos: * in
colúmnâ nubis, loquebá-
tur ad eos.

Custodiébant testimoniâ
ejus: * & præceptum quod
dedit illis.

Dómine Deus noster tu
exaudiébas eos: * Deus tu
propitius fuisti eis: * & ul-

ciscens in omnes, adinvoca-
tiones eórum.

Exaltáte Dóminum Deû
nostrum: * & adoráte in
monte sancto ejus: * quónia
m sanctus Dóminus
Deus noster.

Glória Patri.

Antiphona. Quia mirabé-
lia fecit Dóminus.

Aña. Jubiláte Deo.

Psalms idem 99.

Jubiláte Dómino, omnis
terra: * servíte Dómino
in lætitiâ.

Introíte in conspéctu
ejus in exultatiône: * sci-
tote quóniam Dóminus
ipse est Deus: * ipse fecit
nos, & non ipsi nos.

Pôpulus ejus, & oves pás-
cuæ ejus, introíte portas
ejus in confessiône: * átria
ejus in hymnis, confitêmi-
ni illi.

Laudáte nomen ejus,
quóniam suávis est Dómi-
nus: * in æternum miseri-
cordia ejus: * & usque in
generatiône, & generatiô-
nem véritas ejus..

Psalms 100.
Misericórdiam & judí-
ciu[m] cantábo tibi
Dómine: * psallam & in-
telligam in viâ immaculá-
tâ: * quando vénies ad me.

Perambu

Perambulábam in inno-
céntiâ cordis mei: * in mé-
dio domûs meæ.

Non proponébam ante
óculos meos rem injú-
stam: * facientes prævari-
catiônes odívi.

Non adhæsit mihi cor
pravum: * declinântem à
me malignum, non co-
gnoscébam.

Detrahéntem secrétò pró-
ximo suo: * hunc perse-
québar.

Supérbo óculo, & insa-
trábili corde: * cum hoc
non edébam,

Oculi mei ad fidéles ter-
ræ, ut sédeant mecum: *
ámbulans in viâ immacu-
látâ: * hic mihi ministrábat.

Non habitábit in medio
domûs meæ, qui facit su-
pérbiā: * qui lóquitur
iniqua, non diréxit, in con-
spéctu oculorū meórum.

In matutino interficié-
bam omnes peccatóres ter-
ræ: * ut dispénderem de
civitâ Dómini, omnes
operántes iniquitátem.

Glória Patri..

Aña. Jubiláte Deo omniis
terra. *Aña.* Clamor meus.

Psalmus 101.

Domine exáudi oratiō-
nem meam: * & cla-

mor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam
à me: * in quacúmque die
tríbular, inclína ad me
aurem tuam.

In quacúmque die invo-
cávero te: * velóciter exáu-
di me.

Quia defecérunt sicut fu-
mus dies mei: * & ossa
mea sicut crêmiū aruérunt.

Percússus sum ut fanum,
& áruit cor meum: * quia
oblítus sum, comédere pa-
nem meum.

A voce gémitus mei: *
adhæsit os meū carni meæ.

Símilis factus sum pelli-
cánō solitúdinis: * factus
sum sicut nyctícorax, in
domicilio.

Vigilávi: * & factus sūr sicut
passer solitárius in testo.

Totâ die reprobrábant
mihi inimíci mei: * & qui-
laudábant me, advérsu-
me jurábant,

Quia cínerem tamquam
panem manducábam: * &
potum meum cum fletu-
miscébam.

A fácie iræ & indignatio-
nis tuæ: * quia elevans al-
lisistí me.

Dies mei sicut umbra
declinavérunt: * & ego si-
cut foenum árui.

Tu

Tu autem Dómine in
ætérnum pérmanes : * &
memoriále tuum in gene-
ratioñe , & generatioñem.

Tu exúrgens Dómine
miseréberis Sion : * quia
tempus miseréndi ejus ,
quia venit tempus.

Quóniam placuérunt ser-
vis tuis lápides ejus: * & ter-
ræ ejus miserebúntur.

Et tunébunt Gentes no-
men tuum Dómine : * &
omnes reges terræ , gló-
riam tuam.

Quia ædificávit Dóminus
Sion: * & vidébitur in gló-
ria sua.

Respéxit in oratioñem
humílium: * & non sprevit
precem eórum.

Scribántur hæc in gene-
ratioñe alterâ: * & pôpulus
qui creábitur laudábit Dó-
minum.

Quia prospéxit de excélsso
sancto suo : * Dóminus de
cælo in terram aspéxit.

Ut audíret gémitus com-
petitórum: * ut sólveret
filios interemptórum.

Ut annúntient in Sion
nomen Dómini , * & lau-
dem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pôpulos
in unum: * & reges ut sér-
viant Dómino.

Respóndit ei in viâ virtu-
tis suæ: * paucitátem dié-
rum meórum, nuntia mihi.

Ne révoques me in dimi-
dio diérum meórum: * in
generatioñe, & generatió-
nem anni tui.

Início tu Dómine terram
fundásti : * & opera má-
nuum tuárum sunt cæli.

Ipsi peribunt , tu autem
pérmanes: * & omnes sicut
vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mu-
tabis eos, & mutabúntur: *
tu autem idem ipse es : *
& anni tui non deficient.

Filiij servórum tuórum ha-
bitábunt : * & semen eó-
rum, in fæculum dirigétur.

Psalmus 102.

Benedic ániña mea Dó-
mino: * & ómnia quæ
intra me sunt, nōmini san-
cto ejus.

Bénedic ániña mea Dó-
mino: * & noli oblívisci
omnes retributioñes ejus.

Qui propitiátur ómnibus
iniquitatibus tuis: * qui sa-
nat omnes infirmitatés
tuas.

Qui redimít de intéritti
vitam tuam: * qui corónat
te in misericórdiâ, & mise-
ratioñibus.

Qui replet in bonis desí-
dérium

Érsum tuum : * renovábitur ut áquila, juventus tua.

Fáciens misericórdias Dóminus : * & judicium ómnibus, injúriā patientibus.

Notas fecit vias suas Móysi : * filiis Israél voluntates suas.

Miserátor & miséricors Dóminus: * longánimis, & multum misericors.

Non in perpetuum irascétur: * neque in aeternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: * neque secundum iniquitates nostras, retríbuet nobis.

Quóniam secundum altitudinem cæli à terra: * corroboravit misericordia suam, super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente: * longè fecit à nobis, iniquitates nostras.

Quómodo miseretur patet filiorum, misertus est Dóminus timentibus se: * quóniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordátus est quóniam pulvis sumus: * homo sicut fœnum: * dies ejus, tamquam flos agri, sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransibit in illo, & non sub-

sistet; * & non cognoscet amplius, locum suum.

Misericordia autem Dómini ab aeterno, & usque in aeternum: * super timentes eum.

Et justitia illius in filios filiorum: * his qui servant testaméntum ejus.

Et mémores sunt mandatorum ipsius, ad faciéndum ea,

Dóminus in cœlo paravit sedem suam: * & regnum ipsius ómnibus dominabitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli ejus potentes virtute: * facientes verbum illius, ad audiéndam vocem sermonum ejus.

Benedícite Dómino omnes virtutes ejus: * ministri ejus qui faciunt voluntatem ejus.

Benedícite Dómino ómnia opera ejus, in omni loco dominatiōnis ejus: * bénedic ánima mea Dómino. Glória Patri.

Aña. Clamor meus ad te véniat deus. *Aña.* Bénedic.

Psalmus idem 103.

Benedic ánima mea Dómino: * Dómine Deus, meus magnificatus es vehementer.

Confessió

Confessionem & decórem induísti : * amictus lúmine sicut vestiménto.

Exténdens cælum sicut pellem : * qui tegis aquis superióra ejus.

Qui ponis nubem ascénsum tuum : * qui ámbulas super pennis ventórum.

Qui facis ángelos tuos, spíritus : * & minístros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam : * non inclinábitur, in sæculum sæculi.

Abyssus, sicut vestiméntum, amictus ejus : * super montes stabunt aquæ,

Ab increpatiōne tuâ fúgient : * à voce tonítrui tui formidábunt.

Ascéndunt montes, & descéndunt campi : * in locum quem fundásti eis.

Términum posuísti, quē non transgrediéntur : * neque converténtur operíre terram.

Qui emittis fontes in convallibus : * inter médium móntium, pertransíbunt aquæ.

Potábunt omnes béstiae agri : * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea yolucres cæli ha-

bitábunt : * de médio pétítrarum dabunt voces.

Rigans montes de superíoribus suis : * de fructu óperum tuórum, satiábitur terra.

Prodúcens fœnum jumentis : * & herbam servituti hóminum.

Ut edúcas panem de terra : * & vinum lætíficet cor hóminis.

Ut exhilaret fáciem in óleo : * & panis cor hóminis confirmet.

Saturabúntur ligna campi, & cedri Líbani quas plantávit : * illic pástores nidificábunt.

Heródij domus dux est eórum : * montes excélsi cervis : * petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in tempore : * sol cognóvit occasum suū.

Posuísti ténebras, & facta est nox : * in ipsâ pertransíbunt omnes béstiae silvæ.

Cátuli leónum rugiéntes ut rápiant : * & querant à Deo escam sibi.

Ortus est sol & congregati sunt : * & in cubílibus suis collocabúntur.

Exibit homo ad opus suum : * & ad operatiōnem suam usque ad vésperam.

Quām

Quàm magnificáta sunt
ópera tua Dómine : * óm-
nia in sapiéntia fecísti : *
impléta est terra, possessió-
ne tuâ.

Hoc mare magnum &
spatiósūm mánibus : * illic
reptília , quórum non est
númerus.

Animália pusílla cum
magnis : * illic naves per-
transíbunt.

Draco iste , quem formá-
sti ad illudéndum ei: * óm-
nia à te expéctant: * ut des
illis escam in témpore.

Dante te illis cólligent: *
aperiénte te manum tuam,
ómnia implebúntur boni-
tate.

Averténte autem te fá-
ciem, turbabúntur : * aúfe-
res spíritum eórum , & de-
ficient : * & in púlverem
suum reverténtur.

Emitte spíritum tuum , &
creabúntur : * & renovábis
faciem terræ.

Sit glória Dómini in sæ-
culum : * létabitur Dómi-
nus in opéribus suis.

Qui réspicit terram , &
facit eam trémere : * qui
tangit mótes, & fúmigant.

Cantábo Dómino in vitâ
m  a : * psallam Deo meo
quámdiu sum.

Jocúndum sit ei elóqui 
meum : * ego verò delectá-
bor in D  mino.

Deficiant peccatóres à
terr   , & iníqui ita ut non
sint : * benedic áнима mea
D  mino.

Psalmus 104.

Confitémini D  mino ;
& invocáte nomen
ejus : * annuntiáte inter
Gentes ópera ejus.

Cantáte ei , & psállite ei : *
narráte ómnia mirabília
ejus.

Laudámini in n  mine
sancto ejus : * l  tetur cor
qu  rentium D  minum.

Qu  rite D  minum , &
confirmámini : * qu  rite
f  ciem ejus semper.

Mementóte mirabílium
ejus, qu   fecit : * prodígia
& judícia oris ejus.

Semen Abraham servi-
ejus : * filij Jacob ele  ti ejus.

Ipse D  minus Deus no-
ster : * in univ  sa terr   ju-
dicia ejus.

Memor fuit in s  culum
testaménti sui : * verbi ,
quod mandávit , in milles
generaciónes.

Quod dispósuit ad Abra-
ham : * & juraménti sui ad
Isaac.

Et st  tuit illud Jacob in
pr  ceptum :

præceptum: * & Israël in
testaméntum ætérnum.

Dicens, Tibi dabo terram
Chánaan: * funículum hæ-
reditatis vestræ.

Cum essent número bre-
vi: * paucissimi & íncolæ
ejus.

Et pertransiérunt de gen-
te in gentem: * & de regno,
ad pôpulum áltérum.

Non relíquit hóminem
nocére eis: * & corrípuit
pro eis reges.

Nolite tángere christos
meos: * & in prophétis
meis, nolite malignári.

Et vocávit famem super
terram: * & omne firma-
mén̄tum panis contrívit.

Misit ante eos virum: * in
servum veniūndatus est
Joseph.

Humiliavérunt in com-
pédibus pedes ejus: * fer-
rum pertránsit ánimam
ejus: * donec veníret ver-
bum ejus.

Elóquium Dñi inflam-
mávit eum: * misit rex, &
solvit eum: * princeps po-
pulórum, & dimísit eum.

Constituit eum dómīnū
domús suæ: * & príncipem
omnis possessionis suæ.

Ut erudíret príncipes ejus
scut semetípsum: * & se-

nes ejus, prudéntiam do-
céret.

Et intrávit Israël in Ä-
gyptum: * & Jacob áccola
fuit in terrâ Cham.

Et auxit pôpulum suum
vehéméntes: * & firmávit
eum, super inimícos ejus.

Convértit cor eórum ut
odírent pôpulum ejus: * &
dolum fácerent, in servos
ejus.

Misit Móysen servum
suum: * Aaron quem ele-
git ip̄sum.

Pósuit in eis verba signó-
rum suórum: * & prodigió-
rum suórum in terrâ Cham.

Misit ténebras, & obfcur-
rávit: * & non exacerbávit
sermónes suos.

Convértit aquas eórum
in sanguinem: * & occidit
pisces eórum.

Et dedit terra eórum ra-
nas: * in penetrálibus re-
gum ipsórum.

Dixit,, & venit cynomyia
& cynifés: * in omnibus fi-
níbus eórum.

Pósuit plúvias eórum
grándinem: * ignem com-
buréntē, in terrâ ipsórum.

Et percússit víneas eórum
& ficúlneas eórum: * & cō-
trívit lignū, finium eórum.

Dixit, & venit locústa: * &
bruchus,

bruchus , cuius non erat
númerus.

Et comédit omne fœnum
in terrâ eórum: * & comé-
dit omnem fructum terræ
eórum.

Et percússit omne primo-
génitum in terrâ eórum: *
primítias omnis labóris
eórum.

Et edúxit eos cum argén-
to & auro: * & non erat in
tribubus eórum infirmus.

Lætata est Ægyptus in
profectiōne eórum: * quia
incubuit timor eórum, su-
per eos.

Expándit nubem in pro-
tectionē eórum: * & ignem
ut luceret eis per noctem.

Petriérunt, & venit cotúr-
nix : * & pane cæli saturá-
vit eos.

Dirúpit petram, & fluxé-
runt aquæ: * abiérunt in
siccō flūmina.

Quóniam memor fuit
verbi sancti sui: * quod há-
buit ad Abraham puerum
suum.

Et edúxit pòpulum suum
in exultatiōne: * & elec̄tos
suos in lætitiā.

Et dedit illis regiōnes
Géntium : * & labóres po-
pulorum possedéunt.

Ut custódiant justificatiō-

nes ejus : * & lègem ejus
requírant.

Glória Patri.

Aña. Bénedic áнима mea
Dómino. Aña. Vísita nos
Dómine.

Psalmus 105.

COnfitémini Dómino ,
Cquóniam bonus: * quó-
niā in sæculum , miseri-
córdia ejus.

Quis loquétur poténtias
Dómini: * audítas fáciet,
omnes laudes ejus ?

Beáti qui custódiunt ju-
díciūm : * & fáciunt justi-
tiā, in omni tém̄pore.

Meménto nostri Dñe in
beneplácito pòpuli tui : *
vísita nos, in salutari tuo.

Ad vidéndum in bonitá-
te electórum tuórum : * ad
lætandum in lætitiā gentis
tuæ: * ut laudéris cum hæ-
reditate tuâ.

Peccávimus cum pátribus
nostris : * injustè égimus ,
iniquitatem fécimus.

Patres nostri in Ægypto.
non intellexérunt mirabili-
ta tua : * non fuérunt mé-
mores multitudinis , miser-
icordiæ tuæ.

Et irritavérunt ascendé-
tes in mare, mare Rubrum.

Et salvávit eos propter
nomen suum : * ut notam
fáceret

Saceret poténtiam suam.

Et incrépuit mare Ru-brum , & exsiccátum est: * & dedúxit eos in abyssis , sicut in desérto.

Et salvávit eos de manu odiéntium : * & redémit eos, de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribulántes eos : * unus ex eis non remánsit.

Et credidérunt verbis ejus : * & laudavérunt laudem ejus.

Citò fecérunt, oblii sunt óperum ejus: * & non sustinuérint consilium ejus.

Et concupírunt concupiscéntiam in desérto: * & tentavérunt Deum , in inaquóso.

Et dedit eis petitióne- ipsórum : * & misit saturitatem, in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móysen in castris: * Aaron sanctum Dómini.

Apérta est terra, & degluti- tívit Dathan : * & opéruit super congregatióne- A-bíron.

Et exársit ignis in syna-góga eórum : * flamma combússit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb : * & adorayérunt sculptíle.

Et mutavérunt glóriam suam : * in similitúdinem vituli comedéntis fœnum.

Obliti sunt Deum , qui salvávit eos: * qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terrâ Cham : * terribilia in mari Rubro.

Et dixit ut dispérderet eos : * si non Móyses életus ejus stetíset in confractiōne, in cōspéctu ejus.

Ut avérteret iram ejus, ne dispérderet eos : * & pro níhilo habuérunt , terram desideráibilem.

Non credidérunt verbo ejus : * & murmuravérunt in tabernáculis suis: * non exaudiérunt vocem Dñi.

Et elevávit manum suam super eos : * ut prostérneret eos in desérto.

Et ut dejiceret semen eórum in natiónebus: * & dispergeret eos, in regiónibus.

Et initiáti sunt Beélphegor : * & comedérunt sa-crificiá mortuórum.

Et irritavérunt eum in adinventionib- suis: * & multiplicáta est , in eis ruína.

Et stetit Phínees, & placávit: * & cessávit qualsálio.

Et reputátum est ei ad ju-stitiam: * in generatióne, & genera-

generaciónem , usque in sempitérnum.

Et irritavérunt eum ad aquas contradic̄tiónis : * & vexátus est Móyses propter eos : * quia exacerbavérunt spíritum ejus.

Et distinxit in lábiis suis : * non disperdidérunt Gentes , quas dixit Dóminus illis.

Et commíxti sunt inter Gentes : * & didicérunt ópera eórum , & serviérunt sculptílibus eórum : * & fatum est illis in scándalum.

Et immolavérunt filios suos , & fílias suas dæmóniis.

Et effudérunt sanguinem innocéntem : * sanguinem filiorum suórum & filiárū suárum : * quas sacrificávérunt , sculptílibus Chá-naan.

Et interfécta est terra in sanguínibus : * & contami-náta est in opéribus eótū : * & fornicáti sunt in adin-ventiónibus suis,

Et irátus est furóre Dóminus in pópulum suum : * & abominátus est , hæredi-tátem suam.

Et trádidit eos in manus Géntiū : * & domináti sunt eórum , qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimici eórum : * & humiliáti sunt sub manib⁹ eórum : * sæpè liberávit eos,

Ipsi autem exacerbavérunt eum in consílio suo : * & humiliáti sunt in iniquitá-tibus suis,

Et vidit cum tribularén-tur : * & audívit oratióne-m eórum.

Et memor fuit testamén-ti sui : * & pœnituit eum se-cundùm multitúdinem , misericórdia suæ.

Et dedit eos in misericór-dias : * in conspéctu om-nium qui céperant eos.

Salvos fac nos Dñe Deus noster : * & cóngrega nos de natióñibus.

Ut confiteámur nōmini sancto tuo : * & gloriémur in laude tuâ.

Benedictus Dñs Deus Is-rael à sáculo & usque in sáculum : * & dicet omnis pópulus , Fiat , fiat .

Psalmus 106.

Confitémini Dómino quóniā bonus : * quóniam in sáculum miseri-cordia ejus.

Dicant qui redémpti sunt à Dómino , quos redémit de manu inimici : * & de regióníbus cōgregávit eos.

A

A solis ortu & occasu: * & umbra mortis: * & vla-
cula eorum disrupit.

Erraverunt in solitudine
in iniquo: * viam civi-
tatis habitaculi, non inve-
nérunt.

Esuriéntes & sitiéntes: *
ánima eorum in ipsis de-
fécit.

Et clamavérunt ad Dñm
cùm tribularéntur : * & de
necessitatibus eorum, erí-
puit eos.

Et dedúxit eos in viâ re-
ctam : * ut irent in civitâ-
tem habitatiónis.

Confiteántur Dño mis-
ericordiae ejus, & mirabília
ejus filiis hóminum.

Quia satiávit ánima iná-
nem: * & ániam esurién-
tem, satiávit bonis.

Sedéntes in ténebris &
umbrâ mortis: * vincitos in
mendicitate & ferro.

Quia exacerbavérunt eló-
quia Dei: * & consilium
Altissimi irritavérunt.

Et humiliátum est in la-
bóribus cor eorum : * &
infirmati sunt, nec fuit qui
adjuváret.

Et clamavérunt ad Dó-
minum, cum tribularé-
tur : * & de necessitatibus
eorum, liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris

& umbra mortis: * & vla-
cula eorum disrupit.

Confiteántur Dómino
misericordiae ejus, & mira-
bilia ejus, filiis hóminum.

Quia contrívit portas
áreas : * & vectes férreos
confrégit.

Suscépit eos de viâ ini-
quitatis eorum: * propter
injustítias enim suas, hu-
miliati sunt.

Omnem escam abomi-
nata est ánima eorum: *
& appropinquavérunt, us-
que ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dó-
minum cùm tribularé-
tur : * & de necessitatibus
eorum, liberávit eos.

Misit verbum suum, & sa-
návit eos : * & erípuit eos,
de interitióibus eorum.

Confiteántur Dómino
misericordiae ejus, & mira-
bilia ejus filiis hóminum.

Et sacrifíciant sacrificium
laudis: * & annuntient ópe-
ra ejus, in exultatióne.

Qui descéndunt mare in
návibus: * faciéntes ópera
tionem, in aquis multis.

Ipsi vidérūt ópera Dñi: * &
mirabilia ejus in profundo.

Dixit, & stetit spíritus
procéllæ : * & exaltati sunt
fluctus ejus.

Ascéndunt

Ascéndunt usque ad cælos, & descéndunt usque ad abyssos : * anima eorum, in malis tabescébat.

Turbáti sunt, & moti sunt sicut ébrius : * & omnis sapientia eorū devoráta est.

Et clamavérunt ad Dóminum cum tribularéntur : * & de necessitatibus eorum, edúxit eos.

Et státuit procéllam ejus in auram : * & siluérunt fluctus ejus.

Et lætati sunt quia siluérunt : * & dedúxit eos in portum, voluntatis eorum.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, & mirabilia ejus, filiis hóminum. Et exáltent eum in ecclésiâ plebis : * & in cathedrâ seniorum laudent eum.

Pósuit flúmina in desértum : * & éxitus aquárum in sítim.

Terram fructíferam in salsa ginem : * à malitiâ inhabitátiū in eā.

Pósuit desértum in stagna aquárum : * & terram sine aquâ, in éxitus aquárum.

Et collocávit illic esuriéntes : * & constituérunt civitatem habitatiónis.

Et seminayérunt agros, &

plantavérunt víneas : * & fecérunt fructū nativitatis.

Et benedíxit eis, & multiplicáti sunt nimis : * & jumenta eorum, non mino-ravit.

Et pauci facti sunt ; * & vexáti sunt à tribulatióne malórum, & dolóre.

Effusa est contémptio super príncipes : * & errare fecit eos in ívio, & non in viâ.

Et adjúvit páuperem de inópia : * & pósuit sicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabúntur : * & omnis iniquitas oppilábit os suum.

Quis sapiens & custódiet hæc : * & intellíget misericórdias Dómini.

Glória Patri.

Aña. Visita nos Dómine in salutári tuo.

Aña. Confitébor Dómino,

Psalmus 107.

PARÁTUM cor meum Deus, parátum cor meum : * cantábo & psal-lam, in glória mea.

Exúrge glória mea. exúrge psaltérium & cíthara : * exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in populi Dómine : * & psallam ti-bi in natióibus.

Quia

Quia magna est super cælos misericordia tua: * & usque ad nubes, veritas tua.

Exaltare super cælos Deus: * & super omnem terram gloria tua: * ut liberentur dilecti tui.

Salvum fac dexteram tua, & exaudi me: * Deus locutus est, in sancto suo.

Exultabo, & dividam Sichimam: * & convalem tabernaculorum dimetiar.

Meus est Gálaad, & meus est Manásset: * & Ephraim suscepit capitis mei.

Juda rex meus: * Moab lebes spei meæ.

In Iduinæam exténdam calceamentum meū: * mihi alienigenæ, amici facti sūt.

Quis deducet me in civitatem munitam? * aut quis deducet me, usque in Iduinæam?

Nonne tu Deus, qui repulisti nos: * & non exhibis Deus, in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulacione: * quia vana salus hominis.

In Deo faciemus virtutem: * & ipse ad nihilum deducet, inimicos nostros.

Psalmus 108.

Deus laudem meam ne tacueris: * quia os pec-

catoris, & os dolosi, super me apertum est.

Locuti sunt adversum me linguâ dolosâ: * & sermonibus edij circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis.

Pro eo ut me diligenter, detrahébant mihi: * ego autem orabam.

Et posuerunt adversum me mala pro bonis: * & odium, pro dilectione mea.

Constitue super eum peccatorem: * & diabolus stet à dextris ejus.

Cum judicatur, exeat condemnatus: * & oratio ejus fiat in peccatum.

Fiant dies ejus pauci: * & episcopatum ejus, accipiat alter.

Fiant filii ejus orphani: * & uxor ejus vídua.

Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent: * & ejiciantur, de habitacionibus suis.

Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus: * & diripient alieni, labores ejus.

Non sit illi adjutor: * nec sit qui misereatur, pupillus ejus.

Fiant nati ejus in interiorum: * in generatione unà,

unā, deleátur nomen ejus.
In memóriam rédeat
iniquitas patrum ejus in
conspéctu Dñi : * & pec-
cátum matris ejus , non
deleátur.

Fiant contra Dóminum
semper : * & dispéreat de
terrā memória eórum : *
pro eo quòd non est re-
cordátus, fáceret miseri-
córdiam.

Et persécútus est hómi-
nem inopem & mendí-
cum : * & compúnctum
corde , mortificáre.

Et diléxit maledictio-
nem , & véniet ei : * &
nóluit benedictiōnem , &
elongábitur ab eo.

Et induit maledictio-
nem , sicut vestiméntum : *
& intrávit sicut aqua in
interiora ejus : * & sicut
óleum , in óssibus ejus.

Fiat ei sicut vestimén-
tum quo operítur : * & si-
cut zona , qua semper
præcíngitur.

Hoc opus eórum , qui
détrahunt mihi apud Dó-
mīnum : * & qui loquún-
tur mala , advérsus áni-
mam meam.

Et tu Dómine Dómine
fac mecum propter no-
men tuum : * quia suá-

Pars Verna.

vis est , misericórdia tua.
Líbera me, quia egenus
& pauper ego sum : * &
cor meum , conturbátum
est intra me.

Sicut umbra cum declí-
nat, ablátus sum : * & ex-
cúsitus sum , sicut locústa.

Génua mea infirmáta
sunt à jejúnio : * & caro
mea immutáta est , pro-
pter óleum.

Et ego factus sum op-
róbrium illis : * vidé-
runt me , & móverunt,
cápita sua.

Adjuva me Dómine
Deus meus : * salvum me
fat , secundūm miseri-
córdiam tuam.

Et scíent quia manus
tua h̄ec : * & tu Dómine
fecísti eam.

Maledícēnt illi , & tu
benedícēs : * qui insur-
gunt in me confundán-
tur , servus autem tuus ,
lætábitur.

Induántur qui détra-
hant mihi , pudōre : * &
operiántur sicut diplóide,
confusióne suâ.

Confitébor Dómino ni-
mis in ore meo : * & in
médio multórum , laudá-
bo eum.

Quia ástigit à dextris

páuperis : * ut salvam
fáceret à persequéntibus,
ánimam meam.

Glória Patri.

Aña. Confitébor Dómino
nímis in ore meo.

In Quadragesima. x. Scu-
to circumdábit te veritas
eius. Rx. Non timébis à
timore nocturno.

Tempore Passionis y. In-
ténde animæ meæ & li-
bera eam. Rx. Propter
inimicos meos , éripe me
Dómine.

Tempore Paschali, Aña.

Alleluia, allel. allel.

y. Resurréxit Dóminus.

Rx. Sicut dixit vobis. Al-

leluia, allel. allel.

A D L A U D E S

Aña. Benignè fac in bo-
na voluntate tua Dó-
mine.

Psalmus. Miserére. 69.

Tempore Paschali, Aña
& Psalmi, ut in proprio.

Aña. Bonum est.

Psalmus idem 91.

*B*onum est confitéri
Dómino: * & psállere
nómini tuo Altíssime.

Ad annuntiandum: ma-
nè misericordiam tuam: *
& veritatem tuam per
noctem.

In decachórdo psalté-

rio : * cum cántico in cl-
thara.

Quia delectásti me Dó-
mine in facturâ tuâ : * &
in opéribus manuum tuá-
rum, exultábo.

Quam magnificáta sunt
ópera tua Dómine : * ni-
mis profunda factæ sunt,
cogitationes tuæ.

Vir insípiens non co-
gnoscet : * & stultus non
intélliget hæc.

Cùm exorti fúerint pec-
catóres sicut fœnum : * &
apparuerint omnes, qui
operántur iniquitátem.

Ut intéreant in saccu-
lam sæculi : * tu autem
Altissimus , in ætérnum
Dómine.

Quóniam ecce inimici
tui Dómine : * quóniam
ecce inimici tui perí-
bunt : * & dispergentur
omnes, qui operántur ini-
quitátem ?

Et exaltabitur sicut uni-
cornis cornu meum : * &
senectas mea , in miseri-
cordia ubéri.

Et despéxit óculus meus
inimicos meos : * & in
insurgentibus in me ma-
lignantibus , audiet auris
mea.

Justus ut palma floré-
bit :

bit : * sicut cedrus Libani
multiplicabitur.

Plantati in domo Domini : * in atriis Domus
Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi : * &
bene patientes erunt , ut
annuntient.

Quóniam rectus Dóminus Deus noster : * &
non est iniqüitas in eo.

Glória Patri.

Aña. Bonum est confiteri
Dómino.

Aña. Métuant Dóminum
omnes fines terræ.

Psalm. Deus Deus meus
ad te. 21.

Aña. Et in servis suis.

Canticum Moysi. Deut. 32

Audite cœli quæ lo-
quor : * audiat terra
verba oris mei.

Concréscat ut pluvia do-
ctrina mea : * fluat ut ros,
elóquium meum.

Quasi imber super her-
bam : * & quasi stillæ su-
per grámina : * quia no-
men Dómini invocábo.

Date magnificéntiam
Déo nostro : * Dei per-
fæcta sunt ópera : * & om-
nes viæ ejus judícia.

Deus fidélis , & absque
ulla iniquitatem , justus &

rectus : * peccavérunt ei,
& non filii ejus , in sór-
dibus.

Generatio prava atque
pervérsa : * hæc cine reddis
Dómino , pôpule stulte , &
insípiens ?

Numquid non ipse est
pater tuus , qui possédit
te : * & fecit , & creávit te ?

Meménto diérum anti-
quorum : * cõgita genera-
tiones singulas.

Intérroga patrem tuum ,
& annuntiabit tibi : * ma-
jores tuos , & dicent tibi.

Quando dividébat Al-
tíssimus Gentes : * quan-
do separábat , filios Adâ.

Constituit términos po-
pulorum : * juxta núme-
rum , filiorum Israël.

Pars autem Dómini , pô-
pulus ejus : * Jacob funicu-
lus , hæreditatis ejus.

Invenit cum in terra de-
sérta : * in loco horróris ,
& vastæ solitudinis.

Circumdúxit cum , & dô-
cuit : * & custodívit quasi
pupillam oculi sui.

Sicut aquila pròvocans
ad volandū pullos suos : *
& super eos , vólitans.

Expándit alas suas & as-
sumpsit eum : * atque por-
tavit , in humeris suis.

Dóminus solus dux ejus
fuit: * & non erat cum eo,
deus alienus.

Constituit eum super
excélsam terram: * ut co-
mederet, fructus agrorū.

Ut súgeret mel de pe-
tra : * oleúmque de saxo,
duríssimo.

Butyrum de arménto, &
lac de óvibus: * cum ádi-
pe agnórum , & arictum,
filiórum Basan.

Et hircos cùm medúlla
trítici : * & ságuinem
uvæ biberet, metacíssimū.

Incrassátus est diléctus,
& recalctrávit : * incrass-
átus, impinguátus, dila-
tátus.

Derelíquit Deum factó-
rem suum : * & recéssit à
Deo, salutári suo.

Provocavérunt eum in
diis alienis : * & in abo-
minatióibus, ad iracún-
diam, concitavérunt.

Immolavérunt dæmó-
niis , & non Deo : * diis,
quos ignorábant.

Novi recentésque vené-
rút: * quos non coluérunt,
patres eórum.

Deum qui te génuit, de-
reliquísti : * & oblítus es
Dómini, creatóris tui.

Vidit Dóminus , & ad

iracundiā cōcítátus' est: *
quia provocavérunt eum,
filij sui, & filiæ.

Et ait, Abscóndam fá-
ciem meam ab eis: * &
considerábo , novíssima
eorum.

Generátió enim pervér-
sa est : * & infidéles filij.

Ipsi me provocavérunt
in eo, qui non erat Deus: *
& irritavérunt, in vanitá-
tibus suis.

Et ego provocábo eos
in eo , qui non est pôpu-
lus : * & in gente stulta,
irritábo illos

Ignis succénsus est in
furóre meo : * & ardébit,
usq; ad inférni novíssima.

Devorabítque terrá cum
gérmine suo : * & móni-
tium , fundaménta com-
búret.

Congregábo super eos
mala : * & sagittas meás,
complébo in eis.

Consuméntur fame: * &
devorábüt eos aves, mor-
su amaríssimo.

Dentes bestiárum im-
mittam in eos: * cum fu-
róre trahétium super ter-
ram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos glá-
dius, & intus pavor: * jú-
venem simul ac vírginē: *
lacténtem,

laetentē, cū homine sene.
Et dixi, Ubinam sunt : *
cessare faciam ex homīni-
bus, memoriā eōrum.

Sed propter iram inimi-
cōrum distuli : * ne fortē
superbīret, hostes eōrum.

Et dicerent, Manus no-
stra excēlsa: * & non Dō-
minus, fecit hæc ómnia.

Gens absque cōsilio est,
& sine prudētia: * útinam
sáperent & intelligerent: *
ac novíssima providérent.

Quómodo persequebā-
tur unus mille: * & duo fu-
gárent, decem mīllia ?

Nonne ídeò, quia Deus
suis vēndidit eos: * & Dō-
minus conclūsit illos ?

Non enim est Deus no-
stet ut dij eōrum: * & ini-
mici nostri , sunt júdices.

De vínea Sodomórum
vínea eōrum: * ; & de sub-
urbānis , Gomorrhæ.

Uva eōrum uva fellis: *
& botri amaríssimi.

Fel dracónum vínum eō-
rum : * & venénum áspi-
dum insanáibile.

Nonne hæc cōdita sunt
apud me: * & signáta , in
thesauris meis ?

Mea est últio, & ego re-
tríbuam eis in témpore: *
ut labátur pes eōrum.

Juxta est dies perditio-
nis : * & adésse festinānt
témpora.

Judicábit Dōminus pō-
pulum suum : * & in ser-
vis suis miserébitur.

Vidébit quod infirmata
sit manus: * & clausi quo-
que defecérunt: * residuī-
que consúmpti sunt.

Et dicet, Ubi sunt dij eō-
rum : * in quibus habé-
bant fidúciā ?

De quorum vīctimis co-
medébant ádipes: * & bi-
babant, vinū libáminum.

Surgant & opituléntur
vobis : * & in necessitatē
vos protégant.

Vidéte quod ego sim so-
lus: * & nō sit álius Deus,
práter me.

Ego occídam, & ego ví-
vere faciam: * percútiam
& ego sanábo: * & non est
qui de manu mea , possit
erūere.

Levábo ad cælum ma-
num meam: * & dicam,
Vivo ego, in æténum.

Si acuero ut fulgur glá-
dium meum: * & arripúe-
rit judícum, manus mea.

Reddam ultiónem hō-
stibus meis : * & his qui
odérunt me, retríbuam.

Inebriábo sagittas meas

sanguine : * & gladius
meus, devorabit carnes.

De cruce occisorum : *
& de captivitate, nudati
inimicorum capitis.

Laudate Gentes populum
eius : * quia sanguinem,
serorum suorum ulciscetur.

Et vindictam retribuet
in hostes eorum : * &
proptius erit terrae, populi
sui. Gloria Patri.

Aña. Et in servis suis Dó-
minus miserabitur.

Aña. In cymbalis bene-
sonantibus laudate Dñm.
Psalmus. Laudate Dómi-
num de cælis. 23.

In Quadragesima.

Capitulum. Joél. 2.

Convertimini ad me.
ut suprà in Feria. ij.
¶ Scapulis suis obumbrá-
bit tibi.

¶. Et sub pennis ejus spe-
rábit.

Ad Benedictus, Aña pro-
pria, ut in Feria Quadrage-
sima dicuntur magna
preces ut suprà in Fe-
ria ij. 73.

D O M I N I C A
Ad Vespertas.

Pater noster. Ave María.
Sancti Spíritus. Deus in
adjutorium. ut suprà. i.

Aña. Dixit Dóminus.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dó-
mino meo : * Sede à
dextris meis.

Donec ponam inimicos
tuos : * scabellum pedum
tuorum.

Virgam virtutis tuæ
emitteret Dñs ex Sion : *
dominare in medio, ini-
micorum tuorum.

Tecum principium in
die virtutis tuæ : * in splé-
doribus sanctorum : * ex-
utero ante luciferum, gé-
nui te.

Juravit Dóminus & non
pœnitèbit eum : * Tu es
Sacérdos in æternum : *
secundum ordinem, Mel-
chisedech.

Dóminus à dextris tuis : *
confrégit in die iræ suæ
reges.

Judicabit in nationibus,
implébit ruinas : * con-
quasabit capita, in terra
multorum.

De torréte in via bibet : *
propterea exaltabit caput.

Gloria Patri. Aña. Dixit
Dóminus Dómino meo,
sede à dextris meis.

Tempore Paschali, Aña.

Alleluia.

Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

Aña. Fidélia.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia. sub qua dicuntur
duo Psalmi sequentes.

Psalmus 110.

Confitébor tibi Dómine in toto corde: *
in concilio justorum, &
congregatione.

Magna ópera Dómini: *
exquisita in omnes, vo-
luntates ejus.

Confessio & magnis-
cénzia opus ejus: * & ju-
stitia ejus, manet in sæ-
culum sæculi.

Memóriam fecit mirabili-
lium suórum, misericors
& miserátor Dóminus: *
escam dedit timétibus se.

Memor erit in sæculum
testaménti sui: * virtú-
tem óperum suórum, an-
nuntiábit pôpulo suo.

Ut det illis hæreditá-
tem Géntium: * ópera
mánuum ejus, véritas &
judícium.

Fidélia ómnia mandáta
ejus: * confirmata in sæ-
culum sæculi: * facta in
veritáte, & æquitáte.

Redemptionem misit
pôpulo suo: * mandávit

in ætérnum, testaméntum
suum.

Sanctum & terribile no-
men ejus: * inítiu sapientiæ, timor Dómini.

Intelléctus bonus ómni-
bus faciéntibus eum: *
laudatio ejus, manet in
sæculum sæculi.

Glória Patri.

Aña. Fidélia ómnia man-
dáta ejus, confirmata in
sæculum sæculi.

Aña. In mandátis.

Psalmus 111.

BÉatus vir, qui timet
Dóminum: * in man-
datis ejus, volet nimis.

Potens in terra erit se-
men ejus: * generatio re-
atórum, benedicétur.

Glória & divítiae in do-
mo ejus: * & justitia ejus.
manet in sæculum sæculi.

Exortum est in ténebris
lumen rectis: * misericors,
& miserátor, & justus.

Jocundus homo, qui mi-
serétur & cōmodat: *
dispónit sermónes suos
in judício: * quia in ætér-
num non cōmovébitur.

In memória ætéra erit
justus: * ab auditíone
mala, non timébit.

Parátum cor ejus sperare
in Dómino: * confirmá-

tum est cor ejus : * non commovébitur donec despiciat, inimicos suos.

— Dispérsit, dedit pauperibus : * justitia ejus manet in sæculum sæculi : * cornu ejus, exaltabitur in glória.

Peccator vidébit & irascétur: * dentibus suis fremet & tabéscer : * desiderium peccatórum peribit.

Glória Patri.

Aña. In mandatis ejus voleat nimis

Tempore Paschali, Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, allel. allel.

Aña. Sit nomen Dómini.

Tempore Paschali, Aña. Alleluia.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dóminum : * laudate nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum: * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum: * laudabile nomen Dómini.

Excelsus super omnes Gentes Dóminus: * & super cælos, glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster: * qui in altis

hábitat, & humília respicit in cælo, & in terra?

Súscitans à terra inopem. * & de stercore érigens páuperem.

Ut collocet eum cum principiis: * cum principiis populi sui.

Qui habitare facit stérilem in domo: * matrem filiorum lætántem.

Glória Patri.

Aña. Sit nomen Dómini benedictum in sæcula.

Tempore Paschali, Aña. Alleluia, alleluia, alleluia.

Aña. Nos qui vivimus.

Tempore Paschali, Aña. Alleluia.

Psalmus 113.

IN exitu Israël de Ægypto: * domus Jacob, de populo bárbaro.

Facta est Judæa sanctificatio ejus: * Israël, potestas ejus.

Mare vidit, & fugit: * Jordánis, convérsus est retrórsum.

Montes exultaverunt ut aríetes: * & colles, sicut agni óvium.

Quid est tibi mare, quod fugisti: * & tu Jordánis, quia convérsus es retrórsu?

Montes exultastis sicut atíetes:

arietes : * & colles ,
sicut agni óyium.

A fácie Dómini mota
est terra : * à fácie , Dei
Jacob.

Qui convértit petram , in
stagna aquárum : * & ru-
pem , in fontes aquárum.

Non nobis Dómine , non
nobis : * sed nómini , tuo
da glóriam.

Super misericórdia tua ,
& veritáte tua : * nequán-
do dicant Gentes , Ubi est
Deus eórum ?

Deus autem noster in
cælo : * ómnia , quæcúm-
que vóluit fecit .

Simulácrum Géntium ar-
géntum & aurum : * ópe-
ra , mánuum hóminum .

Os habent & non loquéntur : * óculos habent , &
non vidébunt .

Aures habent , & non au-
dient : * nares habent , &
non odorábunt .

Manus habent , & non
palpábunt : * pedes ha-
bent , & non ambulá-
bunt : * non clamábunt ,
in gúttare suo .

Similes illis siant qui fá-
ciunt ea : * & omnes , qui
confidunt in eis .

Domus Israël sperávit
in Dño : * adjútor eórum ,

& protéctor eórum est .

Domus Aaron sperávit
in Dómino : * adjútor eó-
rum , & protéctor eóru est .

Qui timent Dóminum
speravérunt in Dómino : *
adjútor eórum , & proté-
ctor eórum est .

Dóminus memor fuit
nostri , & benedíxit
nobis .

Benedíxit dómui Israël : *
benedíxit , dómui Aaron .

Benedíxit ómnibus qui
timent Dóminum : * pu-
sillis , cum majóribus .

Adjiciat Dominus super
vos : * super vos , & super
filios vestros .

Benedícti vos à Dómi-
no : * qui fecit , cælum &
terram .

Cælum cæli Dómino : *
terram autem , dedit filiis
hóminum .

Non mórtui laudábunt
te Dómine : * neque om-
nes , qui descéndunt in in-
férnum .

Sed nos qui vivimus , be-
nedícimus Dómino : * ex
hoc nunc , & usque in sa-
culum . Glória Patri .

Anña . Nos qui vivimus
benedícimus Dómino .

Tempore Paschali , Anña
Allelúia , allel. allel.

*Capitulum. v. & Aña.
Ad Magnificat, ut in
proprio.*

Canticū B. Mariae Virginis.

Lucæ. i.

MAgñificat, áima
mea Dóminum.

Et exultávit spíritus
meus: * in Deo salutári
meo.

Quia respéxit humili-
tatem ancillæ suæ: * ecce
enim ex hoc beatam me
dicent, omnes genera-
tiones.

Quia fecit mihi magna,
qui potens est: * & san-
ctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus in
progénie & progénies: *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in brá-
chio suo: * dispérfit su-
pérbos, mente cordis sui.

Depósuit poténtes de
sede: * & exaltávit hú-
miles.

Estríentes implévit bo-
nis: * & dívites dimísit
inánes.

Suscépit Israël púerum
stuum: * recordátus, mi-
sericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad pa-
tres nostros: * Abraham,
& sémini ejus in sǽcula.

Glória Patri.

Deinde dicitur Anti-
phona, & Oratio propria-
v. Dóminus vobíscum.
v. Et cum spíritu tuo.
v. Benedicámus Dómi-
no. v. Deo grárias.

FERIA SECUNDA

Ad Vesperas.

*Aña. Inclinávit Dóminus.
Tempore Paschali, Aña.
Allelúia, allel.*

Psalmus 114.

DIléxi: * quóniam
exáudiet Dóminus
vocem, oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem
suam mihi: * & in dié-
bus meis, invocábo.

Circumdedérunt me do-
lóres mórtis: * & pericu-
la inféni, invenérunt
me.

Tribulatióne & doló-
rem invéni: * & nomen
Dómini, invocávi.

O Dómine líbera áni-
mam meam, miséricors
Dóminus & justus: * &
Deus noster, miserétur.

Custódiens párvulos
Dóminus: * humiliátus
sum, & liberávit me.

Convrétere áima mea
in réquiem tuam: * quia
Dóminus, benefécit tibi.

Quia eríput ánimam
meam de morte: * óculos
meos

meos à lácrymis: * pedes
meos à lápsu.

Placébo Dómino, * in
régióne vivórum.

Glória Patri.

Aña. Inclinávit Dóminus
aurem suam mihi.

Tempore Paschali, *Aña.*
Allelúia, allel. allel.

Antiphona. Crédidi.
Tempore Paschali, *Aña.*

Allelúia. Sub quā dicun-
tur duo Psalmi sequen-
tes.

Psalmus idem 115.

Crédidi propter quod
locutus sum: * ego
autem, humiliátus sum
nimis.

Ego dixi in excéssu meo: *
Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dó-
mínó: * pro ómnibus, quæ
retríbuit mihi?

Cálicem salutáris acci-
piám: * & nomen Dómi-
ni, invocábo.

Vota mea Dómino red-
dam, coram omni pópulo
eius: * pretiosa in conspé-
ctu Dómini, mors sanctó-
rum eius.

O Dómine, quia ego
servus tuus: * ego servus
tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: *
tibi sacrificábo hóstiam

laudis: * & nomen Dó-
mini invocábo.

Vota mea Dómino red-
dam, in conspéctu omnis
pópuli ejus: * in átriis do-
mús Dómini, in medio
tui Jerúsalemi.

Glória Patri.
Antiph. Crédidi propter
quod locutus sum.

Aña. Laudáte Dóminum.

Psalmus idem 116.
Audáte Dóminum om-
nes Gentes: * laudáte
eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est
super nos misericórdia
eius: * & véritas Dómini,
manet in æternum.

Glória Patri.
Antiphona. Laudáte Dó-
minum omnes Gentes.

Tempore Paschali, *Aña.*
Allelúia, allel. allel.

Antiphona. Clamávi.

Tempore Paschali, *Aña.*
Allelúia.

Psalmus 119.
Ad Dóminum cùm
tribulárer clamávi: *
& exaudívit me.

Dómine libera ánima m
eam à lábiis iníquis: *
& à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid
apponátur tibi: * ad lin-
guam dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ: * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolá-
tus meus prolongátus
est: * habitávi cum habi-
tántibus Cedar: * mul-
tum incola fuit, áнима
mea.

Cum his qui odérunt
pacem eram pacíficus: *
cùm loquébar illis, impu-
gnábant me gratis.

Glória Patri.

Aña. Clamávi & exau-
dívit me.

Tempore Paschali, Aña.
Allelúia, allel.

Aña. Auxílium meum.

Tempore Paschali, Aña.
Allelúia, allel.

Psalmus 120.

Evávi óculos meos ad
montes: * unde vé-
niet, auxílium mihi.

Auxílium meum à Dó-
mino: * qui fecit cælum
& terram.

Non det in commoti-
nem pedem tuum: * ne-
que dormítet, qui custó-
dit te.

Ecce non dormitábit, ne-
que dorñiet: * qui custó-
dit Israél.

Dóminus custódit te: *
Dóminus protéctio tua,

super manum dexteram
tuam.

Per diem sol non uret
te: * neque luna per nocte.

Dóminus custódit te ab
omni malo: * custódiat
ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat in-
tróitum tuum, & éxitum
tuum: * ex hoc nunc, &
usque in sæculum.

Glória Patri.

Aña. Auxílium meum à
Dómino, qui fecit cælum
& terram.

Tempore Paschali, Aña.
Allelúia, allel. allel..

In Quadragesima.

Capitulum. Isaiæ. 58.c

Frange esuriénti pa-
nem tuum, & egéños
vagósque, induc in do-
mum tuam; Cùm videris
nudum óperi eum: & car-
nem tuam, ne despéxe-
ris.

¶ Angelis suis mandávit
de te.

¶ Ut custódiant te in
omnibus viis tuis.

Antiphona ad Magnificat,
ut in proprio; Deinde di-
cuntur magna preces se-
quentes, flexis genibus.

KYrie eléison. Christe éléi-
son, Christe eléison. Ky-
rie

tie eleisón. Pater noster. secretò usque ad ὑ. Et ne nos inducas in tentatiō nem. R. Sed libera nos à malo. ὑ Ego dixi, Dómine miserere mei. R. Sa na ánimam meam quia peccávi tibi. ὑ. Convértere Dómine úsquequò. R. Et deprecábilis esto su per servos tuos. ὑ. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. R. Quemádmodum sperávimus in te. ὑ. Sacerdótes tui induán tur justitiam. R. Et sancti tui exultent. ὑ. Dómine salvum fac regem. R. Et exáudi nos in die qua invocavérimus te. ὑ. Salvū fac pópulum tuum Dñe, & bénedic hæreditati tuę. ὑ. Et rege eos, & extólle illos usque in æternum. ὑ. Ab occúltis meis mun da me Dómine. R. Et ab alienis parce servo tuo. ὑ. Dómine exáudi ora tionem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

Psalmus. Miserere mei Deus. *ut suprà.* 69. & in fine Glória Patri. deinde ὑ. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis. ὑ. Dñe exáudi

oratiōnem meam. R. Et clamor meus ad te véniat. ὑ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo. Orémus. *Oratio cōveniēs.* Quando autem dicuntur Psalmi Penitentiales, tunc post ὑ. Benedicámus Dómino, dicitur *Psalmus*, De profundiis. flexis genibus, cum ὑ. & *Oratione*, ut in fine Breviarij.

Tempore Paschali. Capitulum, ὑ. & Aña. Ad Magnificat, ut in propria. Oratio dicitur de Dominicā præcedenti.

FERIA TERTIA.

Ad Vesperas.

Aña. In domum Dómini. *Tempore Paschali, Aña.* Alleluia, allel.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in hīs, quæ dicta sunt mihi: * in domum Dñi ibimus.

Stantes erant pedes no stri: * in átriis tuis, Jerú saleni.

Jerúsalem, quæ edificá tur ut cívitas: * eujus par ticipatio ejus, in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israël, ad confiténdum nōmini Dó mini..

Quia:

Quia illic sedérunt sedes
in iudicio : * sedes súper
domum David.

Rogáte quæ ad pacem
sunt Jerúsalem: * & abundántia, diligéntibus te.

Fiat pax in virtute tua: *
& abundántia in túribus
tuis.

Propter fratres meos, &
próximos meos: * loqué-
bar pacem de te.

Propter domum Dómini
Dei nostri: * quæsivi bona
tibi. Glória Patri.

Aña. In domum Dómini
lætántes íbimus.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia , alleluia , alle-
luia , allel.

Aña. Qui hábitas.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia.

Psalmus 122.

AD te levávi óculos
meos : * qui hábitas
in cælis.

Ecce sicut óculi seryo-
rum: * in mánibus domi-
norum suórum.

Sicut óculi ancíllæ , in
mánibus dómīne suæ : *
ita óculi nostri ad Dómi-
num Deum nostrum , do-
nec misereátur nostri.

Miserére nostri Dómi-
ne, miserére nostri: * quia

multùm repléti sumus de-
spectione.

Quia multùm repléta
est áнима nostra: * oppró-
brium abundántibus , &
despéctio supérbis.

Glória Patri. *Aña.* Qui
hábitas in cælis, miserére
nobis.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia , alleluia , alle-
luia , allel.

Aña. Adjutórium nostrū.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia , allel.

Psalmus 123.

Nisi quia Dóminus erat
in nobis: * dicat nunc
Israël, nisi quia Dóminus
erat in nobis.

Cùm exúrgerent hómi-
nes in nos : * fortè vivos
deglutíssent nos.

Cùm irasceréterus furo-
córūm in nos : * fórtisan
aquæ , absorbuíssent nos.

Torréntem pertransívit
ánima nostra : * fórtisan
pertrásisset áнима nostra,
aquam intolerabilem.

Benedictus Dóminus : *
qui non dedit nos in ca-
ptiōnem, déntibus eórum.

Anima nostra sicut pas-
ser erépta est: * de láqueo
venántium.

Láqueus contíitus est: *
&

& nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nomine Domini : * qui fecit celum & terram.

Gloria Patri. Anno. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Tempore Paschali, Anno. Alleluia, allel. allel.

Anno. Benefac Domine.

Tempore Paschali, Anno. Alleluia, allel.

Psalmus 124.

Qui confidunt in Dominino , sicut mons Sion : * non commovabitur in eternum, qui habitat in Ierusalem.

Montes in circuitu ejus , & Dominus in circuitu populi sui : * ex hoc nunc , & usque in saeculum . Quia non relinquet Dominus , viagam peccatorum super sortem justorum : * ut non extendant justi , ad iniuriam manus suas.

Benefac Domine : * bonis & rectis corde.

Declinantes autem in obligaciones , adducet Dominus cum operantibus iniuriam: * pax super Israe. Gloria Patri.

Anno. Benefac Domine bonis , & rectis corde.

Tempore Paschali, Anno.

Alleluia, allel. allel.

Anno. Facti sumus.

Tempore Paschali, Anno. Alleluia.

Psalmus 125.

IN convertendo Dominus , captivitate Sion: * facti sumus sicut consolati.

Tunc replatum est gaudio os nostrum: * & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificavit Dominus , facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum : * facti sumus laetantes.

Converte Domine captivitatem nostram : * sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lacrymis: * in exultatione mettent.

Euntes ibant & flebant: * mittentes semina sua.

Venientes autem venient , cum exultatione : * portantes manipulos suos.

Gloria Patri.

Anno. Facti sumus sicut consolati.

Tempore Paschali, Anno. Alleluia, alleluia, alleluia.

Capitulum ps. Anno. Ad Magnificat , Ec. ut in Vesperis Feria secunda.

FERIA

FERIA QUARTA.

*Ad Vespertas.**Antiph.* Ecce hæréditas.*Tempore Paschali, Aña.*

Allelúia.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificá-
verit domum : * in
vanum laboravérunt, qui
ædificant eam.

Nisi Dóminus custodie-
rit civitátem: * frustrà ví-
gilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lu-
cem súrgere : * súrgite
postquam sedéritis, qui
manducátis panē dolóris.

Cum déderit diléctis
suis somnum : * ecce hæré-
ditas Dómini, filij; mer-
ces, fructus ventris.

Sicut sagítæ in manu
poténtis: * ita filij excus-
fórum.

Beatus vir, qui implévit
desidériū suum ex ipsis: *
non confundétur cum lo-
quétur, inimícis suis in
porta. Glória Patri.

Aña. Ecce hæréditas Dó-
mini, filij; merces, fru-
ctus ventris.

Tempore Paschali, Aña,
Allelúia, all.all.all.

Aña. Beati omnes.

Tempore Paschali, Aña.
Allelúia.

Psalmus 127.

Béati omnes qui timé-
t Dóminum: * qui ám-
bulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuá-
rum quia manducábis : *
beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis
abúndans : * in latéribus
domús tuæ.

Fílij tui sicut novéllæ
olivárum : * in circúitu
mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur ho-
mo : * qui timet Dómi-
num.

Benedicat tibi Dóminus
ex Sion : * & vídeas bona
Jerúsalem, ómnibus dié-
bes vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiòrum
tuórum : * pacem super
Israël. Glória Patri.

Aña. Beati omnes qui ti-
ment Dóminum.

Tempore Paschali, Aña,
Allelúia, allel. allel.

Aña. Sæpè.

Tempore Paschali, Aña.
Allelúia.

Psalmus 128.
Sæpè expugnavérunt
me à juventute mea: *
dicat nunc Israël.

Sæpè expugnavérunt me
à juventute mea: * étenim
non potuérunt mihi.

Supra

Supra dorsum meum, fabricaverunt peccatores: * prolongaverunt iniuriam suam.

Dominus justus concidet cervices peccatorum: * confundantur & convertantur retrorsum: * omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fenum rectorum: * quod priusquam evellatur, exaruit.

De quo non implavit manum suam qui metit: * & sinum suum, qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui prateribant, Benedictionis Domini super vos: * benedicimus vobis, in nomine Domini.

Gloria Patri. Aña. Sæpe expugnaverunt me à juventute mea.

Tempore Paschali, Ana. Alleluia, allel. allel.

Aña. De profundis.

Tempore Paschali, Ana. Alleluia.

Psalms 129.

D E profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: * in vocem depreciationis meæ.

Si iniurias observa-

veris Domine: * Dominus quis sustinabit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam, sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea, in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: * speret Israël, in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: * ex omnibus iniuriasibus ejus. Gloria Patri.

Aña. De profundis clamavi ad te Domine.

Tempore Paschali, Ana. Alleluia, allel. allel.

Aña. Speret.

Temp. Pasch. Ana. Allel. *Psalmus 130.*

D Omne, non est exaltatum cor meum: * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: * neque in mirabilibus super me.

Si non humiliiter sentiebam: * sed exaltavi animam meam.

Sicut ablactatus est, super matrem suam: * ita retributio in anima mea.

Speret Israël in Domino:

no : * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Glória Patri. *Aña.* Spe-
ret Israël in Dómino.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia , alleluia , alle-
luia.

Capitulum v. Aña. Ad
Magnificat , &c. ut in
Vesperis Feria secunde.

FERIA QUINTA.

Ad Vespertas.
Antiphona Elegit.
Tempore Paschali, Aña.
Alleluia.

Psalmus 131.
MEménto Dómine
David : * & omnis
mansuetudinis ejus.

Sicut jurávit Dómino : *
votum vovit Deo Jacob.

Si introíero in taberná-
colum domini mei : * si
ascéndero in lectum strati
mei.

Si dédero somnum ócu-
lis meis : * & pálpebris
meis dormitacionem.

Et réquiem tenipóribus
meis : * donec invéniam
locum Domino, taberna-
colum Deo Jacob.

Ecce audívimus eum in
Ephrata : * invénimus
eum, in campis silvæ.

Introíbimus in taberná-
colum ejus: * adorábimus

in loco, ubi stetérunt pe-
des ejus.

Surge Dómine in réquiē
tuam : * tu & arca sancti-
ficationis tuæ.

Sacerdótes tui induán-
tur justitiam : * & sancti
tui exultent.

Propter David servum
tuum : * non avértas fá-
ciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David
veritatem, & non frustrá-
bitur eum : * De fructu
ventris tui , ponam super
sedem tuam.

Si custodierint filij tui
testaméntum meum : * &
testimónia mea hæc, quæ
docébo eos.

Et filij còrum usque in
sæculum : * sedébunt su-
per sedem tuam.

Quóniam elégit Dómi-
nus Sion : * elégit eam in
habitacionem sibi.

Hæc réquies mea in sæ-
culum sæculi : * hic ha-
bitábo , quóniam elégi
eam.

Víduam ejus benedícens
benedicam : * páuperes
ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam
salutari : * & sancti ejus
exultatione exultábunt.

Illuc producam cornu
David

David: * parávi lucernam
Christo meo.

Inimicos ejus induam
confusione: * super ipsum
autem efflorabit, sanctifi-
catio mea. Glória Patri.
Aña. Elégit Dñs Sion:
elégit eam in habitatio-
nem sibi.

Tempore Paschali, Aña.
Alleluia, alleluia, allel.
allel. allel.

Aña. Ecce quam bonum.
Temp. Pasch. Aña All. all.

*Sub qua dicuntur duo
Psalmi sequentes.*

Psalm. 132.

Ecce quam bonum, &
quam jocundum: * ha-
bitare fratres in unum.

Sicut unguentum in cá-
pite: * quod descéndit in
barbam, barbam Aaron.

Quod descéndit in oram
vestimenti ejus: * sicut
ros Hermon, qui descén-
dit in montem Sion.

Quóniam illic mandá-
vit Dóminus benedictio-
nem: * & vitam usque in
sæculum. Glória Patri.

Aña. Ecce quam bonum,
& quam jocundum!

Aña. Laudate.

Psalmus 134.

Laudate nomen Dñi: *
laudate servi Dóminū.

Qui statis in domo Dó-
mini: * in átriis domus
Dei nostri.

Laudate Dóminum, quia
bonus Dóminus: * psálite
nómini ejus, quóniam
suáve.

Quóniam Jacob elégit
sibi Dóminus: * Israél in
possessióne sibi.

Quia ego cognovi quòd
magnus est Dóminus: * &
Deus noster præ ómnibus
diis.

Omnia quæcumque vó-
luit Dóminus fecit in cœ-
lo & in terra: * in mari,
& in ómnibus abyssiis.

Edúcens nubes ab extré-
mo terræ: * fúlgura in
pluviam fecit.

Qui prodúcit ventos de
thesauris suis: * qui per-
cussit primogénita Ægy-
pti, ab homine usque ad
pecus.

Et misit signa & prodí-
gia in medio tui Ægypte: * in Pharaónem, &
in omnes servos ejus.

Qui percussit gétes mul-
tas: * & occidit reges
fortes.

Sehon regem Amor-
rhorum, & Og regem
Basan: * & ómnia regna
Cháanaan.

Et

Et dedit terram eorum
hæreditatem: * hæreditá-
tem Israël populo suo.

Dómine nomen tuum in
æternum : * Dómine me-
moriále tuum in genera-
tione, & generatióne.

Quia judicabit Dómi-
nus populum suum: * & in
servis suis deprecabitur.

Simulára géntium ar-
géntum & aurum: * ópera
mánuum hóminum.

Os habent , & non lo-
quéntur: * óculos habent,
& non vidébunt.

Aures habent, & non au-
dient : * neque enim est
spíritus, in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui
fáciunt ea: * & omnes qui
confídunt in eis.

Domus Israël benedíci-
te Dómino: * domus Aa-
ron benedícite Dómino.

Domus Levi benedícite
Dómino : * qui timétis
Dóminum , benedícite
Dómino.

Benedíctus Dóminus ex
Sion : * qui hábitat in Je-
rúalem. Glória Patri.

Aña. Laudáte nomen Dó-
mini.

Tempore Paschali , Aña.
Allelúia; allel. allel.

Aña. Confitémini.

Tempore Paschali , Aña.
A llelúia, allel.

Psalmus 135.
COnfitémini Dómino,
quóniam bonus : *
quóniam in æternum, mi-
sericórdia ejus.

Confitémini Deo deó-
rum : * quóniam in æter-
num , misericórdia ejus.

Confitémini Dómino
dominórum : * quóniam
in æternum , misericór-
dia ejus.

Qui facit mirabília ma-
gna solus : * quóniam in
æternū, misericórdia ejus.

Qui fecit cælos in intel-
léctu: * quóniam in æter-
num , misericórdia ejus.

Qui firmávit terram su-
per aquas : * quóniam in
æternū, misericórdia ejus.

Qui fecit luminária ma-
gna : * quóniam in æter-
num , misericórdia ejus.

Solem in potestátem
diei : * quóniam in æter-
num , misericórdia ejus.

Lunam & stellas , in po-
testátem noctis : * quóniam
in æternum , miser-
icórdia ejus.

Qui percússit Ægyptum,
cum primogénitis eó-
rum : * quóniam in æter-
num, misericórdia ejus.

Qui

Qui edúxit Israël de mé-
dio cōrum: * quóniam in
ætérnū, misericórdia ejus.

In manu poténti, & brá-
chio excélsō : * quóniam
in ætérnum, misericórdia
ejus.

Qui divídit mare Ru-
brum in divisiōnes: * quóniam
in ætérnum, miser-
icórdia ejus.

Et edúxit Israël per mé-
dium ejus : * quóniam in
ætérnū, misericórdia ejus.

Et excússit Pharaónem,
& virtutēm ejus in mari
Rubro: * quóniam in ætér-
num, misericórdia ejus.

Qui transdúxit pôpu-
lum suum, per desértum: *
quóniam in ætérnum, mi-
sericórdia ejus.

Qui percússit reges ma-
gnos: * quóniam in ætér-
num, misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes: *
quóniam in ætérnum, mi-
sericórdia ejus.

Sehon regem Amor-
rhæórum : * quóniam in
ætérnū, misericórdia ejus.

Et Og regem Basan : *
quóniam in ætérnum, mi-
sericórdia ejus.

Et dedit terram eórum
hæreditatēm : * quóniam
in ætérnum, misericór-

dia ejus,

Hæreditatēm Israël ser-
vo suo : * quóniam in
ætérnū, misericórdia ejus.

Quia in humilitatē no-
stra, memor fuit nostri: *
quóniam in ætérnum, mi-
sericórdia ejus.

Et redémit nos ab ini-
mícis nostris: * quóniam
in ætérnum, misericórdia
ejus.

Qui dat escam omni car-
ni: * quóniam in ætér-
num, misericórdia ejus:

Confitémini Deo cæli: *
quóniam in ætérnum,
misericórdia ejus.

Confitémini Dómino
dominorum : * quóniam
in ætérnum, misericórdia
ejus. Glória Patri.

Ana. Confitémini Dómi-
no, quóniam bonus.

Tempore Paschali, Ana.
Alleluia, allel. all.

Ana. Hymnum cantáte.

Tempore Paschali, Ana.
Alleluia.

Psalmus 136.

*S*uper flúmina Babyló-
nis, illic sédimus & flé-
vimus : * dum recordaré-
mur Sion.

In salícibus in médio
ejus : * suspéndimus ór-
gana nostra.

Quia

Quia illic interrogáverunt nos, qui captivos duxerunt nos: * verba canticorum.

Et qui abduxerunt nos: *
Hymnum cantáte nobis
de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus
cánticum Dómini: * in
terra aliena?

Si oblítus fúero tui Je-
rúsalem: * oblivíoni de-
tur déxtera mea.

Adhæreat lingua mea
fáucibus meis: * si non
memínero tui.

Si non proposúero Jerú-
salem: * in princípio læ-
títiæ meæ.

Memor esto Dómine fi-
liorum Edom: * in die
Jerúsalem.

Qui dicunt, Exinaníte: *
exinaníte, usque ad fun-
daméntum in ea.

Filia Babylónis mísera: *
beátus qui retríbuet ti-
bi retributióñem tuam,
quam retríbuísti nobis.

Beátus qui tenébit: *
& allídet párvulos tuos ad
petram.

Glória Patri.

Ana. Hymnum cantáte
nobis de cánticis Sion.

Tempore Paschali, Ana.
Capitulum v. Ana. Ad

Magnificat, &c. ut in
Vesperis Feria secunda.

FERIA SEXTA

Ad Vesperas.

Antiphona. In conspéctu.
Tempore Paschali, Ana.
Allelúia, allel. allel. allel.

Psalmus 137.
Confitébor tibi Dó-
mine in toto corde
meo: * quóniam audísti
verba oris mei.

In conspéctu Angeló-
rum psallam tibi: * ado-
rábo ad templum sanctum
tuum: * & confitébor nō-
mini tuo.

Super misericórdia tua,
& veritáte tua: * quóniam
magnificásti super omne,
nomen sanctum tuum.

In quacumque die invo-
cávero te, exaudi me: *
multiplicábis in ánima,
mea virtútē.

Confiteántur tibi Dó-
mine omnes reges terræ: *
quia audiérunt ómnia
verba, oris tui.

Et cantent in viis Dó-
mini: * quóniam magna
est, glória Dómini.

Quóniam excélsus Dñs
& humília réspicit: * &
alta à longè cognoscit.

Si ambulávero in mé-
dio tribulatióñis, vivifi-
cabis

cabis me : * & super iram
inimicorum meorum, ex-
tendisti manum tuam: * &
salvum me fecit , dexter-
a tua.

Dóminus retríbuet pro
me: * Dómine misericór-
dia tua in sacerdócio: * ópe-
ra manuum tuarum , ne
despicias. Glória Patri.
Ana. In conspéctu An-
gelorum pífallam tibi
Deus meus.

Tempore Paschali , Ana.

Alleluia, allel. allel.all.

Antiphona. Dómine.

Tempore Paschali , Ana.
Alleluia , allel.

Psalmus 138.

Dómine probásti me,
& cognovísti me : *
tu cognovísti sessiōnem
meam : * & resurrectiō-
nem meam.

Intellexísti cogitatiōnes
meas de longe : * sémi-
tam meam , & funículum
meum, investigásti.

Et omnes vias meas
prævidísti : * quia non est
sermo, in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti
ómnia , novíssima
& antiqua : * tu formásti
me , & posuísti super me
manum tuam.

Mirabilis facta est ,

sciéntia tua ex me: * con-
fortáta est , & non pótero
ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo: *
& quò à fácie tua fúgiam.

Si ascéndero in cælum,
tu illic es : * si descéndero
in inférnum , ades.

Si súmpsero pennas meas
dilúculo: * & habitávero,
in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua
dedúcet me : * & tenébit
me dexterā tua.

Et dixi , Fórsitan téne-
bræ conculcábunt me : *
& nox illuminátio mea,in
deliciis meis.

Quia ténebræ non obs-
curabúntur à te : * & nox
sicut dies illuminábitur: *
sicut ténebræ ejus , ita &
lumen ejus.

Quia tu possedísti renes
meos : * suscepísti me de
útero matris meæ.

Confitébor tibi , quia
terribiliter magnificáta
es.* mirabília ópera tua: *
& ánima mea cognóscet
nimis.

Non est occultatum os
meum à te , quod fecísti
in occúlto: * & substántia
mea in inferiòribus terræ.

Imperféctum meum vi-
dérunt óculi tui : * & in
libro

libro tuo omnes scribén-
tur : * dies formabúntur,
& nemo in eis.

Mihi autem nimis iho-
norificáti sunt amíci tui
Deus : * nimis confortá-
tus est , principátus eórum.

Dinumerábo eos , & su-
per arénam multiplicá-
búntur : * exurréxi , &
adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus pecca-
tóres : * viri sanguinum
declináte à me.

Quia dícitis in cogita-
tiónē : * Accípient in va-
nitáte , civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te
Dómine, óderam: * & su-
per inimícos tuos , tabes-
cébam ?

Perfécio ódio óderam
illos : * inimíci facti
sunt mihi.

Proba me Deus , & scito
cor meum : * intérroga
me , & cognósce , sémi-
tas meas.

Et vide si via iniquitatis
in me est : * & deduc me
in via æterna.

Glória Patri.

Ana. Dómine probásti
me , & cognovísti me.

Tempore Paschali, Ana.
Allelúia, allel. allel.

Ana. A viro iníquo.

Tempore Paschali, Ana.
Allelúia, allel.

Psalmus 139.
Eripe me Dómine ab
hómíne malo: * à viro
iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt ini-
quítates in corde : * tota
die, constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas
sicut serpentes : * vené-
num áspidum , sub lábiis
eórum.

Custódi me Dómine de
manu peccatóris : * & ab
homínibus iníquis, éripe
me.

Qui cogitavérunt sup-
plantare gressus meos : *
abscondérunt supérbi, lá-
queum mihi.

Et funes extendérunt in
láqueum : * juxta iter,
scándalū posuérunt mihi.

Dixi Dño , Deus meus
es tu : * exaudi Dómine
vocē, deprecationis meæ.

Dómine Dómine virtus
salútis meæ: * obumbrá-
sti super caput meum , in
die belli.

Ne tradas me Dómine à
desidério meo peccatóri: *
cogitavérunt contra me: *
ne derelíquas me, ne for-
té exalténtur.

Caput círtúitus eórum:
labor

Labor labiorum ipsorum, operiet eos.

Cadent super eos carbones: * in ignem dejicies eos: * in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigeretur in terra: * virum iniustum mala capient, in inferitu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis: * & vindictam pauperum.

Verumtamen justi confitebuntur nōmini tuo, * & habitabunt recti, cum vultu tuo. Glória Patri.

Aña. A viro iniquo libera me Dómine. *Temp. Pasch.*
Aña. Alleluia, allel. allel. allel. *Aña.* Dómine clamávi. *Temp. Pasch.* *Aña.* Alleluia, alleluia. Sub quā dicuntur duo Psaltri sequentes.

Psalmus 140.

Domine clamávi ad te, exaudi me: * intende voci meae; cum clamávero ad te.

Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: * elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.

Pone Dómine custódiam oris meo: * & ostium cir-

cunstántiae, lábiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiae: * ad excusandas, excusationes in peccatis.

Cum homínibus operantibus iniquitatem: * & non communicabo, cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: * óleum autem peccatoris, non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc & oratio mea in beneplácitis eorum: * absorti sunt juncti petrae, júdices eorum.

Audient verba mea, quóniam potuerunt. * sicut crassitudo terræ, erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus inférnum: * quia ad te Dómine Dómine oculi mei: * in te sperávi, non auferas animam meam.

Custodi me à láqueo, quem statuerunt mihi: * & à scándalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiáculo ejus peccatores: * singuláriter sum ego, donec tránseam.

Glória Patri. *Aña.* Dñe clamávi ad te exaudi me. *Aña.* Pórtio mea.

Pars Verna.

H

Psalmus 141.

VOce mea ad Dóminū
clamávi : * voce mea,
ad Dñm deprecátus sum.

Eflundo in conspéctu
ejus oratióne meam : *
& tribulatióne meam,
ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spí-
ritum meum : * & tu co-
gnovisti, rémitas meas.

In via hac qua ambulá-
bam : * abscondérunt lá-
queum mihi.

Considerábam ad déxte-
ram, & videbam : * & non
erat, qui cognósiceret me.

Périit fuga à me : * &
non est qui requírat, áni-
mam meam.

Clamávi ad te Dñe: *
dixi, Tu es spes mea : * por-
tio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatió-
nem meam : * quia humili-
liátus sum nimis

Líbera me à persequén-
tibus me : * quia confortá-
ti sunt super me.

Educ de cuskódia ánima-
meam, ad cōfiténdum nó-
mini tuo ; * me expéctant
justi, donec retríbuas mihi.

Glória Patri.

*Aña. Pórtio mea Dómine
sit in terra vivéntium.*

Temp. Paschali. Aña. Alle-

lúa, allel.allel. *Capitulum*
v. *Aña ad Magnific. &c.
ut in Vesp. Feria secunda.*

S A B B A T O,
ad Vesperas.

*Aña. Benedictus. Tempore
Paschali, Aña. Alleluia.*

Psalmus 143.
Benedictus Dñs Deus
meus, qui docet manus
meas ad prælium ; * & dí-
gitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & re-
fúgium meum : * suscéptor
meus, & liberátor meus.

Protéctor meus, & in ipso
sperávi : * qui subdit pópu-
lum, meum sub me.

Dómine quid est homo,
quia innotuísti ei : * aut fi-
lius hóminis, quia réputas
eum ?

Homo vanitati símilis
factus est. * dies ejus sicut
umbra, prætereunt.

Dómine inclína calos
tuos, & descénde : * tange
montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatióne
& dissipábis eos : * enítte
sagittas tuas, & conturbá-
bis eos.

Emítte manum tuam de
alto : * éripe me, & líbera
me de aquis multis : * & de
manu filiorum alienorum,

Quorum os locútum est
vanitá

vanitatem: * & dexterā eōrum, dexterā iniquitatis.

Deus canticum novum cantabo tibi: * in psaltorio decachordo, psallam tibi

Qui das salutem regibus: * qui redemisti David servum tuum: * de gladio maligno, eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum: * quorum os locutum est vanitate: * & dexterā eorum, dexterā iniquitatis.

Quorum filii sicut novellae plantations: * in juventute sua.

Filiæ eorum compositoriae: * circumornatae, ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena: * eructantia ex hoc in illud.

Oves eorum foetosæ, abundantes in egressibus suis: * boves eorum crassæ,

Non est ruina maceria: * neque transitus, neque clamor: * in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum, cui haec sunt: * beatus populus, cuius Dominus Deus ejus. Gloria Patri.

Aña. Benedic tus Dominus Deus meus. Temp. Paschal.

Aña. Alleluia, allel. allel.

Aña. Per singulos dies.

Temp. Paschal. Aña. Alleluia, allel.

Psalmus 144.

Xaltabo te Deus meus rex: * & benedic in nomine tuo in saeculum, & in saeculum saeculi.

Per singulos dies benedic in tibi; * & laudabo nomen tuum in saeculum, & in saeculum saeculi.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: * & magnitudinis ejus, non est finis.

Generatio & generatio laudabit opera tua: * & potentiam tuam, pronuntiabunt.

Magnificentiam gloriae, sanctitatis tuæ loquentur: * & mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent: * & magnitudinem tuam, narrabunt.

Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt: * & justitia tua exultabunt.

Miserator & misericors Dominus: * patiens, & multum misericors.

Suavis Dominus universitas: * & miserationes ejus, super omnia opera ejus.

Confiteantur tibi Dominus, omnia opera tua: * & sancti tui, benedicant tibi.

Gloriam regni tui di-

cent : & poténtiam tuam
loquéntur.

Ut notam fácient filiis
hóminum , poténtiam
tuam : * & glóriam ma-
gnificéntiæ, regni tui.

Regnum tuum , regnum
ómnia sacerdótium : * &
dominatio tua in omni ge-
neratióne , & generatióne.

Fidélis Dóminus , in óm-
nibus verbis suis : * & san-
ctus in ómnibus , opéribus
suis.

Allevat Dóminus , om-
nes qui córruunt : * & éri-
git omnes elídos.

Oculi ómnium, in te spe-
rant : * & tu das escam il-
lórum , in témpore oppor-
túno.

Aperis tu manum tuam: *
& imples omne ánimai
benedictióne.

Justus Dóminus , in óm-
nibus viis suis: * & sanctus
in ómnibus , opéribus suis.

Propè est Dóminus , óm-
nibus invocántibus eum: *
ómnibus invocántibus eū,
in veritáte.

Voluntátem timéntium
se fáciet : * & deprecati-
onem cérum exáudiet : * &
salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus om-
nes diligéntes se : * & om-

nes peccatóres dispéndet.

Laudatióne Dómini ;
loquéntur os meum: * & be-
nedícet omnis caro, nómi-
ni sancto ejus in sacerdócio,
& in sacerdócio sacerdoti.

Glória Patri.

Aña. Per síngulos dies be-
nedícet te Dómine. *Temp.*
Paschal. *Aña.* Alleluia, al-
lel. allel. allel. *Aña.* Lau-
dábo. *Temp.* *Paschal.* *Aña.*
Alleluia.

Psalmus 145.

LAUDA ánima mea Dó-
minum: * laudábo Dó-
minum in vita mea: * psal-
lam Deo meo , quámidu
fúero.

Nolítē confidere in prin-
cípibus : * in filiis hómi-
num , in quibus non est
salus.

Exibit spíritus ejus, & re-
vertétur in terram suam: *
in illa die peribunt, omnes
cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob
adjútor ejus : * spes ejus in
Dómino Deo ipsius: * qui
fecit cælum & terram, ma-
re , & ómnia quæ in eis
sunt.

Qui custódit veritátem
in sacerdócio : * facit judiciū
injuriā patiéntibus: * dat
escam esuriéntibus.

Dóminus

Dóminus solvit compe-
ditos: * Dóminus illúmi-
nat cæcos.

Dóminus érigit elíos: *
Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádve-
nas: * pupíllum & víduam
suscipiet: * & vias pecca-
torum dispérdet.

Regnabit Dóminus in
sæcula: * Deus tuus Sion
in generatióne, & genera-
tiónen. Glória Patri.

Antiph. Laudábo Deum
meum in vita mea. *Temp.*
Paschali. *Aña.* Allelúia,
allel. allel. *Aña.* Deo no-
stro. *Temp.* *Paschal.* *Aña.*
Allelúia.

Psalmus 146.

Laudáte Dóminū, quó-
niām bonus est psal-
mus: * Deo nostro sit jo-
cunda, decoráque laudátio.
Aédificans Jerúsalem Dó-
minus: * dispersiónes Is-
raél, congrégabit.

Qui sanat contrítos cor-
de: * & álligat contritió-
nes eórum.

Qui númerat multitúdi-
nem stellárum: * & ómni-
bus eis, nómina vocat.

Magnus Dóminus no-
ster, & magna virtus ejus: *
& sapiéntiæ ejus, non est
númerus.

Suscípiens mansuétos
Dóminus: * humílians au-
tem peccatóres, usque ad
terram.

Præcínite Dómino in
confessióne: * psálliche Deo
nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núb-
ibus: * & parat terræ plú-
viam.

Qui prodúcit in mónti-
bus fœnum: * & herbam
servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam
ipsórum: * & pullis corvó-
rum, invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi,
voluntátem habébit: * nec
in tibiis viri, beneplácitum
erit ei.

Beneplácitum est Dómi-
no, super timéntes eum: *
& in eis qui sperant, super
misericórdia ejus.

Glória Patri.

Aña. Deo nostro jocúnda
sit laudátio. *Temp.* *Pasch.*

Aña. Allelúia, allel. allel.

Aña. Flabit. *Temp.* *Pasch.*

Aña. Allelúia.

Psalmus 147.

Lauda Jerúsalem Dó-
minus: * lauda Deum-
tuum Sion.

Quóniam confortávit se-
ras portárum tuárum: *
benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pa-
cem : * & ádipe fruménti
sátiat te.

Qui emíttit elóquium
suum terræ : * velóciter
currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut la-
nam : * nébulam sicut ci-
ne rem spargit.

Mittit crystállum suum
sicut buccéllas : * ante fa-
ciem frigóris ejus , quis
sustinébit ?

Emitte verbum suum, &
liquefáciet ea : * flabit spí-
ritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum
suum Jacob : * justítias, &
judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni
natióni : * & judícia sua,
non manifestávit eis.

Glória Patri.

Aña. Flabit spíritus ejus,
& fluent aquæ. **Temp. Pas-**
chali. Aña. Allelúia, allel.
allel. **Capitulum.** ¶ Aña.

ad Magn. ut in proprio,
post Antiphonam dicitur
Oratio propria: fiunt due
Procesiones ut suo loco no-
tabitur & nullæ dicuntur
Preces.

AD COMPLETORIUM.
Pater noster. Ave María.
X. Sancti Spíritus adsit no-
bis grátia. Amen.

X. Convérte nos Deus sa-
lutáris noster. **R.** Et avérte
iram tuam à nobis.

X. Deus in adjutórium
meum inténde.

R. Dómine ad adjuván-
dum me festina.

Glória Patri. Allelúia, vel
Laus tibi Dómine rex æ-
térnæ glóriæ. Pro temporis
diuersitate.

Psalms 4

Cum invocárem exau-
dívit me, Deus justítiae
mæ : * in tribulatióne di-
latásti mihi.

Miserére mei , & exáudi
oratióne meam.

Fílli hóminum usquequā
gravi corde ? * ut quid di-
ligitis vanitátēm , & quæ-
ritis mendácium ?

Scítote quóniam mirifi-
cavit Dóminus sanctum
suum : * Dóminus exáu-
diет me , cùm clamávero
ad eum.

Irafcímini & nolíte pec-
cáre : * quæ dícitis in cór-
dibus vestris : * & in cubi-
libus vestris , compungí-
mini.

Sacrificáte sacrificium ju-
stítiae, & speráte in Dño : *
multi dicunt, Quis osténdit
nobis bona ?

Signátum est super nos-
lumen.

lumen vultus tui Domine : * dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt.

In pace in id ipsum, dormiam & requiescam.

Quoniam tu Domine singulatiter in spe ; constitueristi me.

Glória Patri.

Psalmus 30.

IN te Domine speravi non confundar in æternum : * in justitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam : * accélera ut eruas me.

Esto mihi in Denum protectorem, & in domum refugii : * ut salvum facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu : * & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de láqueo quem abscondérunt mihi : * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spíritum meum : * redemisti me Domine Deus veritatis. Glória Patri.

Psalmus 90.

Qui habitat in adjutorio Altissimi : * in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino, Suscepтор meus es tu : * & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de láqueo venatiū, * & à verbo áspero,

Scapulis suis obumbrabit tibi : * & sub pennis ejus sperabis.

Scuto circuimdabit te veritas ejus : * non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die : * à negório perambulante in tenebris : * ab incursu & dæmonio meridiáno.

Cadent à latere tuo mille : * & decem millia à dextris tuis : * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis : * & retributiōne peccatorum vidēbis.

Quoniam tu es Domine spes mea : * altissimum posuisti refugium tuum.

Non accédet ad te malum : * & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te : * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : * ne forte offendas ad

Jápidem pedem tuum.

Super áspidem & basilis-
cum ambulabis : * & con-
culturabis leónem , & dra-
cónem.

Quóniam in me sperá-
vit , liberábo eum : * pró-
tegam eum, quóniam co-
gnovit nomen meum,

Clamávit ad me , & exáu-
diam eum : * cum ipso sum
in tribulatióne : * erípiam
eum , & glorificábo eum.

Longitúdine diérum re-
plébo eum : * & osténdam
illi salutáre meum.

Glória Patri.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite
Dóminum : * omnes
servi Dómini.

Qui statis in domo Dó-
mini . * in átriis domús
Dei nostri.

In nótibus extóllite ma-
nus vestras in sancta , * &
benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex
Sion : * qui fecit cælum &
terrā. Glória Patri.

Allelúia , vel Laus tibi
Dñe, Rex ætérnæ glóriæ.

Deinde dicitur unus ex
Hymnis sequentibus singu-
lis Hebdomadæ diebus as-
signatis , nisi proprius as-
signetur.

Diebus Dominicis , quando-
fit de Dominica.

Hymnus.

JEsu Salvátor sœculi ,

Redémptis ope súbveni-

Ac pia Dei génitrix ,

Véniam posce misericordia.

Cœtus omnes Angélici ,

Patriarchárum cùnei ;

Ac Prophetárum mérita ,

Nobis precéntur véniam.

Baptista Christi prævius ,

Et claviger æthéreus ,

Cum céteris Apóstolis ,

Nos solvāt nexū criminis.

Chorus sacratus Már-
tyrum ,

Confessio Sacerdótum ,

Ac Virginális cástitas ,

Nos à peccátis abluant.

Monachórum suffrágia ,

Omnésque cives cælici ,

Annuant votis supplicum ,

Et vitæ poscant præmium.

Laus , honor , virtus ,

glória ,

Deo Patri , & Filio ,

Unà cum sancto Spíritu ,

In sempitérana sœcula.

Amen.

Feria secunda. Hymnus.

TÉ lucis ante téminū ,

Rerum Crætor pós-

scimus ,

Uti sólitâ cleméntiâ ,

Sis præsul ac custódia.

Procul recédant sônnia ,

Et

Et noctium phantasmata;
Hostemque nostrum com-
prime,
Ne polluantur corpora.
Præsta Pater omnipotēs,
Per Iesum Christum Dō-
minum;
Qui tecum in perpetuum,
Regnat cum sancto Spiri-
tu. Amen.

Feria tertia. Hymnus.
Christe qui lux es ac
dies
Noctis tenebras détegis:
Lucisque lumen créderis,
Lumen beatum prædicans.

Precámur sancte Dñe,
Defénde nos in hac nocte;
Sit nobis in te réquies,
Quiétam noctem tribue.

Ne gravis sōnus irruat,
Nec hostis nos surripiat:
Nec caro illi conséntiens,
Nos tibi reos státuat.

Oculi somnum cípiant,
Cor ad te semper vigilet:
Déktera tua protégat,
Fámulos qui te díligunt.

Defénstor noster áspice,
Insidiántes réprime;
Gubérna tuos fámulos,
Quos sanguine mercátus es

Hic genuflectitur.

Mémento nostri Dñe,
In gravi isto corpore;
Qui es defénstor ánimæ;
Adésto nobis Dómine.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu parácleto,
Et nunc & in perpétuum.
Amen.

Feria quarta. Hymnus.
Sol Angelorum résponce:
Quem concupiscit mén-
tium,

Inténta visu cástitas,
Sursum manétem cérnere.
Quo cuncta pollent cæ-
litus,

Cursu, recúrsu próspero:
Quo vita constat ómnium.
Inténde grates súpplicum.

Da sérvulis custódiam,
Qua temperéntur cóm-
moda.

Advérsa sint innóxia,
Corrúpta ne sint péctora.

Frugálitas tu sénsum,
Sator, salus, reféctio,
Potus, cibisque gáudium,
Laix atque virtus córdium.

Repélle mēbris lúbrica:
Ne pólluat lascívia:
Ne fœda vexet pássio,
Culpétque mentis áctio.

Virtútis infer cópiam,
Qua cónferas cleméntiam:
Oblítus ut peccáminuim,
Dones quiétém téporū.

Votis rogámus áffatim,
Supérna pax illábere:
Quò cuncta tuta pérpetim,
Serves subáctis scándalis.

Præsta Pater piissime,
Patrique Compar única,
Cum Spíritu paracléto,
Regnans per omne sœcu-
lum. Amen.

Feria quinta. Hymnus.

Deus Crátor ómnium;
Polique rector : vé-
stiens,
Diem decóro lúmine,
Noctem sopóris grátia.
Artus solútos ut quies
Reddat labóris úsui :
Mentésque fessas állevet,
Luctúsque solvat ánrios.

Grates perácto jam die,
Et noctis exórtu preces :
Votis, reos ut áduves
Hymnum canéntes sól-
vimus,

Te cordis ima cóncinant
Te vox canóra cóncrepet :
Te díligat castus amor,
Te mens adóret sóbria.

Ut cùm profunda cláu-
serit

Diem calígo nóctium :
Fides ténebras nésciat ,
Et nox fidélis lúceat.

Dormíre mentē ne sinas :
Dormíre culpa növerit :
Castos fides refrígeret :
Somni vaporem témpore.

Exúta sensu lúbrico.

Te cordis alta sómnient :
Ne hostis ínvidi dolo.
Pavor quiétos súscitet.

Christum rogémus , &
Patrem
Nati Patrísque Spíritum :
Unum potens per ómnia
Fove precántes Trinitas.

Amen.

Feria sexta. Hymnus.

CUltor Dei meménto

Te fontis & lavácri

Rorein subísse sacrum ,

Te chrísmate innotátum.

Fac cum vocánte somno ,

Castum petis cubile :

Frontem locúmque cordis

Crucis figúra signet.

Crux pellit omne crimen ,

Fúgiunt Crucem ténebræ :

Tali dicáta signo

Mens fluctuáre nescit.

Procul procul vagántum

Porténta somniórum :

Procul esto pervicáci

Præstigiátor astu.

O tortuóse serpens ,

Qui mille per mæándros ,

Fraudésque flexuósas ,

Agitas quiéta corda.

Discéde Christus-hic est ,

Hic Christus est liquéscε :

Signum quod ipse nosti ,

Damnat tuam catérvam.

Corpus licet fatíscens .

Jáceat reclíve paulūm ;

Christum tamen sub ipso-

Meditábitur sopóre.

Cui laus, honórq; sūmus ,

Cum Patre sempítérno ,

Paracle-

Paracletóque sancto,
Extat per omne sæculum.

Amen.

Sabbato. Hymnus.

Altissimi Verbum Pa-
tris,

Almæque Jesu Vírginis,

Bis nate nostro gáudio

Carnisque factor & caro.

Decúrsu transit jam dies:

Emitte lumen cælitus:

Favénsque lætus vespere

Grates benignè suscipe.

Hoc solis ad finem tibi

Iminénte Christe pángi-
mus:

Cælestè ut nostris tuum

Lumen tenebris fulgeat.

Mentémque fessam dum
sopor

Noctis per alta dëtinet:

Obscura cedant sómnia,

Pectusque purum luceat.

Quiétem nullus còporis

Repat dolus lascíviae:

Sed te Deus meus sómniat,

Te cor quiétum cògitet.

Votis simul cum còrdi-
bus

Nati, Patrísque Spíritus

Hymnum sonantes in
choro,

Zelo canamus pérpetim.

Amen.

Finito Hymno dicitur

X. Custodi me Dómine ut

pupillam óculi. Rx. Sub

umbra alárum tuárum pró-
tege me.

Canticum Simeonis. Luc. 2.

Nunc dimittis servum
tuum Dómine: * se-
cundùm verbum tuum in
pace.

Quia vidérunt óculi mei
Salutare tuum: * quod pa-
rásti ante fáciem ómnium
populórum.

Lumen ad revelatióne
gentium: * & gloriām ple-
bis tuæ Israël.

Glória Patri.

Aña. Nunc dimittis ser-
vum tuum Dómine, secún-
dum verbū tuum in pace.

*Deinde dicuntur Preces
sequentes.*

Kyrie eléison, Kyrie.
K yrie eléison. Christe eléi-
son, Christe eléison. Ky-
rie eléison. Pater noster.

secretò usque ad X. Et ne-
nos indúcas in tentatio-
nem. Rx. Sed libera nos à
malo. Credo in Deum. se-
cretò usque ad y. Carnis

resurrectionem. Rx. Vitam
ætérnam, Amen. X. Be-
nedictus es Dómine Deus

patrum nostrorum. Rx. Et
laudabilis & gloriósus, &c
superexáltatus in sæcula.

X. Benedicámus Patri, &c
Filio cum sancto Spíritu.

R. Laudémus & superexaltémus eū in sēcula. X. Benedīctus es Dómine in fir-maménto cæli. R. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sēcula. X. Benedīcat nos omni-potens Deus. R. Amen. X. Dignáre Dómine nocte ista. R. Sine peccáto nos custodíre. X. Dómine exáudi oratiōnem meam. R. Et clamor meus ad te véniat. X. Dóminus vobiscum; R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Deus qui illúminas noctem, & lucem post ténebras facis : concéde nobis, ut hanc noctem, si-ne impediménto sátanæ transeámus ; atque matutinis horis ad altáre tuum recurréntes : tibi Deo grá-tias referámus. Per Dó-minum nostrum.

X. Dóminus vobiscum ; R. Et cum spíritu tuo. X. Benedicámus Dómino ; R. Deo grá-tias ; Postea Hebdomadarius signando se signo Crucis, dicit : Benedīctio Dei omnipotētis ; Patris, & Filiī, & Spíritus sancti : descéndat super nos, & custodiat nos. R. Amen.

In Festis autem iij. Lect. & Ferius dicitur loco pra-dicta Orationis sequens Oratio.

Orémus. Oratio.

Llumina quæsumus Dó-mine ténebras nostrar̄ : & totius noctis insídiaś, tu-repelle propítius. Per Dó-minum.

X. Dóminus vobiscum ; R. Et cum spíritu tuo. X. Benedicámus Dómino ; R. Deo grá-tias ; Postea Hebdomadarius signando se signo Crucis, dicit . Ben-dīctio Dei omnipoten-tis ; Patris, & Filiī, & Spí-ritus sancti : descéndat su-per nos, & custodiat nos. R. Amen.

Supradicta preces dicun-tur flexis genibus, tempore Adventus, Quadragési-ma, & in Quatuor Tempori-bus, quando dicit & sunt magna Preces in Vesperis.

Quando autem dicuntur Psalmi Pœnitentiales post Benedictionem statim dici-tur Psalm. Dómine exáudi oratiōnem meam, áuribus pér-cipe. Cum ḥ & Ora-tione, ut in fine Breviarij. Deinde in Festis iij. Lect. & Ferius dicitur pro De-functis. X. Réquiem aetér-nam.

Nam dona eis Dómine.
R. Et lux perpétua lúceat
eis, *Psalmus. De profundi-*
dis. 158. quo finito dicitur
X. Réquiem æternam do-
 na eis Dómine. **R.** Et lux
 perpétua lúceat eis. **X.** Dñe
 exaudi oratióne meam.
R. Et clamor meus ad te
 véniat. **X.** Dóminus vo-
 biscum; **R.** Et cū spíitu
 tuo.

Orémus. *Oratio.*

OMnipotens sempitér-
 ne Deus, cui num-
 quam sine spe misericór-
 diæ supplicátur: propitiá-
 te animábus famulórum
 tuórum; ut qui de hac vi-
 ta, in tui nóminalis confes-
 sione deceaserunt: sanctó-
 rum tuórum número fá-
 cias aggregári. Per Dómi-
 num nostrum.

Et dicitur secretò. X. Re-
quiéscat in pace. R. Amen.

Et immediatè post dicitur
una ex infra scriptis Antiphonis B. Marie. Diebus
Dominicis. Antiph.

Virgo patens Christi
 paritura Deum ge-
 nuisti.

Fúlgida stella maris: nos
 prótege, nos tueáris.
 Dum paris & gaudes: can-
 tant cæli agmina laudes.

X. Ora pro nobis sancta
 Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur
 promissióibus Christi.

Orémus. *Oratio.*

COncéde nos famulos
 tuos, quæsumus Dó-
 mine Deus, perpétua men-
 tis & córporis salúte gau-
 dére; & gloriósa beátæ
 Mariæ semper Vírginis in-
 tercessióne á præsénti libe-
 rári tristitia: & æterna
 pérfrui lætitia. Per Chri-
 stum Dóminum nostrum;

R. Amen. *secretò. X.* A

subítanea, & improvísæ
 morte libera nos Dómine.

R. Amen. **X.** Deus det no-
 bis suam pacem, & post
 mortem vitam æternam.

R. Amen.

Feria secunda & quinta.

Antiphona.

SAlve Regína misericór-
 diæ, vita, dulcèdo, &
 spes nostra salve. Ad te cla-
 mámus éxules filii Hevæ.
 Ad te suspirámus geméntes
 & flentes in hac lacry-
 márum valle. Eia ergo Ad-
 vocáta nostra, illos tuos
 misericórdes óculos ad nos
 convérte. Et Jesum bene-
 dictum fructum ventris
 tui, nobis post hoc exílium
 osténde. O clemens, ô pia,
 ô dulcis.

¶ dulcis Virgo María. **X. &**
Oratio ut suprà.

Feria tertia & sexta.
Antiphona.

A Ve Regína cœlórum;
Ave Dña Angelórū :
Salve radix sancta
Ex qua mūndo lux est orta:
Gaude gloriósa.
Super omnes speciosa.
Vale valdè decóra,
Et pro nobis semper Christum exóra.

X. & Oratio ut suprà.
Feria quarta & Sabbato.
Antiphona.

A lma Redemptoris
Mater, quæ pérvia
cæli
Porta nianes, & stella ma-
ris: succúrre cadénti
(Surgere qui curat) pô-
pulo: tu quæ genuisti
Natura mirante, tuum
sanctum Genitorem.
Virgo priùs ac postériùs:
Gabriélis ab ore
Sumens illud Ave, pecca-

tórum miserére,
X. & Oratio ut suprà.
**A Vigilia Pascha inclu-
sive usque ad Octavam
Pentecostes, Antiphona.**

R egína cæli lætare, al-
leluia.

Quia quem meruisti por-
tare, alleluia,
Resurréxit sicut dixit, al-
leluia,

Ora pro nobis Deum, allel:
**X. Ora pro nobis sancta
Dei Génitrix.**

R. Ut digni efficiámur
promissiónibus Christi.
Orémus. **Oratio.**

G Ratiām tuam Domi-
ne, méntibus nostris
infunde; ut qui Angelo-
nuntiante, Christi Filiī tui
incarnationem cognóvi-
mus: per passionem ejus
& crucem ad resurrectio-
nis gloriām perducámar.
Per eúmdem Christum
Dominum nostrum;
R. Amen.

PROPRIUM DE TEMPORE.

SABBATO
ante Dominicam primam.
QUADRAGESIMÆ.

Ad Vesperas.

Capitulum. 2. Cor. 6.

Hortámar vos , ne in
váciuum grátiam Dei
recipiáatis ; ait enim, Tém-
pore accéptæ exaudívi te :
& in die salútis adjúvi te..
X. Angelis suis mandávit
de te.

R. Ut custódiant te in óm-
níbus viis tuis.

Ad Magnificat, Aña.
Ductus est Jesus in desér-
tum à Spíritu , ut tentaré-
tur à Diábolo : & cùm je-
junáset quadragínta dié-
bus & quadragínta nócti-
bus, póstea ésuríit. *Duplic.*

Orémus. Oratio.

Deus , qui Ecclésiam
tuam ánnua Quadra-
gesimæ observatióne pu-
rificas : præsta Familiæ
tuae ; ut quod à te obtiné-
re abstinenó ntitur : hoc
bonis opéribus exequátur.
Per Dóminum nostrum
Iesum Christum.

Ad primam Procesiónem:

R. j. Ecce nunc. *ut infrà.*

Orémus. Oratio.

INtende , quæsumus Dó-
mine, preces nostras ; ut
qui non operándo iustí-
tiā, correctiōnem meré-
mur afflīcti : in tribulatiō-
ne clámantes, respíremus
auditi.. Per Dóminum.

Ad 2. Procesiónem.

R. ij. In ómnibus, *ut infrà.*

Orémus. Oratio.

Succürre, quæsumus Dó-
mine, pópulo supplicán-
ti : & opem tuam tríbue
benignus infirmis ; ut sin-
cera tibi mente devótī : &
præsentis vitæ remédiis
gáudeant , & futuræ. Per
Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Hymnus.

Audi benigne Códitor,
Nostras preces cum
fléribus ,
In hoc sacro jejúnio
Fusas Quadragenário.
Scrutátor alme córdium,
Infirma tu scis vírium ,
Ad te revérsis exhibe

Rémif

Qui pósuit fines tuos pa-
cem : * & ádipe frumentí-
sátiat te.

Qui emittit elóquium
suum terræ : * velóciter
currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut la-
nam : * nébulam sicut cí-
ne rem spargit.

Mittit crystállum suum
sicut buccéllas : * ante fá-
ciem frigoris ejus , quis
sustinébit ?

Emitte verbum suum, &
liquefáciet ea : * flabit spí-
ritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum
suum Jacob : * justítias, &
judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni-
natióni : * & judícia sua,
non manifestávit eis.

Glória Patri.

Añæ. Flabit spíritus ejus,
& fluent aquæ. *Temp. Pas-
chali.* *Añæ.* Allelúia, allel.
allel. *Capitulum.* *ψ.* *Añæ.*
ad Magn. ut in proprio ,
post Antiphonam dicitur
Oratio propria : fiunt dua
Processiones ut suo loco no-
tabitur & nulla dicuntur
Preces.

AD COMPLETORIUM.
Pater noster. Ave María.
¶. Sancti Spíritus adsit no-
bis grátia. Amen.

X. Convérte nos Deus fa-
lutáris noster. *R.* Et ayérte
iram tuam à nobis.

X. Deus in adjútórium
meum inténde.

R. Dómine ad adjuván-
dum me festína.

Glória Patri. Allelúia, *vel*
Laus tibi Dómine rex æ-
térnæ gloriæ. *Pro temporis*
diversitate.

Psalmus 4

Cum invocárem exau-
dívit me, Deus justítiae
meæ : * in tribulatióne di-
latásti mihi.

Miserére mei , & exáudi
oratióne meam.

Fílli hóminum usquequā
gravi corde ? * ut quid di-
lígitis vanitátēm , & quæ-
ritis mendácium ?

Scítote quóniam mirifi-
cavit Dóminus sanctum
suum : * Dóminus exáu-
diет me , cùm clamávero
ad eum.

Irascímini & nolíte pec-
cáre : * quæ dícitis in cór-
dibus vestris : * & in cubí-
libus vestris , compungí-
mini.

Sacrificáte sacrificium ju-
stítiae , & speráte in Dño : *
multi dicunt, Quis osténdit
nobis bona ?

Signátum est super nos
lumen.

lumen vultus tui Dómine : * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt.

In pace in idipsum, dormiam & requiescam.

Quóniam tu Dómine singuláriter in spe ; consti-
tuisti me.

Glória Patri.

Psalmus 30.

IN te Dómine sperávi nō confundar in æternum : * in justitia tua libera me.

Inclína ad me aurem tuā : * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum pro-
tectorēm, & in domum re-
fugii : * ut salvū me fáciás.

Quóniam fortitudo in ea,
& refugium meum es tu : * & propter nomē tuum de-
dúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo
quem abscondérunt mihi : * quóniam tu es pro-
tector meus.

In manus tuas comnién-
do spíritum meum : * redemísti me Dómine Deus
veritatis. Glória Patri.

Psalmus 90.

Qui hábitat in adjutó-
rio Altissimi : * in pro-
tectione Ædi cæli commo-
rábitur.

Dicet Dómino, Suscéptor
meus es tu : * & refugium
meum, Deus meus sperábo
in eum.

Quóniam ipse liberávit
me de láqueo venatiū, *
& à verbo áspero,

Scápulis suis obumbra-
bit tibi : * & sub pennis
ejus sperábis.

Scuto circúmdábit te vé-
ritas ejus : * non timébis à
timore nocturno.

A sagitta volánte in die : *
à negótio perambulante in
ténebris : * ab incúrsu &
dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mil-
le : * & decem míllia à dex-
tris tuis : * ad te autem non
appropinquábit.

Verúntamen óculis tuis
considerábis : * & retribu-
tionē peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine
spes mea : * altíssimum po-
suisti refugium tuum.

Non accédet ad te ma-
lum : * & flagellum non
appropinquábit taberná-
culo tuo.

Quóniam Angelis suis
mandávit de te : * ut cu-
stodiant te in ómnibus viis
tuis.

In mánibus portábunt
te : * ne forte offéndas ad-

Lápidem pedem tuum.

Super áspidem & basilíſ-
cum ambulábis : * & con-
culturábis leónem , & dra-
cónem.

Quóniam in me sperá-
vit , liberábo eum : * pró-
tegam eum, quóniam co-
gnovit nomen meum,

Clamávit ad me , & exáu-
diam eum : * cum ipso sum
in tribulatióne : * erípiam
eum , & glorificábo eum.

Longitúdine diérum re-
plébo eum : * & osténdam
illi salutáre meum.

Glória Patri.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite
Dóminum : * omnes
servi Dómini.

Qui statis in domo Dó-
mini . * in átriis domús
Dei nostri.

In noctibus extollite ma-
nus vestras in sancta , * &
benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex
Sion : * qui fecit cælum &
terrā. Glória Patri.

Alleluia , vel Laus tibi
Dñe, Rex æternæ gloriæ.

Deinde dicitur unus ex
Hymnis sequentibus singu-
lis Hebdomada diebus af-
signatis , nisi proprius af-
signetur.

Diebus Dominicis , quando-
fit de Dominicā.

Hymnus.

JEsu Salvátor sœculi ,
Redémptis ope sübveni-

Ac pia Dei génitrix ,
Véniam posce níseris.

Cœtus omnes Angélici ,
Patriarchárum cùnei ;

Ac Prophetárum mérita ,
Nobis precéntur véniam.

Baptíſta Christi prævius ,
Et claviger æthéreus ,

Cum céteris Apóstolis ,
Nos solvát nexu criminis.

Chorus sacrátus Már-
tyrum ,

Confessio Sacerdótum ,
Ac Virginális cástitas ,

Nos à peccátis abluant.

Monachórum suffrágia ,
Omnésque cives cælici ,
Annuant votis supplicum ,
Et vitæ poscant præmium.

Laus , honor , virtus ,
glória ,

Deo Patri , & Fílio ,
Unà cum sancto Spíritu ,
In sempitérna sœcula.

Amen.

Feria secunda. Hymnus.

TÈ lucis ante téminū ,
Rerum Crátor pós-
cimus ,

Uti sólitâ cleméntiâ ,
Sis præſul ac custódia.

Procul recédant sômnia ,

Ec

Et noctum phantasmata;
Hostemque nostrum cōm-
prime,
Ne polluantur cōpora.

Prästa Pater omnipotēs,
Per Iesum Christum Dō-
minum;
Qui tecum in perpétuum,
Regnat cum sancto Spiri-
tu. Amen.

Feria tertia. *Hymnus.*
Christe qui lux es ac
dies
Noctis tenebras détegis:
Lucisque lumen créderis,
Lumen beatum prædicans.
Precámur sancte Dñe,
Defénde nos in hac nocte;
Sit nobis in te réquies,
Quiétam noctem trubue.

Ne gravis sōnus irruat,
Nec hostis nos surripiat:
Nec caro illi conséntiens,
Nos tibi reos státuat.

Oculi somnum cápiant,
Cor ad te semper vigilet:
Déktera tua prótegat,
Fámulos qui te díligunt.

Defénstor noster áspice,
Insidiántes réprime;
Gubérna tuos fámulos,
Quos sanguine mercátus es

Hic genuflectitur.

Meménto nostri Dñe,
In gravi isto cōpore;
Qui es defénstor ánimæ;
Adésto nobis Dómine.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu parácleto,
Et nunc & in perpétuum.
Amen.

Feria quarta. Hymnus.

Sol Angelorum résponce:
Quem concupiscit mén-
tium,

Inténta visu cástitas,
Sursum manétem cérnere.

Quo cuncta pollent cæ-
litus,

Cursu, recúrsu próspero:
Quo vita constat ómnium,
Inténde grates súpplicum.

Da sérvulis custódiam,
Qua temperéntur cōm-
moda.

Advérsa sint innóxia,
Corrúpta ne sint péctora.

Frugálitas tu sénsum,
Sator, salus, reféctio,
Potus, cibisque gáudium,
Lux atque virtus córdium.

Repélle mēbris lúbrica:
Ne póluit lascívia:

Ne foeda vexet pássio,
Culpétque mentis áctio.

Virtútis infer cōpiam,
Qua cónferas cleméntiam:
Oblítus ut peccáminum,
Dones quiétem témporū.

Votis rogámus áffatim,
Supéra pax illábere:
Quò cuncta tuta pérpetim,
Serves subáctis scándalis.

Præsta Pater piissime,
Patrique Compar unice,
Cum Spíritu paracléto,
Regnans per omne sǽculum. Amen.

Feria quinta. Hymnus.

Deus Creator ómnium;
Polique rector : véstiens,

Diem decóro lúmine,
Noctem sopóris grátia.

Artus solutos ut quies
Reddat labóris úsui :
Mentésque fessas állevet,
Luctúsque solvat ánrios.

Grates perácto jam die,
Et noctis exórtu preces :
Votis, reos ut ádjuves
Hymnum canéntes sólvimus,

Te cordis ima cóncinant
Te vox canóra cóncrepet :
Te diligat castus amor,
Te mens adóret sóbria.

Ut cùm profunda cláusferit

Diem calígo nóctium :
Fides ténebras nésciat ,
Et nox fidélis lúceat.

Dormíre mentē ne sinas :
Dormíre culpa nóverit :
Castos fides refrígeret :
Somni vaporem témeret.

Exúta sensu lúbrico.
Te cordis alta sómnient :
Ne hostis ínvidi dolo
Pavor quiétos súscitet.

Christum rogémus, &c
Patrem
Nati Patrísque Spíritum :
Unum potens per ómnia
Fove precántes Trinitas.
Amen.

Feria sexta. Hymnus.

CUltor Dei meménto
Te fontis & lavácri

Rorein subísse sacrum ,
Te chrísmate innotátum.
Fac cum vocánte somno,
Castum petis cubile :
Frontem locúmque cordis
Crucis figúra signet.

Crux pellit omne crimen,
Fúgiunt Crucem ténebræ :
Tali dicáta signo
Mens fluctuáre nescit.

Procul procul vagántum
Porténta somniórum :
Procul esto pervicáci
Præstigiátor astu.

O tortuóse serpens,
Qui mille per mæándros ,
Fraudésque flexuósas ,
Agitas quiéta corda.

Discéde Christus-hic est ,
Hic Christus est liquéscet :
Signum quod ipse nosti ,
Damnat tuam catérvam.

Corpus licet fatíscens.
Jáceat reclíve paulum ;
Christum tamen sub ipso-
Meditábitur sopóre.
Cui laus, honórq; sūmus ,
Cum Patre sempitérno ,
Paracle-

Paracletóque sancto,
Extat per omne sæculum.

Amen.

Sabbato. Hymnus.

Altissimi Verbum Pa-
tris,

Almæque Jesu Virginis,
Bis nate nostro gáudio

Carnisque factor & caro.

Decúrsu transit jam dies:
Emitte lumen cælitus:

Favénsque lætus vespere
Grates benignè stíscipe.

Hoc solis ad finem tibi
Immense Christe pángi-
mus:

Cælestè ut nostris tuum
Lumen tenébris fulgeat.

Mentémque fessam dum
sopor

Noctis per alta détinet:
Obscura cedant sómnia,
Pectusque purum luceat.

Quiétem nullus còporis
Repat dolus lascíviae:
Sed te Deus meus sómniat,
Te cor quiétum cògitet.

Votis simul cum còrdi-
bus

Nati, Patrisque Spíritus
Hymnum sonantes in
choro,

Zelo canamus pépetim.
Amen.

Finito Hymno dicitur
X. Custodi me Dómine ut
pupillam óculi. **R.** Sub

umbra alárum tuárum pró-
tege me.

Canticum Simeonis. Luc. 2.

Nunc dimittis servum
tuum Dómine: * se-
cundùm verbum tuum in
pace.

Quia vidérunt óculi mei
Salutare tuum: * quod pa-
rásti ante fáciem ómnium
populórum.

Lumen ad revelatióne
gentium: * & glóriam pie-
bis tuæ Israël.

Glória Patri.

Aña. Nunc dimittis ser-
vum tuum Dómine, secún-
dum verbū tuum in pace.

*Deinde dicuntur Preces
sequentes.*

Kyrie eléison, Kyrie.
Kyrie eléison. Christe eléison.
Christe eléison. Ky-
rie eléison. Pater noster.
secretò usque ad X. Et ne-
nos inducas in tentatio-
nem. **R.** Sed líbera nos à
mallo. Credo in Deum. *se-
cretò usque ad Y.* Carnis
resurrectionem. **R.** Vitam
æternam, Amen. **X.** Be-
nedictus es Dómine Deus
patrum nostrorum. **R.** Et
laudabilis & gloriósus, &
superexáltatus in sæcula.
X. Benedicámus Patri, &
Filio cum sancto Spíitu.

R. Laudémus & superexaltémus eū in sæcula. X. Benedíctus es Dómine in fir-maménto cæli. R. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sæcula. X. Benedícat nos omni-potens Deus. R. Amen. X. Dignáre Dómine nocte ista. R. Sine peccáto nos custodíre. X. Dómine exáudi oratiōnem meam. R. Et clamor meus ad te véniat. X. Dóminus vobiscum; R. Et cum spíri-tu tuo.

Orémus. Oratio.

Deus qui illúminas noctem, & lucem post ténebras facis : concéde nobis, ut hanc noctem, si-ne impediménto sátanæ transeámus ; atque matutini-s horis ad altáre tuum recurréntes : tibi Deo grá-tias referámus. Per Dómi-num nostrum.

X. Dóminus vobiscum ; R. Et cum spíritu tuo. X. Benedicámus Dómino ; R. Deo grá-tias ; Postea Hebdomadarius signando se signo Crucis, dicit : Be nedictio Dei omnipotētis ; Patris, & Filiī, & Spíritus sancti : descéndat super nos, & custodiat nos. R. Amen.

In Festis autem iij. Lect. & Ferius dicitur loco pra-dicta Orationis sequens Oratio.

Orémus. Oratio.

Illumina quæsumus Dó-mine ténebras nostrar̄ : & totius noctis insidias, tu repelle propítius. Per Dó-minum.

X. Dóminus vobiscum ; R. Et cum spíritu tuo. X. Benedicámus Dómino ; R. Deo grá-tias ; Postea Hebdomadarius signando se signo Crucis, dicit . Be nedictio Dei omnipoten-tis ; Patris, & Filiī, & Spíritus sancti : descéndat su-per nos, & custodiat nos. R. Amen.

Supradicta preces dicun-tur flexis genibus, tempore Adventus, Quadragesi-ma, & in Quatuor Tempori-bus, quando dicit & sunt magna Preces in Vesperis.

Quando autem dicuntur Psalmi Pœnitentiales post Benedictionem statim dici-tur Psalm. Dómine exáudi oratiōnem meam, áuribus pérçipe. Cum ψ & Ora-tione, ut in fine Breviarij.

Deinde in Festis iij. Lect. & Ferius dicitur pro De-functis. X. Réquiem æter-nam.

Nam dona eis Dómine.
R. Et lux perpétua lúceat
 eis, *Psalmus*. De profún-
 dis. 158. quo finito dicitur
X. Réquiem ætérnam do-
 na eis Dómine. **R**. Et lux
 perpétua lúceat eis. **X**. Dñe
 exaudi oratióne meam.
R. Et clamor meus ad te
 véniat. **X**. Dóminus vo-
 bíscaum; **R**. Et cū spíitu
 tuo.

Orémus. *Oratio.*

OMnipotens sempitér-
 ne Deus, cui num-
 quam sine spe misericór-
 diae supplicátur: propitiá-
 re animábus famulórum
 tuórum; ut qui de hac vi-
 ta, in tui nómínis confes-
 sióne deceßerunt: sanctó-
 rum tuórum número fá-
 cias aggregári. Per Dómi-
 num nostrum.

Et dicitur secretò. **X**. Re-
 quiéscat in pace. **R**. Amen.

Et immediatè post dicitur
una ex infrascriptis Antiphonis B. Marie. Diebus
Dominicis, Antiph.

Virgo patens Christi
 paritura Deum ge-
 nuisti.

Fúlgida stella maris: nos
 prótege, nos tueáris.

Dum paris & gaudes: can-
 tant cæli ágmina laudes.

X. Ora pro nobis sancta
 Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur
 promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio.*

Concéde nos famulos
 tuos, quæsumus Dó-
 mine Deus, perpétua men-
 tis & cōrporis salúte gau-
 dére; & gloriósa beatæ
 Mariae semper Vírginis in-
 tercessióne á præsénti libe-
 rári tristitia: & ætérra-
 pérfrui lætitia. Per Chri-
 stum Dóminum nostrum;

R. Amen. *secretò.* **X**. A
 subitánea, & improvisa
 morte libera nos Dómine.

R. Amen. **X**. Deus det no-
 bis suam pacem, & post
 mortem vitam ætérnani.

R. Amen.

Feria secunda & quinta.

Antiphona.

SAlve Regína misericór-
 diae, vita, dulcédo, &
 spes nostra salve. Ad te cla-
 mámus exiles filii Hevæ.
 Ad te suspirámus gemérit-
 es & flentes in hac lacry-
 márum valle. Eia ergo Ad-
 vocáta nostra, illos tuos:
 misericórdes óculos ad nos
 converte. Et Jesum bene-
 dictum fructum ventris
 tui, nobis post hoc exílium
 osténde. O clemens, ô pia,
 ô dulcis.

PROPRIUM DE TEMPORE.

SABBATO
ante Dominicam primam.

QUADRAGESIMA.

Ad Vesperas.

Capitulum. 2. Cor. 6.

Hortámur vos, ne in
váciuum grátiam Dei
recipiáatis; ait enim, Témo-
pore accéptos exaudívi te;
& in die salútis adjúvi te.

X. Angelis suis mandávit
de te.

R. Ut custódiant te in ómnibus
viis tuis.

Ad Magnificat, Aña.
Ductus est Jesus in desér-
tum à Spíritu, ut tentaré-
tur à Diábolo: & cùm je-
junáasset quadraginta dié-
bus & quadraginta nócti-
bus, póstea ésuríit. *Duplic.*

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui Ecclésiam
tuam ánnua Quadra-
gesimæ observatióne pu-
nificas; præsta Familiæ
tuæ; ut quod à te obtiné-
re abstinenó nititur; hoc
bonis opéribus exequátur.
Per Dóminum nostrum
Iesum Christum.

Ad primam Procesiónem.

R. j. Ecce nunc, ut infrà.

Orémus. *Oratio.*

Inténde, quæsumus Dó-
mine, preces nostras; ut
qui nos operando justi-
tiam, correctionem meré-
mur afflicti; in tribulatio-
ne clamantes, respítémus
audihi. Per Dóminum.

Ad 2. Procesiónem.
R. ij. In ómnibus, ut infrà.

Orémus. *Oratio.*

Succurre, quæsumus Dó-
mine, populo supplicán-
ti; & opem tuam tribue
benignus infirmis; ut sin-
cera tibi mente devoti; &
præsentis vitæ remédiis
gáudeant, & futuræ. Per
Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Hymnus.

Audi benigne Cōditor,
Nostras preces cum
fléribus,

In hoc sacro jejúnio
Fusas Quadrageñario.

Scrutátor alme cōrdium,
Infirma tu scis vírium,
Ad te revérsis exhibe

R. emis

Remissiónis grátiam.

Multū quidem peccá-
vimus;

Sed parce confitentibus:

Ad laudem tui nōminis,

Confer medéla lánguidis.

Sic corpus extra cónteri

Dona per abstinentiam:

Jejúncet ut mens sóbria,

A labe prorsus criminum,

Praíta beáta Trinitas,

Concéde simplex Unitas:

Ut fructuósa sint tuis

Jejuniórum múnera. Amē.

*Prædictus Hymnus dici-
tur in omnibus Sabbatis
& Dominicis usque ad
Sabbatum ante Domini-
cam de Passione exclusivè.*

DOMINICA PRIMA

Quadragesima.

*Ad Matutinum, Invita-
torium. Hodie si vocem
Dómini audiéritis, nólite
obduráre corda vestra Dux-
plicatur. Psalm. Veníte.*

*Ad Nocturnos omnia ut
in Psalterio. ¶ Dicit Dó-
mino & alij. ¶ ut ibidem
tempore Quadragesima.*

In primo Nocturno.

*De Epístola B. Pauli Apó-
stoli ad Corínth. 2.c.6.*

Lectio j.

ADjuvántes autem ex-
hortámur ne in vá-
cuum grátiam Dei recipiá-

tis; ait enim, témpore ac-
cépto exaudívi te: & in
die salútis adjúvi te. Ecce
nunc tempus acceptábile:
Ecce nunc dies salútis. Né-
mini dantes ullam offen-
siónem, ut non vituperétur
ministérium nostrum: sed
in ómnibus exhibémus
nosmetípsos sicut Dei mi-
nistros in multa patiéntia;
in tribulatióibus, in ne-
cessitatibus, in angústiis, in
plagis, in carcéribus, in se-
ditióibus, in labóribus, in
vigiliis, in jejunis, in casti-
tate, in scíentia, in longa-
nimitáte, in suavité: in
Spíritu sancto. In charitá-
te non fícta, in verbo veri-
tatis, in virtúte Dei: per
arma justitiæ, à dextris &
à sinistris; per glóriam &
ignobilitátem; per infá-
miam & bonam famam;
ut seductóres & veráces,
sicut qui ignóti; & cónni-
ti: quasi moriéntes, & ecce
vívimus. Ut castigáti, &
non mortificáti: quasi tri-
stes, semper autem gaudén-
tes; sicut egéntes, multos
autem locupletántes: tan-
quam nihil habéntes, &
ómnia possidéntes.

*Responsoria duplicantur.
¶ Ecce nunc tempus ac-
ceptábile,*

ceptibile, ecce nunc dies salutis. Comendemus nos metipos in multa patientia, in jejuniis multis * per arma iustitiae virtutis Dei.

XV. In omnibus exhibeamus nosmetipos sicut Dei ministros, ut non vituperetur ministerium nostrum. Per arma iustitiae. Gloria Patri. Sicut erat. Ecce nunc.

Lectione ij.

OS nostrum patet ad vos, ô Corinthii; cor nostrum dilatatum est: non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remuneracionem; tanquam filiis dico: dilatamini & vos. Nolite jugum ducere cum infidelibus; quae enim participatio iustitiae cum iniuitate? aut quae societas luci ad tenebras? quae autem conventio Christi ad Belial? aut quae pars fideli, cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum Idolis? Vos enim etsi templum Dei vivi, sicut dicit Deus; Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

R. In omnibus exhibeamus nosmetipos sicut Dei ministros, in multa patientia. * Ut non vituperetur ministerium nostrum.

XVI. Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies salutis, nemini dantes ullam offenditionem. Ut non. Gloria Patri. In omnibus.

Lectione iii.

Repletus sum consolacione; superabundo gaudio: in omni tribulatione nostra. Nam & cum venissimus in Macedoniā, nullam requiem habuit caro nostra: sed omnem tribulacionem passi sumus. Foris pugnæ: intus timores. Sed qui consolatur humiles consolatus est nos Deus in adventu Titi; non solum autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis: referens nobis vestrum desiderium; vestrum fletum; vestram amulationem pro me: ita ut magis gaudetem. Quoniam etsi contristari vos in Epistola, non me penitet; etsi peniteret, videns quod Epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit: nunc gaudeo, non quia contristati

stati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam.
R. In jejunio & fletu orabunt Sacerdotes, dicentes
 * Parce, Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in perditione.
N. Inter Vestibulum & Altare plorabunt Sacerdotes, ministri Domini, & dicent;
 Parce, Domine. Gloria Patri. In jejunio.

In secundo Nocturno.
 Sermo sancti Leonis Papæ.

Serm. 4. de Quadrag.

Lectio iv.

PRædicatûrus vobis, dilectissimi, sacratissimum maximumque jejuniū; quo aptius utar exordio, quam ut verbis Apóstoli, in quo Christus loquebatur, incipiam? dicamque quod lectum est. Ecce nunc tempus acceptabile! Ecce nunc dies salutis. Quamvis enim nulla sint tempora, quae Divinis non sunt plena muneribus & semper nobis ad misericordiam Dei, per ipsius gratiam præstetur accessus; nunc tamen omnium mentes majori studio ad spirituales profectus movet, & ampliori fiducia oporetur animari: quando ad

universa pietatis officia illius nos diēi, in quo redempti sumus, recūrsus invitat; ut excellens super omnia Passiōnis Dominicæ Sacramentum: purificatis & corpóribus & animis celebrēmus.

R. Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro vobis ad Dominum. * Quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. **N.** Honora Dominum de tua substântia, & de primiis frugum tuarum da pauperibus. Quia sicut. Gloria Patri. Abscondite.

Lectio post pauca v.
 Ngrēssuri igitur dilectissimi dies mysticos & purificandis animis atque corporibus sacratius institutos: præceptis Apóstolicis obédire curémus. Emundantes nos ab omni inquinamento carnis ac sp̄ritus. Ut castigatis colluctationibus quae sunt inter utramque substântiam animus quem Dei gubernaculis constitutum corporis decet esse rectorem: dominionis suæ obtineat dignitatem. Ut némini dantes ullam

ullam offensionem, vituperationibus obloquentium non simus obnoxii. Digna enim infidelibus reprehensione carpemur? & nostro virtio linguae impiæ in injuriā se religionis armabunt? si jejunantium mores à puritate perfectæ continentiae discrepant. Non enim in sola abstinentia cib stat nostri summa jejunii; aut fructuose corpori esca subtrahitur? nisi mens ab iniquitate revocetur. Ab obrectatiōnibus: lingua cohibeatur. Sic ergo nobis edendi est moderanda libertas; ut etiam aliae cupiditates eadem lege frenentur. Mansuetudinis & patientiae; pacis & tranquillitatis: hoc tempus est. In quo exclusa, omnium contaminatione vitiorum: perpetuitas nobis est obtinenda virtutum. Tu autem.

R. Dómine Deus propitius esto populo tuo: * Et converte tribulatiōnē nostram in gaudium. X. Adjuva nos Deus salutatis noster, & propter gloriam nominis tui Dómine libera nos. Et converte. Glória Patri. Dómine.

Lectio sub finem vi.

Hadmonitionibus nostris sufficienter instrūcti sanctos Quadragesimę dies pię devotione suę cípite & ad promerendam misericordiam Dei: per ópera vos misericordiae præparáte. Iram extinguite, odiā depónite, unanimitatēm diligite; & sinceris vos humilitatis officiis: invicem prævenite. Servis & iis qui vobis subjécti sunt cum æquitate dominámini. Cesent vindictæ; remittantur offensæ; sevéritas lenitatem; indignatio mansuetudine: discordia pace mutetur. Omnes nos modestos; omnes placidos; omnes repériant benignos. Ut jejunia nostra accepta sint Deo. Cui ita demum sacrificium veræ abstinentiae & veræ pietatis offerimus: si nos ab omni malitia continemus. Tu autem.

R. Pater, peccávi in cœlum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus, * Fac me sicut unum ex mercenariis tuis.

X. Quant mercenarii inde domo patris mei abundant pánibus; ego autem hinc fame.

fame péteo : surgam & ibo
ad patrem meum, & dicam
ei, Fac me. Glória Patri.
Pater.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii:
secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 4.

IN illo tempore: Ductus
Iest Jēsus in desértum à
Spíritu, ut tentarétur à
Diábolo; & cùm jejuná-
set Quadraginta diébus &
quadraginta nóstibus: pó-
stea esúriit. Et réliquæ:

Homilia S. Gregorii Papæ.

Homil. I 6. in Ewang.

Quibus modis primum
hóminem strávit dia-
bolus; eisdem modis se-
cundo hómini tentáto:
hodie succúbuit. Per gulam
quippe tentat cum dicit;
Dic ut lapides isti panes
fiant: Per vanam glóriam
tentat cum dicit si Fílius
Dei es: mitte te deorsum.
Per sublimitatis aváritiam
tentat: cum regna ómnia
mundi osténdit dicens;
Hæc omnia tibi dabo: si
procidens adoráveris me,
sed iisdē modis à secundo
hómine víncitur; quibus
primum hóminem: se vi-
cisse gloriabátur. Ut à no-
stris córdibus ipso aditu ca-

ptus éxeat; quo nos aditū
intromíssus tenébat. Sed
est áliud fratres charíssimi
quod in hac tentatiōne
Dominica considerare de-
bémus; quia tentátus à
diabolo Dóminus sacri
elóquii præcépta respón-
dit, & qui eo verbo quod
erat tentatórem suum
mérgeret in abyssum pote-
rat: virtutem suæ potén-
tiæ non osténdit; sed sola
divinæ Scripturæ præcépta
edidit.

R. Dicam Deo suscéptor-
meus es, Deus meus, sperá-
bo in eum.* Quóniam ipse
liberávit me de láqueo ve-
nántium, & à verbo áspe-
ro. **V.** Confitebor Démi-
no nimis in ore meo, & in
médio multórum laudábo
eum. Quóniam. Glória
Patri. Dicam.

Lectio viii. Paulo post.
SEd quia diébus his léctio
scóngruit; nam quadra-
ginta diérum abstinentiam
nostrí Redemptoris audi-
víimus: qui Quadragesi-
mæ tempus inchoámus.
Discutiéndum nobis est:
cur hæc ipsa abstinentia per
quadraginta diérum nú-
merum custóditur. Moyses
enim ut legem accíperet:

Secundó

Secundò quadraginta diébus jejunávit. Elias in deserto quadraginta diébus abstínuit; ipse auctor hominū ad homines véniens in quadraginta diébus nullum omnino cibum sumpsit. Nos quoque in quantum possumus? annuo Quadragesimæ tempore carnem nostram per abstinentiā affligere conámur.

R. Scápolis suis obumbrabit tibi, & sub pennis ejus sperábis. * Scuto circumdabit te véritas ejus.

X. Non timébis à timore nocturno, à sagitta volante per diem. Scuto. Glória Patri. Scápolis.

- *Lectio ix. Paulo post.*

Fratres charíssimi, sicut offerre in lege jubéminí décimas terum; ita ei conténdite offérre? & décimas diérum. Unusquísque in quātum virtus suppetit? carnem máceret; ejusque desidéria affligat; concupiscéncias interficiat, ut juxta Pauli vocem: hostia viva fiat. Hostia quippe & immólatur & viva est: quando & ab hac vita homo non déficit: & tamen se à carnálibus desideriis occidit. Caro nos

læta traxit ad culpam: afflictá reducat ad véniam. Auctor étenim mortis nostræ per fructum ligni vètiti; vitæ præcépta transgressus est. Qui ergo à Parádi si gáudiis per cibum cecidimus: ad hæc in quātum possumus per abstinentiam resurgámus. Tu autem,

R. Angelis suis mandávit de te, ut custódiant te in omnibus viis tuis.* In mánibus portábunt te, ne unquam offéndas ad lápidem pedem tuum. **X.** Super Aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis Leónem & Dracónem. In mánibus. Glória Patri. Angelis.

A D L A U D E S.
Antiphona. Cor mundum crea in me, Deus, Spíritum rectum innova in viscéribus meis. *Psalm.* Miserére mei. **50. Aña.** O Dómine, salvum me fac; ô Dómine benè prosperáre. *Ps.* Confitémini Dño. **26. Aña.** Sic benedícant te in vita mea, Dómine, & in nōmine tuo levábo manus meas. *Psal.* Deus, Deus meus. **21. Aña.** In spíritu humilitatis, & in ánima contrita suscipiá-
musr;

mur, Dómine, à te; & sic
fiat sacrificium nostrum,
ut à te suscipiatur hódie, &
pláceat tibi, Dómine Deus.
Psal. Benedícite ómnia. 12
Aña. Laudáte Deum cœli
cœlórum, & aquæ omnes.
Psal. Laudáte Dóminum
de cœlis. 23.

Capitulum. 2. Cor. 6.

Hortámur vos, ne in
hvácum grátiam Dei
recipiáatis; ait enim témo-
pore accépto exaudívi te:
& in die salútis adjúvite.
X. Dómine refúgium fa-
etus es nobis.

R. A generatióne & pro-
génie.

Ad Benedictus, Aña.
Non in solo pane vivit ho-
mo, sed in omni verbo
Dei. *Duplicatur.*

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui Ecclésiam
tuam ánnuæ Quadrage-
simæ observatióne purí-
ficas: præsta familiæ tuæ;
ut quod à te obtinére ab-
stinéndo nítitur: hoc bo-
nis opéribus exequátur.
Per Dóminum.

Ad Primam, Psal. Dómi-
nus regnávit. 20.

Ad Tertiam. Capitulum.
Hortámur vos. *ut suprà.*

R. Participem me fac,

Deus, ómnium timéntium
te, * Et custodiéntium
mandáta tua. **X.** Aspice
in me, & miseré mei se-
cundùm diligéntium no-
men tuum. Et custodién-
tium. Glória Patri, & Filio
& Spirítui sancto. *Deinde*
repetitur Participem. *usq-*
ue ad X.

X. Dicet Dómino, suscé-
ptor meus es tu. **R.** Deus
meus, sperábo in eum.

*Ita repetuntur Respon-
soria Horarum in Officio
de Tempore.*

Orémus. *Oratio.*

Præsta pôpulo tuo, Dó-
mine quæsumus, consolati-
ónis auxílium; & diu-
túnis calamitátib[us] labo-
rántem: propítius respirá-
re concéde. Per Dóminum.

Ad Sextam, Capitulum.
2. Corinth. 6.

Ecce nunc tempus acce-
ptabile, Ecce nunc dies
salútis; némini dantes ul-
lam offensiónen: ut non
vituperétur ministérium
nostrum.

R. Ab omni via mala pro-
hibui pedes meos, * Ut cu-
stódiam mandáta tua, Dó-
mine. **X.** A judiciis tuis
non declinávi, quia tu Le-
gem posuisti mihi. Ut cu-
stódiam.

Itódiám. Glória Patri. Ab omni.

X. Ipse liberávit me. Rx. De láqueo venántium , & à verbo áspero.

Orémus. Oratio.

QUæsumus, omnípotēs Deus ; ut qui nostris fatigámur offendis, & mérito nostræ iniquitatis afflígimur ? Pietatis tuæ grátiā cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Ad Nonam , Capitulum.

2. Corinth. 6.

UT castigáti & non mortificáti, quasi tristes, semper autem gaudéntes ; sicut egéntes , multos autem locupletántes : tanquam nihil habéntes , & ómnia possidéntes.

Rx. Sépties in die laudem dixi tibi , Dómine Deus meus * Ne perdas me.

X. Errávi sicut ovis , quæ perierat ; requíre servum tuum, Dómine , quia mandáta tua non sum oblítus. Ne perdas. Glória Patri. Sépties. X. Scápulis suis obumbrábit tibi. Rx. Et sub pennis ejus sperábis.

Orémus. Oratio.

PUrifica, quæsumus Dómine, tuórum corda fidélium : ut à terrena cupi-

ditáte mundáti; & præséntis vitæ periculis eruántur? & perpétuis donis firmén- tur. Per Dóminum.

Hac Responsoria dicun- tur ad Horas usque ad Do- minicam iij. Quadragesi- ma. Prædictæ vero Oratio- nes dicuntur in omnibus Dominicis ad Horas usque ad Pascha.

Ad Vesperas Antiphona & 1 salmus Dixit Dómi- nus. cum reliquis de Do- minic. 150. Capitul. Hor- tamur. X. Angelis suis. ut suprà ad Vesperas.

Ad Magnificat , Aña. Ecce nunc tempus accep- tábile ; Ecce nunc dies salútis. * In his ergò dié- bus exhibeámus nos sicut, Dei ministros in multa pa- tiéntia, in jejúniis , in vigí- liis , * Et in charité non fícta.

Duplicatur , & in Choro dicitur alternatim , per partes asteriscis distinctas. Oratio. Deus , qui Ecclé- siam tuam. ut suprà ad Laudes.

Ad primam Processionem. Rx. Dómine puer meus. ut infrà in j. Rx. Feriae seq. Oratio. Inténde. ut suprà in Vesp. Sabbati.

Ad

Ad secundam Proeessio-
nem. Rx. In omnibus, ut sup.
Oratio. Succurre. ut suprà.

Ad Completor. Hymnus.
Audi benigne cōditor.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum.

Invitatorium, Antiphona & I'salmi de Psalterio.
Et sic dicuntur etiam in aliis sequentibus Feriis.
 ¶ *Scuto circumdabit. ut ibidem tempore Quadrage-*
sime. Lectiones æ Libre Exodi.

Lectio j.

Incipit Liber Exodi.

HÆc sunt nóniina filiòrum Israël, qui ingrés-
 si sunt in Ægyptum cum Jacob: singuli cum dóni-
 bus suis introiérunt. Ru-
 ben, Simeon, Levi; Judas,
 Issachar, Zábulon, & Ben-
 jamin, Dan, & Nephthali,
 Gad & Aser. Erant igitur
 omnes ánimæ eórum, qui
 egréssi sunt de fémore Ja-
 cob: Septuagínta. Joseph
 autem in Ægypto erat;
 quo mórtuo, & univérsis
 frátribus ejus, omníque co-
 gnatione illa, filii Israël
 crevérunt, & quasi germi-
 nantes multiplicáti sunt:
 ac roboráti nimis implev-
 runt terram. Surréxit in-

térea Rex novus super Æ-
 gyptum, qui ignorábat Jo-
 seph: & ait ad pôpulū suū.
 Ecce pôpulus filiorum Is-
 raël multus & fôrtior no-
 bis est. Venite, sapiénter
 opprimámus eum, ne fortè
 multiplicétur; & si ingrue-
 rit contra nos bellum, ad-
 dátur inimícis nostris: ex-
 pugnatisque nobis egre-
 diátur de terra. Præpôsuit
 itaque eis magístros ópe-
 rum, ut affligerent eos
 onéribus; ædificaverúnt
 que urbes tabernaculórum
 Pharaóni: Phithom & Ra-
 méeses. Quantóque oppri-
 mabant eos: tanto magis
 multiplicabántur & cres-
 cébant. Oderántque filios
 Israël Ægyptii, & affligé-
 bant illudéntes eis; atque
 ad amaritúdinem perducé-
 bant vitam eórum opéri-
 bus duris luti & latéris:
 omníque famulátu, quo in
 terræ opéribus premebán-
 tur. Dixit autem Rex Æ-
 gypti obstetricíbus He-
 bréórum; quarum una vo-
 cabátur Séphora, altera
 Phua: præcipiens eis. Quā-
 do obstetricábitis Hebreás,
 & partus tempus advéne-
 rit; si másculus fuerit, in-
 terfícite eum: si foemina;
 resérváte.

reserváte. Timuerunt autem obstetrices Deum; & non fecerunt juxta præceptum Regis Ægypti: sed conservabant mares.

¶. Dómine puer meus jacet paralyticus in domo, & malè torquétur.* Amé dico tibi, Ego véniam & curábo eum. ¶. Dómine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanábitur puer meus. Amen dito.

Lectio ii.

EGréssus est post hæc vir de Domo Levi, & accépit uxorē stirpis suæ; quæ concépit & péperit filium: & videns eum elegántem, abscóndit tribus mensibus. Cùmque jam celare non posset, sumpfit fiscéllam scírpeam, & linivit eam bitúmine ac pice; posuitque intus infantulū, & expósuit eum in carécto ripæ flúmiris: stante procul sorore ejus, & consideránte evéntum rei. Ecce autem descendébat filia Pharaónis ut lavaretur in flúmine: & puellæ ejus gradiebántur per crepídiné alvei. Quæ cùm vidísset fiscéllam in

papyriónē; misit unam è famulábus suis, & allátam apériens, cernénsque in ea párvulū vagiéntem, misérita ejus, ait? De infántibus Hebræórum est hic. Cui soror pueri; Vis, inquit, ut vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrīre possit infántulum: Respóndit? Vade. Perréxit puélla & vocávit matrem suam; ad quam locúta filia Pharaónis; Accipe, ait, púerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercédem tuam. Suscépit mulier & nutrit púerum: adultumque trádidit filiæ Pharaónis.

¶. In omnibus. ut suprà in j. Noët. Dominicæ. 185. Léctio sancti Evangélii: secundum Mathæum.

Lectio iii. Cap. 25.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discípulis suis; Cùm vénérat Fílius hominis in majestáte sua, & omnes Angeli ejus cum eo: tunc sedébit super sedem majestatis suæ, & congregabúntur ante eum omnes gentes. Et separabis eos ab invicem: sicut pastor segregat oves ab höedis. Et státuet oves

quidem à dextris suis? quidem à sinistris.
Et reliqua.

Homilia sancti Ephrem
Syri Diaconi.

De 2. advent. & consum.
seculi.

Audite, Fratres charissimi. Quid obsecro factuum sumus; quando in furore, & ira intolerabili descendet Dominus sedebitque in sollio gloriae suae; omnemque terram ab ortu Solis usque ad occasum, & cunctos fines orbis advocabit, ut iudicer populum suum, reddatque singulis juxta opera sua. Heu, heu mihi. Quales & quo animo tunc oportabit nos esse; quando nudi ac timidi ibi apparabimus: proditur, ad horrendum illud tribunal. Heu, heu mihi. Ubi tunc carnis fortitudo? ubi tunc humana voluptas? ubi tunc impudens inverecundaque audacia? ubi tunc ornatus vestium? ubi tunc voluptas peccati verè immunda ac sordida? ubi tunc eorum negligētia, qui in desidia & impietate hīc vitam transgērunt? ubi tunc

deliciarū illēcebræ? Cuncta illa præterierunt: & mollis aeris instar dilolita sunt. Ubi tunc avatitia? ubi, qui in multitudo gloriabantur divitiarum suarum, & Deum contemnēbant? tunc aspicientes verè mirabuntur; conturbabuntur: tremor apprehendet eos. Ibi dolores ut parturiēntis: in spiritu vehementi tunc conterentur.

R. In jejūnio. 186.

A D L A U D E S.

Antiphona & Psalmus
Miserere. *Cum reliquis de Psalterio. 70.*

Capitulum. Ioel. 2.

Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejūnio & fletu, & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra; & convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multus misericordia: & præstabilis super malitia. R. Scāpulis suis obumbrabit tibi. R. Et sub penitus ejus sperabis.

Ad Benedictus, Aña. Venite, Benedicti Patris mei; Percipite regnum, quod vobis

vobis paratum est ab origine mundi.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

Converte nos, Deus salutaris noster; & ut nobis jejuniū Quadragesimale proficiat: intentes nostras cœlestibus instrue disciplinis. Per Dominum nostrum.

Hodie ad Horas dicuntur septem Psalmi Pœnitentiales.

Ab hac die inclusivè usque ad Pascha Vespera dicuntur ante comedionem, exceptis diebus Dominicis & Festis novem Lectionum.

Ad Vespertas, Aña. Inclinavit Dominus. Psal. Diléxit. cum reliq. de Psalterio.

Capitulum. Isaiae 58.

Frange esuriēti panē tuum, & egénos vagosque induc in domum tuam: cùm videris nudum, óperi eum: & carnem tuam ne despéxeris. ¶ Angelis suis mandávit de te. ¶ Ut custódiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Aña. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis dicit Dominus.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

Absolve, quæsumus Domine, nostrorum vincula peccatorum: & quicquid pro eis meremur propitiatus averte. Per Dominum.

FERIA TERTIA.

De Libro Exodi.

Lectione j. Cap. 2. & 3.

Post multum verò temporis, mortuus est Rex Ægypti: & ingemiscentes filii Israël propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum, ab opéribus. Et audívit gémítum eorum: ac recordatus est fœderis: quod pépigit cum Abraham, Isaac & Jacob. Et respéxit Dominus filios Israël, & cognovit eos. Móyses autem pascébat oves Jethro sóceri sui Sacerdotis Madian; cumque minálset gregem ad intériora deserti: venit ad montem Dei Horeb. Apparuitque ei Dominus inflamma ignis de medio rubi: & vidébat quod rumbus ardéret, & non combureretur. Dixit ergo Móyses. Vadam & vidé-

bo visiōnē hanc magnam: quare non comburātur rubus. Cernens autem Dóminus quod pérgeret ad vidéndum; vocávit eum de médio rubi & ait. Móyses, Móyses. Qui respónsit Adlum. At ille; ne apprópies, inquit, hūc? Sólve calceaméntum de pédibus tuis; locus enim, in quo stas? terra Sancta est. Et ait. Ego sum Deus Patris tui; Deus Abraham, Deus Isaac: & Deus Jacob. Abscóndit Móyses fáciem suam: non enim audébat aspícere contra Deum. Cui ait Dóminus; Vidi afflictiónem pópuli mei in Ægypto, & clamórem ejus audívi, propter durítiam eórum, qui præsunt opéribus: & sciens dolórem ejus descéndi, ut líberem eum de mánibus Ægyptiorum, & edúcam de terra illa, in terram bonam & spatiósam.

Rq. Abscóndite. *ut suprà in ij.* Noct. Dominica. 186.

Lectione ij.

Clamor ergo filiórū Israël venit ad me: vidíque afflictiónem eórum, qua ab Ægyptiis op. primúntur. Sed veni, &

mittam te ad Pharaónem; ut edúcas pópulū meum, filios Israël de Ægypto. Díxitque Moyses ad Deū; Quis sum ego, ut vadam ad Pharaónem, & edúcam filios Israël de Ægypto? Qui dixit ei. Ego ero tecum; & hoc habébis signum quód miserim te? Cum edúxeris pópulum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum. Ait Móyses ad Deum; Ecce ego vadam ad filios Israël, & dicam eis. Deus Patrum vestrórum misit me ad vos. Si díixerint mihi; quod est nomen ejus? Quid dicam eis? Díxit Deus ad Móysem. Ego sum, qui sum. Ait. Sic dices filiis Israël? Qui est, misit me ad vos. Díxitque íterum Deus ad Móysem; Hæc dices filiis Israël? Dóminus Deus Patrum vestrorum? Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob misit me ad vos? hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriále meum in generatiōne & generatiōne. Vade, & cōgrega Seniores Israël: & dices ad eos. Dóminus Deus

Deus Patrum vestrorum appáruit mihi; Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Jacob, dicens: Visitans visitávi vos, & vidi ómnia, quæ accidérunt vobis in Ægypto; & dixi ut edúcam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorithæi, & Pherezæi, & Hévæi, & Jebusæi: ad terram fluéntem lacte & melle.

¶. Dómine Deus. 187.

Lectio sancti Evangélii: secundum Mathæum.

Lectio iij. Cap. 21.

In illo tempore: Cùm intrásseret Jesus Jerúsalem, commóta est univer- sa Civitas, dicens; Quis est hic? Pópuli autem di- cebant; Hic est Jesus Prophéta à Názareth Galilææ: Et intrávit Jesus in templum Dei, & ejiciébat omnes vendentes & emén- tes in templo; & mensas nummulariorum, & cá- thedras vendéntium co- lúmbas: evértit. Et dicit eis; scriptum est: domus mea dómus oratiónis vo- cábitur. Et réliqua.

Homilia Venerabilis Be- da Presbyteri.

Nolens ipse Dóminus náliquid in domo sua terrénæ negotiatióis, ne ejus quidem quæ honésta putarétur exhibéri; dis- pulit negotiatóres injú- stos: & foras omnes, si- mul cum iis, quæ nego- tiabántur ejécit. Quid er- gò, Fratres mei; quid pu- támus fáceret Dóminus, si vidísset dissidéntes; si fábulis vacántes; si risu dissolútos; vel álio quóli- bet scélere réperiéret irre- titos: qui hóstias, quæ sibi immolaréntur; emén- tes in templo vidi: & eli- mináre festinávit. Hæc propter illos díximus qui Ecclésiam ingréssi; non solùm intentiόnem orán- di négligunt: verùm etiā ea, pro quibus oráre de- búerant augent. Insuper & arguéntes se pro hujus- modi stultitia cum vitiis odiisque, vel etiā detrac- tionibus insequúntur ad- déntes, videlicet peccáta peccátis: & quasi funem si- bi longissimum, incáutè eórum augmentatiōne te- xéntes, nec timéntes: ex eo districti Júdicis exami-

natiōne damnāri. Bis in sancto Evangēlio lēgi-
mus ; quod veniens in tem-
plum Dōminus : ne-
gotiatōres ejēcerit. Sed
hoc idem eum in templo
sanctæ Ecclésiæ ; & exāmi-
ne quotidiānæ visitatiōnis
ágere ? omnis, qui restat
sapit, intellēgit. Unde mul-
tūm tremēnda sunt hæc,
dilectissimi ; & digno ex-
pavescēda timōre, sedu-
lāque præcavēdum in-
dūstria ; ne véniens im-
provīsus, pervaēsum quid
in nobis, unde méritō fla-
gellāri, ac de Ecclésia éji-
ci debeāmus invéniat ? Et
maximè in illa, quæ spe-
ciáliter Donius oratiōnis
vocatur. Observāndum ; ne
quid inéptum gerāmus ?
ne cum Coríntiis audiá-
mus ab Apóstolo ; Num-
quid domos non habétis
ad agénda vel loquénda
temporália ? aut Ecclésiam
Dei contémnitis ?

R. Pater peccávi. 187.

Ad Benedictus, Aña. Scri-
piunt est enim ; quia Do-
minus mea, Domus oratiō-
nis est cunctis géntibus.
Vos autem fecistis illam
speluncā latrónum. Et erat
quotidie docens in cēplo.

*Deinde dicuntur magna
Preces.*

Orémus. *Oratio.*

Respice, Domine, fa-
miliam tuam, & præ-
sta ; ut apud te mens no-
stra tuo desidério fúlgeat:
quæ se carnis maceratiō-
ne castigat. Per Dñm.

*Hodie ante primas Lita-
nias dicitur.*

R. Domine Dens, propi-
tius esto populo tuo. Et
converte tribulatiōnem
nostram in gaudium.

V. Adjúva nos Deus salu-
taris noster, & propter
gloriā nōminis tui Dó-
mine, libera nos. Et con-
vérite.

Ad Magnificat, Aña.
Domus mea, domus ora-
tiōnis vocabitur.

*Deinde dicuntur magna
Preces.*

Orémus. *Oratio.*

Ascéndant ad te, Dó-
mine, preces nostræ :
& ab Ecclésia tua cunctam
repelle nequitiam. Per
Dominum.

FERIA QUARTA.

Quatuor Temporum.

De Libro Exodi.

Lectio 1. Cap. 4.

Ait Móyses. Obscero
Dómine, non sum
éloquens.

eloquens ab heri & nūdius tértius ; & ex quo loqútus es ad servum tuum : impeditióris & tardioris linguæ sum. Dixit Dóminus ad eum ; quis fecit os hóminis , aut quis fabricatus est mutum & surdum, vidéntē , & cæcum ? nonne ego ? Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doccebóque te, quid loquaris. At ille ; Obscero , inquit, Dómine ? mitte , quem missurus es. Irátus Dóminus in Moysen, ait. Aaron , frater tuus Levites, scio quod éloquens sit, Ecce ipse egréditur in oculum tuum , vidénsque te lætabitur corde. Lóquerere ad eum , & pone verba mea in ore ejus ; & ego ero in ore tuo , & in ore illius : & osténdam vobis. quid ágere debeatis, Ipse loquétur pro te ad populū, & erit os tuum tu autem eris ei in his quæ ad Déum pertainent. Virgá quoque sume hanc in manu tua: in qua factúrus es signa.

R. Dicam Deo. ut in iij.
Noct. Dom. præced. 188.

Lectio ij. Cap. 5.

P OSt hæc ingrèssi sunt Moyses & Aaron , &

dixérunt Pharaóni. Hæc dicit Dóminus Deus Israél. Dimítte populum meum : ut sacrificet mihi in deserto. At ille respóndit ; Quis est Dóminus, ut audiam vocem ejus , & dimittam Israél ? Nescio Dóminum , & Israél non dimittam. Dixeruntque ; Deus Hebraórum vocavit nos , ut cámus viam trium diérum , in solitudinem ; & sacrificémus Dómino Deo nostro : ne fortè nobis accidat pestis aut gládium. Ait ad eos Rex Ægypti. Quare Móyses & Aaron sollicitatis populū ab opéribus suis : ite ad ónera vestra. Dixitque Phárao ; Multus est populus terræ : vidétis quod turba succréverit ; quantò magis si dedéritis eis réquiem ab opéribus. Præcépit ergò in die illo præfèctis operum , & exactóribus populi , Dicens : Nequáquam ultrà dabitis páleas populo ad conficiédos latéres, sicut priùs; sed ipsi vadant , & colligant stípulas. Et mensúram latérum, quam priùs faciébant imponétis super eos, nec minuétis quic-

quam. Vacant enim , & idcirco vociferantur , dicentes : Eamus , & sacrificemus Deo nostro.

R. Scapulis suis. 189.

Lectio sancti Evangeli:

secundum Matthaeum.

Lectio iij. Cap. 16.

IN illo tempore : Acceserunt ad Iesum Scribæ & Pharisæi, dicentes. Magister , vobis videmus à te signum videre. Qui respondens ait illis , generatio mala & adultera signum querit ; & signum non dabitur ei: nisi signum Ioannæ Prophætæ. Et reliqua.

Hymnus sancti Joannis

Chrysostomi.

Homil. de Ninivitis & paenitent. sub initium.

Quid Ninivitis irrationabilis ; quid Barbarius ; quid stultius ? attamen Bárbari isti & stulti qui néminem unquam philosóphum audierant ; quibus nunquam tália præcepta crédita erant ; auditis his Prophætæ verbis ; Adhuc tres dies & Ninive subvertetur : intra tres dies deposuerunt omnem malam consuetudinem. Scortator castus ; defraudator & raptor :

modestus & benigius. Ignávus: industrius fatus est. Neque unum aut alterum, aut tertium aut quartum : sed omnia vitia simul correxerunt. Id unde patet ? ex verbis Prophætæ. Ipse enim accusatōr eorum qui dixerat ascēdisse ad se clamorem malitiæ eorum : ipse inquam in contrarium de illis testatus est , dicens. Vedit Deus quemlibet abstitisse à viis suis pravis. Non singulariter dixit à scortatione ; adulterio aut furto : sed à viis suis pravis. At quomodo abstiterunt : eamodū ut Deus vedit non ut homines apprōbant. Porrò an non pudendum bárbaros intra triduum vicia sua exuere ; nos ne unā quidem consuetudinem malā superare possemus qui per tot dies verbis Scripturæ circunsonamur docemur : instruimur.

Ad Benedictus , Ann.
Generatio hæc prava & perversa signum querit , & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophætæ.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus.

Orémus. Oratio.

Preces nostras, quæsu-
mus Dómine, clemén-
ter exaudi; & contra cun-
cta nobis adversántia;
Déxteram tuæ majestatis
exténde. Per Dóminum.

Hodie ad Horas dicun-
tur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Aña. Si-
cūt fuit Jona in ventre
Ceti tribus diebus & tri-
bus noctibus, ita erit Fí-
lius hóminis in corde
terræ.

Deinde dicuntur magna
Preces.

Orémus. Oratio.

Mentes nostras, quæ-
sumus Dómine, lú-
mine tuæ claritatis illú-
stra; ut vidére possimus,
quæ agénda sunt; & quæ
recta sunt ágere valeámus.
Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

De Libro Exodi.

Lectio i. Cap. 11.

Dixit Dóminus ad
Móysen. Adhuc una
plaga tangam Pharaónem
& Ægyptum; & posthaec
dimittet vos; & exire
côpellet. Dices ergo omni
plebi; ut póstulet vir ab
amíco suo, & mûlier à vi-
cina sua; vasa argéntea,

& aurea. Dabit autem Dó-
minus grátiâ populo suo,
coram Ægyptiis. Fuítque
Moyses vir magnus val-
dè in terra Ægypti; co-
ram servis Pharaónis, &
omni populo. Et ait. Hæc
dicit Dóminus; média
nocte egrédiar in Ægyptum,
& moriétur omne
primogénitum in terra
Ægyptiorum; à primogé-
nito Pharaónis, qui se-
det in sólio ejus; usque
ad primogénitum ancillæ,
quæ est ad molam; & óm-
nia primogénita jumen-
tórum. Eritque clamor,
magnus in univerſa terra
Ægypti; qualis nec antè
fuit; nec póstea futurus
est. Apud omnes autem
filios Israël, non mütier
canis ab hómine usque ad
pecus; ut sciatis quanto
miráculo dívidat Dómi-
nus Ægyptios & Israël.

Et ecce nunc tempus. ut
in i. Noct. Domin. 184.

Lectio ii. Cap. 12.

EGréssi filii Israël fecé-
runt sicut præcéperat
Dóminus Moysi & Aa-
ron. Factum est autem in
noctis médio, percússisse
Dóminus omne primogé-
nitum in terra Ægypti; à

primogénito Pharaónis, qui in sólio ejus sedébat, usque ad primogénitum captivæ, quæ erat in cárcere? & omne primogénitum jumentórum. Surrexitque Phárao nocte; & omnes servi ejus, cunctaque Ægyptus; & ortus est clamor magnus in Ægypto: neque enim erat dominus in qua non jacéret mórtuus. Vocatisque Phárao Moysè & Aaron nocte, ait. Súrgite, & egredimini à pôpulo meo, vos & filii Israël: Ite, & immoláte Dómino, sicut dicitis. Oves vestras, & arménta assúmite ut petieratis: & abeuntes benedicite mihi. Urgebantque Ægyptii populum de terra exire velociter. dicentes: Omnes moriémur.

¶ In omnibus. 185.

Lectio sancti Evangélii secundum Joánnem.

Lectio iij. Cap. 5.

IN illo tempore: Dicébat Jesus turbis Judæorum. Non possum ego à meipso facere quicquam: sicut audio júdico. Et júdicium meum justum est; quia non quero voluntatem meam: sed voluntatem ejus qui misit me.

Et reliqua.

Homilia sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 43. in Matth.

IMpossibile est ut credant Christo cœlestia prædicánti: qui glóriam hóminum concupíscunt terrénam. Sicut hodie in Evangélio ipse dicit quomodo poténtis crédere; glóriam quæréntes ab invicem: & glóriam quæ à solo Deo est non quærítis. In omni re ex ipsa re náscitur quod extérminet rem. Ut puta in ligno: ex ipso ligno: náscitur vermis qui extérminat lignum. Ex vestiménto náscitur: tinea quæ cōmedit vestiméntum. Ex oléribus náscitur vermis: qui ólera univérsa corrumpit.. Sic & in spirituálibus; ex ipso propórito. eórum spirituáli: accípit occasió nem inímicus unde eis retia texat, quia à se ipso nihil agere potest: nisi occasió nem à nobis accéperit. Ideo unumquémque hóminem aggiéditur secundum conditionem & statum. Ideo & Sacerdotes qui pósiti sunt ad ornaméntum

naméntum pôpuli ; & ad ædificatióne sanctitatis ex ipso ministério eórum accípit colórem diáboli ; & corrúmpit bonum ministérium eórum ut hoc ipsum bonum dum propter hómines fit fiat malum. Tolle ergo hoc vítium de Clero ne velint hóminibus placere ! & si ne labore ómnia vítia resecántur.

R. In jejunio. 186.

Ad Benedictus, Aña. Dixit quidam ad Iesum ; Ecce Mater tua & Fratres tui foris stant, quæréntes loqui tecum. At ille respóndens dicénti sibi ait. Quæ est Mater mea, & Fratres mei ? & exténdens manum in Discípulos suos dixit : Ecce Mater mea, & Fratres mei.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. Oratio.

*D*Evotiónem pôpuli tui, quæsumus Dómine benignus inténde ; ut qui per abstinentiam macerántur in corpore per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum.

Hodie ante secunda: Li-

tanias dicitur Aña. Dime
mitte, Dómine peccáta
pôpuli tui, secundùri
multitudinem misericórdiæ tuæ : sicut propítius
fuisti Pátribus nostris,
propítius esto & nobis ;
& implébitur glória tua
univérsa terra.

Ad Magnificat, Aña. Si quis fécerit voluntátem Patris mei, ipse meus frater & soror & mater est.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

*D*A, quæsumus Dómine, pôpulis Christiánis ; & quæ profítentur agnoscere : & cœlesti munus diligere , quod frequéntant. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Quatuor Temporum.

Lectio j. Cap. 14.

*N*unciátum est Regi Egyptiorum , quod fugísset pôpulus ; immutatumque est cor Pharaonis & servórum ejus super pôpulo : & dixerunt. Quid volúimus facere , ut dimitterémus Israël , ne servíret nobis : Junxit ergò curium , & ómnen pôpulum suū assúmpsit secum. Taliisque sexcentos currus

eléctos ; & quidquid círruum in Ægypto fuit ? & duces totius exércitus. Induravítque Dóminus cor Pharaónis Regis Ægypti ; & persecútus est filios Israël : at illi egréssi erant in manu excélta. Cúmque persequeréntur Ægyptii vestígia præcedéntium ; repererunt eos in castris super mare : omnis equitátus & currus Pharaónis ; & univérsus exércitus erant in Phiháhiroth : contra Beélsephon. Cumque appropinquéisset Phátao , levántes filii Israël ocu-los ; vidérunt Ægyptios post se ; & timuérunt val- dè ; clamaverúntq ; ad Dó- minum . , & dixérunt ad Moysen . Fórlitan non erant sepúlchra in Ægypto . ; idèò tulísti nos , ut morerémur in solitúdine ? Quid hoc fácerem voluísti , ut edúceres nos ex Ægypto ?

R. Abscondite. ut in
ij. Natt. Domin. 186..

Lectio ij.

Cumque extendísset Moysés manum su- per mare ; absculit illud Dóminus : , flante vento- nubemantib; & intente tota-

nocte , & vertit in siccum ; divisaque est aqua. Et ingréssi sunt filii Israël per médium siccí maris , erat enim aqua , quasi murus à dextera eórum & lèva. Persequentesque Ægyptii ingrési sunt post eos , & omnis equitátus Pharaónis , currus ejus & équites , per médium maris . Jamque advénerat vigília ma- turína ; & ecce respiciens Dóminus super castra Ægyptiorum per colúmnam ignis & nubis : interfécit exércitum eórum , & sub- vérit rotas curruum , fe- rebanturque in profún- dum. Dixérunt ergò Ægyptij ; Fugiámus Israë- lem ! Dóminus enim pu- gnat pro eis contra nos . Et ait Dóminus ad Moy- sen . Exténde manum tuá super mare , ut revertántur aquæ ad Ægyptios , super currus & équites cōium . Cúmque extendísset Moy- ses manum contra mare , revertsum est primo dilú- culo ad priórem locum , fugientib; que Ægyptiis occurrérunt aquæ , & in- volvit eos Dóminus in médiis fúctibus .

R. Dómine Deus. 187.

Lectio

Lectio sancti Evangélii : secundum Joánnem.

Lectio iij. Cap. 5.

IN illo tempore : Erat dies festus Iudeorum, & ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis probática piscina, quæ cognominatur Hebráicè Bethsáida: quinque pórticus habens; in his jacébat multitúdo magna languentium ; cæcōrum ; claudōrum ; aridōrum: expectantium aquæ motum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

In Paralyticum.

Vis sanus fieri : O Dómini curationem, nihil inánis gloriæ habéntem. Non expéctat ut eum infirmi obsérentur; ipse ad ægros promptè accedit. Cum enim sit justitia: Sol in omnes explicat: beneficii radium. Signum hoc infirmitatis Iudeorum quinque nimirū illæ pórticus infirmis plenæ; quinque enim sensibus : Iudei infirmi erāt. Visu; olfactu: gustu; auditu: tactu. Totis his ægrotabant. Non habebant mundum oculum: qui miracula cerne-

rent & despícerent. Non gustū grátuni: qui manuia éderent & pepónes requirerent. Non sincerum olfactum: qui unguento Dominico diabólicū fœtorem præferrent. Non aurem puram: qui dracónis sibilaménta, non prophetarum doctrinam audirent. Non tactum vivacem: qui ídolis deitátem adscriberent Deumque verum contémnerent. Adveniens tamen Dóminus carnali præsentiâ suâ; ipse tunc sensuum conditor tum opifex creaturarum: simul ac semel tum corporales sanavit morbos: tum peccata quæ voluntate contrahuntur emendavit. Nam qui nobis argumento propósitus est paralyticus: utramque iesi ferébat plagam.

R. Pater peccávi.

Ad Benedictus, Aña. Dómine non hábeo hóminem, ut cum turbáta fuerit aqua, mittat me in piscinam.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.
Esto, Dómine, propitius plebi tux; & quam tibi

tibi facis esse devótam : benígnō rēfōve miserātus auxilio. Per Dóminum.

Hode ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Aña.
Ecce sanus factus es ; jam noli peccāre , ne detérius tibi áliquid contíngat.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. — Oratio,
Exaudi nos, misericors Deus : & mēntibus nostris grátiae tuæ lumen osténde. Per Dóminum.

S A B B A T O

Quatuor Temporum.

De Libro Exodi.

Lectio 7. Cap. 19.

Descéndit Dóminus super montem Sínai, in ipso montis vértice, & vocávit Moysen in cacúmen ejus. Quò cùm ascéndisset : dixit ad eum ; Descénde , & contestáre pöpulum , ne fortè velit transcéndere térmilos ad vidéndam Dóminum , & péreat ex eis plúrima multitudo. Sacerdótes quoque qui accédunt ad Dóminum, sanctificéntur, ne percútiat eos. Dixitque Moyses ad Dóminum ; Non pöterit vulgus af-

céndere in montem Sínai ; Tu enim testificátus es, & iussisti dicens ; Pone térmilos circa montem , & sanctifica illum. Cui ait Dóminus ; Vade, descénde. Ascendésque tu , & Aaron tecum; Sacerdótes autem , & pöpulus , ne tránsleant térmilos , nec ascéndant ad Dóminum ; ne fortè interficiat illos. Descendítque Moyses ad pöpulum, & ónnia narrávit eis.

R. Dicam Deo. ut in ij. Noct. Dominica. 188.

Lectio ij. Cap. 32.

Locutus est autem Dóminus ad Moysen , dicens ; Vade , descénde ; peccávit pöpulus tuus , quem eduxisti de terra Ægypti. Recessérunt ciudate via , quam ostendisti eis ; feceruntque sibi vitulum confátilem : & adoravérunt, atque immoláentes ei hóstias : dixerunt. Isti sunt Dii tui, Israël , qui te eduxérunt de terra Ægypti. Rursúmque ait Dóminus ad Moysen ; Cerno quod pöpulus iste duræ cervícis sit , dimitte me ut irascatur furor meus contra eos : & décam

eam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dóminum Deum suum, dicens, Cur, Dómine, iráscitur furor tuus contra pöpulü tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne quæso dicant Aegyptii, cällidè edúxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret ē terra? quiéscat ira tua, & esto placabilis super nequitia pöpuli tui.
¶ Scapulis suis. 189
Lectio sancti Evangélii:
secundum Matthæum.

Lectio iiij. Cap. 17.

IN illo tempore: Ascensus est Iesus Petrum & Jacobum, & Joánnem fratrem ejus; & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos: & resplenduit fácies ejus sicut Sol. Vestimenta autē ejus: sicut a sūt alba sicut nix. Et reliqua.

Homilia sancti Leonis
Papæ.

Sermone de eodem Evangelio sub medium.

Aperit Dóminus coram éléis, testibus glóriam suam, & communem illam cum ceteris

corpóribus formam, tanto splendore clarificat: ut & fácies ejus Solis fulgori similis, & vestitus candori nívium esset æqualis. In qua transfiguratio ne illud quidem principáliter agebatur; ut de cōdibus Discipulorum crucis scandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntariæ humiliatis passiōnis: quibus revelata esset absconditæ excellētia dignitatis. Sed non minore providentia spes Ecclesiæ sanctæ fundabatur; ut totum Christi corpus agnosceret, quali esset commutatiōne donandum, ut ejus sibi honoris consortium membra promitterent: qui in capite perfūsisset. De quo idem Dóminus dixerat, cùm de Advéntus sui majestate loqueretur: Tunc justi fulgebunt sicut Sol in regno Patris cōrum. Protestante hoc ipsum Brāto Paulo Apóstolo & dicente: Existimō enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram glóriam, quæ revelabitur in nobis. ¶ Angelis suis. 189.

Ad

Ad Benedictus, Aña. Assumpit Jesus Discípulos suos, & ascéndit in montem, & transfigurátus est ante eos.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

POpulum tuum, Dómine, propítius respice: atque ab eo flagella tuæ iracundiæ cleménter averte. Per Dóminum.

Hodiè ante tertias Litanias dicitur

Antiph. Exaudi, Deus, deprecationem nostram, & propítius esto populo tuo, & cōvérite tribulacionem nostram in gáudium, ut viventes benedicámus te, Domine.

Ad Vesperas,
Capitulum. 1. Thess. 4.

ROgámus vos, & observámus in Dómino Jesu, ut quemadmodum accépitis à nobis; quómodo vos opórteat ambuláre & placere Deo: sic & ambulétis, & abundétis magis.

¶. Angelis suis Deus mandávit de te. ¶. Ut custódiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Aña.

Descendéntibus illis de monte præcépit Jesus, dicens; Némini dixeritis visionem. *Duplicatur.*

Orémus. Oratio.

Deus, qui conspícis omní nos virtute destituí: interiùs exteriúls que custodi; ut ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore: & à pravis cogitationibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

Nulla fit Processio.

Ad Completor. Hymnus.
Audi benigne. 183.

DOMINIČ. SECUNDA.

Quadragesima.

Ad Matutinum, Invitatorium. Non sit vobis vanum surgere ante lucem, quia promisit Dóminus corónam vigilantibus. *Psalmus.* Venite exultémus. 2.

Ad Nocturnos omnia ut in Psalterio. ¶. Dicet Dómino. ¶. alij ¶. ibidem Tempore Quadragesima.

In Primo Nocturno.
Incipit Liber Leviticus.

Lectio j. Cap. 1.

Vocavit autem Moy-sen, & locútus est Dóminus de tabernáculo testimónij, dicens; Lá-quere

quere filii Israël , & dices ad eos. Homo, qui obtulerit ex vobis hóstiam Dómino de pecóribus , id est, de bobus & óvibus ófferens víctimas ; si holocáustum fuérit ejus oblátio , ac de arménto : másculum immaculátum ófferet ad óstium tabernáculi testimónij , ad placándum sibi Dóminum. Ponétque manum super caput hóstia , & acceptabilis erit, atque in expiaciónem ejus proficiens. Immolabítque vítulum coram Dómino , & óffrerent filij Aaron Sacerdótes sanguinem ejus ; fundéntes per altáris circúitum : quod est ante óstiū tabernáculi. Detracitáque pelle hóstia ; artus , in frusta concídent , & subjícient in altári ignem ; strue lignórum ante composita ; & membra , quæ sunt cæsa , désuper ordinantes , caput vidélicet , & cunæta , quæ adhærent jecori , intestinis & pédiis lotis aquâ ; adolebítque ea Sacérdos super altáre in holocaustum : & suavem odórem Dómino.

Ex. Tolle arma tua , phá-

retram & arcum , & affect de venatióne tua ut cómedam , * Et benedicat tibi áнима mea. ¶ Cumque venátu aliquid apprehénderis , fac mihi inde pulmémentum ut cómedam. Et benedicat.

Lectio ij. V. 10.

QUOD si de pecóribus oblátio est , de óvibus , sive de capris holocáustum , másculum absque mácula ófferet ; immolabítque ad latus altáris , quod réspicit ad Aquilónem : coram Dómino . Sanguinem verò illius fundent super Altáre filij Aaron per circúitum ; dividéntque , membra , caput , & ómnia , quæ adhærent jecori : & ponent super ligna , quibus subjiciéndus est ignis intestina verò & pedes lavábunt aquâ. Et oblata ómnia adolébit Sacérdos super altáre , in holocaustum & odórem suavissimum Dómino. Si autem de ávibus holocáusti oblátio fúerit Dómino : de turturibus , aut pullis colúmbæ ófferet eam Sacérdos ad altáre ; & retorto ad collum cápite , ac rúpto vúlneris loca :

loco : decurrere faciet & sanguinem super crepidenem altaris.

R. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus ; crescere te faciat Deus meus.

* Et donet tibi de rore cœli benedictionem.

V. Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. Et donet.

Lectio iij. Cap. 6. v. 1 r.

OMnis oblatio , quæ offertur Domino , absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellisadolébitur in Sacrificio Domino. Primicias tantum eorum offerétis ac múnera : super altare verò non imponéntur in odorem suavitatis. Quicquid obtuleris Sacrificij , sale condies ; nec auferes sal fœderis Dei tui de Sacrificio tuo. In omni oblatione tua offeres Sal. Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc viréntibus : torrébis igni ; & confringes in morem farris , & sic offeres primicias tuas Domino , fundens supra

óleum , & thus impónens , quia oblatio Domini est : de qua adolébit Sacerdos in memóriam múnieris , partem farris fracti , & ólei , ac totum thus.

R. Det tibi Deus de rore cœli , & de pinguēd ne terræ abundantiā ; serviant tibi tribus & populi . * Esto Dominus fratum tuorum. **V.** Et incurvéntrant te filij matris tue. * Esto Dominus , Glória Patri. Esto Dominus.

In secundo Nocturno.
De Sermone sancti Euchérij Lugdanensis Episc.
Serm. in initio Quadragesimæ.

Lectio iv.

BÉatum Moysen per quadragenárium continuatæ abstinentiæ Sacrificium cœlestis collóquij legimus acquisisse commérrium ; sic enim habémus. Loquebátur inquit , Dominus ad Moy sen facie ad faciem : Sicut solet homo loqui ad amicum. Hoc ideò legimus ut intelligánius ; Homínibus purificatiōne jejunijs : viciniam Dei præsentiamque confétri. Sed & Ninivitæ per abstinen- tiā

tiam iræ désuper immi-
nentis suspendérunt rui-
nam ; & párvuli ac pécora
párter abstinentes egrés-
san à Dómino flagam ,
atque senténtiam jam ca-
dente m , ut sic dixerim
retorsérunt : Tam mani-
féstum judicátes affectio-
nis remédium : ut sibi &
animálium créderent pro-
délle jejúnium. Sic ergo ,
Chaiſſimi ; Dei præoccu-
pémus ac removémus sus-
céptā humilitate judiciū ?
quando ipsi in nobis vo-
luntária damnámus con-
tritíone peccátum.

R. Cum exiret Jacob de
terra sua , vidi glór' am
Dei , & ait : * Quāni ter-
ribilis est locus iste , non
est hic áliud , nisi Domus
Dei & Porta cœli. ¶ Verè
Dóminus est in loco isto ,
& ego nesciébam. Quām
terribilis.

Lectio v.

Atingámus strictim ,
quid boni hábeat ca-
stigatio corporális ; Ag-
noscámus ecóntra : quod
incómmodi nátriāt oble-
etaménta carnália. Divína
senténtia est , quæ dicit.
Anima , quæ est in delí-
ciis , vivens mórtua est.

Tunc planè vera mors est ,
quando homo , ánima
præmoriéntur deteriore si-
bi parte hóminis sit su-
pérstes. Et álio loco ; cum
de corpore delíciis resolu-
to ánima damnanda
tránsierit , audi , quid de
ea Dóminus dicat ; Quan-
tum , inquit , in deliciis
sunt ? tantum date illi
torméntum & luctum. Sed
& secundùni fidem Evan-
gélici & cœlestis oráculi ;
Dives ille post delicias
æternis tráditur flammis ?
Lázarus post esúriem bea-
titúdinis grémio ange-
lorum inféritur obséquiiis.
Et propter hoc ad utrúm-
que lóquitur Sermo Diví-
nus ; Fili , recepísti bona
in vita tua ? Lázarus simí-
liter mala. Uni transacta
vitæ jocunditas loco crí-
minis imputátur : álij ,
post malórum tollán-
tiā : repræsentatio fit
bonorum.

R. Si Dóminus Deus meus
fuerit mecum in via ista ,
qua ego ámbulo ; & custo-
dierit me , & déderit mihi
panem ad edendum , &
vestimentum , quo opé-
riar , & revocáverit me
cum salúte , * Erit mihi
Dóminus

Dóminus in refúgium, & lapis iste in signum.

V. Surgens ergo manè, tulit lāpidem quem supposuerat cāpti suo, & eréxit in títulum, dicens. Erit mihi.

Lectio vij.

Si perest inter hæc, ut pœnitentiæ sancta proféssio bene cœpta melius cōsummetur. Reserata Ecclésiæ lumina assiduis terántur officiis; ponátur ori cordique custódia. Pars noctis & diéi in gémitu & oratiōibus: hoc sancto Quadragesimæ tēpore occupétur. Risus; jocus; scurritas relinquácur: refugiatur epulatiōnes & ebrietas. Quod si vos ita non fáctis; sola vos nōminis falsitatem decípit. Quod autem intérduum étiam in præsénti in aliquos cœlestis desévit offénsa, in causa est: Quod manifestantur étiam hic divina iudicia ut secundum Salomónem, castigato pestífero, fidélis efficiatur astútior; manus suas lavet in sanguine peccatóris; Manus suas lavet, id est, ópera sua visa málorum pœnâ: purifícet.

Refugiéndæ sunt ergo epulatiōnes & ebrietates, maledicta mendacia.

R. Erit mihi Dóminus in Deum, & lapis iste, quem eréxi in títulum, vocábitur Domus Dei; & de universis, quæ déderis mihi, * Décimas & hóstias pacificas. * Offeram tibi. V. Et appellávit nomen urbis Bethel-vovit étiam votum, dicens; Décimas. Glória Patri. Offeram tibi.

In tertio Nocturno.

Léctio Sancti Evangélij: secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 5.

In illo tempore: Egreditus Jesus secéssit in partes Tyri & Sídonis. Et ecce Múlier Chananea; à finibus illis egredita: clamávit, dicens ei; Misere rére mei, Dómine, Fili David: filia mea malè à dæmonio vexatur; & non respondit ei verbum. Et reliqua.

Homilia Sancti Basilij, Seleuciæ Episcopi.

Sermone in Chananeam sub medium.

Vide Evangelistam sibi narratiōne placéntē; ac Domíni tránsitus causam

sam detegéntem. Et egréssus inde Jesus, venit in partes Tyri & Sidónis. Inde; unde: ubi mirácula patrando calúmniam patiebátur, sanando ægros, injúrias referébat; beneficiis profúsis: fidem nullam impetrábat. Et ecce mûlier à finibus illis, egrëssia: clamábat, dicens. Fili David: miserére mei. Mûlier Chananaea; sed quæ ánnimi ingenuitatem genus répulit: natúram fide vicit. Nemo jam, inquit, Chananaeos accúset; mûlier majórum disfólvit crímina: hospes piis fit, dum clamat; Fili David: miserére mei.

R. Orávit Jacob & dixit, Dómine, qui dixisti mihi: Revértere in terram nativitatis tuæ: * Erue me de manu fratri� mei, quia valdè eum tímeo. ¶ Deus in cuius conspéctu ambulavérunt Patres mei; Dómine, qui pascis me à juventute mea. Erue.

Lettio viij. multò post.

O Mûlieris in Sacrórum Evangeliorum acta relata fides! Non licet mittere panem filiorum catéllis; Ad quæ

Christi verba: ingeniosè illa repósuit. Etiam, Dómine; contuméliam: teneo pignus curatiónis. Etiam catelli edunt de mensa Dominorum suórū. Spondet mihi salutem: canis appellatio. Múneris modus: ipse sit qui injuriæ. Canem vocásti; quæ sim familiæ pars: Dómini mensa pótiar. Inter filios, micarum partem habet canis; non rápio panem; micas quæro: non in mensam insílio. Ad micas anhélo; nihil moror delicias: étiam tua ex manu mica décidat. O Fides; ô Prudéntia; ô Chananaæ modéstia! Quid igitur Salvátor áperit, quid siléntium párturit?

R. Dixit Angelus ad Jacob; Dimítte me, Auróra est Respónsitei: Non dimittam te, nisi benedíxeris mihi: * Et benedíxit ei in eódem loco. ¶ Nequáquam, inquit, Jacob, appellábitur nomen tuum, sed Israël. Et benedíxit.

Lettio ix.

O Mûlier, magna est fides tua: Ideoque grátiam distuli, ut fidem tuam

tuam osténderem. Non velut incleméntia durus obticébam ; sed ut futúri præciosus : evéntus siléntium tenébam. Tota fides tua dum proderétur, ex-peclábam; intelligere volébam eos, qui adélissent: Quantum in Chananæa margaiútum latéret. Totam tibi curatiónis men-sam explíco ; non ut canimicas: sed ut filiæ panem lárgior. Tu Judæos fide viciuli ! ego múnere tua postuláta. Fiat tibi sicut vis ; Tu filiæ medére ; in te circúmfers : curatiónis remédium. Judæórum , id est, Dæmonum victrice præmium fidei refert naturæ curatiónem. Fidem colámus , Ecclésiæ corónam ; Diligámus fidem Adoptiónis fundaméntū: Fidem nimirum , cuius fulgóres dæmones non ferunt : Fidem Christi Discipulórum caput.

R. Vidi Dóminum fácie ad fáciem, * Et salva facta est ánima mea. ¶ In báculo meo transívi Jordánem istum , & nunc cum duábus turmis regredior. Et salva facta est ánima mea.

AD LAUDE S:

Antiphona.

Domine lábia mea apéries , & os meum annuncíabit laudem tuam.

Psalmus. Miserére. 70.
Aña. Déxtera Dómini fecit virtútem ; Déxtera Dómini exaltávit me.

Psalmus. Confitémi-ni. 26.

Aña. Factus est adjútor meus , Deus meus.

Psalmus. Deus , Deus meus. 21.

Aña. Trium puerórum cantémus hymnum, quem cantábant in camíno ignis, benedicéntes Dómino.

Psalmus. Benedícite. 22.
Aña. Státuit ea in æternum , & in sæculum sæculi : præceptum pósuit & non præteríbit.

Psalmus. Laudáte Dó-minum. 23.

Capitulum. 1. Thess. 4.

Rogámus vos , & obsecrámus in Dómino Jesu , ut quemádmodum accepístis à nobis ; quómodo vos opórteat ambuláre & placére Deo : Sic ambulétis , & abundétis magis.

¶. Dómine refúgium factus es nobis.

R. A generatione & pro-génie.

Aña. O muller magna, est fides tua! Fiat tibi si-cut petisti. Duplicatur.

Orémus. Oratio.

Deus, qui cónspicis, Domní nos virtute de-stíui: intérius exteriús que custódi; ut ab ómnibus adversitatibus muniá-mur in corpore: & à pravis cogitatióibus mun-démur in mente. Per Dó-minum.

Ad Tertiam, Capitulum.

Rogámus vos. ut suprà.

R. Partícipem me fac, Deus, ómnium timén-tium te. Et custodiéntium mandata tua.

¶. Aspice in me, & misere-re mei secúndum judí-cium diligéntium nomen tuum. Et custodiéntium. Glória Patri. Partícipem. ¶. Dicet Dómino, suscép-tor meus es tu. R. Deus meus, sperábo in eum.

Orémus. Oratio.

Præsta pôpulo tuo, quæsumus Dómine, consolatiónis auxílium; & diuturnis calamitáibus laborántem: propítius respirare concéde. Per Dóminum.

AD SEXTA M.

Capitulum. 1. Thess. 4.

Hæc est enim volún-teitra; ut abstineáatis vos à fornicatióibus: ut sciat unusquisque vestrûm vas suum possidére, in sanctifi-catione & honore.

R. Ab omni via mala prohíbui pedes meos.* Ut custódiam mandata tua, Dómine.

¶. A judiciis tuis non de-clinávi, quia tu legem posuísti mihi. Ut custódiam. Glória Patri. Ab omni. ¶. Ipse liberávit me, láqueo venántium.

R. Et à veibo áspe-ro.

Orémus. Oratio.

Quæsumus, omnipo-tens Deus; ut qui no-stris fatigámur offénsis, & mérito nostræ iniqui-tatis affligimur: pietatis tuæ grátiam cónsequi me-reámur. Per Dóminum.

AD NONA M.

Capitulum. 1. Thess. 4.

Non enim vocávit vos Deus in immundi-tiam; sed in sanctifi-cationem in Christo Iesu Dómino nostro.

R. Sépties in die laudem dixi

dixi tibi , Dómine , Deus fides tua , fiat tibi sicut meus , * Ne perdas me.

¶. Errávi sicut ovis , quæ perierat ; requíre servum tuum , Dómine , quia mandata tua non sum oblitus . Ne perdas . Glória Patri . Sépties in die .

¶. Scápolis suis obumbrabit tibi . R. Et sub pennis ejus sperábis .

Orémus. Oratio.

Purífica , quæsumus Dómine , tuorum corda fidélium : ut à tertena cupiditatem mundati ; & præséntis vitæ periculis eruántur : & perpétuis donis firmentur. Per Dóminum .

Ad Vesperas , Antiphona & Psalmus . Dixit Dóminus . cum reliquis de Dominica . 150 .

Capitulum . Rogáimus vos . ¶. Angelis suis . ut supra ad Vesperas . 208 .

Ad Magnificat , Aña . Dixit Dóminus Muliéri Chananæ ; Non est bonum súmere panem filiorum , & míttere cánibus ad manducandum . * Utique , Dómine ; nam & castelli edunt de micis , quæ cadunt de mensa dominorum suorum . * Ait illi Jesus ; O muller : magna est

fides tua , fiat tibi sicut petísti .

Duplicatur , & in Choro dicitur alternatim , - per partes Asteriscis distinctas .

Ad primam Procesiónem .

R. j. Fer. seq. Dum iret Jacob .

Orémus. Oratio.

Onsérvá , quæsumus Dómine , familiam tuam ; & benedictiōnum tuarum propítius ubertate purífica : ut eruditioñibus tuis semper multiplicetur & donis . Per Dñm . Ad secundā Procesiónem . R. ij. Ecce odor filii mei . ut infrà .

Orémus. Oratio.

Espice , quæsumus Dómine , ad débitam tibi , pòpuli cui servitùtem ; ut inter humánæ fragilitatis incérta , nullis adversitatibus opprimátur : qui de tua protectione confidit . Per Dóminum .

Ad Completor. Hymnus . Audi benignè . 183 .

FERIA SECUNDA .

De Libro Levitici .

Lestio j. Cap. 8 . Ocútusque est Dóminus ad Moysen dicens , Tolle Aaron cum filiis suis ; vestes eórum ; & unctionis

unctionis óleum ; vútulum pro peccáto , duos arietes, canístrum cum ázymis , & congregábis omnem cœtum ad óstium tabernácu-li. Fecit Moyses ut Dóminus imperáverat ; congregatáque omni turba ante fores tabernáculi : ait. Iste est sermo, quem jussit Dóminus fieri ; statimque óbtulit Aaron & filios eius. Cúmque lavísset eos, vestívit Pontíficem subúcula línea, accíngens eum bálteo, & induens eum túnica hyacinthina, & dísper humerále impósuit; quod astríngens cíngulo aptávit rationálē : in quo erat Doctrína & Véritas. Cídari quoque texít caput , & super eam , contra frontem, pósuit láminam auream consecrátam in sanctifica-tióne : sicut præcéperat ei Dóminus. Tulit & unctiōnis óleum , quo linívit ta-bernáculum cum omni supelléctili sua. Cumque sanctificans aspersísset al-táre septem vícibus , unxit illud & ómnia vasa ejus, labrúmque cum basi sua sanctificávit óleo. Quod fundens super caput A-a-ron , unxit eum & conse-

crávit ; filios quoque ejus oblátos vestívit túnicis lí-neis, & cinxit bálteis , im-posuítque mitras : ut jússerat Dóminus.

Rx. Dum iret Jacob de Ber-sabée , & pérgeret Haran, locútus est ei Deus,dicēs: * Terram in qua dormis ti-bi dabo , & sémini tuo. ¶ Et benedicéntur in te, & in sémine tuo cunctæ tri-bus terræ , & ero custos tuus , quocúnque perréxe-ris. Terram in qua.

Lectio ij.

Asuménsque unguén-tum , & sanguinem qui erat in altári , aspérsit super Aaron & vestimenta ejus , & super filios illius , ac vestes eórum. Cúmque sanctificásset eos in vestítu suo, præcépit eis , dicens ; Cóquite carnes ante fores tabernáculi , & ibi comédi-te eas ; panes quoque consecratiōnis édite : qui pósiti sunt in canístro. Sicut præcépit mihi Dóminus , dicens ; Aaron & filii ejus cómedent eos : quicquid autem reliquum fúerit de carne & páni bus, ignis ab-súmet. De óstio quoque tabernáculi non exhibitis septem diébus , usque ad

diem, quo complebitur tempus consecrationis vestrae, septem enim diebus finitur consecratio, sicut & in praesentiárum factum est, ut ritus Sacrificii completeetur. Die ac nocte manébitis in tabernáculo, observantes custódias Dómini: ne moriámini. Sic enim mihi præceptum est. Fereruntque Aaron & filii ejus cuncta quæ locútus est Dóminus per manum Moysi:

R. Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dóminus; crèscere te fáciat Deus meus, * Et donet tibi de rore cœli benedictiōnem. *V.* Tríbuat tibi secúndum cor tuum, & omne consilium tuum confírmet. Et donet.

Léctio sancti Evangélii : secúndum Joánnem.

Lectio iij. Cap. 7.

*I*N illo témpore : Dixit Iesus turbis Judæorum ; Ego vado, & quærétis me, & in peccáto vestro moriémini. Quo ego vado : vos non potestis venire. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

*E*x Tractatu 38. in Ioann. *I*sti remansérunt esse de mundo, quibus dictum est ? Motiémini in peccatis vestris. Nemo ergò dicat, Fratres, de hoc mundo non sum : quisquis es homo, de hoc mundo es. Sed venit ad te qui fecit mundum, & liberávit te de hoc mundo; si deléctat te mundus: semper vis esse immundus. Si autem jam non te deléctat hic mundus : jam tu es mundus. Verúntamen si per aliquam infirmitatēm adhuc te deléctat mundus; hábitet in te qui mundat & eris mundus. Si autem fúeris mundus, non manébis in mundo, nec audies, quod audiérunt Judæi : Moriémini in peccatis vestris. Omnes enim cum peccáto nati sumus; omnes vivēdo ad id, quod nati eramus, addidimus: magisque de mundo facti sumus, quām tunc, quando de paréntibus nostris nati sumus. Et ubi essémus, si ille non veníret : qui non hábeat omnino peccátum, ut sólveret omne peccátum ; in quem Judæi quia nō credébant, merítò audierunt : moriémini in peccatis vestris.

Quia

Quia nō habére peccátum
nullo modò petuístis, qui
cum peccáto nati estis. Sed
tamen, si in me, inquit, cre-
di déritis; cùm peccáto qui-
dem nati estis: sed in pec-
cáto vestro moritúri non
estis. Tota ergo infelicitas
Iudeórum ipsa erat, non
peccátum habére; sed in
peccátis mori? hoc est,
quod debet fúgere Chri-
stianus.

R. Det tibi Deus de rore
cœli & de pinguédine ter-
ræ abundántiam; sérvant
tibi tribús & pópuli.* Esto
Dóminus fratrium tuórum.
X. Et incurvénitur ante te
filii matris tuæ. * Esto Dó-
minus. Glória Patri. Esto
Dóminus.

Ad Benedictus, Aña. Ego
principíum, qui & loquor
vobis.

Deinde dicuntur magna
Preces.

Orémus. *Oratio.*

Præsta, quæsumus, om-
nípotens Deus; ut Fa-
milia tua, quæ se affligé-
ndo, carne ab aliméntis ab-
stinet; sectândo iustitiam
à culpa jejúnet. Per Dó-
minum nostrum.

Hodiè ad Horas dicuntur
Psalmi I'ænitentiales.

Ad Magnificat, Aña. Qui
me misit mecum est, & non
relíquit me solum; Quia
quæ plácita sunt ei fácio
semper.

Deinde dicuntur magna
Preces.

Orémus. *Oratio.*

Ad hunc ostendit supplicationi-
bus nostris, Omnipo-
tent Deus; & quibus fidú-
ciam sperándæ pietatis in-
dulgés? consuétæ miseri-
cordiæ tríbue benignus ef-
fécitum. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

De Libro Levítici.

Lectio j. Cap.9. & 10.

Ingressi Moyses & Aaron
in tabernáculum testimónii, & deinceps egréssus be-
nedixérunt pópulo. Appá-
ruíque glória Dómini
omni multitúdini; & ecce
egressus ignis à Dómino,
devorávit holocauístum, &
ádipes qui erant super al-
táre. Quod cùm vidíssent
turbæ, laudaverunt Dómi-
num, ruéntes in fácies suas.
Arreptisque Nadab & Abiu
filii Aaron thuríbulis, po-
suérunt ignem & incénsum
désuper, offeréntes coram
Dómino ignem aliénum,
quod eis præcéptum non
erat. Egressusque ignis à

Dómino, devorávit eos, & mórtui sunt coram Dómino. Dixitque Moyses ad Aaron: Hoc est quod locútus est Dóminus; sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificábor. Quod audiens tacuit Aaron.

R. Cum exiret Jacob. *ut in iij Noct. Dom. præced. 211.*

Lectio iij. Cap. 16.

Locutusque est Dóminus ad Moysen, post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecisti sunt, & præcepit ei dicens. Léquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuárium, quod est intra velum coram propitiatório quo tegitur arca, ut non moriatur. (quia in nube apparébo super oráculum) nisi hæc antè fecerit. Vítulum pro peccáto offeret, & arietem in holocaustum. Túnica linea vestiétur, feminálibus lineis verenda celábit; accingétur zonâ linéâ, cídarim líneam impónet cápiti, hæc enim vestimenta sunt sancta: quibus cunctis, cùm locútus fuerit,

induétur. Suscipiéntque ab univérsa multitudine filiorum Israël duos hircos pro peccáto, & unum arietem in holocaustum. Cúmque obéliterit vítulum, & oraverit pro se, & pro domo suâ, duos hircos stare faciet coram Dómino, in cœlio tabernáculi testimoniī; mitténsque super utrūmq[ue] sortem, unam Dómino, & alteram capro emissariō: cuius exierit sors Dómino, offeret illum pro peccáto; cuius autem in caprum emissarium statuet eum vivum coram Dómino, ut fundat preces super e., & emittat eum in solitudinem.

R. Si Dóminus, Deus meus. 211.

Lectio sancti Evangélii: secundum Matthæum.

Lectio iij. Cap. 23.

In illo tempore: Jesus locútus est ad turbas, & ad Discípulos suos dicens: Super Cáthedram Moysi sedérunt Scribæ & Pharisæi; Omnia ergo quæcunque dixerint vobis: serváte & facite. Secundum verò opera eórum nolite fáce-re, dicunt enim & non faciunt; alligant ónera gravia

via & insuportabilia & imponunt in humeros hominum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 43. in Matthæum.

Quid dicit de Sacerdotiis tibus audiamus. Super cathedram Moysi sedérunt Scribæ & Pharisei. Id est multi Sacerdótes & pauci Sacerdótes. Multi nōmine pauci opere. Videte ergo quómodo sedeatis super eam ; quia cathédra non facit Sacerdotem : sed Sacerdos cathédram. Non locus sanctificat hominem : sed homo locum. Non omnis Sacerdos sanctus est : sed omnis sanctus , Sacerdos. Qui bene séderit super cathedram honorem accípiet ab illa. Qui malè séderit : injuriam facit cathédrae. Ideoque malus Sacerdos de sacerdótio suo crimen acquirit : non dignitatem. In iudicio enim sedens ; si quidem benè vixeris & benè dócueris : omnium iudex es. Si autem benè docuérис & malè víxeris: tui solius condemnátor es. Nam benè vivendo & benè docéndo populum instruis quómo-

do débeat vivere. Benè autem dócendo & malè vivéndo ? Deum instruis quómodo te débeat condemnare. Tu autem.

R. Erit mihi Dñs. 212.

Ad Benedic̄t̄is, An̄a.
Unus est enim Magister vester , qui in cœlis est , Christus Dóminus.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. *Oratio.*

Perfice , quæsumus Dómine , benignus in nobis observatiæ sanctæ sub-sidium ; ut quæ te auctore facienda cognovimus : te operante impleamus. Per. *Hodie ante primas Litanias dicitur*

Antiph. Deprecámur te , Dómine , in omni misericordia tua, ut auferátur fútor tuus , & ira tua à civitate ista, & de domo sancta tua , quóniam peccavimus.

Ad Magnificat, Antiph.
Qui major est vestrum erit minister vester ; Quia omnis qui se exáltat humiliabitur, dixit Dóminus.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. *Oratio.*

Propitiáre, Dómine suplicationibus nostris; &

animárum nostrárum medére languóribus; ut remisíone percépta: in tua semper benedictióne lætémur. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Incipit Liber Númeri.

Lectio i.

Cap. 1.

Locutúsque est Dóminus ad Moysen in deserto Sínai in tabernáculo foederis, prima die mensis secúndi, anno áltero egressionis eórum ex Ægypto, dicens. Tóllite summam univérsæ congregatiónis filiorum Israël, per cognationes, & domos suas, & nómina singulórum, quicquid sexus est masculíni à vigésimo anno & suprà, ómnium virórum fórtium ex Israël, & numerábitis eas per turmas suas, tu & Aaron. Eruntque vobiscū príncipes tribuum ac domótum in cognationibus suis, quorum ista sunt nómina. De Ruben, Elisur, filius Sédeur. De Símeon, Salámiél filius Surisaddaï. De Juda, Nahássón filius Aminádab. De Issachar, Nathánaél filius Suar. De Zábulon, Eliab filius Heliom, Filiórum autem Joseph. De Ephraim, Elísania

filius Ammiud. De Manásse, Gamáiel filius Phádasur. De Bénjamin, Abidam filius Gedeónis. De Dan, Ahiézer filius Amisáddai. De Aser, Phégiél filius Ochran. De Gad, Eliázaph filius Duél. De Néphthali, Ahira filius Enan.

R. Orávit Jacob. *ut in ij.*
Noct. Domin. 213.

Lectio ij.

HI sunt, quos numerávérunt Moyses & Aaron, & duódecim Príncipes Israël, singulos per domos cognatiónum suáru. Fuerúntque omnis númerus filiorum Israël per domos, & famílias suas à vigésimo anno & suprà, qui pótérant ad bella procédere, sexcénta tria míllia virórum quingénti quinquaginta. Levítæ autem in tribu familiárum suárum nō sunt numeráti cum eis. Locutúsque est Dóminus ad Moysen, dicens. Tribum Levi noli numeráre, neque pones summam eórum cù filiis Israël, sed constitue eos super tabernáculum testimónii, & cuncta vasa ejus, & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernáculum, & ómnia

ómnia utensilia ejus , & erunt in ministerio , ac per gyrum tabernáculi metabúntur. Cùm proficiscéndum fuerit ; depónent Levítæ tabernáculum ; cùm castranetándum : érigent. Quisquis externórum accésserit : occidétur.

R. Dixit Angelus. 213.

Léctio sancti Evangélii : secundum Matthæum.

Lectio iij. Cap. 20.

JN illo tempore : Ascéndens Jesus Jerosólymam assúmpsit duodecim Discípulos suos secrétò & ait illis. Ecce ascéndimus Jerosólymam , & Filius Hóminis tradétur Princípibus Sacerdótum & Scribis : & condemnábunt morte , & tradent eum génuibus ad illudéndum ; & flagellándū ; & crucifigéndum : & tertia die resurget. Tunc accéssit ad eum mater filiorum Zebédæi. Et reliqua.

Homilia sancti Fulgentii Episcopi.

Sermone de filiis Zebedæi.

A It Dóminus ; Magnū est quod petis : sed agónis méritum non dis-cutis. Ante vis filiis tuis mercédem : quam incípiat subire labórem. Potestis bí-

bere cálicem , quem ego bi-bitúrus sum ? Mater pétit ? & fidem Dóminus poscit de filiis. Non enim erat idónea mater pro liberis fidem dicere : quorum voluntátem in suam non hábuit potestátem. Sed Dóminus ut justus & sápiens ; ab eis fidem poscébat : quibus agónem martyrii proponébat. Ipse enim calix passiónis Martyrii cruenta potiōne bībitur : ut sanguineum mortis excludá-tur venénum , quo per Adā perierat totum genus humánum. Ipsi enim interrogáti respondérunt. Possumus. Per te Dómine , va-leánius , per quem hoc pétimus , quod cupimus. Possibili-tas nostra in tua sit voluntáte. Benè pétitis ; benè promíttitis : pro-missióne vestram véritas subsequátur. Sed petí-tio vestra humanórum ex-cédit grátiam meritórum ; cálicem quidem meum bibétis : meum , non vestrum. Vestra pótio : sed mea di-gnatio. Quod quia múnere meo vobis bibéntibus con-céditur : benè speráte.

R. Vidi Dóminum facie ad fáciem. 214.

Ad Benedictus, Aña.
Ecce ascéndimus Jerosólynam, & Filius Hómini tradétur ad crucifigénum.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.
Populum tuum, quæsumus Démine, propítius respice; & quos ab escis carnálibus præcipis abstinére: à nóniis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum.

Hodiè ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Aña.
Tradétur enim géntibus ad deludéndum, & flagellandum & crucifigéndum.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.
Deus innocéntiæ restitutor & amátor: dírige ad te tuórum corda servórum; ut Spíritus tui, fervóre concépto, & in fide inveniántur stábiles: & in ópere efficáces. Per Dñm.
FERIA QUINTA.

De Libro Numeri.

Lectio j. Cap. i i.

Ortum est murmur populi quasi doléntium pro labóre, contra Dóminum. Quod cum audísset

Dóminus irátus est. Et accénsus in eos ignis Dómini devorávit extrémam strórum partem. Cúmque clamásset pôpul⁹ ad Moy-sen, orávit Moyses ad Dóminum, & absórptus est ignis. Vocavítque nomen loci illius, Incénsio; eò quod incénsus fuisset contra eos ignis Dómini. Vul-gus quippe promíscuum, quod ascénderat cum eis, flagrávit desidério, sedens & flens, junctis sibi páriter filiis Israél, & ait. Quis dabit nobis ad vescéndum carnes? Recordámur pís-cium, quos comedebámus in Ægypto gratis; in men-tem nobis véniant cucúmeres, & pepónes, porriq; & cepe, & állia. Anima nostra árida est, nihil áliud respíciunt óculi nostri nisi Man. Erat autem Man, quasi semen coriándri colóris bdéllij. Circuibátque pôpulus, & colligens illud, frangébat molâ, sive terébat in mortário, coquens in olla, & fáciens ex ea tortulas sapóris, quasi panis oleáti. Cúmque des-cénderet nocte super castra ros, descendébat páriter & Man.

R. Tol

R. Tolle arma. ut in
j. Noct. Domin. 209.

Lectione iij.

Remanserant autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad & alter Medad, super quos requievit Spiritus; nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cunque prophetarent in castris, cucurrit puer, & nunciavit Moysi dicens; Eldad & Medad prophétant in castris. Statim Jósie filius Nun, minister Moysi; & electus a pluribus ait. Domine mihi Moyses, prohibe eos. At ille; Quid, inquit, aemularis pro me? quis tribuat ut omnis populus propheteat, & det eis Dominus Spiritum suum? Reversusque est Moyses & majores nationis Israël in castra. Ventus autem egrédiens a Domino, arréptas trans mare coturnices détulit, & dimisi in castra itinere quantum uno die cónfici potest, ex omni parte castrorum per circuum, volabántque in aëre duóbus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, & die altero, con-

gregávit coturnicū, qui parum, decem coros; & siccavérunt eas per gyrum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecérat hujuscemodi cibus; & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plagā magnā nimis. Vocatusque est ille locus, sepulchra concupiscētiæ; ibi enim sepeliérunt populum, qui desideráverat.

R. Ecce odor. 210.

Lectio sancti Evangeli; secundum Lucam.

Lectione iij. Cap. 16.

In illo tempore ait Jesus Pharisæis; Homo quidam erat dives, qui induebatur púrpura, & byssō; & epulabatur quotidie splendide. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Epist. ad Fulconem.

Funes cecidérunt tibi in præcláris; & tu ópibus inhias terrénis. Si vis habere simul haec & illa; Breviter tibi respondébitur ut dixi epulóni; Meménto filii; quia recepísti bona in vita tua. Recepísti dixit; non rapuísti. Nec etiam de hoc tibi frustra blandiáris;

quod tuis conténtus: aliéna non rapiás. Verumtámén quæ sunt illa tua; bénēficia Ecclésiæ: rectè. Quia surgis ad vigílias; vadis ad Missas; horis cho- rum nocturnis diurnisque frequéntas; bénè facis? Si Ecclésiæ præbéndam gra- tis non accípis. Dignum est ut qui altário desérvit: de altário vivat. Cōcéditur ergo tibi ut si bénè désér- vis; de altario vivas? non autem ut de altári luxu- riéris, ut de altári supér- bias. Denique, quidquid præter necessárium victū; ac simplicem vestítum de altári retínes? tuum non est. Rapina est? Sacrile- gium est.

R. Det tibi Deus. 210.

Ad Benedictus, Antiphona. Pater Abraham mi- sei ére mei, & mitte Láza- rum, ut intíngat extré- mum dígití sui in aquam, ut refrígeret linguam meā.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. Oratio.

*P*raesta nobis, quæsumus Dómine, auxílium grá- tia tuæ; ut jejuniis & ora- tionibus conveniénter in- tenti: liberémur ab hósti-

bus mentis ac cōrporis. Per Dóminum nostrum.

Hodie ante Secundas Lita- nias, dicitur.

Antiphona. Inclína, Dó- mine, aurem tuam, & au- di; respice de cōclo & vide afflictionem pépuli tui. Exaudi Dómine, propi- tiáre Dómine: Inténde, ne- tardaveris; quia nomen Sanctum tuum invocátur super nos.

Ad Magnificat, Antiph. Fili, recordáre, quia rece- pisti bona in vita tua, & Lázarus simíliter mala.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. Oratio.

*A*vésto, Dómine, fá- mulis tuis: & perpé- tuam benignitátem largíre: poscéntibus; ut his qui te auctore & gubernatōre gloriántur & congregáta: restaures: & restauráta: consérves. Per Dóminum nostrum.

F E R I A S E X T A.

Incipit Liber Deutero- nómij.

Leffio j. Cap. 1.

*H*æc sunt verba, quæ locútus est Moyses ad omnem Israël trans Jor- dánem in solitúdine cam- péstris.

pēstri , contrā mare ru-
bruin , inter Pharan &
Thophel & Laban & Hā-
seroth , ubi auri est plūri-
mum ; undecim diēbus de
Horeb , per viam montis
Seir usque ad Cadesbárne.
Quadragésimo anno , un-
decimo mense , p̄tima die
mensis , locútus est Moys-
es ad filios Israël ómnia
quæ præceperat illi Dómi-
nus , ut diceret eis . Post-
quam percūssit Sehon re-
gem Amorrhæórum , qui
habitábat in Hésebon , &
Og , regem Basan , qui
mansit in Astaroth , & in
Edrai , & trans Jordánem
in terra Moab . Cœpítque
Moyses explanare Legem ,
& dicere ; Dóminus Deus
noster locútus est ad nos
in Horeb , dicens ; Súfficit
vobis , quòd in hoc monte
mansistis ; revertimini &
veníte ad montem Amor-
rhæórum , & ad cætera
quæ ei próxima sunt cain-
pēstria atque montána , &
humilióra loca contra Me-
ridiem , & juxta littus ma-
ris , terram Chananaeórum
& Libani usque ad flumen
magnum Euphrátem . En-
inquit , trádidi vobis , in-
gredimini & possidete

eam , super qua jurávit
Dóminus pátribus vestris ,
Abraham , Isaac & Jacob ,
ut daret illam eis , & sé-
mini eórum post eos .

R. Cùm exiret Jacob . *ut
in ij. Noct. Dom. 211.*

Lectio ij. Cap.4.

ET nunc Israël audi præ-
cépta & judicia , quæ
ego dóceo te , ut faciens ea
vivas , & ingratiens possi-
deas terram , quam Dó-
minus Deus patrum ve-
strorum datúrus est vobis .
Non addétis ad verbum ,
quod vobis loquor , nec
auferétis ex eo ; custodite
mandata Dómini Dei ve-
stri , quæ ego præcípio vo-
bis . Oculi vestri vidérunt
ómnia , quæ fecit Dómi-
nus contra Beélphegor
quómodo contriverit om-
nes cultóres ejus de médiō
vestri . Vos autem qui ad-
hærétis Dómino Deo ve-
stro , vivitis univérsi usque
in præsentem diem . Scitis
quod docuerim vos præ-
cépta atque justítias , sicut
mandávit mihi Dóminus
Deus meus . Sic faciéatis in
teria , quam possessúri
estis , & observábitis , &
implébitis ópere . Hac est
euim vestra sapiéntia &

intellēctus coram pōpulis, ut audiētes univērſa prēcēpta hæc, dicant. En pōpulus. sāpiens & intellēgens, gens magna. Nec est ália nātio tam grandis, quæ hábeat Deos appropinquántes sibi, sicut Deus nōster adeſt cunctis obſer- crationib⁹ nostris.

R. Si Dūminus. 211.

Lēctio Sancti Evangeli⁹: secundūm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 21.

IN illo témpore: Dixit Iesuſ Princípibus Sacerdótum, & Seniōrib⁹ pōpuli Parábolam hanc. Homo erat Pater - Familiās; qui plantávit vīneam: & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcūlar & aediſcavit turrim; & locavit eam agricoliſ: & peregrē profectus est. Et rēliqua.

Homilia S. Ambrosij Episc.

De parabola vinea.

Vinea typus, nōster est: Agricola quippe Pa- ter. Vitis Christus; at verō nos pálmites, qui niſi fru- dum ferámus in Christo: Cultóris æterni falce succi- dimur. Rectè igitur Vinea Christi pōpulus nominá- tur; Vel quòd crucis in fonte prætexat judicium:

Vel quòd fructus ejus pō- strēmi anni legátur ætate: Vel quòd ómnibus ut ordínibus vineárum, ita pau- péribus atque divítibus; humílibus atque poténti- bus; servis ac dōminis: in Ecclésia Dei aqua dimén- ſio, nulla diſcréti⁹ ſit. Ut vītis maritátut arbórib⁹; ita corpus ánimæ: ánimæ quoque cōpori conjun- gatur. Ut vīnea dum ligá- tur erígitur: & recíſa non minuitur, ſed augéatur; ita Sancta plebs dum ligátur exūtur: dum humiliátur attollit⁹; dum recíditur: coronátur. Quin etiam ut tenéret ſúrculus vēteri ab- ſcissus ex árbore; in alté- riū fœtu radicis inféritur: ita pōpulus hic sanctus, ſúrculi vēteris cicatrícibus e- nodatis in novo illo cruci- ligno; tanquam grémio, piæ paréntis, fœtus inoléſ- cit. Spiritusque Sanctus in- hoc carcereum corpus in- fūſus, velut in altas de- missus terrárum Scrobess aquæ ſalutáris irrigo dí- luit quicquid est fœtidum, membrorūmque noſtró- rum hábitus: in cœlēstem erigit disciplinam:

R. Erit mihi Dñs. 212.

Ad Benedictus, Antiphona. Malos malè perdet,
& vineam suam locabit
aliis agricolis, qui reddant
ei fructum tempóribus
suis.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. *Oratio.*

DA, quæsumus, omnípotens Deus; ut Sacro nos purificante jejúnio: sincéris méntibus ad Sancta ventúra fárias pervenire. Per Dóminum.

Hodie ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Antiphona. Quæréntes eum tenére timuérunt turbam, quia sicut Prophétam eum habébant.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. *Oratio.*

DA, quæsumus, Dómine, pôpulo tuo salútem mentis & corporis; ut bonis opéribus inhæréndo: tuæ semper virtutis mereátur protectione defendi. Per Dóminum.

S A B B A T O.

De libro Deuterónomij.

Lectio i. Cap. 9.

Audi, Israël, tu transgrediéris húdie Jor-

dánem, ut possideas natiónes máximas & fortiores te, civitátes ingéentes, & ad cœlum usque murátas, pôpulum magnum atque sublimem, filios Enacim, quos ipse vidísti, & audísti, quib:is nullus potest ex adverso resistere. Scies ergò hódie quid Dóminus Deus tuus ipse transbit ante te; ignis dévorans atque consumens, qui cónterat eos & déleat, atque dispérdat ante fáciem tuam velóciter, sicut locútus est tibi. Ne dicas in corde tuo, cùm deléverit eos Dóminus Deus tuus in conspéctu tuo. Propter iustitiam meam introdúxit me Dóminus ut terram hanc possidérem, cùm propter impietátés suas istæ delétæ sint natiónes. Neque enim propter iustítias tuas, & aequalitatem cordis tui ingrediéris, ut possideas terras eárum; Sed quia illæ egérunt ímpie, introéunte te delétæ sunt. Et ut compléret verbum suum Dóminus, quod subjuraménto pollícitus est pátribus tuis, Abraham, Isaac & Jacob. Scito ergo quid non propter iustítias tuas.

tuas Dóminus Deus tuus déderit tibi terram hanc optimam in possessionem, cùm durissimæ cervicis sit populus.

R. Orávit jacob. *ut in iij.*
Nocturno Dominicæ. 213.

Lectio ij. Cap. 28.

Si autem audieris vocem Dómini Dei tui, ut facias atque custodias omnia mandata ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dóminus Deus tuus exaltionem cunctis gentibus, quæ versantur in terra. Venientque super te universæ benedictiones istæ, & apprehéndent te, si tamen præcepta ejus audieris. Benedictus tu in civitate; & benedictus in agro; Benedictus fructus ventris tui; & fructus terræ tuæ; fructusque jumentorum tuorum; greges animalium tuorum, & caulae ovium tuorum. Benedicta horrea tua; & benedictæ reliquiae tuae; Benedictus eris tu ingratiens & egratiens. Dabit Dóminus inimicos tuos, qui consurgunt adversum te corruentes in conspectu tuo, per unam viam venient contra te, & per

septem fugient à facie tua. Emisset Dóminus beneficione super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum benedicente que tibi in terra, quam accéperis. Suscitabit te Dóminus sibi in populum sanctum, sicut juravit tibi, si custodiéris mandata Dómini Dei tui, & ambulaveris in viis ejus. Videbántque omnes terrarum populi, quod nomen Dómini invocatum sit super te, & timébant te.

R. Dixit Angelus. 213.

Lectio sancti Evangelijs secundum Lucam.

Lectio ij. Cap. 15.

In illo tempore: ait Iesus ad Pharisæos & scribas; Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis Patri: Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit; & divisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus: adolescentior filius profectus est in regionem longinquam. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chrysologi.

Sermon,

Sermon. 3. de duobus filiis
prodigo & frugi.

His auditis, adhuc morramur : adhuc non redimus ad Patrem. Citò proférte stolam primam, & induite illum. Sustulit filij crímina : qui non sustulit nuditatem. Hinc est quod à servis ante vestimenti vóluit filium : quam vidéri. Ut soli Patri nota esset nuditas ; quia Pater solus : videre filij non poterat nuditatem. Citò proférte stolam primam : Pater hic qui in secundis esse non passus est peccatórem ; plus de vénia : quam de justitia gaudium vult habere. Citò proférte stolam primam. Non dixit ; Unde venis ? Ubi fuisti ? Ubi sunt quæ tulisti ? Quare tantam gloriam tantâ turpitudine commutasti ? Sed citò proférte stolam primam : & induite eum. Vidétis, quia delicta non vidit, vis amoris ; tardam misericordiam, pater nescit ; delicta qui discutit : prodit. Et date annulum in manu ejus. Paterna pietas conténta non est innocéntiam reparare solam : nisi pristinum restitu-

tuat, & honorem. Ecalceamenta date in pedibus ejus. Quam pauper rediit : qui ditatus abscesserat, & de tota substântia, calceamenta in pedibus non reportat. Date calceamenta ejus ; ne vel in pede renaneret deformitas nuditatis : vel certè ut calceatus anterioris vitæ rediret adi cursum..

R. Vidi Dóminum. 214..
In Choro dicitur ad Laudes Canticum. - Ego dixi. loco Cant. Audite cœli quæ loquor. quod ligendum est in Prima Lectione. Extra Chorum verò dicitur ad Laudes Cantic. Audite cœli quæ loquor. More soli:ò.

Ad Benedictus, Antiphona. Vadām ad Patrem meum, & dicam ei ; Pater, fac me sicut unum ex mercenariis tuis.

Deinde dicuntur magnæ breces.

Otémus. *Oratio.*
DA, quæsumus Dómine, nostris effectum jejuniis salutarem; ut castigatio carnis assunta : ad nostrarum vegetacionem transseat animatum. Per Dóminum nostrum.

Hodie

232 Dominica tertia in Quadragesima.

Hodie ante tertias Litanias dicitur, Antiphona. Multa sunt, Dómine, peccata nostra, tibi peccávimus, Patiéntia Istraël: líbera nos, Dómine, in tempore angústiae nostræ.

A D V E S P E R A S.
Capitulum. Ephes. 5.

E Stóte imitátóres Dei, sicut filij charíssimi; & ambuláte in dilectiōne. sicut & Christus diléxit nos, & trádidi semetipsum pro nobis: oblationem & hóstiam Deo, in odórem suavitatis.

X. Angelis suis mandávit de te.

R. Ut custódiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona. Dixit autem Pater ad servos suos; Citò proférte stolam primam, & date ánnulum in manu ejus, & calceaménta in pédibus ejus. Duplícatur.

Orémus. Oratio.

Q Uæsumus, omnípotens Deus, vota humilium respice: atque ad defensiónē nostram, Déxteram tuæ Majestatis exténde. Per Dóminum nostrum.

Nulla fit Processio.

Ad Completor. Hymnus.
Audi benigne. 183.

DOMINICA TERTIA

Quadragesima.

Ad Mitutinum, Invitatorium. Non sit vobis vanum surgete ante lucem, quia promísit Dóminus corónam vigilantibus.

Psalmus. Venite exultemus. 2.

Ad Nocturnos omnia ut in Psalterio. ¶. Dicet Dóminus. ¶ alij ¶ ibidem Tempore Quadragesima.

In primo Nocturno.

Incipit liber Jósue

In Choro pro prima Lectio ne legitur Prologus incipiens, Tandem finito. pro secunda verò initium Jósue, Duabus, quæ sequuntur in unam junctis.

Lectio i. Cap. 1.

E T factum est post mortem Moysi, servi Dómini, ut loquerétur Dóminus ad Jósue, filium Nun, ministrum Moysi, & dicere ret ei. Moysés, servus meus mórtuus est? Surge; & transi Jordánem istum? tu, & omnis pópulus tecum, in terram, quam ego dabo filius Istraël. Om nem

nem locum, quem calcáverit vestígiū pedis vestrī? vobis tradam, sicut locútus sum Moysi. A deſerto & Libano usque ad flúvium magnum Euphrátem; omnis terra Hethaórum usque ad mare magnū, contra Solis occáſum: erit téminus vester. Nullus pôterit vobis résistere cunctis diébus vitæ tuæ. Sicut fui cum Moysè, ita ero tecum; non dimíttam nec derelinquam te. Confortáre & esto robúſtus; Tu enim forte dívides pôpulo huic terram: pro qua jurávi pátribus suis, ut tráderem eam illis.

R. Vidéntes Joseph à lon-
gè loquebántur mütuò fra-
tres, dicéntes, Ecce som-
niátor venit. * Venite oc-
cidámus eum, & videámus,
si prosint illi sónnia sua:
¶. Cumque vidíllent Jo-
seph fratres sui, quod à Pa-
tre cunctis frátribus plus
amarétur; óderant eum:
nec pôterant ei quicquam
pacíficè loqui; undè & di-
cabant; Veníte.

Lectio iij. Cap. 2.

Misit igitur Jósue, fi-

duos viros exploratóres in
abſcónđito, & dixit eis;
Ite, & conſideráte terram: urbémque Jéricho. Qui
pergéntes ingréssi sunt do-
mum muliéris meretícis,
nómine Rahab: & quievé-
runt apud eam. Nuncia-
túmque est Regi Jéricho,
& dictum; Ecce viri in-
gréssi sunt hūc per noctem
de filiis Israël, ut explorá-
rent terram. Misítque rex
Jéricho ad Rahab, dicens;
Educ viros, qui venérunt
ad te, & ingréssi sunt do-
mum tuam: exploratóres
quippe sunt & omnem
terram conſideráre vené-
runt. Tollénsque mulier
viros, abſcónđit, & ait.
Fáteor; venérunt ad me:
ſed nesciébam unde eſſent
cumque porta clauderéetur
in ténēbris, & illi páriter
exiérunt, néſcio quò abié-
runt; perſequímini citò: &
comprehendétis eos. Ipsi
autem fecit ascéndere viros
in ſolárium domus suæ,
operuítque eos ſtípulâ lini,
quæ ibi erat. Hi autem qui
miſſi fúerant, ſecuti ſunt
eos per viam; quæ ducit
ad vadum Jordánis: illis-
que egréſſis statim porta
clauſa eſt.

R. Dixit.

R. Dixit Judas fratribus suis, Ecce Ismaélitæ transiunt, venite venundetur.

* Et manus nostræ non polluántur; caro enim & frater noster est.

X. Quid nobis prodest, si occidérimus fratrem nostrum, & celavérimus sanguinem ipsius, mélius est, ut vendáatur Ismaélitis. Et manus nostræ.

Lectio iij.

Demisit ergo eos per funem de fenestra, domus enim ejus haerébat muro. Dixítque ad eos, ad montána concéndite; ne forte occúrrant vobis reverténtes; ibique latitáte tribus diébus donec rédeant; & sic íbitis per viam vestram. Qui dixérunt ad eam; Innóxií érimus à juramento hoc, quo adjurásti nos; si ingrediéntibus nobis terram, signum fúerit funiculus iste coccineus; & ligáveris eum in fenestra; per quam demisisti nos. Et patrem tuum ac matrem, fratresque & omnem cognatióne tuam; congregáveris in domum tuam. Qui óstium domus tuæ egredíssus fúerit, sanguis ipsius erit in caput

ejus, & nos érimus aliéni. Cunctórum autē sanguis, qui tecum in domo fúerint, redúndabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigérat. Quod si nos pródere volueris; & sermonem istū proférre in médium? érimus mundi ab hoc jura mento, quo adjurásti nos. Et illa respóndit; Sicut locuti estis? ita fiat. Dimittensque eos ut pérgerent, appéndit funiculum coccineum in fenestra. Illi verò ambulátes pervenérunt ad montána; & mansérunt ibi tres dies, donec revérteréntur, qui fúerant persecuti; quæréntes enim per oīnnum viam; non reperérunt eos.

R. Videns Jacob vestimenta Joseph, scidit vestimenta sua cum fletu, & dixit; * Fera péssima devorávit filiū meū Joseph.

X. Vide, si túnica filii tui sit an non? & cum vidísset Pater, ait; Fera péssima. Glória Patri. Fera péssima.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Basilii magni.

Homilia I. de jejunio.

Lectio iv.

Moysen per jejúnium novimus in monte ascen-

ascendisse; neque enim áliter ausus esset vérticem sumántem adíre, atque in caliginem íngredi? nisi jejunio munitus. Per jejunium mandáta dígito Dei in tábulis conscripta suscépit. Item supra montem jejunium Legis látæ conciliátor fuit; inférius verò gula ad idolátriam pópulū dedúxit: ac contaminávit. Sedit, inquit, pópulus manducáre ac bibere, & surrexérunt lúdere. Quadraginta diérum labórem ac perseverántiam Dei servo cōtinuò jejunánte ac oránte; una tantum pópuli ebrietas cassam irritámque redidit. Quas enim tábulas, Dei dígito conscriptas jejunium accépit; has ebrietas contrívit. Prophéta Sanctissimò indígnum exstímante; vinoléntum pópulum: à Deo Legem acípere.

R. Meménto mei cùm bene tibi fúerit,* ut súggeras Pharaóni, & edúcat me de isto cárcere, quia furtim sublátus sum: & híc ínnocens in lacum missus sum. W. Tres adhuc dies sunt, post quos recordábitur Phárao magistérii tui; &

restituet te in gradum pristinum: tantum meménto mei. Ut súggeras.

Lectio v.

Uno temporis moménto ob gulam pópulus ille, per máxima prodigia Dei cultum edóctus; in Ægyptiacam Idolatriam turpissimè devolutus est. Ex quo si utrúmque cónferas; vidére licet, jejunium ad Deum dúcere: delicias verò salútem pérdere. Quid Esau inquinávit, servumque fratrís redidit? nonne esca, propter quam primogénita vénididit? Samuél verò nonne per jejenium oratio largita est matri? Quid fortissimum Samsonem inexpugnabilem redidit? Nonne jejunium; cum quo in matris ventre concéptus est. Jejunium concépit; jejunium nutrit; jejunium virum effecit; Quod sanctus Angelus matri præcépit, monens. Quæcunque ex vite procéderent, ne attingeat; non vinum, non sicaram: biberet. Jejunium Prophétas génuit; potentes cōfirmat; atque róborat. R. Dixit Ruben fratribus suis, nunquid non dixi vobis,

vobis, Nolite peccare in puerum, & non audistis me, * En sanguis ejus exquiritur. ¶ Méritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ ejus, dum deprecaretur nos, & non audivimus. En sanguis.

Lectio vi.

Jejuniū Legislatores satípiéntes facit; animæ op̄tima custódia; Córporis sócius secúrus; fórtibus vi-ris muniméntum & arma; athlétis & certántibus exercitatio. Hoc prætérea tentatiōnes propulsat; ad pietatem armat; cum sobrietate hábitat, temperantiæ op̄is ex est. In bellis fortitudinem affert; in pace quiétem docet; Nazaréum sanctificat: Sacerdótem perficit. Neque enim fas est sine iejuniō Sacrificium attingere; non solum in mystica nunc, & vera Dei adoratiōne: sed nec in illa, in qua Sacrificium secundum Legem in figura offerebatur. Jejuniū Eliam magnæ visiōnis spectatorem fecit; Quadraginta namque diérum jejuniū cum animam purgasset: in spelunca mériuit quantum

fas est hómini Deum videre. Moyses iterum Legem accipiens, iterum jejúnium secútus est. Ninivitæ, nisi cum illis & bruta jejunáissent: ruínæ minas nequam evasissent. In deserto autem, quorūmnam membra cecidérunt, nonne illorum qui carnes appetivére.

R. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ ejus, dum deprecaretur nos, & non audivimus. * Idcirco venit super nos tribulatio.

¶ Dixit Ruben fratribus suis; Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me. Idcirco. Glória Patri. Idcirco.

In tertio Nocturno.
Léctio sancti Evangeli: secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 11.
In illo tempore! Erat Jesus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum; & cum ejecisset dæmonium: locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Et reliqua.

Homilia sancti Eucherij
Lugdunensis Episc.

Homil.

Homil. in id. Evangelium,
BÉatus Matthæus Evan-
gelista, hóminem istū
non solum mutum , sed
etiam cœcum fuisse nar-
rat ; Cœcus est enim om-
nis homo : qui eam lucem
non sequitur quæ ait ; qui
sequitur me non ámbulat
in ténebris : sed habébit
lumen vitæ. Mutus verò
qui peccátum suum con-
fitéri ; & in Dei laudibus
lábia sua : aperíte nescit.
Dæmónium autem ille
habet : qui in álico ma-
gno peccáto persevérat.
Ideoq; ne Apóstolus nos ad-
monet, dicens; Non regnet
peccátum in vestro mortá-
li corpore. Quándiu enim
peccátū in hómine regnat:
támdui victus & captus à
diábolo possidétur. Hic
ígitur cœcus & mutus , si
Dómino offerátur ; si ad
pœniténtiam convertrátur;
mox Jésus curábit eum :
ita ut ejécto Dæmónio lo-
quátur & videat. Loquátur
autem : non vana & in-
utilia , ut priùs ; sed sancta
& religiosa : quália loqui
cónvenit Christiánum.
Ex. Tollite hinc vobiscum
múnera & ite ad Dómi-
num terræ. * Deus autem

meus faciat vobis eum pla-
cibilem , & remittat &
hunc fratrem vestrum vo-
biscum , & eum quem te-
net in vínculis.

X. Tollite de fructibus
terræ in vasis vestris , &
deférte viro múnera. Deus
autem.

Lectio viij.

VEniens autem in do-
muim suam , ívenit.
eam vacantem. Vacántem
quidem : quia non invénit
ibi charitátem ; non fidem
rectam ; nec humilitátem ;
nec patiéntiam ; nec justí-
tiā ; nec misericórdiam ;
nec cætera, quibus Sanctó-
rum ánimæ muniúntur.
Qualem ígitur eam íve-
nit ; Scopis mundátam ? &
malis ornaméntis orná-
tam. Malæ scopæ ; quæ
virtútes perdunt ? & vícia
relinquunt. Malæ scopæ ;
quæ paviménta dissipant ?
& púlverem non ejiciunt.
Luxúria verò ; fornicatio;
volúptas ; supetbia ; ava-
rítia ; discérdia ; omnísque
immundítia ? ornaménta
diáboli sunt. His autem
ornaméntis ívenit eam
ornátam. Tunc ígitur va-
dit, & assúmit septem álios
Spíritus secum , nequíores

se,

se, & ingrēssi hábitant ibi. Non sūfficit ei, ut solus talem domum possídeat: sócios quærit; spatiōsus est locus: multis indiget habitatōribus. Sed qui sunt isti septem Spíritus? Quare étiā septem? Quare nequiōres? Quia enim septē sunt Grātiae Spíritus Sancti; quibus omnis áнима ad fidem Christi convértitur: & convérta defénditur. Ideoque iniquis iste Septem Spíritus, illis contrários secum assūmptis; quibus adversus eas: dominum suam tueátur.

R. Iste eīt frater vester minimus, de quo dixeratis mihi? Deus misereátur tui, fili mi. * Festinavítque in domum, & plorávit, quia erumpébant lachrymæ, & non pótterat se continére.

X. Attóllens autem Joseph óculos vidit Benjamin stātem, & commóta sunt ómnia viscera ejus super fratre suo. Festinavítque.

Lectione ix.

INfélīx illa áнима; in qua isti Spíritus regnānt? & cui isti domināntur. Isti enim quodāmmodo nequiōres illo sunt, qui eos condúxit. Quóniam isti

in hac vita áimas corrūmpunt, ille verò post hanc vitam áimas crūciat. Ille tentat? isti occidunt. Ille januas áperit? isti intromíssi, cuncta perdunt & dissipant. Ille hóminem tentare & vexare potest: ánimam verò nisi per istos occidere non potest. Sic igitur isti sunt nequiōres illo: quia plus nocent isti, quām ille. Ille enim concitando & tentando est néquior; isti agéndo & corrumpéndo sunt nequiōres. Illi Apostolus hóminem trádidit in intéritum carnis; de istis verò dicit: non regnet peccátum in vestra mortali carne. Non est igitur mirum; si sunt novíssima hóminis illius pejóra prióribus: cùm prius uno, & postea septem áliis premátur dæmonibus.

R. Dixit Joseph undecim frátribus suis; Ego sum Joseph, quem vendidistis in Ægyptum; Adhuc vivit Pater noster sénior, de quo dixeratis mihi? * Ite, adducite eum ad me, ut possit vivere. X. Biénnum est enim, quod cœpit esse famē in terra, & adhuc restant

restant alij quinque. Ite, nia, profecto in vos pervé-
addúcite. Glória Patri. Ite nit regnum Dei. Duplic.
addúcite.

AD LAUDES.

Antiph. Fac benignè in
bona voluntate tua, ut aedi-
ficentur, Dómine, muri
Jerúsalem. *Psalm.* Miseré-
re. 70. *Aña.* Dóminus mi-
hi adjútor est, non timébo,
quid faciat mihi homo?
Psalmus. Confitémini. 26.
Aña. Deus misereátur no-
stri, & benedícat nobis.
Psalm. Deus, Deus meus.
cum reliquis. 21. *Aña.* Vim
virtutis suæ oblitus est
ignis, ut pueri tui libera-
réntur illæsi. *Aña.* Sol &
Luna laudáte Deum, quia
exaltátum est nomen ejus
solius.

Capitulum. Ephes. 5.
*E*stote imitatóres Dei, si-
cut filii charíssimi; &
ambuláte in dilectiōne, si-
cut & Christus diléxit nos,
& trádidit semetipsum pro
nobis: oblatiōnem & hó-
stiam Deo in odore sua-
vitatis.

X. Dómine refúgium fa-
ctus es nobis.
R. A generatiōne & pro-
génie.

Ad Benedictus, Aña. Si
in dígito Dei ejicio dæmō-

nia, profecto in vos pervé-
nit regnum Dei. Duplic.

Orémus. Oratio.

Quæsumus, Omnipo-
tens Deus; vota hu-
miliū respice: atque ad
defensiōnem nostram déx-
teram tuæ majestatis ex-
ténde. Per Dóminum.

Ad Tertiam. Capitulum.
Estote imitatóres. *ut sup.*

R. Bonum mihi, Domine,
quòd humiliásti me. * Bo-
num mihi lex oris tui su-
per millia auri & argénti.
X. Manus tuæ fecérunt
me, & plasmayérunt me,
da mihi intellectum, ut
discam mandáta tua. Bo-
num mihi Lex. Glória Pa-
tri. Bonum mihi, Dómine.
X. Dicet Dómino, suscé-
ptor meus es tu. *R.* Deus
meus, sperábo in eum.

Orémus. Oratio.
Præsta populo tuo, Dó-
mine, quæsumus, con-
solatiōnis auxílium; & diu-
túnis calamitáibus labo-
rántem: propitius respirá-
re concéde. Per Dñm.

Ad Sextam, Capit. Eph. 5.

Hoc enim scítote in-
telligéntes, quòd om-
nis fornicátor; aut immún-
dus, aut avárus, quod est
idolórum servitus: non
habet

habet hæreditatem in regno Christi & Dei.

X. Servus tuus ego sum.

* Da mihi intellectum Domine. X. Ut discam mandata tua. Da mihi. Gloria Patri. * Servus. X. Ipse liberavit me de laqueo venantii. R. Et a verbo aspero.

Orémus. Oratio.

Quæsumus, Omnipotens Deus; ut qui nostris fatigamur offensis, & merito nostræ iniquitatis affligimur: pietatis tuæ gratiam consequi mereamur. Per Dominum.

Ad Nonam. Capit. Eph. 5.

Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambulare, fructus enim lucis est in omni bonitate: & justitia & veritate.

R. Declara super nos Deo,
* Tuam misericordiam.

X. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectu dat parvulis. Tuam.

Gloria Patri. Declara.

X. Scapulis suis obumbrabit tibi. R. Et sub pennis ejus sperabis.

Orémus. Oratio.

Purifica, quæsumus Domine, tuorum corda fideliū: ut a terrena cupi-

ditate mundati; & praesentis vitae periculis eruantur: & perpetuis donis firmantur. Per Dominum.

Responsoria Horarum supra dicta dicuntur etiam in Dominica quarta Quadragesima, & in Feriis, usque ad Dominicam Passionis, exclusivè.

Ad Vesperas Antiphona & Psalmus Dixit Dominus. cum reliquis de Dominicā. 150.

Capitulum. Ephes. 5.
Estote imitatores. ut sup. ad Laudes.

X. Angelis suis mandavit de te. R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat. Ann. Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit: Beatus Venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti. At Iesus, dixit illi; Quinimodo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Duplicatur.

Oratio. Quæsumus, omnipotens. ut suprà ad Laud.

Ad primam Processionem.

R. j. Fer. seq. Nuntiavé Jacob. ut infrà.

Orémus. Oratio.

Auxiliare, quæsumus, a Domine, populo tuo, ut

ut Sanctæ Devotionis proficiens incremētis; & tuo semper munere gubernetur: & ad Redemptiōnis æternæ perveniat, te miserante, consortium. Per Dóminum.

Ad secundā Professionem.
Rx. ij. Salus nostra. ut infr.

Oratio. Orémus.

Praesta, quæsumus, Omnipotens Deus; ut inter innumeros vitæ præsentis errores: tuo semper in moderatione dirigámur. Per Dóminum.

Ad Completor. Hymnus.
Audi benigne. 183.

FERIA SECUNDA.

De Libro Jósue.

Lectio i. Cap. 3.

Igitur Jósue de nocte cōsurgens movit castra: egredientesque de Setim, venerunt ad Jordánem ipse & omnes filii Israël, & morati sunt ibi tres dies. Quibus evolutis transierunt præcōnes per caltrōtum médium, & clamare coepērunt: quando vidēritis Arcam fœderis Dómini Dei vestri, & Sacerdotes stirpis Leviticæ portātes eam, vos quoque consúrgite, & sequimini præcedentes; sitque inter vos & arcam spā-

Pars Verna.

tium cubitōrū duū milium: ut procul vidēre possitis, & nosse per quam viam ingrediāmini; quia prius non ambulāstis per eam, & cavēte ne appropinquatis ad arcam. Dixitque Jósue ad populum: sanctificāmini; cras enim faciet Dóminus inter vos mirabilia: Et ait ad Sacerdotes: Tollite arcam fœderis: & præcedite populum. Qui iussa complentes: tulérunt, & ambulavērunt ante eos.

Rx. Nunciavērunt Jacob, dicentes, Joseph, filius tuus vivit, & ipse dominatur in omni terra Egypti: Quo audito, revixit Spíritus ejus, & dixit: * Sufficit mihi, vadam & videbo eum antequam móriar, x. Cūunque audisset Jacob, quod filius ejus vivebat, quasi de gravi somno evigilans, ait; Sufficit.

Lectio ii.

Gréssus est pòpulus de tabernáculis suis, ut transiret Jordánem, & Sacerdotes, qui portabant Arcam fœderis, pergebant ante eum. Ingressisque eis Jordánem, & pédibus eorum in parte aquæ tintis

L

(Jordánis autem ripas ál-
vei sui témpore messis im-
pléverat) stetérunt aquæ
descendentes in loco uno,
& ad instar montis intu-
me contes apparébant, pro-
cul, ab urbe quæ vocátur
Adon, usque ad locum Sar-
than: quæ autem inferio-
res erant, in mare solitú-
dinis (quod nunc vocátur
Mórtuum) descendérunt,
usque quò omnino defice-
rent. Pópulus autem ince-
débat cōtra Jéricho, & Sa-
cerdótes, qui portábant
Arcam fœderis Dómini,
stabant super siccum hu-
mum in médio Jordánis
accincti, omnisque pôpu-
lus per aréntem ályeum
transibat.

R. Salus nostra in manu
tua est, Dómine. Respíciat
super nos misericórdia tua,
* Et Secúri sèrviamus tibi,
N. Adjuva nos, Deus, salu-
taris noster, & propter gló-
riam nòminis tui, Dómine,
libera nos. Et secúri.
Léctio sancti Evangélii:
secundum Lucam.

Léctio iiij. Cap, 4.

IN illo témpore: Dixit
Jesus Pharisæis; Utiqüe
dicétis mihi hanc similitú-
dinem. Médice, cura te

ípsum. Quanta audívimus
facta in Capháraum, fac-
& hic in pátria tua. Ait au-
tē; Amen dico vobis: quia
nemo Prophéta accéptus
est in pátria sua. Et reliqua.
Homilia sancti Bernardi
Abbatis.

*Sermone ad Pastores in Sy-
nodo sub medium.*

MEdice cura te ipsum.
Sacerdos si mun-
dum prædictas contemnén-
dum: contémne tu priùs,
& ad ipsum contemnén-
dum. efficácius álios invi-
tábis. Da voci tuæ: vocem
virtutis. Cónsonet vita
verbis; & statim erit in
ore tuo vivus & éfficax
sermo Dei: & penetrabí-
lior omni gládio áncipiti.
Non sic profecto est: sed
sicut pôpulus, sic & Sacér-
dos. Sicut láicus: sic &
Cléricus. Utérque cupit;
utérque díligit mundum:
& ea quæ in mundo sunt.
Láicus tamen cum labóre;
sed Clérici sine labóre: vo-
lunt possidére totū mun-
dum. Communicare vo-
lunt cupiditati. & superflui-
tati hóminum: sed non la-
bóri. Peccare volunt; sed
non flagellári cum homí-
nibus: Unde timendum
est;

est, quod flagellentur cum dæmonibus. Quomodo sacerdotes non expenderent substântiam suam vivendo luxuriösè; etiam in præsentia Sacerdotum? quomodo non intenderent vanitatis & lenociniis hujus saeculi; quomodo non essent insolentes & elati: cum tantum fastum tantam insolentiam videant Clericorum.

R. Videns Jacob vestimenta Joseph, scidit vestimenta sua cum fletu, & dixit;
* Fera pessima devoravit filium meum Joseph.

N. Vide, si tunica filii tuis sit, an non, & cum vidisset Pater, ait: Fera pessima. Gloria Patri. Fera pessima.

Ad Benedictus, Aña. Qui non colligit mecum, dispergit; & qui non est mecum contra me est.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

*C*ordibus nostris, quæsumus Dómine, gratiâ tuam benignus infunde; ut sicut ab escis carnalibus abstinemus: ita seculis quoque nostros à nôxiis retrahamus excessibus. Per,

Hodiè ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Aña. Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in pátria sua.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

*S*ubvéniat nobis, Dómine, misericordia tua; ut ab imminéntibus peccatorum nostrorum periculis: te, mereámur, protegénte salvári. Per Dóminum.

F E R I A T E R T I A.

De Libro Jóse.

Lectio j. Cap.6. N. 2.

*D*ixit Dóminus ad Jóse. Ecce dedi in manu tuâ Jéricho, & regem ejus, omnésque fortes viros. Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem; sic faciétis sex diébus. Séptimo autem die Sacerdotes tollant septem bùcinnas, quarum usus est in Jubiléo, & præcedant Arcam foderis: septiésque circuítis civitatem, & Sacerdotes clangent bùcinnas. Cumque insonuerit vox tubæ: lóngior atque concíssior, & in auribus vestris increpauerit, clamabit omnis populus vociferat.

Homil. 5. in verba

Isaiae.

Sacerdóti thronus in cœlis collocátus est : & de cœlestibus negótiis , pronunciándi habet authoritátem. Quis hæc dicit ? ipse cœlorum Rex hodie in Evangelio. Quæcunque ligavéritis super tetram : erunt ligáta & in cœlis. Et quæcunque solvéritis super terram : erunt solúta & in cœlis. Quid cum hoc honore conferri possit ; à terra judicándi principálem autoritatēm : sumit cœlum. Nam jūdex sedet in terra ; Dóminus séquitur servum ; & quicquid hic in inferiōribus judicácat : hoc ille in supernis cōprobat. Itaque médius stat Sacérdos : inter Deum & natúram humánam. Illic veniéntia beneficia ad nos déserens : & nostras petitiones illuc pérferens. Dóminum irátum : reconcilians utrīque natüræ. Nos qui offéndimus : erípiens ex illius mánibus. Eoque Deus ipsum regálē caput : Sacerdótis mánibus subjécit. Nos erúdiens , quod hic princeps est illo major. Siquidem id quod minus

est : benedictiōnem accipit ab eo quod præstátius est.

R. Mérito hæc. 236.

Ad Benedictus , Antiphona. Jesus autem tránsiens , per médium illórum ibat.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. *Oratio,*

Exaudi nos , Omnipotēs & misericors Deus : & continéntiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dómiinum.

Hodie ante primas Litanias dicitur Antiphona.
Peccávimus , Dómine , & tu irátus es nobis , non est qui effugiat manum tuam , sed supplicámus , & véniat super nos misericordia tua , qui Nínive pepercísti , miserere nobis.

Ad Magnificat , Aña. Si duo ex vobis consénserint super terram de omni re , quamcunque petierint , fiet illis à patre meo , dicit Dóminus.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. *Oratio.*

Tua nos , Dómine , protectione défende : & ab omni semper iniquitate

446 *Infra Hebd. tertiam Quadragesima.*
eustodi, Per Dóminum R. Tollite hinc. 237.
nostrum. ut in iij. Noct. Domin.

FERIA QUARTA.

De Libro Jósue.

Lectio j. Cap.7.

Dixit Jósue. Heu Dómine, quid voluistis tradúcere pópulum istum Jordánem flúvium, ut tráderes nos in manus Amoríthæi, & pérderes? Utinam ut cœpimus, mansissémus trans Jordánem. Mi Dómine Deus, quid dicam, vi-dens Israëlem hóstibus suis terga vertétem? Audient Chananaei, & omnes habitatòres terræ, & páriter congregatí circúmdabunt nos, atque delébunt nomē nostrum de terra? & quid fácies magno nómini tuō. Dixítque Dóminus ad Jósue. Surge, cur jaces pronus in terra? Peccávit Israël, & prævaricátus est pa-
etum meum; tuleruntque de anathémate, & suráti sunt atque mentiti, & abscondérunt inter vasa sua. Nec pótterit Israël stare ante hostes suos, eósq[ue] fúgiet, quia pollútus est anathémate: non ero ultrà vobiscum, donec conterá-tis eum, qui hujus sceleris reus est.

Lectio ij.
A It Jósue ad Achan. Fili mi, da glóriam Dómino Deo Israël, & cōfitére, atque índica mihi quid féceris, ne abscondas? Responditque Achan Jósue, & dixit ei; Verè ego peccávi Dómino Deo Israël, & sic & sic feci. Vidi enim inter spólia pállium coccíneum valdè bonum, & ducéntos siclos argénti, régulamque auream quin-quaginta siclórum; & concupíscens abstuli, & abscondi in terra contra médium tabernáculi mei, argéntumque fossa humo opérui. Misit ergo Jósue ministros, qui curréntes ad tabernáculum illius, reperérunt cuncta abscondita in eódem loco, & argéntum si-mul. Auferentésque de tentório tulérunt ea ad Jósue, & ad oinnes filios Israël, projeceruntque ante Dóminum. Tollens itaque Jósue Achan filium Záre, argéntumque & pállium, & auream régulam, filios quoque & filias ejus, boves & ásinos, & oves, ipsúmque tabernáculum, & cunctam supel-

Suppellecilem (& omnis Israël cum eo) duxerunt eos ad Vallēm Achor ; ubi dixit Jóshue. Quia turbasti nos , exturbet te Dóminus in die hac , lapidavitque eum omnis Israël , & cuncta quae illius erant , igne consumpta sunt.

R. Iste est frater. 238.

Lectio sancti Evangeliū : secundūm Marthæum.

Lectio iij. Cap. 15.

IN illo tempore : Acces-
sérunt ad Jesum ab Je-
rosolymis Scribæ & Phari-
sei : dicentes ; Quare Dis-
cipuli tui transgrediuntur
traditionēm Seniōrum ? nō
enim lavant manus suas :
cum panem manducant.
Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chry-
sologi.

De Discipulis illotis ma-
nibus prandentibus.

Pharisei non diligētiā
cörperis ; in discipulis
Dómini : sed supersticio-
nis suae baptismata perqui-
rébant. Nescientes unum
baptisma ; quod Dóminus
non lavāndis solum sed in-
novāndis animabus & cor-
póribus : inveniſſet. Quod
non corpus ad cultum vi-
tae : sed conscientiam di-

lueret ad salutem. Hæc
Propheta precabatur cùm
diceret. Amplius lava me
ab iniquitate mea. Id est
quoique me legaliter la-
vas ; & me non lavas? lava
me per gratiam semel ; quæ
lavacra legis innúmera ?
nō lavarunt. Pharisee quid
te mundum credis : cùm
tua omnia tuo sint polluta
cōvívio ; & cùm interiora
tua sint confécta criminis ?
quemadmodum te exte-
rior, his lavare & emundare
sufficiat aqua. Corda &
cörpera nostra mundare
hæc poterit ; cùm fuerit &
ipsa ? Spiritus sancti puri-
ficata commercio. Ut visi-
bili ministerio : invisible
purificationis nostræ per-
ficiat Sacramentum. Sed
tu cálicem ; urceos ; æra-
mēta baptizas ? quæ mo-
tu sensuque carētia per
natūram ut reatum nesciunt : ita non sentiunt.
Hæc honoras ; & te per
quem contaminata sunt
omnia ? non emundas. His
úsibus tuis obséquii hæc
mancipata : purificas. Et
te divinis officiis ; divinis
mystériis : non purificas
mancipatum.

R. Dixit Joseph. 238.

Aa Benedictus, Ana. Ubi
duo vel tres congregati
suerint in nomine meo, in
medio eorum sum, dicit
Dominus.

Deinde dicuntur magna
Preces.

Orémus. *Oratio.*

Raesta nobis, quæsumus
Domine, ut salutáribus
jejuniis erudití ; à nónxiis
quocque vitiis abstinentes :
propitiationem tuam fací-
lius impetrémus. Per Dó-
minum.

*Hodie ad Horas dicuntur
Psalmi Pœnitentiales.*

*Ad Magnificat, Aña. Vi-
vo ego, dicit Dominus ;
nolo mortem peccatóris,
sed magis ut convertátur
& vivat.*

Deinde dicuntur magna
Preces.

Orémus. *Oratio.*

Oncéde, quæsumus,
Omnípotens Deus ; ut
qui protectionis tuæ grá-
tiam quærimus : liberati à
malis ómnibus, secúra tibi
mente serviamus. Per Dó-
minum nostrum.

FERIA QUINTA.
De Libro Jósue.

Lectio j. Cap.9.

HEthæus & Amor-
ithæus, Chananaxus,

Pherezæus & Hevæus, &
Jebusæus, congregati sunt
páriter, ut pugnárent con-
tra Jósue & Israël uno áni-
mo, eadémque sententia.
At hi, qui habitábant in
Gábaon, audiéntes cuncta
quæ fécerat Jósue, Jericho
& Hai ; & cállide cogitán-
tes, tulérunt sibi cibária,
saccos véteres ásinis impo-
nentes, & utres vinários
scissos atque consútos, cal-
ceaménta perantiqua; quæ
ad indícum vetustatis pit-
táciis consúta erant, induti
vetéribus vestiméntis; pa-
nes quoque quos portábāt
ob viáticum, duri erant, &
in frusta comminúti. Per-
reixeruntque ad Jósue, qui
tunc morabátur in castris
Gálgalæ, & dixérunt ei, at-
que simul omni Israéli. De
terra longínqua venimus;
pacem vobíscum facere cu-
piéntes. Responderuntque
filii Israël ad eos, atque di-
xérunt : Ne fortè in terra,
quæ nobis sorte débetur,
habitétis, & non possímus
fœdus iniíre vobíscum.

R. Vidéntes Joseph. 233.
Lectio ij.

AT illi ad Jósue ; Servi,
inquiunt, tui sumus.
Quibus Jósue ait; Quinam
estis.

estis vos, & undē venistis? Respondérunt; De terra longínqua valdē venérunt servi tui, in nōmine Dómini Dei tui. Audívimus enim famam potētiæ ejus, cuncta quæ fecit in Ægypto, & duóbus régibus Amorrhaórum qui fuérunt trans Jordánem, Sehon regi Hélebon, & Og regi Basan, qui erant in Astaroth; dixeruntque nobis Seniôres, & omnes habitatôres terræ nôstræ. Tollite iu
mâibus cibaria ob longissimā viam, & occurrit eis, & dícite; Ser
vi vestri sumus, fœdus iníte nobiscum. En panes quando egréssi sumus de dómibus nostris, ut ve
niremus ad vos, cálidos súmpsimus, nunc siccii facti sunt, & vetustáte nímia comminúti, utres vini no
vos implévimus, nunc ru
pti sunt & solúti, vestes & calceaménta quibus indúimur, & quæ habémus in pédibus ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consúmpta. Suscep
runt igitur de cibariis eórum, & os Dómini non interrogávérunt.

R. Dixit Judas.

Léctio sancti Evangélii:
secundum Lucam.

Let̄cio iij. Cap. 4.

IN illo témpore Surgens Jesus de Synagóga, introívit in domum Simónis; Socrus autem Simónis tenebátur magnis fêbris. Et rogavérunt illam pro ea; & stans supér illam imperávit febri & dimisit illam. Et reliqua. Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Homil. de Simonis Socrus sub finem,

SOcrus Petri potest intél
ligi volúntas nostra, que primò variórum cupiditatis æstibus madefacta lan
guébat; póstea per Apostolátus officium in ministérium Christi: jam robusta surréxit. Simul qualis esse débeat, quæ Christo ministrat, osténditur. Opóret eam primò carére variáru illécebris voluptátum; vitare intérnum corporis animique languórem; ut corpus & sanguinem Christi ministrat. Neque enim potest quíspiam, peccatis suis æger miniméque sanus: immortálium sanitatum remédia ministrare. Vide, quid agas, Sacérdos; nec

L 5

febriénti manu : corpus Christi attingas ; priùs cura ut ministrare possis. Si mundos eos, qui ante sive- rant leprósi, Christus jubet occurrére Sacerdótibus ; quanto magis mundum ipsum cónvenit esse Sacer- dótēm. Non habet igitur quod moléstie ferat illa ví- dua; quòd sibi non pepér- cerim : quando nec mihi parco. Surrexit itaque Pe- tri, inquit, Socrus, & mini- strábat illis. Et benè sur- réxit ; Sacraménti enim ty- pum. Apostólica jam grá- tia ministrábat.

R. Videns Jacob. 2, 3, 4.

Ad Benedictus, Aña.
Date eleemosynam, & ec- ce ómnia munda sunt vo- bis.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. *Oratio.*

Magníficet te, Dómi- ne, Sanctórum tuó- rum Cosmæ & Damiani beáta Solemnítas ; qua & illis glóriam sempiternam & opem nobis ineffabili providéntia contulisti. Per Dóminum nostrum.

Hoc è ad secundas Lita- nias dicitur Antiphona.

Invocantes Dóminum ex-

clamémus, ut respiciat pô- pulum suum conculcátum & doléntem, & protegat templum, ne ab ímpiis pol- luáatur, & misereátur nimis afflictæ civitatis suæ.

Ad Magnificat. Aña.
Aqua, quam ego dédero, qui biberit ex ea, non si- tiet unquam.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. *Oratio.*

Subjéctum tibi pôpulum, .
Squæsumus, Dómine, Propitiátiō cœlestis ampli- sicer : & tuis semper faciat servire mandátis. Per Dó- minum nostrum.

FERIA SEXTA.

De Libro Jósuë.

Leétio j. Cap, 10.

Locutus est Jósuë Dó- mino in die, quâ trâ- didit Amoríhæum in con- spéctu filiòrum Israël. Di- xitque coram eis Sol contra Gábaon ne moveáris & Luna contra vallem Ajalon. Steteruntque Sol & Luna donec ulcisceré- tur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro justórum ? Stetit ita- que Sol in medio cœli, & non festinávit occúmbere. Spátio unius diéi. Non fuit antea.

Antea nec postea tam longa dies, obediēnte Dōmino voci hōminis, & pugnante pro Israēl. Reversusque est Jōsuē cum omni Israēl in castra Gālgalæ. Fūgerant enim quinque Reges, & se abscondērānt in spelūncā urbis Macea. Nunciatumque est Jōsuē, quod invēti essent quinque Reges latentes in spelūnca urbis Macea. Qui præcepit sociis, & ait. Volvite saxa ingēntia ad os spelūncā, & pónite viros īdūstriōs, qui clausos custodiānt; vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extrēmos quosque fugientium cædit, nec dimittatis eos urbiū Israīrum intrare præsidia, quos tradidit Dōminus Deus in manus vestras:

R. Memēto mei. ut in ij.
Nuit. Dom. præced. 235.

Lectio ij.

Cæsis ergo adversariis plagā magnā, & usque ad internectionem penē consūmptis, hi qui Israēl effūgēre potuerunt, ingressi sunt civitātes munītas. Reversusque est ómnis exérctus ad Jōsuē in Macea, ubi tunc erant

castra sani & íntegro nūmero; nullusque contra filios Israēl mutire ausus est. Præcepitque Jōsuē, dicens. Aperi te os spelūncā, & prodūcite ad me quinque Reges, qui in ea lāitant. Feceruntque ministri ut sibi fūerat imperātum, & eduxerunt ad eum quinque Reges de spelūnca, Regem jerūsalem, Regem Hebron, Regem jerimoth, Regem Lachis, Regem Eglon. Cūmque edūcēti essent ad eum, vocāvit omnes viros Israēl, & ait ad Príncipes exérctus, qui secum erant. Ite, & ponite pedes super colla Regum istórum. Qui cūm perrexisserint, & subiectórum colla pédibus calcārent, rursum ait ad eos. Nolite timere nec pavēatis, confortamini & estote robūsti; Sic enim faciet Dōminus cunctis hōstibus vestris, adversum quos dimicatis.

R. Dixit Rubēn. 235.

Lectio sancti Evangelijs secundum Jōannem.

Lectio ij. Cap. 4.

In illo tempore. Venit Iesus in civitatēm Samāriæ; quæ dicitur Sichar: juxta prædiūm, quod

dedit Jacob, Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere; sedebat sic supra fontem: hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria: haurire aquam. Et reliqua.

*Homilia sancti Augustini
Episcopi.*

*Tractat. 15. in Ioannem
sub finem.*

JAM MULIER ordinatur in fide, & regitur bene vita; postea quia audivit hoc: Ego sum, qui loquor tecum. Jam ultrà quid diceret? quando Christus Dominus manifestare se voluit mulieri; cui dixerat: Crede mihi. Et continuo venerunt Discípuli ejus, & mirabantur quia querébat perditam; qui vénérat querere quod perierat: hoc illi mirabantur. Bonum enim mirabantur: non malum suspicabantur. Nemo tamen ei dixit, quid queris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo mulier hydriam suam. Mulier, audito, Ego sum, qui loquor tecum; Et recepto in cor Christo Dominum; quid faceret? nisi jam hydriam dimitteret;

Evangélizare, curreret. Projécit cupiditatem: & properavit annunciarē veritatem. Discant, qui volunt Evangelizare: & projiciant hydriam ad púteum. Projécit ergo hydriam suam; quae jam non usui: sed oneri fuit. Avida quippe desiderabat aquam illâ satiati; ut nunciaret Christum: onere abjecto.

R. Mérito hæc. 236.

Ad Benedictus, Antiphon.
Mulier, vénient dies, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spíitu & Veritate.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. Oratio.

JEJUNIA nostra, quæsumus, Domine, benigno favore proféquere; ut sicut ab aliméntis abstinenimus in corpore: ita à vitiis jejunémus in mente. Per Dominum nostrum.

Hodiè ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Antiphon.
Veri adoratores adorabunt Patrem in Spíitu & Veritate.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus.

Otémus. Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus; ut qui in tuâ Protectione confidimus: cumsta nobis adversantia, te adjuvante, vincamus. Per Dóminum nostrum.

S A B B A T O.

De Libro Jósuë.

Lectione j. Cap. 13.

Jósue Senex, proiectusque ætatis erat, & dixit Dóminus ad eum. Senuisti, & longævus es, térraque latissima derelicta est, quæ nec dum sorte divisa est, omnis videlicet Galilæa, Philisthiim, & univérsæ Gessuri. A flúvio tûrbido, qui irrigat Ægyptum, usque ad tériminos Accaron contra Aquilonem. Terra Cháanaan, quæ in quinque Régulos Philisthiim dividitur, Gazæos, & Azótios, Ascalonítas, Gethæos & Accaronítas. Ad meridiem verò sunt Heyæi, omnis terra Cháanaan, & Maara Sidoniórum, usque Aphéca & tériminos Amorrhæi, ejusque confinia. Líbani quoque régio cōtra Oriéntem, à Bálgad sub monte Hermon, donec ingrediáris Emath. Omnia, qui

hábitant in monte, à Líbano usque ad aquas Maserépot, universique Sidónij. Ego sum, qui delébo eos à facie filiorum Istræl. Véniat ergo in partem hæreditatis Istræl, sicut præcépi tibi. Et nunc dívide terram in possessiōnem novem tribibus, & dimidiæ tribui Manásse. **R**g. Tollite hinc vobiscum. ut in iij. Noct. Dominic. præcedentis. 237.

Lectione ij. Cap. 14.

Acceſserunt itaque filii Iuda ad Jósue in Gál-gala, locutusque est ad eum Caleb, filius Jéphone Cenezæus. Nostri quid locutus sit Dóminus ad Moysen, hóminem Dei, de me & te in Cadesbárne? Quadragesinta annorum eram, quando misit me Moyses fábulus Dómini de Cadesbárne, ut considerarem terram, nunciavique ei quod mihi verum videbatur. Fratres autem mei, qui ascenderant mecum dissoluerunt cor populi, & nihilominus ego secutus sum Dóminum Deum meum. Concessit ergo Dóminus vitam mihi, sicut pollicitus est usque in præsentem diem.

die. **Quadragesima** & **qui-**
nque anni sunt, ex quo lo-
 cùtus est Dóminus verbum
 istud ad Moylen, quandò
 ambulábat Israél per soli-
 túinem, hodie octoginta
 quinque annorum sum, sic
 valens, ut eò valébam
 tempore, quando ad ex-
 plorandum missus sum.
 Illius in me téporis for-
 titudo usque hodie perse-
 vérat, tam ad bellandum,
 quam ad gradiendum. Da-
 ergò mihi montem istum,
 quem pollicitus est Dómi-
 nus, te quoque audiénte,
 in quo Enacim sunt, & ur-
 bes magna atque munitæ,
 Si forte sit Dóminus me-
 cum, & potuero delere
 eos, sicut promisit mihi.
 Benedixitque ei Jósue, &
 trádidit ei Hebron in pos-
 sessionem.

R. *Iste est frater.* 238.

Lectio sancti Evangélii:
 secundum joánnem.

Lectio iij. Cap.8.

TN illo témpore! Perréxit
 Iesus in montem Olivé-
 véti; & dilúculo: iterum
 venit in templum. Et om-
 nis pòpulus venit ad eum:
 & sedens docébat eos. Ad-
 dicunt autem Scribæ &
 Pharisæi mulierem in adul-

tério deprehénsam. Et ré-
 liqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Tract. 33. in Ioannem.

Qui sine peccáto est
 vestrum, inquit: prior
 in illam lápidem mittat. O
 respónsio Sapiéntiæ. Quó-
 modo eos intromísit in se-
 metípsos; Foris enim ca-
 lumniabantur: scípsos in-
 trísecús non perscruta-
 bantur. Adúlteram vidé-
 bant: se non perspiciébāt.
 Prævaricatóres Legis: Le-
 gem impléte cupiébant.
 & hoc calumniándo: non
 verè tanquam adulteram à
 castitáte damnándo. Audí-
 stis Judæi; audístis Phari-
 sæi; audístis Legis Doctó-
 res; Legis Custódem: sed
 nondùm intellexistis Le-
 gis-Latórem. Consíderet
 se unusquisque vestrum;
 intret in semetípsum; as-
 céndat tribunal mētis suæ;
 constituat se ante con-
 sciéntiam suam: cogat se
 confitéri. Scitenim, qui
 scit: quia nemo scit hó-
 minum, quæ sunt hóminis:
 nisi Spíritus hóminis,
 qui in ipso est. Unusquis-
 que in se inténdens pecca-
 tórem se ívenit. Ita plu-
 nè

N. Ergo aut ista dimittite; aut sunus cum illa pœnam Legis excipite. Si diceret, Non lapidetur adultera: injustus convinceretur. Si diceret, Lapidetur: mansuetus non videretur. Dicat, quod dicere debet: & Mansuetus, & justus. Qui sine peccato est vestrum; prior in illam lapidem mittat. Hæc vox justitiae est: Puniatur Peccatrix; sed non a peccatoribus. Implearunt Eex: sed non a prævaricatoribus legis. Hæc vox omnino justitiae est, quam justitia illi, tanquam trabali telo percussi; fæse insipientes; & reos invenientes: unus post unum omnes recesserunt. Relicti sunt Duo: Misera, & Misericordia.

R. Dixit Joseph. 238.

Ad Benedictus, Antiph.
Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. Oratio.

*P*ræsta, quæsumus, omnipotens Deus; ut qui affligendo carnei ab alienis abstinent: seständo justitiam a culpa jejunent. Per Dominum.

Hodiè ante tertias Litaniæ dicitur, Antiphona.
Dómine, misericordia nostræ expectavimus; esto brachium nostrum in fortitudine, & salus nostra in tempore tribulationis, Dómine Deus noster.

A D V E S P E R A S.

Capitulum. Galat. 4.

*S*criptum est: Quóniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera; Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per remissionem: Quæ sunt per Allegoriam dictæ:

R. Angélis suis Deus mandavit de te.

R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiph.
Nemo te condemnavit, mulier? nemo, Dómine; nec ego te condemnabo; jam amplius noli peccare. Duplicatur.

Orémus. Oratio.

*C*oncede, quæsumus; omnipotens Deus; ut qui ex merito nostræ actionis affligimur: tuæ gratiarum consolatione respémus. Per Dominum.

Ad Completor. Hymnus.

Audi benigne. 183.

DOMINICA QUARTA

Quadragesimæ.

Ad Matutinum. Invitatorium. Non sit vobis vanum surgere ante lucem, quia promisit Dóminus corónam vigilántibus.

Psalmus. Venite. 2.

Ad Nocturnos omnia ut in Psalterio. ¶. Dicet Dómino. Et alij ¶. ibidem Tempore Quadragesimæ.

*Incipit Liber Judicium.**Lectio i. Cap. i.*

Post mortem Josue consuluérunt filii Istráél Dóminum, dicéntes. Quis ascéndet, ante nos contra Chananaeum, & erit Dux belli? Dixítque Dóminus; Judas ascéndet? Ecce trádidi terram in manus ejus. Et ait Judas Simeóni fratri suo; ascénde mecum in sortem meam; & pugna contra Chananaeum: ut & ego pergam tecum in sortem tuam. Et ábiit cum eo Simeon. Ascenditque Judas, & trádidiit Dóminus Chananaeum ac Pherezæū in manus eórum; & percussérunt in Bezec decem millia virórum. Invenéruntque Adonibézec in

Bezec, & pugnavérunt contra eum: ac percussérunt Chananaeum & Pherezæum. Fugit autem Adonibézec, quem persecuti comprehendérunt: cæsis summitatibus manuum ejus ac pedum.

R. Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens; descénde in Aegyptum, & dic Pharaóni, ut dimittat pópulum meum, * Indurátum est cor Pharaónis, non vult diuinittere pópulum meum, nisi in manu forti.

N. Videns vidi afflictionē pópuli mei, qui est in Aegypto, & gémitum ejus audívi, & descéndi liberare eos. Indurátum est.

Lectio ii.

Dixitque Caleb. Qui percússerit Cáriath Sepher; & vastáverit eam: dabo ei Axam filiam meā uxórem. Cumque coepisset eam Othóniel filius Cenez, frater Caleb minor: dedit ei Axam filiam suam cónjugem. Quam pergénsem in itínere mónuit vir sius: ut péteret à patre suo agrū. Quæ cùm suspirasset sedes in ásino: dixit ei Caleb. Quid habes? At illa respondebit. Da mihi benedictiōnem,

Etiónem; quia terram aréntem dedísti mihi: da & irríguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irríguum supérius: & irríguum inférius. Filii autem Cinæi cognati Moysí, áscendérunt de civitáte palmárum; cum filiis Juda, in desértum sortis ejus, quod est ad meridiem Arad: & habitavérunt cum eo. Abiit autem Judas cum Simeóne fratre suo; & percussérunt simul Chananaeum, qui habitabat in Sephaath: & interfecérunt eum. Vocatúmque est nomen urbis Horma: id est, Anáthema.

R. Stetit Móyses coram Pharaóne, & dixit; Hæc dicit Dóminus, * Dimítte populum meum; ut sacrificet mihi in deséerto.

X. Dóminus Deus Hebreórum misit me ad te, ut dicam tibi. Dimítte.

Lectio iii.

Domus quoque Joseph ascéndit in Bethel: fuitque Dóminus cum eis. Nam cùm obsidérent urbem, quæ priùs Luza vocabátur; vidérunt hóminem egrediéntem de civitate: dixeruntque ad eum. Osténde nobis intróitum

civitatis; & faciémus tecum misericórdiam. Qui cùm ostendisset eis; percussérunt urbem in ore gladii: hóminem autem illum, & omnem cognitionem ejus dimisérunt. Qui dimissus abiit in terram Metthim, & ædificávit ibi civitatem; vocavítque eum Luzam: quæ ita appellátur usque in præsentem diem. Mánasses quoque non delévit Bethsan, & Thanac cum viculis suis; & habitatóres Dor, & Jéblaam, & Magéddo cum viculis suis: cœpítque Chananaeus habitare cum eis. Postquàm autem confortátus est Isráël; fecit eos tributários: & delére noluit.

R. Cantémus Dómino, glorióse enim honorificatus est, equum & ascensorem projécit in mare. * Adjútor & protéctor factus est mihi Dóminus, in salutem, X. Iste Deus meus, & honorábo eum, Deus Patris mei, & exaltábo eum. Adjútor & protéctor, Glória Patri. Adjutor.

In secundo Nocturno.
Sermo sancti Augustini Episcopi.

Sermon

Sermon 6: de Quadragesima sub finem.

Lectio iv.

Sunt quidam observatores quadragesimae deliciosi potius quam religiosi. Exquirentes novas suavitates magis quam veteres concupiscentias castigantes. Qui copiosis appetitis fructuum diversorum; quorumlibet obsoniorum varietates & sapores superare contendent. Vasa in quibus coctae sunt carnes tanquam immunda formidant; & in sua carne ventris & guttulis luxuriam non formidant. Jejunant non ut solitam temperando minuant edacitatem sed ut immoderatam differendo augeant aviditatem. Nam ubi tempus reficiendi advenierit; opimus mensis tamquam pecora praesepibus irruunt; numerosoribus ferculis corda obruunt; ventresque distendunt artificiosis & peregrinis condimentorum diversitatibus gulam ne vel copia compescatur irritant. Denique tantum capiunt manducando quantum digerere non sufficiant jejunando.

R. Qui persequebintur populum tuum, Domine deimesisti eos in profundum, * Et in columna nubis Duxtor eorum fuisti, Domine. ¶ Ad montem quoque Sinai descendisti, & locutus es cum eis de cœlo, & dediti eis iudicia recta, & Legem veritatis. Et in columna.

Lectio v.

Quid autem absurdius; quam tempore quo caro arctius castiganda est tantas carnis suavitates procurare. Ut ipsa faucium concupiscentia nolit Quadragesimam præterire. Quid inconvenientius; quam in diebus humilitatis quando pauperum vietus omnibus imitandus est ita vivere ut si toto tempore sic vivatur; vix possint dicitum patrimonia sustinere. Cavete ista dilectissimi; cogitate quod scriptum est post concupiscentias tuas non eas. Quod saluberrimum præceptum si omnipotente observandum est; quanto amplius his diebus; quando ita turpe est si cupiditas nostra ad insatias laxetur illecebras; ut merito culpetur qui non restrinxerit.

restrinxerit usitatas.

R. Ecce mitto ángelum meum, qui præcedat te, & custodiat semper, Obsérva & audi vocem ejus, & inimicus ero inimicis tuis, & affigentes te affigam.* Et præcedet te ángelus meus.
X. Israël si me audieris non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum; ego enim sum Dñs Deus tuus. Et præcedet.

Lectio vij.

Præcipue sanè páuperum mementote; ut quod vobis párciūs vivendo subtrahitis: in caelesti thesáuro reponatis. Accipiat esuriens Christus; quod jejúnans: minus accipit Christianus. Castigatio volentis: fiat sustentatio non habentis. Voluntaria copiosi inópia: fiat necessária inopis cópia. Si etiam in ánimo placabilis & húmili: misericors ignoscéndi facilitas. Petat véniam qui fecit injúriam; det véniam: qui accépit injúriam. Ut non possideámur à sátana: cuius triúmphus est dissénsio Christianorum. Hæc enim magnum lucri Eleemosina est: débitum relaxare consérvo: ut

tibi relaxétur à Dómino.

R. Audi, Israël, præcepta Dómini, & ea in corde tuo, quasi in libro scribe.

* Et dabo tibi terram fluēntem lac & mel.

X. Terrórem meum mittam in præcūsum tuum, & occidam omnem pòpulum, ad quem ingredieris.

Et dabo. Glória Patri. Et dabo.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii:
secundum Joánneum.

Lectio vij. Cap. 6.

In illo tempore: Abiit Jesus trans mare Galilee, quod est Tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna; quia vidébant signa, quæ faciébat: super his, qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Jesus; & ibi sedébat: cum discipulis suis. Et reliqua. Homilia sancti Euchérii:

Lugdunensis Episcopi,
Homil. in idem Evangel.

Magna Dóminus miracula facturus; & novi mirabilisque panis delicias pòpulo daturus: montem ascéndit. Quatenus & nos quotiescumque spirituálibus novisque épulis satiari cupimus; non montiss.

montis : sed mentis altitudo dinem & ingénii sublimitatem ascendamus. Quóniam autem tálibus deliciis refécti festivitatem ágere ; & Christi carnem & sanguinem suscipere digni sunt : meritò hic dicitur ; quia próximo erat Pascha dies festus Judæorum. Secúri enim ad hanc festivitatem véniunt : qui tálibus épulis sunt repléti. sciébat dóminus ; quid facturus erat : sed tentando Philíppum audire volebat : quid de ejus omnipoténtia sentiebat. Simulque novum illud miráculum : discípuli responsione extollebat. cùm ex quinque, paníbus tot hómines reficéret : quibus secundum illius testimónium ; duceniorum denariorum panes non sufficérent : ut unusquisque módicum quid accíperet.

R. Vos , qui transitúri estis Jordánem , ædificáte altáre Dómino de lapídibus , quos ferrum non testigit,* Et offérte super illud holocáusta & hóstias pacificas Deo vestro. ¶ Cumque intravéritis terram , quam Dóminus datúrus

est vobis , ædificáte ibi altáre. Et offérte. Lectio viij.

Iussit igitur Dóminus pánnes illos sibi afferri ; & cùm fecisset turbam discúmbere super fœnum : accéptis quinque pánibus & duóbus píscibus aspiciens in cælum ; benedíxit & fregit ; & dedit discípulis panes : discípuli autem turbis. Ecce salvátor noster super fœnum turbas discúmbere facit, quátenus hoc cibo ille se intellígit esse indignum : qui nondum suprà fœnum discubuit. Prophéta enim dicit ; verè fœnum est póplus : siccátū est fœnum & cécidit flos. Quicúmque igitur es qui vis satiári de pánibus Christi : discúmbe prius super fœnum ; imò prius te ipsum & omnia fœnum esse cognósce. Non jam luxúriet in te viriditas carnis. Audi Apóstolū dicentem ; mortificáte membra vestra : quae sunt super terram. Intellíge in omnibus quia flos & pulchritudo hujus vitæ citò aréscit. R. Addúxi vos per desérum quadraginta annis , ego Dóminus ; non sunt attrita vestimenta vestra ,

* Manna

* Manna de cœlo plui vobis, & obliti estis me, dicit Dóminus. ¶ Pópule meus quid feci, aut quid moléstus fui tibi? respónde mihi; quóniam ego edúxi vos de terra Ægypti? Manna de cœlo.

Lectio ix

ET dedit discípulis suis; discípuli autem: dedérunt turbis. Ipse enim discípulos suos; discípuli vero: nos docuérint. Unde Apóstolus ait; ego enim accepi à Dómino: quod & trádidi vobis. Nos quoque panes aliis frángimus: quos à Christi discípulis fractos accépimus. Eósque quotidie turbis appónimus: dum hæc sacri Evangélii verba expónimus. Et manducavérunt omnes; & saturati sunt. Manducántium autem: fuit númerus quinque míllia virorum: excéptis muliéribus & párvulis. Non sunt panes nisi quinque: manducántes autem plus míllibus, quinque. Illi manducant: panes crescunt. Certámen fit inter panes & hómines; vincunt panes: superántur hómines. illi sufficiunt: illi deficiunt. Nisi enim

manducáre hómines cessássent: fortásse in infinitum panes crevissent. Sic ígitur & cibus spirituális; sic panis utriúsque testaménti quantò plus coméditur: tantò ampliùs crescit. ¶ Pópule meus, quid feci, aut quid moléstus fui tibi? respónde mihi; quóniam ego edúxi vos de terra Ægypti, & de domo servitútis, quadraginta annis in erémo, * Manna plui vobis. & obliti estis me, dicit Dóminus. ¶ Addúxi vos de terra Ægypti in desértum quadraginta annis, ego Dóminus. Manna. Glória Patri. Manna.

A D L A U D E S.
Antiphona. Tunc accéptabis Sacrificium justitiæ, si avérteris fáciem tuam à peccatis meis.

Psalm. Miserére mei. 70.
Aña. Bonum est speráre in Dómino, quám speráre in Princípibus.

Psalm. Confitémini. 26.
Aña. Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus. *Psalmus.* Deus Deus meus. *cum reliq.* 21.

Aña. Potens es, Dómine, erípere nos; de manu mortis liberare nos, Deus noster.

ster. Aña. Reges terræ, & omnes populi laudáte Deum.

Capitulum. Gal. 4.

Scriptum est, quóniam Abraham duos filios hábuit, unum de ancilla, & unum de libera; sed qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per re promissiónem quæ sunt per Allegoriam dicta.

X. Domine refugium factus es nobis. **R.** A generatione & progénie.

Ad Benedictus, Antiph.
Cùm sublevasset oculos Jesus, & vidisset maximam multitudinem venientem ad se, dixit ad Philíppum: Unde emémus panes, ut mandúcent his hoc autem d. cébat tentans eum; Ipse enim sciébat, quid esset facturus, *Duplicatur.*

Orémus. Oratio.

Concédere, quæsumus. Omnipotens Deus; ut qui ex mérito nostræ actiōnis afflígimur: tuæ gratiæ consolatione respirémus. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Capitulum. Scriptum est. *ut suprà.*

R. Bonum mihi, quòd

humiliásti me; * Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argénti.

X. Manus tuæ, Dómine, fecérunt me, & plasmavérunt me, da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Bonum mihi Lex, Glória Patri. Bonum mihi Dómino.

X. Dicet Dómino, suscéptor meus es tu.

R. Deus meus sperábo in eum.

Orémus. Oratio.

Præsta populo tuo, Dómine, quæsumus consolationis auxílium; & diuturnis calamitatibus laborantem: propitius respírare concéde. Per Dóminum nostrum.

Ad Sextam, Capitulum.

Gal. 4.

Lætare stérilis, quæ non paris, erúmpe & clama quæ nō párturis; quia multi filij desértae: magis quæ ejus quæ habet virum. **R.** Servus tuus ego sum, * Da mihi intellectum, Dómine.

X. Ut discam mandata tua. Da mihi. Glória Patri. Servus. **X.** Ipse liberávit me de láqueo venántium. **R.** Et à verbo áspero.

Orémus.

Orémus. Oratio.

Quæsumus, omnipotens Deus; ut qui nostris fatigámur offénsis, & mérito nostræ iniquitatis afflígimur: pietatis tuæ grátiam cónsequi meréamur. Per Dóminum.

Ad Nonam, Capitulum: Galat. 4.

ITaque Fratres, non sumus ancíllæ, sed lìberæ: quâ libertate Christus nos liberávit.

R. Declára super nos, Deus. * Tuam misericórdiam. **X.** Declaratio sermónum tuórum illúminat, & intelleéctum dat párvulis. Tuam. Glória Patri. Declára.

X. Scápulis suis obumbrabit tibi.

R. Et sub pennis ejus spérábis.

Orémus. Oratio.

Purifica, quæsumus, Dómine, tuórum corda fidélium: ut à terréna cupiditaté mundáti; & præsentis vitæ periculis eruántur: & perpétuis donis fir-méntrur. Per Dóminum.

Ad Vesperas, Antiphona & Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Domina. 150.

Capitulum. Gal. 4.

Scriptum est, quóniam Abraham duos filios hábuit, unum de ancilla, & unum de lìbera; Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de lìbera, per repromissiónem: quæ sunt per allegoriam dicta.

X. Angelis suis Deus mandávit de te.

R. Ut custódiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiph. Accépit ergo Jesus panes, & cùm grátias egísset, distribuit discumbéntibus.

Duplicatur.

Orémus. Oratio.

Deus, qui in deserti régione multitúdinem populi, tuâ virtute satiásti; in hujus quoque séculi transeúntis excursu: victu nobis Spiritálem, ne deficiámus impénde. Per Dóminum nostrum.

Ad primam Processionem. R. Primum Fer. seq. Spléndida facta est.

Orémus. Oratio.

Fac nos, quæsumus Dómine, Deus noster, in tua Devotióne gaudére; quia perpétua est, & plena fœlicitas: si bonorum omnium

niitia

nium serviāmus auctōri.
Per Dóminum.

Ad secundam Processionem. Rx. ij. Sicut sui cum Moysē.

Oréimus. *Oratio.*

UT à nostris excéssibus, Dómine, temperemur: tua nos præcépta concéde júgiter operáti. Per Dóminum.

Ad Completor. Hymnus.
Audi Benigne. 183.

FERIA SECUNDA.

De Libro Judicūm.

Lettio i. Cap 2.

AScéndit Angelus Dómini de Galgális ad Locum fléntium & ait. Edúxi vos de Ægypto, & introdúxi in Terram, pro qua jurávi Pátribus vestris; & pollicitus sum, ut non fácerem írritum pactum meum vobíscum in sempitérnum, ita dumtáxat ut non feriréatis fœdus cum habitatóribus Terrę hujus, sed aras eórum subvertéatis. Et noluístis audíre vocem meam. Cur hoc fecístis? Quamobrem nólui delére eos à facie yestrâ, ut habeátis hostes, & Diij eórum sint vobis in ruínam. Cúmque loquerétur Angelus Dómini hæc ver-

ba ad omnes filios Israël, elevávérunt ipsi vocem suam & slevérunt. Et vocátum est nomen loci illius locus fléntium, sive lachrymárum. Immolavéruntque ibi hóstias Dómino. Dimisit ergò Josuë pópulum, & abiérunt filii Israël unusquisque in possessiónem suam, ut obtinérent eam, servierúntque Dómino cunctis diébus ejus, & seniōrum qui longo post eum vixérunt témpore, & nóverant ómnia opera Dómini, quæ sécerat cum Israël. Mortuus est autem Josuë filius Nun, fábulus Dómini, centum & decena annórum,

Rx. Spléndida facta est fácies Moysi, dum loquerétur ei Dóminus. * Vidéntes Seniores Claritatēm vultus ejus, admirantes tenuérunt valdè. ¶ Cúmque descénderet Moyses de monte, portans duas tábulas lapídides, scriptas Dígito Dei. Vidéntes Seniores.

Lectio ii.

Fecerúntque filii Israël malum in conspéctu Dómini, & serviérunt Baalim. Ac dimisérunt Dóminum

Dóminum Deum Patrum suorum, qui edúxerat eos de terra Ægypti: & secuti sunt Deos alienos Deós que populiorum, qui habitabant in circuitu eorum, & adoravérunt eos, & ad iracundiam concitavérunt Dóminum, dimittentes eum, & servientes Baal & Astaroth. Iratusque Dóminus contra Israël, trádidit eos in manus diripiéntium, qui cepérunt eos, & vendidérunt hóstibus, qui habitabant per gyrum; nec potuérunt resistere adversariis suis, sed quocumque pérgeret voluissent, manus Dómini super eos erat, sicut locutus est, & jurávit eis, & veheménter afflícti sunt. Suscitavitque Dóminus Júdices, qui liberarent eos de vastáantium máni- bus: Sed nec eos audire voluérunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Citò deseruerunt viam per quam ingréssi fúerant Patres eorū, & audiéntes mandata Dómini, ómnia fecére contraria.

X. Sicut fui cum Móyse, ita ero tecum, dicit Dóminus: * Confortare, &

esto robústus, tu introdúces pópulum meum ad terram, lacte & melle manántem.

X. Hódie incípiam exaltare te coram omni Israël, ut sciant quod sicut cum Moýse fui, ita & tecum sum. Confortare.

Léctio Sancti Evangélii: secúndum Joánnem.

Lectio iij. Cap. 8.

IN illo témpore: Propè terat Pascha Judæorum; & ascéndit Jesus Jerosólymam, & invénit in templo vendéntes boves & oves, & colúmbas: & nummulários sedéntes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes ejécit de Templo. Et reliqua.

Hómilia sancti Gregorií Papæ.

Homil. de Officio pastoral. sub finem.

INgréssus templum persémetipsum quasi flagellum de funiculis fecit; & de domo Dei pravos negotiatóres ejiciens: Cáthedras vendéntium colúmbas évetit. Quia subditórum quidem culpas per pastóres pércurtit: sed pastórum vícia per semetipsum

Pars Verna.

M.

ferit. Ecce modò hominibus negari potest : quod latenter agitur. Ille certè judex venturus est, cui tacendo quisque non potest celare : quem negando non potest fallere. Est & aliud fratres Charissimi ; quod me de vita Sacerdotum : vehementer affligit. Sed ne cui injuriosum videatur fortassis quod afferro : me quoque pariter accuso ; quamvis barbarici temporis necessitate compulsus : valde in his invitatus jaceo. Ad exteriōra enim negotia delapsi sumus ; & aliud ex honore suscipimus : atque aliud ex Officio actionis exhibemus. Ministériū predicationis relinquimus ; & ad poenam nostram ut video Sacerdotes vocamus ; qui honoris nomen : non virtutis tenemus. Relinquent namque Deum hi qui nobis commissi sunt : & tacemus. In pravis actibus jacent : & correctionis manus non tendimus. Quotidie per multas nequitias pereunt : & eos ad infernum tendere negligenter videmus. Sed quomodo nos vitam corrigeremus valimus alienam : qui negli-

gimus nostram.

R. Cantemus Domino. ut supra. in 1. Noct. Dominicæ precedentis.

A D L A U D E S.

Antiphona & Psalmus:
Miserere. cum reliquo de Psalterio. 70.

Capitulum. Joël. 2.

Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio & fletu, & planetu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra; & convertimini ad Domini num Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ : & praestabilis super malitia.

X. Scapulis suis obumbrabit tibi.

R. Et sub pennis ejus spectabis.

Ad Benedictus, Anna.
De quinque panibus, & duobus piscibus satiavit Dominus quinque milia hominum.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orénius. Oratio.

Presta, quæsumus, omnipotens Deus ; ut Observaciones Sacras annua devotione recolentes : & corpore tibi placeamus & mente,

mente. Per Dóminum nostrum.

Hodie ad horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales. Ad Vesperas; Antiphona. Inclinavit Dóminus, Psalmus. Dilexi. cum reliquis de Psalterio. 154.

Capitulum. Isa. 58.

Frange esuriénti panem tuum & egéños vagós que induc in domum tuā; cum videris nudum, óperi eum: & carnem tuam ne despéxeris.

X. Angelis suis Deus mandávit de te.

R. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Aña. Sólvite templum hoc, dixit Dóminus; & post triduum excitábo illud; hoc autem dicébat de templo córporis sui.

Post. X. Sicut erat. dicitur X. sequens in eodem tono Magnificat.

X. Dicébat Jesus judæis. Sólvite.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. Oratio.

DEp̄ecationem nostrā, quæsumus, Dómine, benignus exaudi; & quibus supplicandi p̄stas af-

fécimus: tribue defensiōnis auxílium. Pet Dóminum.

FERIA TERTIA.

De libro Judicum.

Lectio j. Cap.3.

FEcéruntque malum in conspéctu Dómini, & obliti sunt Dei sui; serviéntes Báalim & Asta-roth. Iratúsque contra Israël Dóminus, trádidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotámiæ, servientque ei octo annis. Et clamavérunt ad Dóminum, qui suscitávit eis salvatórem, & liberávit eos, Othóniel vidélicet filium Cenez, fratrem Ca-leb minórem; fuitque in eo Spíritus Dómini, & judicávit Israël. Egressúsque est ad pugnam, & trádidit Dóminus in manus ejus Chusan Rasathaim regem Syriæ, & oppréssit eum. Quievítque terra quadra-ginta annis, & mórtuus est Othóniel filius Cenez. Addidérunt autem filii Israël fáceré malum in conspéctu Dómini, qui confor-távit adversum eos Eglon regem Moab, quia fecérunt malum in conspéctu ejus. Et copulávit ei filios Ammon, & Ama-

lec, abiitque & percussit Israël, atque possedit Ur-
bem Palmárum.

R. Qui persequebántur
ut in ij. Noct. Domini
præced.

Lectio ij. Cap.4.

ADdidéruntque Fílli Israël facere malum
in conspéctu Dómini post
mortem Aod; & trádidit
illos Dóminus in manus
Jabin Regis Chánaam, qui
regnávit in Asor, habuít-
que Ducem exércitus sui
nómine Sisaram; ipse au-
tem habitábat in Haroseth
géntium. Clamaverúnt-
que Fílli Israël ad Dómi-
num nongéntos enim ha-
bébat falcátos currus, &
per vigínti annos vehe-
ménter opprésserat eos.
Erat autem Debbóra Pro-
phétis, uxor Lápidoth,
quæ judicábat pópulum in
illo témpore. Et sedébat
sub palma, quæ nómine
illius vocabátur, inter
Romæ & Bethel in mon-
te Ephraim. Ascendebánt-
que ad eam Fílli Israël in
omne judícium. Quæ mi-
sit & vocávit Barac, fi-
lium Abinoëm, de Cedès
Néphthali, dixítque ad
eum. Præcépit tibi Dómi-

nus Deus Israël, vade, &
duc exércitum in montem
Thabor, tollésque tecum
decem míllia pugnatórum
de filiis Néphthali, & de
filiis Zábulon. Ego autem
addúcām ad te in loco tor-
réntis Cison, Sisaram
Príncipem exércitus Ja-
bin, & currus ejus, atque
omnem multitudinem, &
tradam eos in manu tua.
Dixítque ad eam Barac;
si venis mecum, vadām,
si nolueris venire mecum,
non pergam. Quæ dixit ad
eum; Ibo quidem tecum,
sed in hac vice viatória
non reputábitur tibi, quia
in manu mulieris tradétur
Sísara.

R. Ecce mitto.

*Lectio sancti Evangélii:
secundum Joánnem.*

Lectio ij. Cap.7.

IN illo Témpore: Jam
die festo mediante, as-
cendit Jesus in templum;
& docébat: & mirabántur
Judæi dicentes. Quómo-
do hic litteras scit: cum
non didicerit. Et réliqua.
Homilia sancti Augustíni

Episcopi.

Tract. 29. in Joannem.

Alii dicébant bonus
Aest, álij autem non
sed

sed sedúcit turbas. Dictum
hoc est ad eórum solátium;
qui póstea prædicátes
verbum Dei? futúri erant
ut seductóres & veráces. Si
enim sedúcere decípere est:
nec Christus sedúctor nec
Apóstoli ejus: nec quis-
quam sedúctor debet esse
Christiánus. Si autem se-
dúcere aliúnde áliquem ad
áliud persuadéndo dúcere
est: quæréndū est, unde
& quò: si à malo ad bo-
num; bonus sedúctor est:
si à bono ad malum; ma-
lus sedúctor est. In hanc
ergo partem quâ sedueún-
tur hómines de malo ad
bonum: útinam omnes se-
dúctores & vocémur & si-
mus. Ascéndit ergo póstea
Dóminus ad diem festum
mediánte die festo, & do-
cébat & mirabántur Ju-
dæi: dicéntes. Quómodo
hic littéras scit cum non
didicerit? ille qui latébat
docébat; & palàm loque-
bátur: & non tenebátur.
Illud enim ut latéret erat
causa exémpli: hoc pote-
statis. Sed cùm docéret mi-
rabántur Judæi. Omnes
quidem quantum ábitror
mirabántur: sed non om-
nes convertebántur.

R. Audi Israël.

Ad Benedicétus, Antiph.
Unum opus feci, & admirámini, quia totum hó-
minem sanum feci in
Sábbato.

*Deinde dicuntur magna
preces.*

Orémus. *Oratio.*

Sacræ nobis, quæsumus,
Dómine, Observatiénis
jejúnia; & piæ conver-
satiónis augmémentum: &
tuæ propitiatiónis contí-
nuum præstent auxílium.
Per Dóminum.

*Hodiè ante Primas Lita-
nias dicitur Antiph.*
Convértere, Dómine, ali-
quántulū, & deprecáre su-
per servos tuos pro diébus
& annis in quibus vídimus
mala: respice in servos tuos,
& in ópera tua, & sit splen-
dor Dñi Dei nostri super
nos, & dírige nos.

Ad Magnificat, Antiph.
Et me scitis, & unde sim
scitis, & à me ipso non
veni, sed est verus, qui
misit me.

*Post X. Sicut erat. dici-
tur X. sequens in eodem
tono. Magnificat.*

X. Clamábatur ergò docens
in templo Jesus, & dicens,
Et me scitis.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

Miserere, quæsumus
Dómine, pópulo tuo;
& cōtinuis tribulatiōnibus
laborāntem! propitius re-
spirare concéde. Per Dñm.

F E R I A Q U A R T A.

De libro *Judicium.*

Lectio i. Cap. 6.

Dixit Dónimus Gedeóni. Ego ero tecum, & percūties Madian quasi unum virum. Et ille. Si inveni, inquit, grātiā co-rāte, da mihi signum, quod tu sis qui lóqueris ad me. Nec recédas hinc, do-nec revértar ad te, portans sacrificium, & offe-rens tibi. Qui respóndit;

ego præstolábor advéntum tuum. Ingressus est itaque Gédeon, & coxit hœdum, & de farinæ módio ázymos panes; carnésque ponens in canistro, & jus cárniū mittens in ollam, tulit ómnia sub queicu, & obtulit ei. Cui dixit Angelus Dómini. Tolle carnes, & ázymos panes, & pone supra petram illam, & jus désliper funde. Cumque fecisset ita, exténdit Angelus Dómini summitatē

virgæ, quam tenébat in manu, & tégit carnes, & ázymos panes; ascéndit que ignis de petra, & carnes azymósque panes consúmpsit. Angelus autem Dómini evánuit ex oculis ejus. Videntesque Gédeon, quòd esset Angelus Dómini, ait; Heu, mi Dómine Deus. Quia vidi Angelum Dómini facie ad faciem. Dixítque ei Dóminus; Pax tecum, ne timeas, non moriérис. Edificávit ergo ibi Gédeon altare Dómino, vocavítque illud, Dómini Pax, usque in præsentem diem.

R. Vos, qui transiūt estis. ut in ij. Noct. Domin. præced.

Lectio ij. Cap. 7.

Dixit Dónimus ad Gédeon. Multus tecum est pópulus, nec tradétur Mádian in manus ejus, né gloriétur contra me Israël, & dicat; Meis víribus liberatus sum. Lóquere ad pópulum, & cunctis audiéntibus prædicta. Qui formidolosus & timidus est, revertátur. Recesseruntque de monte Gálaad, & revertí sunt de pópulo viginti duo millia virórum, & tantum

decem

decem millia remanserant. Dixitque Dominus ad Gédeon. Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos, & de quo dixero tibi ut tecum vadat, ipse perget; quem ire prohibuerero, revertatur. Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gédeon: Qui lingua labuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum; qui autem curvatis genibus bibent, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os projectante lambuerant aquas, trecenti viri; omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gédeon. In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tuâ Mâdian. Omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum. Súmptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua, & ipse cum trecentis viris se certaminis dedit. Castra autem Mâdian erant subter in valle. Eadem nocte dixit

Dominus ad eum. Surge & descende in castra, quia & trádidi eos in manu tua.

R. Adduxi vos.

Léctio sancti Evangélii secundum Joánnem.

Léctio iii. Cap.9.

In illo tempore: Præteriens Jesus videt hominem cœcum à nativitate. Et interrogaverunt eum Discípuli ejus: Rabbi, quid peccavit hic, aut parentes ejus, ut cœcus nascetur? Respondit Jesus. Neque hic peccavit; neque parentes ejus: sed ut manifestetur opera Dei in illo. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episc.

Tract. 43. in Ioannem.

Quid est quod dixisti? Tu cui, Dñs apéruit oculos. Scimus quia peccatores Deus non exaudit; ecce peccatores Deus exaudit. Sed lava interiorē faciem tuam; fiat in corde tuo: quod factum est in facie tua; & videbis: quia peccatores Deus exaudit. Fellit imaginatio cordis tui; adhuc est quod tibi faciat. Certè projectus est iste de Synagoga; adiit ad eum & dixit ei. Tu credis in Filium Dei? & ille. Quis est

Dómine, ut credam in eū ?
 vidébat & non vidébat ;
 vidébat óculis ? Sed adhuc
 corde non vidébat. Ait illi
 Dóminus : & vides eum.
 Hoc est óculis ? & qui ló-
 quitur tecum ipse est. Tunc
 prostrátus adorávit eum.
 Tunc lavit fáciem cordis.
 Incúmbit ergo oratióni-
 bus peccatóres, confitémi-
 ni peccáta vestra ; oráte ut
 depellántur ; oráte ut mi-
 nuántur ; oráte ut vobis
 proficiéntibus ? ipsa defi-
 ciant. Tamen nolíte des-
 peráre. Et peccatóres orá-
 te. Quis enim non peccá-
 vit ? à Sacerdótibus incí-
 pe. Sacerdótibus dixit ;
 priùs offerte sacrificia pro
 peccátis vestris ? Et sic pro
 pópulo. Sed fortè Sacerdó-
 tes veteris pópuli peccató-
 res erant ; novi pópuli Sa-
 cerdótes ? non sunt pecca-
 tóres, certè fratres quia
 De° voluit. Sacérdos ipsius
 sum ? peccátor sum vobís-
 cum péctus tundo ; vobís-
 cum véniam rogo ; vobís-
 cum Deum : propítiu spero.
R. Popule meus.

Ad Benedictus , Aña.
 Nemo in eum misit ma-
 nus, quia nondùm vénérat
 hora ejus.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

Deus, qui & justis præ-
 mia meritórum, & per
 jejúnium peccatóribus vén-
 íam præbes : miserére
 supplícibus tuis ; ut réatus
 nostri conféssio indulgén-
 tiām valedicat percípere deli-
 etórum. Per Dómīnum.

Hodiè ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat , Aña.
Rabbi, quis peccávit, hic
 aut paréntes ejus, ut cœcus
 nascerétur ? Respóndit Je-
 sus & dixit; Neque hic pec-
 cávit, neque paréntes ejus,
 sed ut manifesténtur ópera
 in illo.

*Post ¶. Sicut erat. dici-
 tur ¶. sequens in eodem
 tono.*

X. Prætériens Jesus vidit
 hóminem cœcum à nati-
 vitate ; & interrogavérunt
 eum Discípuli ejus ; Rab-
 bi, quis.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

Pateant aures misericór-
 diæ tuæ, Dómine, pré-
 cibus supplicántium ; & ut
 peténtibus desideráta con-
 cédas ; fac eos quæ tib⁹
 sunt

Sunt plácita postuláre. Per
Dóminum.

FERIA QUINTA.

De Libro Judicium.

Lectio i. Cap. 11.

Fuit illo tempore Jeph-
te Galáadites, vir for-
tíssimus atque pugnátor,
filius mulieris meretricis,
qui natus est de Gálaad.
Habuit autem Gálaad uxó-
rem, de qua suscépit filios,
qui, postquam créverant,
ejecérunt Jephte, dicentes.
Hæres in domo patris no-
stri esse non pôteris, quia
de álera matre natus es.
Quos ille fúgiens atque de-
vítans, habitávit in terra
Tob; congregatique sunt
ad eum viri ínopes, & la-
trocínantes, & quasi Prí-
cipem sequebántur. In illis
diébus pugnábant filii Am-
mon contra Israël. Quibus
acríter instántibus, perrexé-
runt majóres natu de Gá-
laad, ut tollerent in auxí-
lium sui Jephte de terra
Tob, dixerúntque ad eum:
Veni, & esto Princeps no-
ster, & pugna contra filios
Ammon. Quibus ille re-
spóndit. Nónne vos estis,
qui odístis me, & ejecístis
de domo Patris mei, &
nunc venístis ad me neces-

sitáte compúlsi? Dixerúnt-
que Principes Gálaad ad
Jephte; Ob hanc ígitur
causam nunc ad te vénim-
us, ut proficiscáris nobís-
cum, & pugnes contra fi-
lios Ammon, sisque Dux
ónnium qui hábitant in
Gálaad. jephte quoque di-
xit eis. Si verè venístis ad
me, ut pugnem pro vobis
contra filios Ammon, tra-
diderítque eos Dóminus
in manus meas, ego ero
vester Princeps. Qui re-
spondérunt ei. Dóminus,
qui hæc audit, ipse mediá-
tor ac testis est, quòd no-
stra promíssa faciémus.

*R. Locútus est Dóminus.
ut in j. Noct. Dom. præced.*

Lectio ii.

Factus est ergò super
Jephte Spíritus Dómi-
ni, & circúiens Galaad, &
Manásse, Maspha quoque
Galaad, & inde tránsiens
ad filios Ammon, votum
vovit Dómino, dicens. Si
tradíderis filios Ammon
in manus meas, quicúmq;
primus fúerit egréssus de
fúribus domus meæ, mihi-
que occúrrerit, reverténti
cum pace à filiis Ammon,
eum holocaustum ófferam
Dño. Transivitque Jephte

ad filios Ammon , ut pugnaret contra eos ; quos trádidit Dóminus in manus ejus. Percussitque ab Aroér usque dum vénias in Mennith, viginti civitátes, & usque ad Abel , quæ est in vineis cónsita , plaga magna nimis , humiliatiq; sunt filii Ammon à filiis Israël. Reverténte autem Jephte in Maspha domum suam, occurrerit ei Unigénta filia sua cum tympanis & choris, non enim habebat álios liberos. Quâ visâ, scidit vestimenta sua , & ait.

Heu me, filia mea, decepisti me, & ipsa decépta es. Apériui enim os meum ad Dóminum , & áliud facere nō potero. Cui illa respondit ; Pater mi , si aperuisti ostium ad Dóminum , fac mihi quodcunque pollicitis es , concéssâ tibi ultiōne atque victória de hóstibus tuis. Dixique ad Patrem. Hoc solum mihi præsta quod deprecor ; Dismittere me ut duobus ménibus circuineam montes, & plangam virginitatem meam cum sodálibus meis. Cui ille respóndit, Vade. Et dismisit eam duobus ménibus. Cùnque abüsser eū

sóciis ac sodálibus suis, flebat virginitatem in móntibus. Expletisque duóbus ménibus , revérsa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vóverat.

R. Stetit Moyses.

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam.

Lectionis. Cap. 7.

IN illo tempore? Ibat Iesus in Civitatem quæ vocátur Nain ; & ibant cum eo Discípuli ejus , & turba copiosa. Et reliqua. Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Expos. in idem Evangel.

Audito Dei verbo , steterunt acerbi illi fúneris portítores , qui corpus humánum lethali fluxu naturæ materiális urgabant. Quid enim áliud, nisi quasi in quodam féretro , hoc est, suprémi fúneris instrumento , jacémus exánimes , cùm vel ignis immódicæ cupiditatis extenuat; vel frigidus humor exindat; vel pigra quadam terréni córporis habitúdine vigor hebetatur animorum ; vel concréta nostre spíritus labe, puræ lucis vacuus ? mentem alit. Hi sunt nostri fúneris portítores.

Sed

Sed quāvis suprēma mortis spem vitæ omnis aboléverint, & tūmulo próxima cōpora jáceant defunctōrum, verbo tamen Dei jam mórtua resūrgunt cadavera : vox redit ; redidit filius Matri ; revocáatur à tūmulo : eripitur à sepulchro. Quis iste est tūmulus tuus ; nisi mali mores ? Tūmulus tuus perfidia est ; sepulchrum tuum guttū est ; sepulchrum enim patens est guttū eōrum ; unde verba mórtua proferuntur. Ab sepulchro te liberat Christus ; ab hoc tūmulo surges : si audias verbum Dei , & si grave peccatum est , quod pœnitentia láchrymis ipse lavare non possis ; fleat pro te Mater Ecclēsia , quæ pro singulis , tanquam unicis filiis vídua mater intérvenit : compátitur enim quodani spiritali dolere naturæ : cùm suos liberos lethálibus vietiis ad mortem cernit urgéri.

B. Cantémus Dómino.

Ad Benedictus, Aña. Ille homo , qui dicitur Jesus , lūtum fecit ex spūto , & línivit óculos meos , & modo video.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

*P*raesta , quæsumus , Omnipotens Deus ; ut quos jejúnia votiva castigant : ipsa quoque devótio sancta lætificet ; ut terrénis afféctibus mitigatis : facilius cœlestia capiamus . Per Dóminum .

Hodiè ante secundas Litanias dicitur Antiphona. Non in justificatiōibus nostris prosternamus preces ante fáciē tuam , Dómine , sed in miserationibus tuis multis : placare , Dómine , fac , ne morétis propter temetipsum , Deus noster .

Ad Magnificat, Antiph. A século nunquām est auditum , quia quis apertuit óculos cœci nati , nisi Christus , Deus noster .

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

*P*opuli tui Deus institutor & rector : peccata quibus impugnatur expelle ; ut semper tibi plácitus & tuo munimine sit securus . Per Dóminum .

F E R I A S E X T A.

De Libro Judicium.

M . G .

*Lectio j.**Cap. 16.*

Quod cùm audíssent Philisthiūm, & percre-
buisset & apud eos intrásse urbem Samson, circumde-
derunt eum, pósitus in por-
tā civitatis custódibus; &
ibi totā nocte cum silén-
tio prætolántes, ut facto
mane exeúntem occíde-
rent. Dormívit autē Sam-
son usque ad médium no-
ctis; & inde consúrgens
apprehéndit anabas portæ
fores cum póstibus suis &
ferâ, impositásque húmeris
suis portávit ad vérticem
montis, qui réspicit He-
bron. Post hæc amávit mu-
lierem, quæ habitábat in
Valle Sorec, & vocabátur
Dalila. Venerúntque ad
eam Príncipes Philisthinó-
rum, atque dixérunt. Dé-
cipe eum, & disce ab illo,
in quo hábeat tantam for-
titúdinem? & quómodo
eum superáre valeámus, &
víctum afflígere, quod si
féceris, dábimus tibi sín-
guli mille & centum ar-
génteos. Locúta est ergò
Dálilà ad Samson. Dic mi-
hi, óbsecro, in quo sit tua
máxima fortitúdo, & quid
sit quo ligátus erúmpere
nēqueas? Cui respóndit

Samson; si septem nervi-
ceis fúnibus, nec dum sic-
cis & adhuc huméntibus,
ligátus fúero, infirmus ero,
ut cæteri hómines. Attulé-
runtque ad eam Sátrapæ
Philisthinórum septem fú-
nes, ut díixerat, quibus vin-
xit eum, laténtibus apud
se insidiis, & in cubículo fi-
nem rei expectántibus, cla-
mavítque ad eum, Philis-
thiūm super te. Samson.
Qui rupit víncula, quómo-
do si rumpat quis filum
de stuprâ tortum putámi-
ne, cùm odórem ignis ac-
céperit. Et non est cógnitum,
in quo esset fortitúdo
ejus.

*R. Qui persequebántur. ut
in Noct. Domin. præced.*

Lectio ij.

JAmque capílli ejus re-
násci cœperant, & príncipes Philisthinórum con-
venérunt in unum, ut im-
molárent hóstias magnífi-
cas Dagon Deo suo, &
epularéntur, dicéntes. Trá-
didit Deus noster inimí-
cum nostrum Samson in-
 manus nostras. Quód étiā
póplus videns, laudábat
Deum suum, eadémque di-
cébat: tradidit Deus no-
ster adversárium nostrum

im

Non manus nostras, qui delévit terram nostram, & occidit plúrimos. Lætantésque per convívia, sumptis jam épulis, præcepérunt, ut vocarétur Samson, & ante eos lúderet. Qui addúctus de cárcere ludébat ante eos, fecerúntque eum stare inter duas colúninas. Qui dixit púero regénti gressus suos; Dimítie me, ut tangam colúninas, quibus omnis ímminet domus, & recliner super eas, & paululum requiéscam. Domus autem erat plena virórum ac mulierum, & erant ibi omnes Príncipes Philistinórum, ac detecto & solário círciter tria mília utriúsque sexús spectántes ludéntem Samson. At ille, invocáto Dómino, ait. Dómine Deus, meménto mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, ut ulciscar me de hóstibus meis, & pro amissione duórum lúminum, unam ultióne recipiam. Et apprehéndens ambas colúninas, quibus innitebátur domus, alterámque eárum déxtera, & áleram lævâ tenens, ait. Moriátu! anima mea cum

Philísthiim, concussísque fórtiter colúmnis, cécidit domus super omnes Príncipes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat; multóque plures interfécit móriens, quām antè vivus occíderat.

R. Ecce mitto.

Léctio sancti Evangélij secundum Joánnem.

Léctio iij. Cap. 11.

In illo tempore: Erat quidam languens Lázarus à Bethánia, de castelló Maríæ & Marthæ sororis ejus. María autem erat quæ unxit Dóminum unguento; & extersit pedes ejus capillis suis; cuius frater Lázarus infirmabátur. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. 49. in Ioannem.

In corde hóminis quem premit magna moles & consuetudo peccati; in corde hóminis transgressoris; etiam sancti Evangelij contemptoris & pœnárum æternárum fremit Christus dum incrépat se homo. Audi adhuc! flevit Christus, flet se homo; quare enim flevit Christus nisi quia flére hóminem dociuit.

dóceuit. Quare frémuit & turbávit semetípsum nisi quia fides hóminis sibi méritò displicéntis ; frémere quodámmodo debet in accusatióne malórum óperum ; ut violéntiæ pœnitentia tendi : cedat consuetúdo peccándi: Et dixit ubi posuístis eum? Scis quia mórtuus sit & ubi sit sepultus ignoras? Ista significatio est, quia sic périditum hóminem quasi nescit Deus.

Nō ausus sum dicere? nescit. Quid enim ille nescit? sed quasi nescit. Unde hoc probámus; Dóminum audi dictúrum in judicio; Non novi vos: discédite à me. Quid est non novi vos? Non vos video in luce mēa; non vos video in illa justitia? quam novi. Sic & hic tanquam nesciens talem peccatórem dixit. Ubi posuístis eum? Talis est vox Dei in Para-diso: postquam homo peccávit. Adam ubi es? Dicunt ei. Dómine veni & vide, Quid est vide. Misérere. Vidit enim Dóminus quando miserétur: unde illi dicitur vide humiliatióne meam; & labórem meum: & dimítte ónnia

peccata mea. Et lachrymatus est Jesus. Dixérunt ergo Judæi. Ecce quóniam dòmum amábatur eum; Quid est amábatur eum? Non venit vocare justos: sed peccatores in pœnitentiam.

R. Audi Israël.

Ad Benedictus, Ann.
Prophéta magnus surréxit in nobis, quia Deus visitavit plebem suam.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

*D*eus, qui ineffabilibus mundum renovas Sacramentis: praesta, quæsumus; ut Ecclesia tua & æternis proficiat institutis: & temporálibus non destituatur auxiliis. Per Dóminum.

Hodiè ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat. Ann.
Lázarus amicus noster dormit, sed vado ut à somno exsúscitem eum.
X. Dixit Jesus Discipulis suis. Lázarus.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

*D*a nobis, quæsumus, Omnipotens Deus; ut qui infirmitatis nostræ consci,

consci, de tua virtute confidimus: sub tuâ semper pietate gaudemus. Per Dóminum.

S A B B A T O.

Incipit Liber Ruth.

Lectio i. Cap. 1.

IN diébus unius Judicis, quando Judices præerat, facta est fames in Terra. Abiuitque homo de Bethlehem Iuda, ut peregrinaretur in regione Moabitiæ cum uxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimelech, & uxor ejus Noëmi, & duo filii alter Nahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Bethlehem Iuda, Ingressique regiōnem Moabitidem, morabantur ibi. Et mortuus est Elimelech maritus Noëmi; remansitque ipsa cum filiis, Qui accepérunt uxores Moabitidas quarū una vocabatur Orpha, altera verò Ruth, manseruntque ibi decem annis.

R. Vos qui transitūri estis.

Lectio ii. Cap. 4.

Tulit itaq; Booz Ruth, & accépit uxorem, ingressusque est ad eam, & dedit illi Dóminus ut cíperet, & páreret filium. Dixeruntque mulieres ad

Noëmī. Benedictus Dóminus, qui non est passus ut deficeret succéssor familiæ tuæ, & vocarétur nomen ejus in Israël. Et hábeas qui consolétur ánimam tuam, & enútriat senectutem, de nuru enim tua natus est, quæ te díligit, & multò tibi mélior est, quā si septem habéres filios. Susceptumque Noëmi puerum pósuit in sinu suo, & nutrícis ac gérulæ fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes. Natus est filius. Noëmi vocabérunt nomen ejus Obed; hic est pater Isai, patris David.

*R. Adduxi vos. ut in iij.
Noët. Dom. præced.*

*Lectio sancti Evgagelii:
secundum Joánnem.*

Lectio iii. Cap. 8.

In illo tempore. Dicébat Jesus turbis Judæorum; Ego sum Lux mundi, qui séquitur me non ambulat in ténebris: & habebit lumen vitæ. Dixérunt ergo ei Pharisæi; tu de te ipso testimónium perhibes: testimónium tuum non est verum. Et reliqua.

Homilia S. Ambros. Epist.

In illud Evangelium.

Ego sum Lux mundi, non útique lux visibilis : sed animarum quæ in hoc sæculo sunt intelligibilis claritudo ; quibus se splendenti lumen rationabilis infundit prudenter ; & ut prædicatur in Evangelio incorporeæ virtutis inflammas vaporem : sécreta mentium animorumque penetralia. Si quis igitur incola esse cœperit illius civitatis supernæ incola videlicet conversatione & móribus ; non discédat ab ea non éxeat ; non reflectat vestigium ; non revertatur retrò, retrò luxuria : retrò impunitas est. Ego non júdico ; Ego universorum redemptio : Ego peccatorum remissio. Vos non júdico quia me non recepistis : non judico quia libenter indulgeo, Ego non júdico qui déleo iniquitatés : & memor non ero. Ego non júdico qui malo vitam : quam mortem peccatoris. Ego non júdico qui non damno : sed justifico pœnitentes, Moyses vos accusat ; ille vos árguit in quæ speratis, ille accusat vos : quia judicandi non habet

potestatē : quæ ejus debetur auctoriti. Ille ergo in quem speratis accusat : iste in quem sperare noluisti, absolvit, magna Judæi imprudentia. Méritò accusatur in criminibus suis : qui accusatorem elegérunt ; & bonum iudicem refutárunt : ideoque deest illis absolútio : pœna non deest.

R. Popule meus.

Ad Benedictus. Antiphona.
Dómine, si hic fuisses, Lázarus non esset mórtuus ; Ecce januæ fœtata quatriaduánus in monuménto.

X. Dixit Martha ad Jesum.
Dómine.

Deinde dicuntur magnæ preces.

Orémus. Oratio.

Fiat, Dómine, quæsumus, per gratiam tuam fructuosis nostræ devotio-nis afféctus ; quia tunc nobis próderunt suscépta jejunia : si tuæ sint plácita pietati. Per Dóminum.

Hodie ante Tertias Litaniæ, dicitur Antiphona.
Libera, Dómine, popu-lum tuum de manu mor-tis, & plebem istam próte-gat Déxtera tua, ut viven-tes benedicámus te, Deus noster.

A D

A D V E S P E R A S.

Capitulum. Heb. 9.

Christus assistens Pon-tifex futurorum bonorum, per amplius & perfec-tius tabernaculum non manu factum, id est, non hujus creationis; neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, introivit semel in Sancta æterna Redemptione inventa.

R. Eripe me, Dómine, ab homine malo.

R. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat, Antiph.
Qui séquitur me, non am-bulat in ténebris, sed ha-bébit lumen vitæ, dicit Dóminus. *Duplicatur.*

Orémus. *Oratio.*

Quæsumus, omnipo-tens Deus, Familiam tuam propítius respice; ut te largiente regatur in cor-pore, & te servante custo-diatur in mente. Per Dó-minum nostrum,

Ad Completor. Hymnus.

VExilla régis pródeunt Fulget crucis mysté-rium,

Quo carne carnis Cón-ditor

Suspensus est patibulo.

Quo vulnerátus insuper Mucrone díro lánceæ, Ut nos lavaret crímine, Manávit unda, Sanguine.

Impléta sunt quæ cón-cinit

David fideli cármine, Dicens in natióibus Regnávit à ligno Deus.

Arbor decóra & fulgida, Ornáta regis púrpura, Elécta digno stípite Tam sancta membra tan-gere.

Beata cujus bráchiis Sacli, pepéndit prætium, Statéra facta cörperis, Prædámque tulit tárta.

O crux ave spes única, Hoc passiónis témpore, Auge piis justitiam. Reisque dona véniam.

Te summa Deus Trí-nitas,

Collándet omnis Spíritus: Quos per crúcis mystérium Salvas, Rege per sœcula.

Amen.

Prædictus Hymnus dici-tur hoc Sabbato & Domini-na Passio-nis & Sabbato ac Dominica Palmarum.

D O M I N I C A
de Passione.

Hodiè & sequentibus diebus usque ad Vesperas Sækkatæ

Sabbati Sancti in Choro secunda initium libri. Item
Hore diei cantantur paulo remia
submissius, quam consuetum est; praterquam in
Festis & in Vesperis Sab-
bati ante Dominicam Pal-
marum, & omnibus horis
ejusdem Dominicæ, ac
Festis qua per illud tempus
celebrantur.

Ad Matutinum, Invita-
toriū. Hodiē si vocem
Dómini audiēritis, nolite
obdurāre corda vestra. Du-
plicatur.

Psalmus. Venite exulte-
mus. 2. Quartus N. Psal-
misic incipit. Sicut in
exacerbatione. In fine hu-
jus Psalmi non dicitur
Glória Patri. Hoc Tempore
Passionis; nisi in Festis;
finito ultimo Versu Invita-
*toriū in hac & se-
quenti Dominicabis repe-
titur, quia duplicatur;*
aliis verò diebus semel
tantum repetitur.

Ad Nocturnos omnia ut
in Psalterio N. Inten-
de animæ meæ. & alij
N. ibidem Tempore Pas-
sionis.

In primo Nocturno.

In Choro pro Prima Le-
ctione legitur Prologus in-
cipiens Hieremias. Et pro

Incipit liber Jeremiac
Prophetæ.

Lectio j. Cap. i.

V Erba Jeremiac Filij
Hélciae, de Sacerdó-
tibus, qui fuérunt in Ana-
thoth, in terrâ Bénjamin.
Quod factum est Verbum
Dómini ad eum in diébus
josiae, Filij Amon, Regis
juda, in téstio décimo
anno regni ejus. Et factum
est in diébus joakim filij
jósiae Regis juda, usque
ad consummationem un-
decimi anni Sedéciæ filij
jósiae Regis juda, usque
ad transmigrationem je-
rúsalem, in mense quinto.
Et factum est Verbum Dó-
mini ad me dicens. Prius
quam te formarem in úte-
ro, novi te? & ántequam
exires de vulvâ, sanctifi-
cávi te? & Prophetam in
Géntibus dedi te. Et dixi;
A, a, a, Dómine Deas;
Ecce néscio loqui? quia
puer ego sum.

Responsoria Duplicantur.
Rx. Multiplicati sunt qui
tribulant me, & dicunt,
Non est salus ipsi in Deo
eius. * Exúrge, Dómine
Salvū me fac, Deus meus.

N. Qui

X. Qui tr̄ibulant me exultabunt, si motus fūero, ego autem in misericordia tua sperávi. * Exúrge. Multiplicati.

Responsoria qua duplicantur & alia R. in quibus. Glória Patri. dici solet, deinceps dicuntur sine Glória Patri. in Officio de tempore, sed post. X. facta repetitione ultima partis Responsoriij, repetitur totum Responsorium. quod etiam servatur in Responsariis Horarum, ubi simili ter omisso. Glória Patri. repetitur ultima pars Responsoriij, deinde Responsorium integrum.

Lectio ij.

ET dixit Dóminus ad me Noli dicere, Puer sum: quóniam ad ómnia, quæ mittam te, ibis; & univérsa, quæcunque mandávero tibi, loqueris. Ne tímeas à facie eórum; quia tecum ego sum: ut éruam te, dicit Dóminus. Et misit Dóminus manum suam, & tétingit os meum, & dixit Dóminus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo; Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, ut

evéllas & déstruas; & disperdas, & dissipes: & adfices, & plantes. Et factum est verbum Dómini ad me, dicens. Quid tu vides, jeremias? Et dixi. Virgam vigilántem ego video. Et dixit Dóminus ad me: Bene vidisti; quia vigilabo ego super verbo meo: ut faciam illud. Et factum est verbum Dómini secundò ad me, dicens; Quid tu vides? Et dixi Ollam succén-sam ego video: & faciem ejus à facie Aquilónis.

R. Usquequò exaltabitur inimicus meus super me? * Respice & exaudi me, Dómine, Deus meus.

X. Nequando dicat inimicus meus; Præválui adversus eum. Respice. Usquequò.

Lectio iii.

ET dixit Dóminus ad me. Ab Aquilóne pандétur malum: super omnes habitatores terræ. Quia ecce ego convocabo omnes cognationes regnum Aquilónis, ait Dóminus: Et véniunt & pónent uniusquisque sólium suum, in intróitu portárum Jerúsalem, & super omnes muros ejus in circúitu, & su-

per universas urbes Iuda. Et loquar iudicia mea cum eis, super omnem malitiā eorum, qui dereliquerunt me, & libaverunt diis alienis: & adoraverunt opus manuum suarum. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge; & loquere ad eos: omnia, quae ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum; nec enim timere te faciam: vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitionem; & in columnam ferream; & in murum æreum; super omnem terram: Reginis Iuda; Princibus ejus, & Sacerdotibus: & populo terræ. Et bellabunt adversum te, & non prævalent: quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

Rg. Deus meus es tu, ne discendas à me, * Quóniam tribulatio proxima est, & non est qui adjuvet. *¶* Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum à me, ad defensionem meā cónspice. Quóniam. Deus meus.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Bernadi Abbatis.

De passione Domini.

Lectio iv.

Vigilate animo fratres; ne instructuose vos hujus temporis Sacramenta: pertranscant. Copiosa est benedictio; date receptacula inunda; devotas animas; sensus vigiles; affetus sobrios; puras conscientias exhibete: tantis charismatibus gratiarum. Nimis admonet vos solicitudinis hujus; non modò specialis ipsa conversatio quam professi estis: sed & generalis Ecclesiæ observatio cuius filii estis. Universi. Siquidem Christiani sacris his diebus aut præsolio aut præter solitum pietatem colunt; modestiam exhibent; humilitatem sectantur; induunt gravitatem; ut Christo patienti quodammodo compati videantur. Quis enim tam irreligiosus qui non compungatur; quis tam iracundus ut non indulget; quis tam deliciosus ut non abstineat; quis tam flagitosus ut non contineat; quis tam malitiösus ut non poeniteat: his diebus. Merito quidem, neimpè adest passio Domini; utique hodie terram movens; petras scindens: apériens

apériens monuménta. Pro-pè est étiam Resurréctio ejus : in quâ solemnitatem celebrátis altissimo Dómino. Utinam usque in altissima quæ fecit magnalia : alacritate & aviditate spíritus subeúntes.

R. In te jaétatus sum ex útero , de ventre matris meæ, Deus meus es tu , ne discédas à me ; * Quóniam tribulatio próxima est , & non est , qui adjuvet.

X. Erue à frámea , Deus , ánimam meam & de manu canis únicam meam. Quóniam. In te jaétatus sum.

Lección v.

IN hac ígitur Passióne fra-
tres tria sp̄cialiter cón-
venit intuéri. Opus ; mo-
dum : causam. Nam in
ópere quidem patientia ; in
modo humilitas : in cau-
sâ cháritas commendátur.
Patientia autem singuláris ;
quòd videlicet cùm suprà
dorsum ejus fabricárent
peccatóres : cùm sic exten-
derétur in ligno ut dinu-
merárentur ómnia ossa
ejus ; cùm fortissimum il-
lud propugnáculum quod
custódit Istraél úndique
impugnarétur ; cùm fo-

deréntur manus & pedes :
sicut agnus ad occisiónem
ductus sit & tanquam ovis
coram tondénte non apé-
ruit os suum. Non advér-
sùs Patrem murmurant à
quo missus fúerat : non
advérsùs humánum genus ;
quæ non rápuit : exolvé-
bat. Non déniue vel con-
tra pópulum ipsum pecu-
liarein sibi ; à quo pro tan-
tis beneficiis : tanta mala
recipiébat.

R. Pacíficè loquebántur
mihi iniúisci mei , & in íra
molésti erant mihi.* Vidí-
sti , Dómine , ne síleas , ne
discédas à me.

X. Et advérsūm me lxtati
sunt , & convenérunt , con-
gregáta sunt super me fla-
gella , & ignorávi. Vidísti
Dómine. Pacífice loque-
bántur.

Lección vij.

VErè languóres nostros
ipse tulit ; & infirmi-
tates nostras : ipse portá-
vit. Vir dolórum ; pauper
& dolens : tentátus per
ómnia absque peccáto. Et
in vitâ passívam hábuit
actiōnem : & in morte pa-
ssiónem actívam suscínuit
dum salútem operarétur in
médio terræ. Proinde me-
mor

mor ero præsættim. His tum, quis ex vobis argueret
diébus; labórum illórum me de peccáto? si veritá-
quos pertulit prædicando; tem dico, quare non cré-
fatigatiónum in discut-
réndo; tentatiónum in je-
junando; vigiliárum in orándo; lacrymárum? in
compatiéndo. Recordábor etiam dolórum ejus; con-
vitiórum; spútórum colap-
phórum; subsannatiónum;
exprobratiónum; clavorum
horúmque similiúm quæ
per eum & super eum?
abundántius transíerunt.
Facit ergo mihi fortitúdo;
facit similiúdo; sed si ac-
césserit imitatio? ut sequar
vestígia ejus.

R. Tota die contristátus
ingrediébar, Dómine, quóniam
ánima mea impléta
est illusiónibus. * Et vim
faciébant, qui quærébant
ániam meam.

X. Et qui inquirébant ma-
la mihi locúti sunt vanitá-
tes & dolos totâ die medi-
tabántur. Et vim. Totâ die
contristátus.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélij:
secúndūm joánnem.

Léctio viij. Cap.8.

IN illo témporte; Dicebat
Iesus turbis judæórum,
& Princípibus Sacerdó-

me de peccáto? si veritá-
ditis mihi, qui ex Deo est,
verba Dei audít. Propté-
rea vos non audítis? quia
ex Deo nō estis. Et réliqua;
Homilia sancti Gregorii
Papx.

In idem evangel. homil.

Léctio viij.

Si ipse verba Dei audit
qui ex Deo est? & audi-
re verba Dei non potest
quisquis ex illo non est? in-
téroget se unusquisque; si
verba Dei in aure cordis
percipit? & intelliget unde
sit Cœlestem pátriam de-
sideráte veritas jubet; car-
nis desidéria cónteri; mun-
di glóriam declinare; alié-
na non appétere? propria
largíri. Penset ergo apud se
unusquisq; vestrūm; si hæc
vox Dei in cordis ejus aure
conváluit? & quia jam ex
deo sit agnoscit. Nam sunt
nonnúlli qui præcépta Dei
nec aure cörperis? percí-
pere dignántur. Et sunt
nonnúlli qui hæc quidem
cörperis aure percipiunt;
sed nullo ea mentis desidé-
rio: complectúntur. Et sūt
nonnúlli qui libénter ver-
ba Dei suscipiunt; ita ut
étiam

étiam in fléribus compungantur; sed post lacrymárum tempus ad iniquitatem redirent. Hi profectò verba Dei non audiunt; quia hæc exercére in opere contémunt.

R. Ne avértas faciem tuam à puerō tuo, Dómine,
* Quóniam tríbulor, velociter exaudi me.

X. Inténde ánimæ meæ, & libera eam; propter inimicos meos éripe me. Quóniam. Ne avértas.

Lectio viij.

Ego dæmonium non hábeo; in quibus verbis quid aliud nisi supérbia nostra confunditur; quæ si exagitata vel leviter fúerit: atrociores injúrias reddit quām accéperit. Facit mala quæ potest: minátur quæ facere non potest. Ecce injúriam suscipiēs Deus non iráctitur; non contumeliosa verba: respóndet. Qui si eisdem ista dicentibus respondere voluisset; dæmonium vos habétis; verū profectò diceret quia nisi impléti dæmonio: tam pervérta de Deo loqui non possent. Sed accepta injuriâ étiam quod verum erat dicere véritas

nóluit; ne non dixisse veritatem: sed provocatus contumeliā reddidisse videretur. Ex quā re quid nobis innuitur; nisi ut eo tempore quo à próximis ex falsitate contumelias accipimus: eorum étiam vera mala taceamus. Ne ministerium iustæ correptionis in arma vertamus furoris. R. Vide, quia tríbulor velociter exaudi me. * Inténde ánimæ meæ, & libera eam propter inimicos meos éripe me, Dómine:
X. Libera me ab his qui odérunt me, & ne avértas faciem tuam à púero tuo. Inténde. Vide quia tribulor.

Lectio ix

Nemo ergo contra acceptas contumelias erigit; nemo conviciis: convicium reddat. Imitatione. étenim Dei: gloriósus est. injuriā tacendo fúgere quām respondendo superare. Sed contra hoc supérbia dicit in corde: turpe est. ut acceptā injuriā taceas. Quisquis cónspicit quia contumeliā accipis & tales; non putat quia patientiam exhibes: sed crimen agnoscis. Sed unde vox

Vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur; nisi quia in imis: cogitationem fiximus. Et dum in terrâ gloriam quærimus: placere ei qui nos de cœlo cōspicit non curamus; accéptâ ergo contumeliâ: meditémur in spere vocem Dei. Ego non quero gloriam meam: est qui querat jūdicet.

R. Deus meus, éripe me de manu peccatóris, & de manu contra legem agéntis, & iníqui, * Quóniam tu es patientia mea,
V. Deus, ne elongéris à me, Deus meus in auxílium meum respice. Quóniam. Deus meus.

A D L A U D E S,
Aña. Vide, Dómine, afflitionem meam, quóniam eréctus est inimicus meus.

Psalm. Miserére. 70.

Añ2. In tribulatiōne invocávi Dóminum, & exaudívit me in latitudine. **Psalmus.** Confitémini. 26.

Aña. Judicásti Dómine causam animæ meæ, defensor vitæ meæ Dómine Deus meus. **Psalm.** Deus

Deus meus. *cum reliq.* 21.

Aña. Pópule meus, quid feci tibi, aut quid molé-

stus fui, respónde mihī.
Añ4. Nunquid redditus pro bono malum, quia fodérunt foveam ánimæ meæ.

Capitulum. Heb. 9.

Christus assístens Pontífex futurórum bonorum, per amplius & perféctius tabernaculum non manu factum, id est, non hujus creationis; neque per sanguinem hircorum aut vitulorum; sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta: aterna Redemptiōne invénta.

X. Eripe me de inimicis meis, Deus meus.

R. Et ab insurgéntibus in me, libera me,

Ad Benedictus, Antiph.
 Ego dæmónium non hábeo, sed honorífico Patiem meum, dixit Dóminus.

Duplicatur.

Orémus. *Oratio.*

Quæsumus, Omnipotens Deus, Familiam tuam propítius respice; ut te largiente regátur in corpore: & te servante custodiátur in mente. Per Dóminum.

Ad Tertiam Capit. Heb. 9.

Christus assístens. *ut sup.*

R. Erue à frámea, Deus, ánimam

ánimam meam , * Et de plurimam sanctum tuum, ne simul trahas me cum peccatóribus. Et cum. Rx. Ne perdas.

X. Eripe me, Dómine, ab homine malo , à viro ini- quo libera me. Et de manu.

Non dicitur Glória Patri. Sed repetitur. Erue à frá- mea. X. Inténde ánime meæ, & libera eam. Rx. Propter inimícos meos, éripe me Dómine.

Orémus. *Oratio.*

PRæsta pôpulo tuo, Dó- mine, quæsumus, consola- tionalis auxílium ; & diuturnis calamitatibus la- borântem : propitius re- spirâre concéde. Per Dñm.

Ad Sextam. Capit. Heb. 9.

SI enim sanguis hircorū & taurorum, & cinis ví- tulæ aspersus inquinátos sanctificat ad emundatió- nem carnis; quantò magis sanguis Christi , qui per Spíritum Sanctum semet- ipsum obtulit immaculá- tum Deo: emundabit con- sciéntiam nostram ab opé- ribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti.

Rx. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, * Et cum viris sanguinum vi- tam meam. X. Dum ex- tollo manus meas ad tem-

X. De ore leónis libera me, Dómine.

Rx. Et à cónribus unicór- nium humilitátem meam.

Orémus. *Oratio.*

QUæsumus , Omnipo- tens Deus ; ut qui no- stris fatigámur offénsis, & mérito nostræ iniquitatis afflígimur : Pietatis tuæ grátiam cónsequi mereá- mur. Per Dóminum.

Ad Nonam. Capit. Heb. 9.

ET ideò Novi Testa- menti mediátor est, ut morte intercedénte in redemptiōnem eárum præ- varicatiōnum , quæ erant sub prióti Testaménto; re- promissiōnem accipient , qui vocáti sunt : æternæ hæreditatís.

Rx. Príncipes persecuti suat me gratis , & à verbis tuis formidavit cor meū. * Læ- tabor ego super eloquia tua. X. Quasi qui invénit spolia multa. Lætabor ego, Príncipes.

X. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam.

Rx. Et cum viris sanguini- num vitam meam.

Orémus. *Oratio.*

Purifica, quæsumus, Dómine, tuorum corda fidélium : ut à terréna cupiditáte mundáti ; & præsentis vitæ periculis eruántur : & perpétuis donis firmentur. Per Dóminum.

Ad Vesperas Antiphona
& Psalmus Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica. 150. *Capitulum.* Christus assistens. *ut suprà ad Laudes.*

X. Eripe me, Dómine, ab homine malo. **R.** A viro iníquo eripe me.

Ad Magnificat, Antiph. Abraham pater vester exultávit, ut vidéret diem meum ; vedit & gavísus est. *Duplicatur.*

Oratio. Quæsumus, Omnipotens Deus. *ut suprà ad Laudes.*

Ad primam Processionem. **R.** i. *Feria sequentis.* Qui custodiébant.

Orémus. *Oratio.*

Exaudi nos, Dómine Deus noster ; & Ecclésiam tuam inter mundi tûrbines fluctuántem : clementi gubernatióne moderare. Per Dóminum.

Ad secundā Processionem. **R.** ii. *Adjutor.* *ut infrà.*

Orémus. *Oratio.*

Iniquitátes nostras ne resípias, Omnipotens Deus : sed sola nobis misericordia tua prospicit indignis. Per Dóminum.

Ad Completor. Hymnus. Vexilla regis prodeunt. 481.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum. invitatorium, Antiphona & Psalmi de Psalterio. 56.
X. Inténde ánimæ meæ. *ut ibidem tempore Passionis.*

De Jeremía Prophéta.
Lectione j. Cap. 2.

Transítē ad insulas Cethim, & vidéte & in Cedar mittite, & considerate veheménter, & vidéte, si factum est hujusmodi ? Si mutávit gens deos suos, & certè ipsi non sunt Dii ; pôpulus vero meus mutavit gloriâ suam in idolum. Obstupescite cœli super hoc, & portæ ejus desolámini veheménter, dicit Dóminus. Duo enim mala fecit pôpulus meus, medereliquérunt Fonte aquæ vivæ ; & fodérunt sibi cisternas, cisternas dissipatas : quæ continere non valent aquas. Numquid servus est Israël, aut vernáculus ?

náculus? Quare ergo factus est in prædam? Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram ejus in solitudinem; civitates ejus exsistæ sunt, & non est qui habitet in eis. Fili quoque Mempheos & Taphnes cōstupravérunt te usque ad yerticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dām Deum tuum eo tempore, quod ducébat te per viam?

R. Qui custodiébant animam meam concilium fecerunt in unum, dicentes; Deus dereliquit eum,* Persequimini, & cōprehendite eum, quia non est, qui libertet eum: Deus meus, ne elongeris à me; Deus meus, in adjutorium meum intende.

X. Omnes inimici mei adversum me cogitabant mala mihi, verbum iniquum mandavérunt adversum me, dicentes. Persequimini.

Lectio ij.

ET nunc quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum viâ Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, &

aversio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dóminum Deum tuum, & non esse timorē mei apud te, dicit Dóminus Deus exercituum. A sæculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, non serviam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix. Ego autem plantavi te vineam electam, omne semen verum? quomodo ergo conversa es mihi in pravum vinea aliena? Silaveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dóminus Deus.

R. Adjutor & susceptor meus tu es, Dómine, & in verbum tuū speravi. * Declinatē à me, maligni, & scrutabor mandata Dei mei. X. Iniquos odio habui, & Legem tuam diléxi. Declinatē.

Lectio sancti Evangeliū secundum Joannem.

Lectio ij. Cap. 7.

IN illo tempore? Miscent Príncipes & Pharisæi ministros, ut apprehen-

derent Jesum. Dixit ergo eis Jesus; adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui me n. nisi. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Tract. 32. in Ioan.

Clamat Jesus hodie in Evangeliō; ut veniamus & bibamus: si intus sitiāmus. Et dicit; quia cūm bibērimus: flūmina aquæ vivæ fluent de ventre nostro. Venter interiōris hominis consciētia cordis est, bībito ergo de isto liquore: reviviscit purgata conscientia; & hauriens fontem habēbit: etiam ipsa fons erit. Quid est fons? Quid est flūvius, qui manat de ventre interiōris hominis? Benevolētia, qua vult consūlere próximō. Si enim putet, quia quod bībit; soli ipsi debet sufficere: non fluit aqua viva de ventre ejus. Si autem próximo festinat consūlere: idēo non siccatur, quia manat. Vidēmus nūc quid sit, quod bibunt qui credunt in Dómino; quia ētique Christiāni sumus: & si credimus bībimus. Et unusquisque in seipso de-

bet agnoscere si bībit; & si vivit ex eo: quod bībit.

R. Deus meus es tu, ut supra in j. Noit. Domin. 484.

A D L A U D E S,
Antiphona & Psalm. Misericordia mei Deus. cum reliquo de Psalterio. 70.

Capitulum. Jer. 18.

Attende, Dómine, ad me, & audi vocem adversariorum meorum, nunquid redditur pro bono malum, quia fodérunt foveam animæ meæ; recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum: & averte rem indignationem tuam ab eis.

X. Eripe me de inimicis meis, Deus meus. R. Et ab insūrgentibus in me, libera me.

Ad Benedictus, Anno.
Ego gloriām meām non quero, est qui querat & iudicet.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.

Sanctifica, quæsumus, Dómine, nostra jejūnia: & cunctarum nobis indulgentiam propitiōs largire culpárum. Per Dóminum nostrum.

Hodie

Hodiè ad Horas dicuntur
Psalmi Pœnitentiales.

Ad Vesperas. Aña. Incli-
návit Dóminus. Psal. Di-
léxi. cum reliquis de Psal-
terio. 154.

Capitulum.

Dominus Deus apéruit
mihi aurem, ego au-
tem non contradíco, re-
trósum non abii, corpus
meum, dedi percutiénti-
bus, & genas meas vellén-
tibus; fáciem meam non
avérta ab increpántibus &
conspuéntibus; Dóminus
Deus auxiliátor meus:
ídeò non sum confúsus.

X. Eripe me, Dómine, ab
hómine malo. R. A viro
iníquo líbera me.

Ad Magnificat. Aña.
Si quis sitit, véniat ad me
& bibat, & de ventre ejus
fluent aquæ vivæ,
Glória Patri.

X. In novíssimo autem die
magnæ festivitatis; stabat
Jesus, & clamabat dicens:
Si quis sitit.

*Deinde dicuntur magna
Preces.*

Orémus. *Oratio.*
DA, quæsumus, Dómi-
ne, pópulo tuo salú-
tem mentis & córporis; ut
bonis opéribus inhærén-

do! tuâ semper mereátur
protectióne deféndi. Per
Dóminum.

*Prædicta Capitula di-
cuntur in Feriali Officio,
usque ad Feriam quintam
in Cœna Domini.*

F·ER·IA T·ER·T·IA.
De Jerémia Prophéta.
Lectio i. Cap. 2.

Quid vultis mecum ju-
dício conténdere? omnes dereliquístis me,
dicit Dóminus. Frustrà per-
cussi filios vestros, disciplí-
nam non recepérunt, de-
vorávit gládius vester Pro-
phétas vestros, quasi Leo-
vastátor, generátio vestra.
Vidéte verbum Dómini,
nunquid solitudo factus
sum Israëli, aut terra ser-
tina? quare ergò dixit pó-
pulus meus; Recéssimus,
non veniémus ultrà ad te.
Numquid obliscétur vir-
go ornaménti sui aut spon-
sa fasciæ pectorális suæ, pó-
pulus verò meus oblítus
est mei diébus innúmeris.
R. In te jactátus sum. ut in
ij. Noct. Dom. præced. 485.

Lectio ij. Cap. 3.
IN diébus illis ibit domus
Iuda ad domum Israël, &
vénient simul de terra
Aquilónis ad terram, quam

dedi pátribus vestris. Ego autem dixi. Quómodo ponam te in filios, & tríbuam tibi terram desiderábilem, hæreditátem præcláram exercítuum géntium? Et dixi. Patrem vocábis me, & post me íngredi non cesserás. Sed quómodo si contémnat múlier amatorem suum, sic contémplit me domus Israël, dicit Dóminus. Vox in viis audita est, plorátus & ululátus filiórū Israël quóniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Dómini Dei sui. Conversimini filii reverténtes, & sanábo aversiónes vestras. Ecce nos vénimus ad te, tu enim es Dóminus Deus noster. Verè mendáces erant colles. & multitudō móntium verè in Dómino Deo nostro salus Israël.

R. Pacifice. 485.

Lectio sancti Evangélij : secundum Joánnem.

Lectio iij. Cap. 7.

IN illo témpore : Ambulabat jesus in Galilæam, non enim volébat in Iudæam ambulare : quia quærabant eum Iudei interficere. Erat autem in próximo dies festus Iudæorum,

Scenopégia. Dixérunt attem ad eum fratres ejus : transi hinc & vade in Iudæam. Et réliqua.

Hómil. S. Augustini Episc.

Tract. 28. in Ioannem,

Cum audistis hodie in Evangélio fratres Dómini ; Maríæ cogitáte consanguinitátem : non iterum pariéntis ullam propágineim. Sicut enim in sepúlchro ubi pósitum est corpus Dñi nec ánteā nec póstea mórtuus jacuit ; sic úterus Maríæ nec ánteā nec póstea quicquam mortálē concépit. Díximus fratres qui fuerint : audiámus quid dixerint. Transi hinc & vade in Iudæam ; ut & discípuli tui : videant ópera tua quæ tu facis. Opera Dómini discípulos non latébant : sed istos latébant. Isti enim fratres id est consanguinei ; Christum consanguíneum habére potuerunt : crédere autem in eum ipsa propinquitatē fastidierant. Dictum est in Evangélio. Non enim hoc nos audérimus opinari : modò audistis. Addunt & monent ; nemo enim in occulto quid facit : & quærerit palam esse. Si hæc facis : maniféstā.

taifesta temet ipsum mun-
do. Et continuo. Neque
enim fratres ejus credé-
bant in eum. Quare in eum
noi credébant? Quia hu-
mnam gloriam requiré-
bant. Nam & quod eum
vidéntur monere fratres?
gloria ipsius cónsulunt.
Ficis mirabilia innotescit.
ic est appáre ómnibus? ut
laudari possit ab ómnibus.
Loquebatur caro carni; sed
caro sine Deo? carni cum
Deo. Loquebatur enim
prudentia carnis? verbo
cuod caro factum est &
habitavit in nobis.

I. Totâ die. 486.

Ad Benedictus, Antiph.
Tempus meum nondum
advénit, tempus autem
vestrum semper est parátū.

*Deinde dicuntur magna
preces.*

Orémus. *Oratio.*

NOstra tibi, Dómine
quæsumus, sint accépta
jejúnia; quæ nos &
expiando grátia tuâ dig-
nos efficiant: & ad remé-
dia perdúcant æterna. Per.

*Hodiè ante Primas Lita-
nias dicitur, Antiphona.*
Propter peccata nostra,
Deus commovisti terram,
& conturbasti eam; Sana,

Dómine contritiones ejus,
quóniam mota est.

Ad Magnificat, Antiph.
Vos ascéndite ad diem fe-
stum hunc, ego autem
non ascéndam, quia tem-
pus meū nondum advénit.

*Deinde dicuntur magna
preces.*

Orémus. *Oratio.*

DA nobis, quæsumus
Dómine, perseverán-
tem in tuâ voluntate fa-
mulatum; ut in diébus no-
stris & mérito & númerō:
pópulus tibi sérviens au-
geátur. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio i. Cap. 18.

HÆc dicit Dóminus.
Ecce ego fingo contra
vess malum, & cōgito con-
tra vos cogitationem. Re-
vertáatur unusquisque à viâ
suâ malâ, & dirígitur vias
vestras, & stúdia vestra.
Qui dixerunt: desperávi-
mus; post cogitationes
enim nostras ibimus, &
unusquisque pravitatē cor-
dis sui mali faciemus. Ideo
hæc, dicit Dóminus. Interrogáte gentes; quis au-
dívit tália horribilia, quæ
fecit nimis Virgo Israël?
numquid deficiet de petrâ

agri nix Líbani? aut evélli possunt aquæ erumpéntes frígidae, & defluéntes. Quia oblítus est mei pópulus meus; frustrà libántes, & impingéntes in viis suis, in sémitis séculi, ut ambulárent per eas in itinere non tritô, ut fieret terra eórum in desolatióne, & in si- bilum sempitérnum, omnis qui præteriérer Per eam obstupefcet, & movébit caput suum. Sicut ventus iurens dispérgam eos coram inimíco, dorsum, & non sáciem osténdam eis in die perditiónis eórum.

R. Ne avértas. *ut in ij.*
Noct. Dñica p r a c e d . 487.

Lectio ij.

ET dixerunt: veníte & cogitémus contra Jérémiam cogitatiónes, non enim peribit lex à Sacerdóte, neque consilium à sapiénte, nec sermo à Prophéta. Veníte, & percutiámus eum línguâ, & non attendámus ad univérsos sermones ejus. Atténde Dómine, ad me, & audi vocem adversariorū meórum. Numquid reditum pro bono malum, quia fodérunt fóveā ániinæ meæ? recordáre quod stéterim in

conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatióne m̄a ab eis. Propterá da fiós eórum in famem, & deduc eos in manus gládii; fiant uxóres eórum absque liberiſ & víduæ, & viri eárim interficiántur morte, juvenes eórum confodiántur gládio in prælio. Audiátur clamor de dómibus eórum: addúces enim super eos li- trónem repénte quia fodérunt fóveam, ut cáperent me, & láqueos abscondéruint pédibus meis. Tu au tem, Dómine, scis omnē consilium eórum advérsum me in mortem; ne propitiériis iniquitati eórum, & peccátum eórum in facie tua non deleátur fiant corruéntes in conspéctu tuo, in tempore furoris tui abútere eis.

R. Vide, quia tribulor. 437
Lectio sancti Evangélii:

secundum Joánnem.

Lectio iiij. Cap. 10.

IN illo tempore: Facta sunt encoenia in Jerosólymis; & hyēs erat. Et ambulabat Jesus in templo in porticu Salomónis. Circūdedérunt ergo eum Judæi: & dicébant ei; quousque ánimam

animam nostram tollis ; si tu es Christus : dic nobis palam. Et reliqua.

Homilia Augústini Episc.

Tract. 48. in Ioannem.

DIDICISTIS hodie in Evangélio quae , sunt oves. Estote oves. Oves credendo sunt : oves pastorem sequendo sunt , oves redemptórem non conténnendo sunt : oves per óstium intrando sunt, oves exéundo & pásqua inveniendo sunt : oves vitâ æternâ perfruendo sunt. Oves meæ vocem meam audiunt & cognósco eas ; & sequuntur me : & ego vitam æternam do eis. Ecce sunt pásquæ ; si recolitis supérius dixerat : & ingrediétur ; & egrediétur : & pásqua invéniet. Ingréssum sumus crédendo : egrédimur moriéndo. Sed quómodò per óstium fidei ingréssum sumus : sic fidéles de corpore exeámus. Sic enim per istud óstium egrédimur : ut pásqua invenire possímus. Bona pásqua vita æterna dicitur. Ibi nulla herba aréscit : totum vi-ret. Solet quædam herba dici semper viva ; est herba quæ semper dicitur víve-

re; ibi solùm : vívere inve-nítur. Vitam æternam, in-quít , dabo eis , óvibus meis. Vos calúmnias pro-ptéreà quærítis' quia de vi-tâ præsénti cogitáatis.

R. Deus meus éripe. 488.

Ad Benedictus, Antiph.
Oves meæ vocem meam audiunt , & ego Dóminus agnósco eas.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. *Oratio.*

SAnctificáto hoc jejúnio, Deus tuórum corda fidélium miserátor illústra ; & quibus devotiónis præstas afféctum : tríbue supplicántibus pium benignus audítum. Per Dóminum.

Hodie ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.
Ad Magnificat, Antiph.
Multa bona ópera operá-tus sum vobis ; propter quod opus vultis me oc-cidere.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. *Oratio.*

Ad hunc nostrum supplicatiōni-abus, omnípo-tens Deus ; & quibus fidú-ciam sperándæ pietatis in-dulgés : consuétæ miseri-cordiæ tríbue benignus

effectum. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

De Jeremíᾳ Prophéta.

Lectio i.

Cap. 23.

Contritum est cor meū
in medio mei , contremuerunt ómnia ossa mea.
factus sum quasi vir ébrius,
& quasi homo mádidus à
vinō , à fácie Dómini , &
à fácie verbórum sanctó-
rum ejus, quia adulteris re-
pléta est terra , quia à fácie
maledictiōnis luxit terra.
Arefacta sunt arva deséti,
factus est cursus eórum
malus, & fortitudo eórum
dissimilis. Prophéta nam-
que & sacérdos polluti-
sunt , & in domo meā invé-
ni malum eórum , ait Dó-
minus. Idecirco via eórum
erit quasi lúbricum in té-
nebris ; impelléntur enim,
& córruent in ea , áfferam
enim super eos mala , an-
num visitatiōnis eórum ,
ait Dóminus. Et in Pro-
phétis Samáriæ vidi fatui-
tatem. Prophetábant in
Baal , & decipiébant pó-
pulum meum , Israël. Et
in Prophétis Jerúsalem vi-
di similitúdinem adulte-
rántium , & iter mendáciis;
& confortavérunt manus
pessimórum , ut non con-

verterétur unusquisque à
malitia sua , facti sunt mi-
hi omnes ut Sódoma , &
habitatores ejus quasi Go-
morrha. Proptéreà hæc di-
cit Dóminus exercituum
ad Prophétas. Ecce ego ci-
babo eos absinthio , & po-
tabo eos felle ; à Prophétis
enim Jerúsalem egréssa est
pollutio super omnem ter-
ram.

R. Multiplicáti sunt. *ut*
in j. Noct. Dominica prae-
cedentis. 482.

Lectio ij. Cap. 25.

Hæc dicit Dóminus
Exercituum. Ecce af-
flictio egréditur de gente
in gentem , & turbo ma-
gnus egrediétur à sumini-
tatiibus terræ. Et erunt in-
terfécti Dómini in die illâ,
à summo terræ usque ad
summum ejus; non plan-
géntur , & colligéntur , ne-
que sepeliéntur : in sterqui-
linum super fáciem terræ
jacébunt. Ululáte pastó-
res , & clamáte ; & aspér-
gite vos cínere optimátes
gregis : quia compléti sunt
dies vestri , ut interficiá-
mini ; & dissipatiōnes ve-
stræ , & cadéritis quasi vasa
pretiosa. Et peribit fuga à
pastóribus , & salvatio ab
optima

optimátibus gregis. Vox clamóris pastórum , & ululátus optimátum gregis , quia vastávit Dóminus Páscha eórum. Et contícuérunt arva pacis à facie iræ furóris Dómini. Dere-líquit quasi leo umbráculum suum , quia facta est terra eórum in desolatió-nem à facie iræ colúmbæ , & à facie iræ furóris Dómini.

R. Usquequò. 483.

Léctio sancti Evangélij : secúndum Lucam.

Léctio iij. Cap. 7.

IN illo tempore : Rogábat Jesum quidam de Pharisaeis , ut manducáret cum illo. Et ingréssus domum Pharisæi : discubuit. Et ecce múlier quæ erat in civitáte peccátrix ; ut cognóvit quod Iesus accubi-sset in domo pharisæi : attulit alabástrum unguénti. Et reliqua.

Homília sancti Petri

Chrysólogo.

Homil. in id.

ET ut cognóvit , quia accúmberet Dóminus in domo Pharisæi. Non ad stantem ; non ad sedéntem : audet venire Peccátrix. Deus cùm stat , eó-

ripit ; cum sedet , júdicat ; prostrátis cónjacet : cùm decúmbit. Ut cognóvit , quòd accúmberet Dóminus in domo Pharisæi , inclinem ad miserándum supérnam dídicit Majestatem ; & ideo crédidit , quòd esset ad véniam sibi promptus : qui Pharisæi vénérat tam promptus ad mensam. Attulit alabástrum unguénti ; portávit óleum ; quia medicinam lethálī vúlneri : à supérno Médi-co perquirébat. Stans retrò secus pedes ejus ; Ad pedes tendit : semper cítam véniam qui requírit. Et benè , stans : quia jam cádere non potest , qui ad pedes Christi mérit per-venire. Stans retrò secus pedes ejus ; ut Christi vestígiis innixa ; percúrreret per viam vitæ : quæ per viam cucúrrerat mortis , lachrymis rigábat pedes ejus. En inutatur ordo rerum : Pluviam terræ cœlum dat : ecce nunc rigat terra cœlum. Imò super cœlos : & usque ad ipsum Dóminum imber humá-narum prósilit lachrymá-tum. Ut juxta Psalmistam , & de aquis flétuim canté-

tur illud: Et aquæ, quæ super cœlos sunt laudent Nomen Dómini.

Ex. Deus meus es tu. 484.

Ad Benedictus, Antiph.
Magíster dicit; Tempus meum propè est; apud te fácio Pascha cum Discípulis meis.

*Deinde dicuntur magna
Orémus. Oratio.*

PRæsta, quæsumus omnípotens Deus; ut dignitas conditiōnis humānæ per immoderantiam fauciātæ medicinalis parhmoniæ stúdio reforméatur. Per Dóminum.

*Hodie ante secundas
Litanias dicitur, Antiph.*
Dómine, imminuti sumus propter peccata nostra hódie, sed in áнима contrita, & Spíritu humilitatis suscipiámur; & fac nobiscum secundum magnitudinem tuam, quia non est confusio confidéntibus in te.

Ad Magnificat, Antiph.
Quid molésti estis huic muliéri, opus enim bonum operata est in me?

*Deinde dicuntur magna
preces.*

Orémus. Oratio.

Esto, quæsumus Dómine, propítius plebi tuæ;

ut quæ tibi non placent respuéntes: tuorum pótius repleántur delectatiōibus mandatórum. Per Dóminum nostrum.

FERIA SEXTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 31.

HÆc dicit Dóminus: Vox in excélsso audita est lamentatiōnis, luctus & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolati super eis, quia non sunt. Hæc dicit Dóminus. Quiéscat vox tua à plorátu, & óculi tui à lachrymis; quia est mérces óperi tuo, ait Dóminus. & reverténtur de terrâ inimici. Et est spes novissimis tuis, ait Dóminus & reverténtur filij ad terminos suos. Audiens audívi Ephraim transmigrántem, castigásti me, & eruditus sum, quasi juvénulus indómitus: convérte me, & convertar, quia tu Dóminus Deus meus. Postquam enim cōvertisti me, egi pœnitentiā, & postquam ostendisti mihi, percússi femur meum. Confusus sum, & erubui, quóniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Si filius honorabilis

honorabilis mihi Ephraim: si puer delicatus quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor ejus. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum; miserans misererebor ejus, ait Dominus. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, in quam ambulasti, revertere Virgo Israël, revertere ad civitates tuas istas.

R. In te jactatus sum. ut in ij. Noct. Dom. preced. 485.

Lectio ij. Cap. 32.

ET nunc propter ista, haec dicit Dns Deus Israël ad civitatem hanc, de qua vos dicitis, quod tradetur in manus Regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste. Ecce ego congregabo eos de universis terris, ad quos ejeci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter. Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Et dabo eis cor unum, & viam unam, ut timeant me universis diebus, & bene sit eis, & filii eorum post

eos. Et feriam cum eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere, & timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant a me. Et latabor super eis, cum benè eis fecero, & plantabo eos in terra ista in veritate, in toto corde meo, & in tota anima mea. Quia haec dicit Dominus. Sicut adduxi super populum istum omnem malum hoc grande; sic adducam super eos omnem bonum, quod ego loquor ad eos. Et possidebuntur agri in terra ista, de quam vos dicitis, quod deserta sit, eò, quod non remanserit homo, & jumentum, & data sit in manus Chaldaeorum.

R. Pacificè. 485.

Lectio sancti Evangelij secundum Joannem.

Lectio iiij. Cap. 11.

IN illo tempore: Collegerunt Pontifices & Pharisei consilium, & dicebant; Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum; & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem. Et reliqua.

Homilia.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

In illud Evangelium.

Ad Déste dilectissimi; ad solis præcónem accurramus: ut parátas Dómino frauduléntas à Ju-dæis insídias videámus. Collegérunt inquit judæi consilium; & dicébant: quid faciémus. Hæc nobis Joánnes Evangelista paulò antè pronuntiávit; Etsi enim nobiscum nunc ore non sermocinatur? Spíritu rāmen ad aures astántium clamat. Collegérunt enim inquit consilium; & dixérunt: quid faciémus. Bonum quidem est illud; collegérunt; sed malum illud consilium. Non ad charitatem; sed ad pugnam. Non ad pacem vocántes sed ad bellum incitantes. Collegérunt consilium; non ut Deum glorificárent; sed ut Christum ignominiā afficerent. Collegérunt consilium, non ut fidem stabilírent; sed ut lapidem angulárem abjícerent. Collegérunt consilium; non ut thesáurum absconditum in agro benigne suscipíerent; sed ut improbè Dei templum

evérterent. Collegérunt consilium; non ut mellifluos vitis racemos decérperent; sed ut vitem veram ad crucis arborem applicáentes; seipso vites arbustivas perditionis; nos autem salútis efficerent. O consilium à Diábolo adversus Christum colléctū; O consistótium iniútitate replétum; O consilium lupórum potius Sanguinis avidórum; quàm Deo afflictórum hóminum.

R. Totâ die. 486.

Ad Benedictus, Antiph.
Non sis mihi tu formídini, spes mea, in die afflictionæ meæ.

Deinde dicuntur magna preces.

Orémus. *Oratio.*
Ordibus nostris, quæsumus Dómine, gratiā tuam benignus infunde; ut peccata nostra castigatiōne voluntaria cohibéntes; temporáliter potius macerémur, quàm suppliciis deputémur æternis. Per Dóminum.

Hodiè ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales.

Ad Magnificat, Antiph.
Animæ impiorum fremebant adyérsum me, & gravatum

gravatum est cor meum
super eos.

*Deinde dicuntur magna
preces.*

Orémus. *Oratio.*

Oncéde , quæsumus
Comnìpotens Deus, ut
qui protectionis tuæ grá-
tiam quærimus ; liberati è
malis omnibus; secúra tibi
mente serviámus. Per Dó-
minum nostrum.

S A B B A T O.

De Jeremía Prophéta.

Lectio i. Cap. 30.

HÆc dicit Dóminus. In-
sanabilis fractura tua,
pessima plaga tua non est,
qui júdicet judicium tuum
ad alligandum , curatio-
num utílitas non est tibi.
Omnes amatóres tui obliti
sunt tui , téque non quæ-
rent plaga enim inimici :
percussi te castigatione
crudeli. Propter multitudinem
iniquitatis tuæ du-
ra facta sunt peccata tua.
Quid claimas super contri-
tione tuâ ? Insanabilis est
dolor tuus , propter mul-
titudinem iniquitatis tuæ,
& propter dura peccata
tua , feci hæc tibi. Propté-
rea omnes qui cómedunt
te devorabuntur , & uni-
versi hostes tui in captivi-

tatem ducentur , & qui te
vastant vastabuntur , cun-
ctosque prædatóres tuos
dabo in prædam. Obdu-
cam enim cicatricem tibi,
& à vulnéribus tuis sanábo
te , dicit Dóminus. Quia
ejecta vocavérunt te Sion;
hæc est , qua non habébat
requiréntem. Hæc dicit
Dóminus. Ecce ego con-
vértam conversiónem ta-
bernaculórum Jacob , &
rectis ejus miserébor ; &
ædificábitur cívitas in ex-
célo suo , & templum
juxta órdinem suum fun-
dábitur.

R. Ne avértas. *ut in iiiij.*
Noct. Dom. preced. 487.

Lectio ij. Cap. 50.

Confusa est mater ve-
stra nimis , & adæquá-
ta púlveri , quæ génuit vos.
Ecce novíssima erit in-
Géntibus deserta , ívia &
arens. Ab irâ Dómini non
habitábitur , sed redigétur
tota in solitúdinem. Om-
nis , qui transíbit per Ba-
bylónem , stupébit , & si-
bilabit super univérsis pla-
gis ejus. Præparámini con-
tra Babylónem per circúi-
tum omnes qui ténditis
arcum ; debelláte eam ,
non parcátis jáculis , quia
Dómino-

Dómino peccávit. Clamá-
te adversus eam, ubique
dedit manum, cecidérunt
fundaménta ejus, destrúcti
sunt muri ejus, quóniam
últio Dómini est: ultió-
nem accípote de ea; sicut
fecit, facite ei. Dispérdat
satórem de Babylóne, &
tenéntem falcem in témpore
messis, à facie gládij
colúmbæ unusquisque ad
pópulum suum converté-
tur, & singuli ad terram
suam fúgient. Grex dispér-
sus Istraél, leónes ejecérunt
eum; primus comédit eum
Rex Assur. Novíssimus
exossávit eum Nabuchodonosor Rex Babylónis.
Propterea hæc dicit Dó-
minus Exercituum Deus
Istraél. Ecce ego visitábo
Regem Babylónis & ter-
ram ejus, sicut visitávi Re-
gem Assur; & redúcam
Istraél ad habitaculum suū;
& pascétur Carmélum &
Basm, & in móte Ephraim
& Gálaad saturábitur áni-
ma ejus. In diébus illis, &
in témpore illo ait Dómi-
nus. Quærétur iniquitas
Istraél, & non erit; & pec-
cátum Júda, & non inven-
niétur, quóniam propítius
ero eis, quos reliquero.

R. Vide, quia. 487.

Léctio sancti Evangélij:
secundum Joánnem.

Lectio iij. Cap. 12.

IN illo témpore: dixit
Jesus discípulis suis &
turbis judæórum; ego lux
in mundum veni; ut om-
nis qui crédit in me: in te-
nebris non máneat. Et si
quis audiérit verba mea;
& non custodiérit ea: ego
non júdico eum. Non enim
veni ut júdicem mundum:
sed ut salvíficem mūndum.
Et reliqua.

**Homilia sancti Augustíni
Episcópi.**

Tact. 54. in Ioannem.

Lectio iv.

A Udíte quómodò dicit
Fílius, ego non júdico
eum; cùm dicat álio loco
Pater non júdicat quém-
quam: sed omne júdiciu-
m dedit Fílio. Nisi quia in-
telligéndum est: modo
non júdico eum; Quare,
non júdicat modò: attén-
de quid séquitur. Non
enim veni inquit ut júdi-
cem mundum: sed ut sal-
víficem mundum, id est,
ut salvum faciam mun-
dum. Nunc ego est tem-
pus misericórdiæ: post erit
júdicij. Quia misericós-
diam

diam inquit & judicium :
cantábo tibi Dómine. Sed
de ipso étiam futúro no-
víssimo iudício vidéte quid
dicat ; qui spernit me &
non áccipit verba mea ;
habet qui júdicet eum :
sermo quem locútus sum.
Ille judicábit eum in no-
víssimo die. Non ait qui
spernit me & non áccipit
verba mea ; ego non júdi-
co eum : in novíssimo die.
Hoc enim si dixisset ; non
video quómodò possit non
esse contrárium illi sen-
tentiæ ubi ait , Pater non
júdicat quemquam ; sed
omne judicium : dedit Fi-
lio. Cùm verò dixit qui
spernit me & non áccipit
verba mea ; habet qui jú-
dicet eum. Expectántibus
autem quisnam ille esset :
secútus adjúnxit. Sermo
quem locútus sum : ille
judicábit eum in novíssi-
mo die.

R. Deus meus, éripe. 488.
Ad Benedictus, Antiphona. Hosánna, Filio
David ; Benedictus qui
venit in nómine Dómini,
Rex Israël ; Hosánna in
excélsis.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. *Oratio.*
Proficiat, quæsumus Dó-
mine, plebs tibi dicáta
piæ devotionis afféctu ; ut
sacris actionibus eruditá,
quantò majestáti tuæ fit
grátior : tantò donis po-
tioribus angeáatur. Per Dó-
minum nostrum.

*Hodiè ante tertias Lita-
nias dicitur*

R. Aspice Dómine quia
facta est desoláta cívitas,
plena divitiis sedet in tri-
stitia , dómina géntium :
* Non est qui consolérur,
eam nisi tu Deus. X. Plo-
rans plorávit in nocte , &
láchrymæ ejus in máxillis
ejus. Non est.

Ad Vesp. Capit. Philip. 2.

Hoc enim sentíte in
hýobis , quod & in
Christo Jesu ; qui cùm in
forma Dei esset , non rapí-
nam arbitrátus est esse se
æquálem Deo ; sed semet-
ípsum exinanívit , formam
servi , accípiens in similitú-
dinem hóminum factus : &
hábitu invéntus ut homo.
X. Eripe me, Dómine , ab
hómine malo. R. A viro
iníquo líbera me.

Ad Magnificat, Aña.
Príncipes Sacerdótum con-
cílium fecérunt , ut Jesum
occíde

Occidetent; dicébant autē,
non in die Festo, ne fortè
tumultus fieret in populo.

Orémus. Oratio.

OMnipotens, sempitér-
ne Deus, qui humáno
géneri, ad imitandum hu-
militatis exemplum, Sal-
vatorem nostrum carnem
sumere, & crucem subire
fecisti; concede propitius,
ut & patientiae ipsius ha-
bère documénta: & Re-
surrectiōnis consórtia me-
reámur. Per eundem Dó-
minum nostrum.

Ad Completor. Hymnus.
Vexilla regis prodeūt. 481

D O M I N I C A

In Ramis Palmarum.

Ad Matutinum Invitat.
Ipsi verò non cognovérunt
vias meas, quibus jurávi
in irâ meâ; si introibunt
in réquiem meam.

Psalmus. Venite exulté-
mus. Duplicatur.

Finito. **X.** Quadraginta,
usque hi errant corde.
Chorus resumit Invitato-
rium. Ipsi verò.

Ad Nocturnos omnia ut
in Psalterio. **X.** Inténde
ánimæ meæ. & alij **v.** ibi-
dem tempore Passionis.

In primo Nocturno.
De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 50.

Super terram dominán-
tiū ascénde, & super
habitatōres ejus vísita; dis-
sipā; & interfice quæ post
eos sunt: ait Dóminus. Et
fac juxta ómnia, quæ præ-
cépi tibi. Vox belli in ter-
ra: & contrítio magna.
Quómodo confractus est
& contritus malleus uni-
versæ terræ; quómodo
versa est in desértum Ba-
bylon in Géntibus & illa-
queávi te, & capta es Bá-
bylon: & nesciébas. In-
vénta es & apprehénsa:
quóniam Dóminum pro-
vocásti. Apéruit Dominus
thesaurum suum, & protu-
lit vasa iræ suæ; quóniam
opus est Dómino Deo
exercituum: in terra Chal-
dæórum. Venite ad eam
ab extrémis finibus, aperi-
te ut éxeant, qui concúl-
cent eam: tollite de via
lápides: & redígite in acér-
vos; & interficite eam:
nec sit quidquā réliquium.
Responsoria Duplicatur.
R. In die, qua invocávi
te, Dómine, dixísti; Noli
timére. * Judicásti causam
meam, & liberásti me;
Deus meus. **X.** Audísti op-
probria eórum, Dómine,
quænes

Omnis cogitationes eorum
adversum me. Judicasti.
In die, qua.

Lectione ij.

Dissipate universos fortis ejus: descendant in occisionem. Vae eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum. Vox fugientium, & eorum qui evaserunt de terra Babylonis; ut annunciant in Sion ultionem Domini Dei nostri: ultionem templi ejus. Annuntiate in Babylonem plurimis omnibus, qui tendunt arcum: consistite adversus eam per gyrum, & nullus evadat, reddite ei secundum opus suum; juxta omnia quae fecit, facite illi: quia contra Dominum eresta est, adversum sanctum Israe. Idecirco cadent juvenes ejus in plateis ejus; & omnes viri bellatores ejus conticescerent in die illa: ait Dominus. Ecce ego ad te superbe; dicit Dominus Deus exercituum, quia venit dies tuus: tempus visitationis tuae.

R. Fratres mei elongaverunt a me, & noti mei. * Quasi alieni recesserunt a me. X. Dereliquerunt me proximi mei, & qui me

noverant. Quasi. Fratres mei.

Lectione iii.

ET cadet superbis & corruet, & non erit, qui suscitetur eum; & succendam ignem in urbibus ejus, & devorabit omnia: in circuitu ejus. Haec dicit Dominus exercituum. Calumniam sustinent filii Israe, & filii Iuda simul; omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum: nomen ejus. Judicio defendet causam eorum, ut extirreat terram: & comoveat habitatores Babylonis. Gladius ad Chaldaeos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad Principes: & ad Sapientes ejus. Gladius ad divinos ejus; qui stulti erunt: Gladius ad fortis illius, qui timebunt.

R. Attende, Domine, ad me, & audi vocem adversorum meorum.* Numquid redditur pro bono malum, quia fodérunt foieam animae meae. X. Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquereremur pro eis bonum, & averte-

rem

*re*m iram tuam ab eis.
Numquid. Atténde.

In secundo Nocturno.
Sermon S. Joánnis Chrysóst.
Homil. 30. in Genesim.

Lectio iv.

Ecce tandem ad finem sanctorum Quadragesimæ venimus; jejuniique navigationem perfecimus: atque ad portum Dei gratiam appulimus. Verum ne ideo negligentiores simus; sed ipso hoc nomine longe majorem operam ac vigiliarum diligentiam exhibeamus. Nam & Naucléri cum post longa superata maria passis velis mercibusque congestis; in portum ingressuri sunt: tunc maxime multam curam adhibent ac solicitudinem in quod scopolum; ceu rupem impingens navigium: superiores omnes labores inutiles ac cassos reddat. Sic quoque cursores praestant; cum enim ad finem stadiorum pervenerint: tunc acriterius cursum contendunt; ut metam attingant: ac præmia mereantur. Athletæ item post plurima certamina ac victorias; cum jam pro corona luctâ incumbit: ma-

jori nisu concertant ut donati exeat.

R. Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam, non avertas faciem tuam a me. * Quoniam tribulorum exaudi me Deus meus.

X. Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Quoniam. Salvum me fac.

Lectio v.

ITaque quemadmodum naucléri & cursores & athletæ; tum magis entuntur ac vigiles sunt: cum ad finem venerint; eodem modo ipsi operæ pretium faciamus: cum divino munere ad majore hanc hebdomadam pervenerimus. Nunc maximè jejunii currens intendere; ferventioresque preces fundere: ac eorum quæ nobis commissa sunt: multam ac accuratam confessionem edere; bonaque serio opera; largas eleemosynas; modestiam; mansuetudinem; ac reliquam virtutem: præstare debeamus. Ut talibus ornati virtutibus dominicum assecuti diem: Domini liberalitate fruamur. Majorem autem vo-

camus

cámus Hebdómadam; non quod longiores hábeat horas : sunt énīm áliæ quæ & prolixiores hábeant; nec quòd ejus sint plures dies : est enim in illa atque áliis ómnibus idem númerus. Quare ergo majórem vocámus ; quòd scilicet magna quædam ac arcana : in illâ nobis contígerint.

R. Dixérunt ímpii apud se , non rectè cogitantes circumveniámus justum, quóniam contrárius est ópéribus nostris, promítit se scíentiam Dei habére, Filium Dei se nóminalat, & gloriátur Patrem se habére Deum, * Videámus si sermónes illíus veri sint , & si est verè Fílius Dei liberei illum de níánibus nostris ; morte turpíssima condémnémus eum. **X.** Tanquam mugáces aestimáti sumus ab illo & abstinet se à viis nostris , tanquam ab immun-ditiis. Videámus. Dixérunt ímpii. *Lectio vj.*

NEmpè in istâ hebdómadâ solútum belum diutínūm ; extinéta mors : maledictio perémpta. Solúta tyránnis diáboli ; ejus dirépta arma ; Deus homínib⁹ reconciliá-

liátus : cœlum factum ac céstum. Hómines Angelis commíxti; quæ díssita, erāt conjúncta : sepes sublata, remótum septum. Deus pacis quæ in cœlis; ac quæ terra : pacificávit. Eamque ob rem majórem Hebdómadam dícimus ; quòd Dóminus tantam nobis donórum multitúdinem : in ea largítus sit. Idcírcò étiam multi per eam jejunij disciplina solitò severiore: utúntur. Contenduntque vigílias ; ac sacras pernoctationes : Eleemosynásque copiosiōres faciunt. Quòd ipsâ rerum functiōne; quem huic hebdómadae honórem hábent: magníficè próferant. Cùm enim Dóminus tália nobis bona in ea largítus sit : quómodo non déceat ; ut & nos quantam licet ei reveréntiam : atque honórem habeámus.

R. Viri ímpii dixérunt: Opprimámus virum justū injustè , & deglutiámus eum , tanquam inferi vivum ; auferámus memóriam illíus de terra , & de spóliis ejus sortem mittáimus inter nos. Ipsi enim homicídæ thesaurizavérunt

510. Dominica in Ramis Palmarum.

tunt sibi malum, insipiēntes & maligni odérunt sapientiam. * Et rei facti sunt in cogitationibus suis.

X. Hæc cogitavérunt & erravérunt, excècavit enim illos malitia ipsorum. Et rei. Viri impii.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii: secundum Matthæum.

Lectio viij. Cap. 21.
IN illo tempore: Cùm appropinquaret Jesus Jerosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliveti; tunc misit duos Discípulos suos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inveniētis ásinam alligatam, & pullum cum ea. Et réliqua.

Homilia S. Ambróssi Episc.

Serm. 2. in ram. Palm.

V Ideo vos, Fratres, hodie atténtius, quam solétis, ad Ecclésiam convenisse; & ramos áborum cum lætitia portásse. Sed quid prodest illis id agere; qui nesciunt, cur id faciant vel quid ista significant. Scire debétis, quia, sicut lectum est hodie; quæ est quinta dies ante Passióinem: Salvátor noster in

monte Oliveti sedet super ásinam, ut intráret Jerosolymam. Quæ pia Mater Ecclésia corporáliter ideo celebrat; ut fiat id, quod multò majus est: spirituáliter. Super ásinam igitur Dóminus sedet, & Jerusalém tendit; cùm ánimas nostras inhábitans mundum istum despícere: & cœléstem pátriam diligere facit. Vestimenta in viâ ante Deum jactatis; si viam illi ad vos veniéndi præparando: corpora vestra per abstinentiam castigatis. Ramos verò de arbóribus præcíditis; si Sanctórum Patrum virtutes amándo: viam ad vos veniéndi Dómino præparatis.

X. Contumélias & terrores passus sum ab eis, qui erant pacífici mei, & custodiéntes latus meum, dicentes; decipiámus eum, & prævaleámus illi. * Sed tu, Dómine, mecum es tanquam bellátor fortis, carent in opprobrium semipitérnum, & videam vindictam in eis, quia tibi, revelávi causam meam.

X. Omnes inimici mei audiérunt malum meum, lætati sunt, quóniam tu fecisti.

cisti. Sed tu , Dómine.
Contumélias.

Lectio viii.

Quid fuit Abraham ? quid fuit Joseph? quid fuit David ? quid reliqui justi , nisi fructiferæ árbores Ecclésiæ Dei. Díscite ab Abraham Obedientiā ; à Joseph Castitatem ; à David Humilitatem : si perpétuam desideratis adipisci salutem. Et quia Palma victoriæ significat ; palmas in manu rectè portamus ; si ita ei victoriæ laudes decantémus ; ut etiam benè vivendo : Diabolum vincere studeamus. Ideoque , fratres , scire debetis ; quia sine causâ ramum olivæ portat : quem Diábolus decipiéndo súperat. Redite ergo ad conscientias vestras , Charissimi ; & videte , si spiritáter facitis : quod corporaliter agitis. Dénique firmissime credentes , intelligite ; quia nostrum periculum est , si mystéria nostri salvatóris vobis non annunciamus : & vestrum est periculum , si ea parvipendatis. Monémus itaque , ut quanto magis solémnitas Paschalis appropinquat :

tanto magis vox præparare curétis : mundantes vos ab omni invidia ; ódio ; convicio; maledicto ac detractione: ut dignè illam diem celebrare possitis.

R. Deus Israël ; propter te sustinui impropterium , operuit confusio faciem meā , extraneus factus sum fratribus meis , & hospes filiis matris meæ. *Quóniam zelus domus tuæ comedit me. **X.** Improperia Improperantium tibi ceciderunt super me. Quóniam zelus. Deus Israël.

Post Octavum. **R.** sine Domine jube. & sine benedictione dicitur Passio Domini , ut s. quitur ad modum Lect. in offic. Defunctorum.

Passio Dómini nostri Jesu Christi secundum Marcum.

Lectio ix. Cap. 14. In illo tempore. Erat Pascha & Azyma post Bíduum. Et quærébant summi Sacerdotes & Scribæ : quómodo Iesum dolo tenérent & occíderent. Discébant autem. Non in Die festo : ne forte tumultus fieret in pépulo. Et cùm esset Bethaniæ in domo Simónis

Simónis leprósi, & recúmberet venit Múlier habens alabástrum unguénti nardi spicáti pretiósí, & frætô alabâstro? effúdit super caput ejus. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsoꝫ: & dicéntes. Ut quid perdítio ista unguénti facta est? pôterat enim unguéntum istud venúndari plus quàm trecéntis denáriis? & dari paupéribus, & fremeabant in eam I E S U S autem dixit. Sinite eam. Quid illi moléstii estis? Bonum ópus operáta est in me. Semper enim paupéres habétis vobiscum? & cùm voluéritis, potéstis illis benefacere me autem non semper habétis. Quod hábuit hæc, fecit? prævenit úngere corpus meum in sepultúram. Amen dico vobis: Ubicúmque prædicátum fúerit Evangélium istud in univérso mundò? & quòd fecit hæc, narrábitur in memoriá ejus. Et Judas Iscariótes unus de Duódecim; abiit ad summos Sacerdótes: ut prôderet eum illis. Qui audiéntes gayísi sunt? & promiserunt ei pecúniam se datuños. Et

quær ébat? quómodo illum opportúnè tráderet. Et primò die Azymórū quandò Pàscha immolábant? dicunt ei Discípuli. Quo vis eámus, & parémus tibi ut mandúces Pascha? Et mittit duos ex Discípulis suis? & dixit eis. Ite in civitátem? & occúrret vobis Homo lagénam aquæ ba-julans, sequimini eum, & quocunque introíerit; dícite Dómino domûs? Quia Magister dicit. Ubi est refélic mea, ubi Pascha cum Discípulis meis mandúcem? Et ipse vobis demóstrábit cœnáculum grande stratum? & illic paráte nobis. Et abiérunt Discípuli ejus; & venérunt in civitátem? & invenérunt sicut díixerat illis & paráverunt Pascha. Véspere autem factò? venit cum duódecim. Et discumbéntibus eis, & manducántibus ait I E S U S! Amen dico vobis; quia unus ex vobis tradet me? qui mandúcat mecum. At illi cœpérunt contristári? & díceré ei singulátim: Num quid Ego? Qui ait illis. Unus ex duódecim? qui intíngit mecum manum in

in catino. Et Filius quidem Hominis vadit? sicut scriptum est de eo; Vx autem homini illi? per quem Filius Hominis tradetur. Boni erat ei: si non esset natus homo ille. Et manducantibus illis, accépit Iesus Panem; & bendedicens fregit, & dedit eis: & ait. Sümite: hoc est Corpus meum. Et accépto Cálice: grárias agens dedit eis. Et bibérunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est Ságis mens novi Testamenti: qui pro multis effundétur. Amen dico vobis; quia jam non bibam de hoc genímine vitis, usque in diem illum: cùm illud bibam novū in regno Dei. Et hymno dicto: exiérunt in Montem olivárum. Et ait eis Iesus. Omnes scadálizabíni in me in nocte istā: quia scriptum est. Percutiā Pastorem: & dispergéntr Oves. Sed postquam resurrexero: præcedā vos in Galilæam. Petrus autem ait illi; Etsi omnes scandalizati fuerint in te: sed non ego. Et ait illi Iesus! Amen dico tibi; quia tu hodie in nocte hac priusquam gallus

Pars Verna.

voceis bis déderit: ter mes negatúrus. At ille amplius loquebátur. Et si oportúerit me simul cōmori tibi: non te negábo. Similiter autem: & omnes dicébant. Et véniant in prædium: cui nomen Gethsémani. Et ait discipulis suis. Sedéte hic: donec orem. Et assúmit Petrum & Jacóbum, & Joannem secum. Et cœpit pavére, & tædere. Et ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinéte hic: & vigiláte. Et cùm processisset paululùm præcidit super terram; & orábat: ut si fieri posset transíret ab eo hora, & dixit. Abba, Pater: omnia tibi possibilia sunt. Transfer Cálicem hunc à me. Sed non quod ego volo: sed quod tu. Et venit: & invénit eos dormientes. Et ait Petro. Simon dormis: non potuisti unā horā vigilare: Vigiláte & oráte: ut non intrétis in tentationem. Spíritus quidem promptus est: caro verò infirma. Et iterum ábiens: orávit, eundem sermonem dicens. Et revérsus: denuò invénit eos dormientes.

O

(Erant enim oculi eorum gravati :) & ignorabant quid respondarent ei. Et venit tertio : & ait illis. Dominité jam : & requiescite. Sufficit venit hora : Ecce Filius Hominis tradétur in manus peccatórum. Surgite : eamus. Ecce qui me tradet : propè est. Et adhuc eò loquéntे : venit Judas Iscariótes unus de duódecim ; & cum eo turba multa , cum gládiis & lignis à summis Sacerdóti-bus, & Scribis : & Senióti-bus. Déderat autem Trá-ditor ejus signum eis , dicens. Quemcunque osculá-tus fuero : ipse est. Tenéte eum : & dúcite cautè. Et cùm venisset : statim accé-dens ad eum, ait. Ave Rabbi ! & osculátus est eum. At illi manus injecérunt in eum : & tenuérunt eum. Unus autem quidam de circumstántibus edúcens gládium , percússit servum summi Sacerdótis : & am-putávit illi aurículam. Et respóndens JESUS : ait illis. Tanquàm ad latrónem exístis cum gládiis & lignis comprehéndere me ? Quotídie eram apud vos in templo docens : & non

me tenuistis. Sed ut im-pleántur scriptúræ. Tunc discípuli ejus relinquéntes eum : omnes fugérunt. Adoléscens autem quidam sequebátur eum ; amíctus. Síndone super nudo : & tenuérunt eum. At ille re-jecta Síndone : nudus pro-síguit ab eis. Et adduxérunt JESUM ad Summum Sa-cerdótem ; & convenérunt omnes Sacerdótes : & Scri-bæ & Seniòres. Petrus au-tem à longè secútus est eū: usque intrò in átrium Sú-mi Sacerdótis ; & sedébat cum ministris ad ignem : & calefaciébat se. Summi verò Sacerdótes , & omne concílium quatrébant ad-vérsus JESUM testimónium ; ut eum morti trá-derent : nec inveniébant. Multi enim testimónium falsum dicébant ad-vérsus eum : & conveniéntia testi-mónia non erant. Et qui-dam surgéntes , falsum testimónium ferébant ad-vérsus eum, dicéntes. Quó-niam nos audívimus eum dicéntem. Ego dissolvam templum hoc manu factū: & per tríduum áliud , non manu factum , ædificábo. Et non erat convéniens testimónium

cestimónium illórum. Et exúrgens summus Sacérdos in médium : interrogávit J E S U M , dicens. Non respónedes quicquam ad ea , quæ tibi objiciún- tur ab his ? Ille autem ra- cébat : & nihil respóndit. Rursùm summus Sacérdos interrogábatur eum : & dixit ei. Tu es Christus , Fílius Dei Benedícti ? J E S U S autem dixit illi. Ego Sum , & vidébitis Fílium Hómi- nis sedéntem à Dextris virtútis Dei : & veniéntem cum núbibus cœli. Sum- mus autem Sacérdos scin- dens vestímента sua : ait. Quid adhuc desiderámus testes ? Audístis blasphemiam. Quid vobis vidé- cui ? Qui omnes condem- navérunt eum : esse reum mortis. Et cœpérunt qui- dam conspúere eum : & veláre sáciem ejus ; & có- laphis eum cädere : & dí- cere ei. Prophetísa. Et mi- nistri alapis eum cädébāt. Et cùm esset Petrus in átrio deórsum : venit una ex ancíllis summi Sacerdó- tis. Et cùm vidísset Petrum calefaciéntem se :aspíciens illum , ait. Et tu cum J E S U Nazaréno eras ? At ille ne- gávit , dicens. Neque scio : neque novi quid dicas. Et éxiit foras ante átrium : & gallus cantávit. Rursus au- tem cùm vidísset illum an- cilla : cœpit dícere circum- stántibus. Quia hic ex illis est. At ille íterum negávit. Et post pusíllum : rursus , qui astábant , dicébant Pe- tro. Verè ex illis es. Nam & Galilæus es. Ille autem cœpit anathematizare , & jurare : quia nescio hómi- nem istum , quem dicitis. Et statim gallus íterum cantávit. Et recordátus est Petrus verbi , quod dixerat ei J E S U S : Priùs quam gal- lus cantet bis , ter me ne- gábis. Et cœpit flere. Et conféstim manè consilium faciéntes summi Sacerdó- tes , cum Seniòribus & Scribis , & univérslo Con- cilio ; vinciéntes J E S U m̄ duxérunt , & tradidérunt Pilátō. Et interrogávit eum Pilátus. Tu es Rex Judæo- rum ? At ille respóndens : ait illi. Tu dicis. Et accu- sábant eum summi Sacer- dotes in multis. Pilátus au- tem rursum interrogávit eum , dicens. Non respón- des quicquam ? vide in quantis te accusant ? J E S U

autem amplius nihil respóndit: ita ut miraretur Pilátus. Per diem autem Festum solebat dimittere illis unū ex vincitīs: quemcūmque petíssent. Erat autem qui dicebáatur Bárabbas, qui cum seditiōsis erat vincitus: qui in seditiōne fécerat homicídium. Et cùm ascendísset turba: cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilátus autem respóndit eis: & dixit. Vultis dimittam vobis Regem Judæorum? Sciébat enim quod per invídiam tradidíssent eum summi Sacerdótes. Pontífices autem concitavérunt turbam: ut magis Bárabbam dimitteret eis. Pilátus autem iterum respóndens: ait illis. Quid ergo vultis faciam Regi Judæorum? At illi iterum clamavérunt. Crucifige eum. Pilátus vero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilátus autem volens púpulo satisfacere: dimísit illis Barabbam; & trádit J E S U M flagellis cæsum: ut Crucifigetur. Mílitēs autem duxérunt eum in átrium prætórij; &

cónvocant totam cohórem: & induunt eum púrpura; & impónunt ei pléctentes spíneam corónam: Et cœpérunt salutáre eum. Ave Rex Judæorum. Et percutiebant caput ejus arúndine. Et conspuébant eum. Et ponéntes gémua: adorábant eum. Et postquam illusérunt ei, exuéruunt illum púrpura; & induerunt eum vestiméntis suis: & edúcunt illum, ut crucifigerent eum. Et angariaverunt prætereúntem quémplam, Simónem Cyrenæum, veniéntem de villa; patrem Alexándri, & Rufi: ut tolleret crucem ejus. Et perdúcunt illum in Golgotha locum: quod est interpretátum Calváriæ locus. Et dabant ei bibere myrrhátum vinum: & non accépit. Et crucifigentes eum, divisérunt vestiménta ejus; mitténtes sortē super eis: ut quis quid tolleret. Erat autem hora tértia: & crucifixérunt eū. Et erat titulus causæ ejus inscriptus: R E X J U D Æ O R U M. Et cum eo crucifigunt duos latrónes; unum à dextris: & álium à sinistris ejus. Et impléta est

est Scriptura; quæ dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, moventes capita sua; & dicentes. Vah! qui déstruis templum Dei? & in tribus diebus reædificas. Salvum fac temetipsum: descendens de Cruce. Similiter & summi Sacerdotes illudentes: ad alterutrum cum Scribis dicébāt. Alios salvos facit; seipsum non potest salvum facere? Christus Rex Israël descendat nunc de Cruce: ut videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant: conviciabantur ei. Et facta horâ sextâ; tenebræ factæ sunt super totâ terram: usque in horam nonam. Et horâ nona: exclamavit Iesus voce magna, dicens. Eloi, Eloi, lamma Sabæthani. Quod est interpretatum Deus meus, Deus meus; ut quid dereliquisti me?

Et quidam de circumstantibus audientes dicébant. Ecce Elíjam vocat. Currens autem unus, & implens spóngiam aceto, circumponensque cálamo: potum dabat ei, dicens. Sinite videamus: si véniat Eliás ad

deponendum eum. Jesus autem emissa voce magna: expiravit. Hic prosterendum est per aliquod spatium temporis. Deinde omnes osculantur terram, quod fit & in aliis Passionibus in simili loco. Et velum templi scissum est in duo: à summo usque deorsum. Videns autem Centúrio, qui ex adverso stabat; quia sic clamans expirasset: ait. Verè hic Homo Filius Dei erat. Erant autem & milieres de longe aspiciéntes; inter quaserat María Magdaléne, & María Jacóbi minóris, & Joseph Mater: & Salome. Et cum essent in Galilæa sequebántur eum: & ministrabant ei; & aliae multæ: quæ simul cum eo ascénderant Jerosólymam.

Postea prosequitur Lector altiori voce. Et cum jam serò esset factum (quia erat Parásceve, quod est ante Sábbatum;) venit Joseph ab Arimathía nobilis Decúrio: quia & ipse erat expéctans regnum Dei. Et audácter introivit ad Pilátum: & pétuit Corpus Iesus. Pilátus autem: mirabatur si jam obiisset. Et accersito Centurióne: in-

terrogávit eum , si jam mōrtuus esset. Et cùm cognovísset à Centurióne donávit Copus Joseph. Joseph autem mercátus Síndonem ; & depónens eum invólvit sídone : & pósuit eum in monuménto , quod erat excísum de petrā. Et advólvit lápidem ad óstium monuménti.

R. Locúti sunt adversum me lingua dolosa , & sermonibus ódii circumde-dérunt me , pro eo , ut diligenterent me , detrahébant mihi. * Ego autem orábam. **X.** Et posuérunt adversum me mala pro bonis , & ódium pro dilectiō-ne mea. Ego autem. **Et repetitur.** Locúti sunt.

A D L A U D E S.

Antiphona.

Dómine Deus auxiliátor meus , & ideò non sum confúsus. **Psalmus.** Miseré-re mei Deus. 70.

Aña. Circumdántes cir-cumdedérunt me , & in nō-mine Dómini vindicábor in eis.

Psalm. Confitémini Dó-mino. 26.

Aña. Judica causam meā, défende quia potens es , Dómine. **Psalmus.** Deus,

Deus meus. **cum reliq. 21.**
Aña. Confundántur qui me persequuntur , & non confundar ego , Dómine Deus meus.

Aña. Tibi revelávi causam meam , Dómine defénso-vitae meæ , Dómine Deus meus.

Capitulum. Philip. 2.

Hoc enim sentíte in vo-bis , quod & in Chri-sto Jesu , qui cum in for-ma Dei esset , non rapinam arbitrátus est esse se æqua-lem Deo ; sed semetípsum exinanívit , formam servi accípiens , in similitúdinem hóminum factus ? & hábi-tu invéntus ut homo.

X. Eripe me de inimícis meis , Deus meus.

R. Et ab insurgéntibus in me , líbera me.

Ad Benedictus , Aña. Príncipes sacerdótum , Cō-cílium fecérunt ut Jesum occíderent , dicébant au-tem , non in die festo , ne forte tumultus fieret in pôpulo. **Duplicatur.**

Oréminus. **Oratio.**

OMnipotens sempitér-ne Deus , qui humáno-generi ad imitándum hu-militatis exemplum salva-tórem nostrum carnem sú-mere;

mere ; & crucem subire fecisti ; concéde propítius ; ut & patientiæ ipsius habere documénta : & Resurrectionis consórtia mereámur. Per eundem Dóminum nostrum.

Ad horas orationes ut in Dominicis precedentibus.

Ad Tertiam. Capitulum.

Hoc enim sentíte. *ut sup.*

R. Erue à frámea , Deus , ánimam meam , & de manu canis únicam meam.

X. Eripe me , Dómine , ab homine malo , à virò iniquo libera me. Et de manu. Erue à frámea.

X. Inténde ánimæ meæ , & libera eam. R. Propter inimicos meos , éripe me , Dñe. *Ad Sextam.*

Capitulum. Philip. 2.

HUmiliavit semetipsū , factus obediens usque ad mortem , mortem autem Crucis ; propter quod & Deus exaltavit illum : & donavit illi nomen , quod est super omne nomen.

R. Ne perdas cum ímpiis , Deus ánimam meam , & cum viris sanguinum vitam meam.

X. Dùm extóllo manus meas ad templum sanctum tuum , ne simul trahas me-

cum peccatóribus & cum viris. Ne perdas.

X. De ore leonis libera me , Dómine.

R. Et à cónibus unicórniū humilitatē meam.

Ad Nonam.

Capitulum. Philip. 2.

IN nōmine Jesu omne genu flectatur cœlestium , terréstrium & infernorum ; & omni lingua confiteátur : quia Dóminus jesus Christus in glória est Dei Patris..

R. Príncipes persecuti sunt me gratis , & à verbis tuis formidavit cor meū , létabor ego super elóquia tua.

X. Quasi qui invenit spolia multa. Létabor ego. Príncipes.

X. Ne perdas cum ímpiis , Deus ánimam meam. R. Et cum viris sanguinum vitam meam.

Ad Vesperas , Antiphona & Psalmus. Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica.* 150. *Capitulum.* Hoc enim sentíte. *ut sup.*

X. Eripe me , Dómine , ab hominē malo. R. Aviro iniquo libera me.

Ad Magnificat, Antiph. Mittens hæc mulier , in corpus meum hoc unguen-

tum, ad sepeliéndum me habitatores ejus: qui eorum suum levaverunt contra me, quasi ventum pestiléntem. Et mittam in Babylónem ventilatores, & ventilabunt eam; & demoliéntur terram ejus: quóniam

Orémus. *Oratio.*

Omnípotens, sempitérne

Deus. ut suprà. Ad Laud.

Ad Primam Processionem.

R. In die, quâ. 506.

Orémus. *Oratio.*

A Vérte quæsumus Dó-

mine, iram tuam pro-

ptiátus à nobis: & fací-

nora nostra, quibus indi-

gnatióne tuam provocá-

mus expéllere. Per Dóminū.

Ad secundam Processionem.

R. Fratres mei. 507.

Orémus. *Oratio.*

R Espice, quæsumus, Dó-

nine, super hanc famí-

lian tuam; pro quâ Dó-

minus noster Jesus Chri-

stus non dubitávit mánib-

us tradi nocéntium: &

Crucis subíre torméntum.

Qui tecum vivit.

F E R I A S E C U N D A.

Ad Matutinum, Invita-

torium, Antiphona &

Psalmi de Psalterio. 56.

X. Inténde ánimæ meæ.

ut ibidem Tempore Pas-

sionis.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 51.

H Ecce dicit Dóminus:

Ecce ego suscitábo su-

per Babylonem; & super

suum levaverunt contra

me, quasi ventum pestiléntem.

Et mittam in Babylónem

ventilatores, & venti-

lábunt eam; & demolié-

tur terram ejus: quóniam

venérunt super eam úndi-

que in die afflictiónis ejus.

Non tendat qui tendit ar-

cum suum: & noi ascén-

dat loricátus. Nolite párce-

re juvénibus ejus: interfici-

te omnem milítiam ejus.

Et cadent interfécti in ter-

ra Chaldæórum: & vulne-

rati in régionibus ejus.

Quóniam non viduátus fuit

Israël & Juda à Deo suo

Dómino exercituum: terra

autem eórum repléta est

delícto à Sancto Israël. Fú-

gite de médio Babylónis:

& salvet unusquisque áni-

mam suam. Nolite tacére

super iniquitatē ejus; quó-

niam tempus ultiónis est à

Dómino: vicissitudinera

ipse retríbuet ei. Calix au-

reus Bábylon in manu Dó-

mini, inébrians omnem

terram; de vino ejus bibé-

runt Gentes, & ideo com-

mótæ sunt.

R. In die, qua. ut in pri-

mis Noctur. Dominic. pre-

Lectio.

Lectio ii.

Subitò cécidit Bábylon,
& contrita est ululáte
super eam. Tóllite résinam
ad dolórem ejus? si forte
sanétur. Curávimus Baby-
lónem, & non est sanata;
derelinquámus eam: & eá-
mus unusquisque in ter-
ram suam; quóniam per-
venit usque ad cœlos judi-
cium ejus? & elevátum est
usque ad nubes. Prótulit
Dóminus justítias nostras:
veníte & narrémus in Sion
opus Dómini Dei nostri.
Acúite sagittas, impléte
phárætras; suscitávit Dó-
minus spíritum regum Me-
dórum: & contra Babyló-
nem mens ejus est, ut per-
dat eam, quóniam últio
Dómini est: últio templi
sui. Super muros Babyló-
nis leváte signum; augéte
custódiam: leváte custó-
des; præparáte insidias;
quia cogitávit Dóminus,
& fecit quæcunque locú-
tus est contra habitátores
Babylonis. Quæ hábitas
super aquas multas; lócu-
ples in thesauris, venit finis
tuus pedális præcisiónis
tuæ. Jurávit Dóminus
exercituum per ánimam
suam; quóniam replébo te

homínibus quasi bricho:
& super te celeúsma cantá-
bitur. Qui fecit terram in
fortitúdine sua; præparávit
orbem in sapientia sua: &
prudéntia sua exténdit cœ-
los. Dante eo vocem, mul-
tiplicántur aquæ in cœlo:
qui levat nubes ab extré-
mo terræ; fúlgura in plú-
viam fecit? & prodúxit
ventum de thesauris suis.
Rx. Fratres mei. 507.

Léctio sancti Evangélii:
secundum Joánnem.

Lectio iii. Cap. 12.

Avenit Jesus Bethá-
niam, ubi fúerat Lázatus
mórtuus, quem suscitávit
Jesus, fecérunt autem ei
cœnam ibi: & Martha mi-
nistrábat. Lázarus vero
erat unus ex discumbénti-
bus. Et reliqua.

Homilia sancti Augustíni
Episcopi.

Tract. 50. in Ioannem.

Factum audívimus: my-
stériū requirámus. Que
cúnque áнима fidélis vi-
esse; cum Maria unge pe-
des Dómini? pretioso un-
guento. Unguentum illu-
justitia fuit: ideò libra fuit.
Erat autem unguentum
nardi pístici pretiosi. Quod

ait pisticci; locum aliquem
crédere debémus; unde
hoc erat unguéntum pre-
tiósum; nec tamen hoc va-
cat; & Sacraménto ópti-
me cónsonat. Græcè fides
dicitur. Quærébas operári
justítiam; justus ex fide vi-
vit. Unge pedes Jesu bene
vivéndo; Domínica sctáre
vestígia. Capillis térgere
vis. Si habes supérflua; da
paupéribus; & Dñi pedes
tersisti. Capilli enim su-
pérflua córporis vidéntur.
Habes quod agas de supér-
fluis tuis; tibi supérflua
sunt; sed Dómini péribus
necessária sunt. Fortè in
terrâ Dómini pedes índi-
gent. De quibus enim, nisi
de membris suis in fine
dictúrus est. Quod uni ex
mínimis meis fecístis; mihi
fecístis. Supérflua-vestra im-
pendístis; sed péribus meis;
obsecúti estis. Domus au-
tem impléta est odore;
mundus implétus est fama
bona. Nam odor bonus; fa-
ma bona est. Qui malè vi-
vunt, & Christiāni vocan-
tut; injútiam Christo fa-
ciunt; de quibus dictum
est. Quòd per eos Nomen
Dómini blasphemétur. Si
per tales nomen. Dei blas-

phemátur; per bonos; no-
men Dómini laudátur. Au-
di Apóstolum; Christi bo-
nus odor sumus.

R. Atténde Dómine.

A D L A U D E S,

Aña. Faciem meam non
averti ab increpántibus, &
conspuéntibus in me. *Psal-
mi de Laudib. Feria ij. 70.*

Aña. Frámea suscitare ad-
vérsus eos, qui dispérgant
gregem meum. *Aña.* Ap-
pendérunt mercédem meā
triginta argénteos, quos
appretiátus sum ab eis.

Aña. Inundavérunt aquæ
super caput meum, dixi,
pérri; invocábo nomen
tuum Dómine Deus.

Aña. Lábia insurgéntium,
& cogitátiones eórum ad-
vérsum me, vide Dó-
mine.

Capitulum. Jer. 18.

*A*tténde, Dómine, ad
me, & audi vocem ad-
versariórum meórum, num-
quid rédditur pro bono
malum, quia fodérunt fó-
veam ánimæ meæ; recor-
dáre quòd stéterim in con-
spéctu tuo, ut loquerer pro
eis bonum? & avérterem
indignatióne tuam ab eis.
X. Erípe me de inimícis
meis, Deus meus.

R. Et

R. Et ab insurgéntibus in
me libera mea.

Ad Benedictus, Aña.
Maria ergo unxit pedes
Jesu, & extersit capillis
suis, & domus impléta est,
ex odore unguénti. **Dupl.**

**Quod fit in sequentibus
Antiphonis ad Bened. &
Magn. usque ad octavam
Pascha, & in Choro can-
tica, Benedictus & Magn.
cantantur solemniter.**

**Deinde dicuntur magna
Preces.**

Orémus. Oratio.

DA, quæsumus Omní-
potens Deus; ut qui
in tot advérsis ex nostra
infirmitate deficimus: in-
tercedente Unigeniti Fílli
tui Passióne respirémus.
Qui tecum vivit & regnat.

**Hodiè dicuntur Psalmi
Pœnitentiales. Non dicitur
PSalmus Levavi usque ad
octavam Pentecostes in-
clusivè.**

**Ad Vesperas, Aña. Incli-
návit Dóminus Psalm. Di-
léxi. cum reliquis de Psal-
tero. 154.**

Capitulum.

Dominus Deus apéruit
mihi aurem, ego au-
rem non contradico; re-
trósum non ábii corpus

meum, dedi percutiénti-
bus, & genas meas vellén-
tibus. Fáciem meam non
avérti ab increpántibus &
conspuéntibus. Dóminus
Deus auxiliátor meus, &
ídeò non sum confúsus.

R. Eripe me, Dómine, ab
hómine malo. **R.** A viro
iníquo libera me.

Ad Magnificat, Antiph.
Clarifica me Pater, apud
temetipsum claritaté quā
habui, priusquam mundus
fieret. **Duplicatur.**

**Deinde dicuntur magna
Preces.**

Orémus. Oratio.

ADjuva nos, Deus salu-
tatis noster; & ad be-
neficia recolénda; quibus
bus nos instauráre digná-
tus es: tríbue venire gau-
dentes. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 51.

NON sicut hæc, pare-
ns Jacob: Quia, qui fe-
cit ómnia, ipse est, & Israël
Sceptrum hæreditatis ejus:
Dóminus exercítuum no-
men ejus. Collídis tu mihi
vasa belli, & ego collídam
in te Gentes; & dispérdam
in te regna: & collidam in
te equum; & équitem ejus:

& collidam in te currum & ascensorem ejus. Collidam in te virum & mulierem, & collidam in te senem & puerum, & collidam in te juvenem & virginem: & collidam in te pastorem & gregem ejus; & collidam in te agricolam & jugales ejus: & collidam in te duces & magistratus. Et reddam Babyloniam, & cunctis habitatoribus Chaldaeis omne malum suum, quod fecerunt in Sion, in oculis vestris: ait Dominus. Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus: qui corrumpis universam terram; & extendam manum meam super te, & evolvam te de petris: & dabo te in mortem combustonis. Et non tollent de te lapidem, in angulum, & lapidem infundamenta: sed perditus in eternum eris, ait Dominus: Levate signum in terra; clangite buccina in Gentibus: sanctificate super eam Gentes.

R. Salvum me fac, Deus. ut in i. Noct. Dom. præced.

508. Lectio ij.

Quia haec dicit Dominus exercituum Deus Israël: Filia Babylonis

quasi area, tempus tritum: ejus: adhuc modicum, & veniet tempus missiōnis ejus. Comedit me, & devoravit me Nabuchodonosor Rex Babylōnis: reddidit me quasi vas ināne; absorbiuit me quasi Draco: replevit ventrem suum tenetudine mea, & ejecit me. Iniquitas adversum me, & caro mea super Babylōnē, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldaeis, dicit Jerusalēm. Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego judicabo causam tuam: & ulciscar ultiōnem tuam; & desertum faciam, mare ejus & siccabo venam ejus.

R. Dixérunt impii. 509.

Lectio sancti Evangeli: secundum Joannem.

Lectio ij.. Cap. 13.

In illo tempore: Ante diem Festum Paschæ, sciens Jesus; quia venit hora ejus; ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo: in finem diléxit eos. Et reliqua. Homil. S. Augustini Episc.

Tract ss. in Ioannem.

Pascha transitus dicitur; propterea tunc primum Pascha.

Pascha celebrávit pópulus Dei : quando ex Ægypto fugiéntes rubrū mare transíerunt. His igitur diébus figura illa prophética in veritáte compléta est. Cùm sicut ovis ad immolandum dúcitur Christus : cuius sanguine illítis póstibus nostris ; id est, cuius signo crucis signátis frónibus nostris : à perditione, hujus sæculi tamqutā à captivitate & interempione Ægyptia liberámur. Et áginus salubrérrimum tránsitum cùm à Diábolo transimus ad Christum ; & ab isto instabili sæculó : ad ejus fundatíssimum regnū. Ideò quippe ad Deum permanentem transimus ; ne cùm mundo transeúnte : transeámus. De hac nobis colláta grátia. Deum laudans Apóstolus dicit ; qui éruit nos de potestáte tenebrárum : & tránstulit in regnum filii claritatis sue. Hoc itaque nomen id est Pascha ; quod latinè ut dixi, tránsitus: nuncupátur : velut intérpretans nobis beátus Evangelista ; ante diem inquit festum Paschæ: sciens Jelus quia venit hora ejus ut tránseat ex

hoc mundo ad Patrem. Ecce Pascha ; ecce tránsitus; unde & quòd de hoc scilicet mundo ad Patrem. Spes Membris in cápite data est, quòd essent illo transeunté : sine dúbio secutúra. Quid ergo infideles & ab hoc cápite atque ab ejus corpore aliéni ; non ne & ipsi tránsieunt : quia non pérmanent. Tránsieunt pláne & ipsi ; sed áliud est transire de mundo : áliud est transire cum mundo. áliud ad Patrem : áliud ad hostem. Nam & Ægyptii transíerunt ; non tamen transíerunt per mare ad regnum : sed in mari ad iugiteritum.

R. Viri impii. 509.

A. D. L A U D E S.
Aña. Vide, Dómine, & consídera , quóniam tribulor. velóciter exaudi me. Psalmi de Laudibus Feria iij. 84.

Aña. Discerne causam meam, Dómine, ab homine, iniquo. & doloso. eripe me. Aña. Cùm tribulárer claniavi ad Dóminum de ventre inferi, & exaudívit me. Aña. Libera me, Dómine ; & pone me juxta te, & cùjusvis manus:

manus pugnet contra me.
Aña. Dixérunt ímpii, op-
 primámus vitum justum,
 quóniam contrárius est
 opéribus nostris.

Ad Benedictus, Antiph.
 Nemo tollit à me ánimam
 meam, sed ego pono eam,
 ut íterum sumam eam. *Duplicatur.*

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.
OMnipotens, sempitér-
 one Deus, da nobis ita
 Domínicae Passiónis sacra-
 ménta perágere: ut indul-
 géntiam percípere mereá-
 mur. Per eúmdem Dómi-
 num nostrum.

Hodie ante primas Litanias dicitur; Rx. Salus no-
 stra in manu tua est Dómi-
 ne, respíciat super nos mi-
 sericórdia tua: * Et secúri
 serviámus tibi. y. Adjuva
 nos Deus, salutáris noster,
 & propter glóriam nómi-
 nis tui Dómine libera nos.
 Et secúri.

Non dicuntur amplius Litaniae.

Ad Magnificat, Antiph.
 Potestátēm hábeo ponén-
 di ánimam meam, & íte-
 rum suméndi eam. *Duplica-
 tur.*

Deinde dicuntur magna Preces.

Orémus. Oratio.
Tua nos misericórdia,
 Deus; & ab omni su-
 breptióne vetustatis expúr-
 get: & capáces sanctæ no-
 vitatis efficiat. Per Dómi-
 num nostrum.

FERIA QUARTA.

Si ab hac die, inclusivè usque ad Octavam Pascha, occurrat Festum novem Lectionum; transferatur post Octavam.

De Jeremía Prophéta.

Lectio i.

VIsitábo super Bel in
 Babylóne, & ejiciam
 quod absorbúerat de ore
 ejus; & non cónfluent ad
 eum ultrà Gentes: siquidem
 & murus Babylónis
 corruet. Egredímini de
 médio ejus pópulus meus:
 ut salvet unusquísque áni-
 mam suam ab irâ furóris
 Dómini. Et ne forte mol-
 léscat cor vestrum, & ti-
 meatis audítum; qui au-
 diétur in terra: & véniet
 in anno audítio; & post
 hunc annum audítio; in-
 quitas in terra: & domi-
 nátor super dominatórem.
 Preptéreà, ecce dies vén-
 niunt: & visitábo super
 sculptilia

Sculptilia Babylónis ; & omnis terra ejus confundéatur : & univérsi interfécti ejus cadent in médio ejus. Et laudábunt super Babylónem cœli & terræ ; & ómnia , quæ in eis sunt : quia ab Aquilóne vénient ei prædones, ait Dóminus. Et quómodo fecit Bábylon ut cáderent occisi in Israël? sic de Babylóne cadent occisi in universa terra.

Rx. Contumélias. ut in iij.

No.7. Domin.. præced 510.

Lectio ij.

Qui fugístis gládium,
venite ; nolíte stare :
recordámini procul Dó-
mini ; & Jerúsalem : ascén-
dat super cor vestrum. Cō-
fúsi sumus : quóniam au-
dívimus opprórium; opé-
ravit ignominia fácies no-
stras : quia venérunt aliéni
super sanctificationem Do-
mus Dómini. Propterea,
ecce dies véniant ; ait Dó-
minus : & visitábo super
sculptilia ejus ; & in omni
terra ejus : mágiet vulne-
ratus. Si ascénderit Báby-
lon in cœlum ; & firmáve-
rit in excélsô robur suum :
à me vénient vastatóres
eius , ait Dóminus. Vox
clamóris de Babylóne : &

contritió magna de terra
Chaldæórum ; quóniam
vastávit Dóminus Baby-
lóneum : & pérdidit ex ea
vocabem magnam ; & soná-
bunt fluctus eórum quasi
aquæ multæ : dedit sóni-
tum vox eórum. Qui a vé-
nit super eam ; id est, super
Babylónem, prædo ? & ap-
prehénsi sunt fortes ejus ;
& emárcuit arcus eórum :
quia fortis últor Dóminus :
reddens retríbuet.

Rx. Deus Israël. 511.

Sermo sancti Bernardi
Abbatis.

Serm.in Cœna Domini.

HI sunt dies quos ob-
serváre debémus; dies
pleni pietate & gratiâ :
quibus etiám sceleratórum
hóminum mentes ad pœ-
nitentiam provocántur.
Tanta siquidem est vis sa-
cramentórum eórum; quæ
diebus istis recolúntur : ut
possint ipsa quoque lápi-
dea scindere corda ; & pe-
nitus omne licet férreum :
emollire sufficient. Dená-
que vidémus hodie ad
passiōnē Christi non modò
cælestia cōpati; sed ter-
ram movéri: & petras scin-
di ; & in confessiōnem pec-
catórum : aperíri monu-
mēta.

528 Feria quarta maiores Hebdomadae.

mēta. At verò quóniam sic est in spiritálibus cibis : sicut & in corporálibus ; ut in quibúsdam statim præsto sit sapor : in áliquibus opórteat laboráre , quæ manifésta sunt : nostro non indígent ministratio. Quæ verò clausa sunt : diligéntem volunt hábere consideratórem. Neque enim tradit mater párvulo nucem intégram ; sed frangit eam : & nucleus pórigit. Sic & ego vobis frátres charíssimi ; si possem sacraméta quæ clausa sunt his diebus : aperire debúerā. Sed quia minùs possum ; rogémus ut vobis páriter & mihi mater sapiéntia frangat nuces istas : nuces inquam ; quas protálit sacerdotalis virga virtutis : quam emísit Dóminus ex Sion.

R. Lócuti sunt. 518.

A D L A U D E S.
Aña. Líbera me de sanguínibus Deus, Deus meus, & exultábit lingua mea iustitiam tuam.

Psalmi de Laudibus Feria iv. 97.

Aña. Contumélias & terréres passus sum ab eis , & Dóminus mecum est tan-

quàm bellátot fortis. Aña. Ipsí verò in vanum quæsiérunt ánimam meam ; introibunt in inferiōra terrę. Aña. Omnes inimici mei audiérunt malum meum, Dómine ; lètati sunt, quóniam tu fecísti. Aña. Concilium fecérunt inimici mei, dicéntes, conterámus eum de terra vivéntium.

Ad Benedictus, Antiph. Appropinquábat autē dies Festus, & quærébant Príncipes Sacerdótum , quómodo Jesum interficerent, sed timébant plebē. Dupl.

Deinde dicuntur magna Preces

Orémus. Oratio.
Præsta , quæsumus omnípotens Deus , ut quia nostris excéssibus incessanter afflígimur , per Unigéniitum Fílii tui Passiónem liberémur. Qui tecum vivit.

Hodie ad Horas dicuntur Psalmi Pœnitentiales , & non dicuntur amplius.

Ad Magnificat, Antiph. Desidério desiderávi hoc Pascha manducáre vobiscum ántequam pátiar. Duplicatur.

Deinde dicuntur magna Preces.

Orómus.

Orémus, *Oratio.*

REspice, quæsumus Dómine, super hanc familiam tuam; pro quâ Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium: & crucis subire torméntum.
Per Dóminum.

Tribus sequentibus diebus dicto secretò, Pater noster, & Ave María. Omnibus aliis pratermissis, absolutè incipitur Officium ad Matutinum & Vesperas ab Aña primi Psalmi. In fine Psalmorum non dicitur Glória Patri, per omnes Horas, nec in Responsoriis, qua tamen duplicantur.

FERIA QUINTA.

In Cœna Domini.

Ad Matutinum.

In primo Nocturno.

Aña. Zelus domus tuæ.

Psalmus 68.

SAlvum me fac Deus: * quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infixus sum in limo profundi: * & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: * & tempéstas demerit me.

Laborávi clamans; * ratiæ factæ sunt fauces meæ: * defecérunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capillos cápitum mei, * qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecuti sunt me iaimici mei injústi: * quæ non rápui, tunc exsolvébam.

Deus tu scis insipiéntiam meam: * & delicta mea à te non sunt abscondita

Non erubéscant in me qui expéctant, te Dómine; * Dómine virtútum.

Non confundántur super me; * qui quærunt te, Deus Israël.

Quóniam propter te sustinui opprobrium: * operuit confusio faciem meā, Extráneus factus sum fratribus meis, * & peregrinus filiis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comedit me: * & opprobria exprobrantium tibi, cecidérunt super me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam: * & factum est in opprobrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícum: * & factus sum illis in parabolam.

Adyérsum me loquebánu-

tus.

¶ qui fedébant in porta: * & in me pfallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiōnem meā ad te Dómine: * tempus benepláciti Deus.

In multitúdine misericórdiæ tuæ exaudi me: * in veritáte salútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: * libera me ab iis qui odérunt me; & de profundis aquárum.

Nou me demérgat tempestas aquæ; * neque absóbeat me profundum: * neque urgeat super me púteus os suum.

Exaudi me, Dómine, quóniam benigna est misericórdia tua; * secundum multitúdinem miserationum tuárum respice in me.

Et ne avérias fáciem tuam à púero tuo, * quóniam tribulor, velóciter exaudi me.

Inténde ánimæ meæ, & libera eam: * propter inimicos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, & confusióinem meam: * & reverentiā meā

In conspéctu tuo sunt omnes qui tribulant me: * impropérium expectávit eor in eum, & misériam.

Et sustinui, qui simul contristarétur, & non fuit: * qui consolatérunt, & non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel: * & in siti mea potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, * & in rétributiōnes, & in scándalum.

Obscuréntur oculi eórum ne videant: * & dorsum eórum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam: * & furor iræ tuae comprehéndat eos.

Fiat habitatio eórum deserta: * & in tabernaculis eórum non sit qui inhábiter.

Quóniam quem tu percussisti, persecuti sunt: * & super dolorem vulnerum eórum addidérunt.

Appóne iniquitárem super iniquitátem eórum, * & non intrent in justitiam tuam.

Deleántur de libro viventium: * & cum justis non scribántur.

Ego sum pauper & do-lens: * salus tua, Deus suscépit me.

Laudábo nomen Dei cum canticis: * & magnificábo eum.

sum in laude.

Et placébit Deo super vi-
tulum novéllum, córnua
producéntem & úngulas.

Vídeant páuperes & læ-
téntur : * quærите Deum,
& vivet áнима vestra..

Quóniam exaudívit páu-
peres Dóminus : * & vin-
ctos suos non despéxit.

Laudent illum cœli &
terra : * mare & ómnia re-
ptilia in eis.

Quóniam Deus salvam
faciet Sion : * & ædifica-
búntur civitátes Judæ:

Et inhabitábunt ibi : * &
hæreditáte acquírent eam.

Et semen servórum ejus
possidébit eam : * & qui
diligunt nomen ejus habi-
tabunt in ea.

Aña. Zelus domus tuæ co-
médit me, & opprobria ex-
probrántium tibi cecidé-
runt super me.

Aña. Avertántur.

Psalmus 69.

D Eus in adjutórium
meum inténde. * Dó-
mine ad adjuvándum me
festína.

Confundántur & reve-
réantur : * qui quærunt
ánimam meam.

Avertántur retrósum, &
erubéscant : * qui volunt

mihi mala.

Avertántur statim & eru-
bescéntes, * qui dicunt mihi,
Enge, Euge.

Exultent & lætentur in te
omnes qui quærunt te : *
& dicant semper, magnifi-
cetur Dóminus ; qui dili-
gunt salutáre tuum.

Ego verò egénus & pau-
per sum: * Deus adjuva me.

Adjútor meus, & liberá-
tor meus esto : * Dómine
ne moréris.

Aña. Avertántur retró-
sum, & erubéscant qui cō-
gitant mihi mala.

Aña. Deus meus.

Psalmus 70.

IN te, Dómine sperávi,
Inon confundar in æter-
num : * in justitia tua libe-
ra me, & éripe me.

Inclína ad me aurem
tuam, * & salva me.

Esto mihi in Deum pro-
tectórem, & in locum mu-
nítum : * ut salvum me
fácias.

Quóniam firmaméntum
meum, & refúgium meum
es tu,

Deus meus éripe me de
manu peccatóris : * & de
manu contra legem agén-
tis & iníqui.

Quóniam tu es patiéntia
mea.

mea Dómine : * Dómine
spes mea à juventute mea.

In te confirmatus sum ex
útero : * de ventre matris
meæ tu es protéctor meus.

In te cantatio mea sem-
per : * tamquam prodí-
gium factus sum multis ;
& tu adjutor fortis.

Repleatur os meū laude,
ut cantem glóriam tuam : *
tota die magnitudinem
tuam.

Ne projicias me in tém-
pore senectutis : * cùm de-
fecerit virtus mea , ne de-
selinquas me.

Quia dixerunt inimici
mei mihi : * & qui custo-
diébant animam meam ,
concilium fecerunt in unū.

Dicentes : Deus dereli-
quit eum , persequimini &
comprehendite eum : *
quia non est qui éripiat.

Deus ne elongeris à me : *
Deus meus in auxilium
meum respice.

Confundantur & defi-
cient detrahentes animæ
meæ : * operiantur confu-
sione & pudore , qui quæ
runt mala mihi.

Ego autem semper sperá-
bo : * & adjiciam super om-
nem laudem tuam.

Os meum annunciarib[us]

justitiam tuam ; * tota
die salutare tuum.

Quóniam non cognovī
literatúram , introibo in
potentias Dómini : * Dó-
mine memorabor justitiae
tuæ solius.

Deus docuisti me à ju-
ventute mea , & usque
nunc : * pronunciabo mi-
rabilia tua.

Et usque in senectam &
sénium : * Deus ne dere-
linquas me.

Donec annúnciem brá-
chium tuum : * generati-
oni omni , quæ ventura est.

Potentiam tuam , & ju-
stitiam tuam Deus usque
in altissima , quæ fecisti
magnalia : * Deus , quis
símilis tibi ?

Quantas ostendisti mihi
tribulaciones multas , &
malas : * & convérsum vi-
visicasti me : * & de aby-
sis terræ iterum reduxi-
sti me.

Multiplicasti magnificen-
tiam tuam : * & convérsum
consolátus es me.

Nam & ego confitébor
tibi in vasis Psalmi veritá-
tem tuam Deus : * psallam
tibi in cithara , Sanctus
Israël.

Exultabunt lábia mea
cùm

cum cantávero tibi : * & anima mea , quam rede-
místi.

Sed & lingua mea tota die , meditábirur justitiam tuam : * cum confúsi & re-
vériti fúerint , qui quærunt mala mihi .

Aña. Deus meus éripe me de manu peccatóris .

X. Amíci mei & próximi mei . Rx. Adversum me ap-
propinquavérunt & ste-
réunt .

*Hoc triduo post Versici-
los Noctur. dicitur secretò.
Pater noster. nec pronun-
ciatur Et ne nos. nec dic-
tur Depreca-ic, neque dan-
tur Benedictiones ante Lectiones.
In fine Lectionum
non dicitur Tu autem.*

Incipit Lamentatio Jere-

miae Prophétæ.

Lectio j. Cap. i.

*Q*uomodo sedet sola : cívitas plena pópulo facta est quasi vídúa Dómina géntium ; Princeps Provinciarum : facta est sub tributo .

Plorans plorávit in no-
ste : & láchrymæ ejus in
maxillis ejus : non est qui
consolétur eam ex ómnibus charis ejus ; omnes
amíci ejus sprevérunt eam :

& facti sunt ei inimici .

Migrávit Judas propter afflictionem & multitúdinem servitútis : habitávit inter gentes , nec invénit réquiem ; omnes persecutóres ejus apprehendérunt eam : inter augústias .

Viae Sion lugent , eò quòd non sint : qui véniat ad solemnitatem ; omnes portæ ejus destrúctæ : Sa-
cerdótes ejus geméntes ; vírgines ejus squálidæ : & ipsa oppréssa amaritudine .

Facti sunt hostes ejus in cápite ; inimici ejus locupletati sunt : quia Dóminus locútus est super eam : propter multitúdinem ini-
quitatum ejus ; párvuli ejus ducti sunt in captivitatem : ante fáciem tribulántis .

Responsoria Duplicantur.

Rx. Ecce vídimus eum non habéntem spéciem , neque decórem , aspéctus ejus in eo non est . Hic peccáta nostra portávit , & pro nobis dolet ; ipse autem vul-
nerátus est propter ini-
quitates nostras : * Cujus livó-
re sanati sumus . X. Verè languores nostros ipse tulit , & dolores nostros ipse portávit . Cujus livore ,

Rx. Ecce vídimus .

Lectio

Lectio iij. concilium fecerunt inimici

ET egræssus est à Filia mei adversum me, dicentes, * Venite mittamus facti sunt Principes ejus lignum in panem ejus, & velut aristes: non inventientes pascua. Et abierunt absque fortitudine: ante conteramus eum de terrâ viventiū. ¶ Audívi enim contumelias multorum, & faciem subsequentis. terrores in circuitu dicentium. Venite. ¶ Rx. Eram quasi.

Recordata est Jerusalēm diérum afflictionis suæ: & prævaricationis omnium desiderabilium suorum; quæ habuerat à diebus antiquis: cùm caderet populus ejus in manu hostili; & non esset auxiliator: vidérunt eam hostes, & deriserunt Sábbata ejus.

Peccatum peccavit Jerusalēm, propterea instabilis facta est: omnes, qui glorificabant eam, sprevérunt illam; quia vidérunt ignominiam ejus ipsa autem gemens conversa est retrorsum,

Sordes ejus in pédibus ejus nec recordata est finis sui; deposita est vehementer non habens consolatorem: vide, Dómine, afflictionem meam, quóniam erectus est inimicus. Rx. Eram quasi agnus innocentis ductus ad immolandum, & nesciébam;

tes, * Venite mittamus lignum in panem ejus, & conteramus eum de terrâ viventiū. ¶ Audívi enim contumelias multorum, & terrores in circuitu dicentium. Venite. Rx. Eram quasi.

Lectio iij.

MAnum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus; quia videt Gentes ingressas Sanctuarium suum: de quibus præcéperas, ne intrarent in Ecclésiam tuam.

Omnis populus ejus gemitus, & quærens panem; dedérunt pretiosa quæque pro cibò ad refocillandam ánimam: Vide, Dómine, & considera, quóniam facta sum vilis.

O vos omnes, qui transitis per viam; attenedite & videte, si est dolor, sicut dolor meus: quóniam vindemiavit me, ut locutus est Dóminus in die iræ furoris sui.

De excélsso misit ignem in ossibus meis; & eruditivit me: expándit rete pédibus meis; convértit me retrorsum: posuit me de-solatam,

folatam, totâ die mœrōte
conféstat.

Vigilavit jugum iniqui-
tatum meārum; in manu
eius convolutæ sunt, &
imp̄sita collo meo: infir-
mata est virtus mea; dedit
me Dómins in manu: de
quâ non pôtero súrge-
re.

R. Unus ex vobis tradet
me hodie. Vx illi per quē
trador ego; * Bonum erat
ei, si natus non fuisset.

N. Qui intingit mecum
manum in parópside, hic
me traditūrus est. Bonum
erat ei.

R. Unus ex vobis.

In secundo Nocturno.

Antiphona. Liberavit Dó-
minus.

Psalmus 71.

Deus judicium tuum
regi da: & justitiam
tuam filio regis.

Judicáre pôpulum tuum
in justitia: * & páuperes
tuos in judicio.

Suscípiant montes pacem
pôpulo; * & colles justi-
tiā.

Judicábit paupéres pô-
puli, & salvos fáciat filios
paupérum: * & humiliábit
calumniatórem.

Et permanébit cum So-

le, & ante Lunam: * in
generatiōne & generatiō-
nem.

Descéndet sicut pluvia in
vellus: * & sicut stillicidia
stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus ju-
stitia, & abundántia pa-
cis: * donec auferátur
Luna.

Et dominabitur à mati
usque ad mare: * & à flu-
mine usque ad términos
orbis terrárum.

Coram illo prôcident A-
thíopes: * & inimici ejus
terram lingent.

Reges Tharsis, & insulæ
múnera ófferent: * Reges
Arabum & Saba dona ad-
dúcent.

Et adorábunt eum omnes
Reges: * omnes gentes
sérvient ei.

Quia liberábit paupérem
à poténte: * & paupcrem
cui non erat adjutor,

Parcet paupéri & inopi: *
& ánimas paupérum salvas
fáciat.

Ex usúris & iniquitatē
rédimet ánimas eórum: *
& honorabile nomen eó-
rum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei
de aurò Arábiæ: * & ado-
rábunt de ipso semper: *
totâ

totâ die benedîcent ei.

Erit firmamentum in terra in summis montiis: * super extolletur super Libanum fructus ejus: * & florébunt de civitate, sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in secula: * ante Solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dñs Deus Istaël: * qui facit mirabilia Solus.

Et benedictum nomen Majestatis ejus in æternum: * & replébitur Majestate ejus omnis terra; Fiat, fiat.

Ana. Liberabit Dóminus paupérem à potente, & impopem cui non erat adiutor.

Ana. Cogitavérunt impij.
Psalmus 72.

Quam bonus Istaël Deus. * His, qui recto sunt corde.

Mei autem penè moti sunt pedes: * penè effusi sunt gressus mei.

Quia zelávi super ini-
quos, * pacem peccatórum
videns.

Quia non est respéctus morti eórum: * & firmamentum in plaga eórum,

In labore hóminum non sunt: * & cum homínibus non flagellabuntur.

Ideò tenuit eos supéria: * operti sunt iniquité & impietate sua.

Pródiit quasi ex ádipe iniquitas eórum: * transíerunt in afféctum cor dis,

Cogitavérunt & locuti sunt nequitiam: * iniquitatem in excélsis locuti sunt.

Posuérunt in cœlum os suum: * & lingua eórum transívit in terra-

Ideò convertétur populus meus hic: * & dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixerunt, quómodo scit Deus, & si est scientia in excelsis.

Ecce ipsi peccatóres, & abundantes in século: * obtinuerunt divítias.

Et dixi: Ergo sine causa justificávi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas.

Et fui flagellátus tota die: * & castigatio mea in matutinis.

Si dicébam: Narrábo

Sic; * ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.

Existimabam ut cognoscere; * hoc labor est ante me.

Donec intrem in Sæctuarium Dei: * & intelligam in novissimis eorum.

Verumtamen propter dolos posuisti eis: * dejecisti eos dum allevarentur.

Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt: * perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgens: * Dómine, in civitate tuâ, imaginem ipsorum, ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum, & tenes mei commutati sunt: * & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Ut jumentum factus sum apud te: * & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam: * & in voluntate tuâ deduxisti me; * & cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in cœlo? * & à te quid volui super terram?

Defecit caro mea, & cor meum: * Deus cordis mei,

Fars Verna.

& pars mea Deus in æternum.

Quia ecce; qui elongant se à te, peribunt: * perdidi omnes, qui fornicatus abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est: * pónere in Dómino Deo spem meam.

Ut annuúnciem omnes prædicaciones tuas: * in portis Filiae Sion.

Ana. Cogitaverunt impii, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis locuti sunt.

Ana. Exurge Dómine.

Psalmus. 73.

UT quid Deus repulisti in finem: * iratus est furor tuus super oves páscuae tuæ.

Memor esto congregationis tuæ: * quam possidisti ab initio.

Redemisti virginem hereditatis tuæ: * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem: * quanta malignatus est inimicus in sancto.

Et glorianti sunt qui odierunt te, * in medio solemnitatis tuæ,

P

Posuérunt signa sua , si-
gna : * & non cognové-
runt sicut in éxitu super-
umnum.

Qu si in silva lignórum
secú bus excidérunt já-
nua ejus in idipsum : * in
secúri & áscia dejecérunt
eam.

Incendérunt igni San-
ctuánum tuum, in terra: *
polluérunt tabernáculum
nóminis tui.

Dixérunt in corde suo
cognátio eórum simul : *
quiescece faciámus omnes
dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidi-
mus, jam nón est Prophé-
ta: * & nos non cognóscet
ámplius.

Usquequô Deus impro-
perábit inimícus: * irritat
adversárius nomen tuum
in finem.

Ut quid avértis manum
tuam: * & dexteram tuam
de médio sinu tuo in finē.

Deus autem Rex noster
ante saecula: * operátus est
salútem in médio terræ.

Tu confirmásti in virtú-
te tuâ mare: * contribulá-
sti capita dracónum in
aquis.

Tu confregísti cápita
dracónis : * dedísti eum

escam pôpulis Aethiópum:
Tu dirupisti fontes , &
torrentes: * tu siccásti flú-
vios Ethan.

Tuus est dies , & tua est
nox: * tu fabricátus es au-
tóram & Solem.

Tu fecísti omnes térmí-
nos terræ : * æstátem &
vertu plasmasti ea.

Memor esto hujus,inimí-
cus improperávit Dño: *
& pôpulus insípiens inci-
távit nomen tuum.

Ne tradas béstiiás ánimaş
confiténtes tibi: * & án-
imas pauperum, tuórum ne
obliviscáris in finem.

Réspice in testaméntum
tuum : * quia repléti sunt,
qui obscuráti sunt terræ
dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis fa-
etus confúsus : * pauper &
inops laudábunt nomen
tuum.

Exúrge Deus, júdica cau-
sam tuam : * memor esto
improperiorum tuórum,
eórum quae ab insípiénte
sunt tota die.

Ne obliviscáris voces ini-
micórum tuórum : * su-
pérbia eórum . qui te odé-
runt, ascéndit semper.

Añā. Exúrge Dómine , &
júdica causa meam.

X. Insur

XV. Insurrexérunt in me
testes iníqui. Rx. Et men-
tita est iníquitas sibi.

Pater noster *secretò*.

Sermo S. Joánnis Chry-
sóstomi.

In Christi præditionem.

Lectio iv.

MEmorémus quæ hu-
jas sunt Sacraménta
diéi. Christus hodie, quinta
hac à Sabbato die ; pridie
quàm paterétur ? tum dis-
cipulórum pedes lavit; tum
figurale Pascha in lege ce-
lebrávit ; tum denique pas-
siónis salutárem Mýstagó-
giā trádidit. Adeòque
jam verè loquendo ; ne
ipse quidem interrúmpi-
tur : sermo veritatis. Nam
illa quoque narratio ad
Crucem spectat : tunc
que Ecclesiástica régula
observátur. Ad ea er-
go procedámus : quæ
deinceps sequuntur compéndio tractántes. Ut gu-
stum quemdā vestris Chri-
stū amántibus ánimes præ-
bentes ; quemadmodum
sacras nostras ac mysticas
traditiónes considerare o-
póreant : succinctam dilú-
cidámque sermonis proba-
tionem tradámus. Dicit
Salvátor discípulis ; scitis

quia post biduum Pascha
fiet ? & filius hóminis trá-
detur, ut crucifágatur. Sa-
pè Salvátor discípulis præ-
dixit ; simul osténdens : ut
cùm nosset, non fúgiat ; ac
præscius : non detréctet.
Simul item Apostolórum
präléniens ánimos ; ut fu-
túræ rei notitia præviè in-
structi ? turbatióinem caye-
rent.

Rx. Tristis est ánima mea
usque ad mortem, sustinéte
híc , & vigiláte mecum : *
Nunc vidébitis turbam,
quæ circúndabit me ; vos
fugam capiétis , & Ego va-
dam immolári pro yobis.

XVI. Vigiláte & oráte , ut
non intrétis in tentatió-
nem. Nunc. Rx. Tristis est.

Lectio v.

Cum Salvatórem dis-
cipulórum pedes laván-
tem aspicio ? illud Isaiæ de
nostrâ hóminum superbiâ
prófero. Quid supérbis té-
rra & cinis. Cogita incur-
vántem se dómum qd
servórum pedes : atque la-
vántem. Quómodo hæc
eloquámur ; quave sileá-
mus ratione ? Sémo noa
súfficit : taciturnitas labē
habet ingrati ánimi. Quid
verò agamus ? qui nec ya-

Jémus dícere. Cœpit laváre pedes discipulórum? & extérgere línteo. Nullas servi ac ministri partes omísit. Non jussit, ut álii quidem aquam infúndent: ipse autem laváret. Nec lavit quidem ipse: extérsérunt verò alii. Videturque hoc loco novum quoddam discípulis explícáre mysterium. Cum diléxisset discípulos suos inquit Joánnes; in finem diléxit eos. Et cœnâ factâ: cum diábolus jam misisset in cor, ut tráderet eum Judas Simónis Iscariotæ; surréxit: pósuit vestiménta. Non hoc simpliciter dixit, ac nulla ratione; sed ut ostēdat, cùm jam proditor molirétur eū prodére? ne sic quidem Salvatórem renúisse ejus pedes lavare. Ejus animi dolum nóverat: ac tamen lavit.

R. Seniores populi concílium fecérunt, ut Jesum dolo tenérent & occídèrent. * Cum gládiis & fústibus exiérunt tāquam ad latrónem. X. Qui autem trádidit eum, dedit eis signum, dicens: Quemcúmque osculátus fúero, ipse est, tenéte eum. Cum glá-

diis. R. Seniores populi.
Lestio vj.

Cum jam ergo, inquit, diábolus misisset in cor, ut Judas Salvatorem próderet: volens ille improbos discípuli mores humanité vincere; & modestia ac lenitáte, arrogántiam dispellere: lavit ejus pedes. Equidem Dóminum miror præstán-
tē quæ sua essent; modestia enim & lénitas: Jesus opus erat. Atque judas plenus dolo. Cuinam péctori pedes Judas protendébat? quómodò sacras Dñi manus circa pedes suos ver-
santes vidébat; quomodò non obstúpuit? quómodo non hórruit? Verúmtamen patiēs Christus longanímiter agit. Vidétur pedes Judæ lavásse. Primum quia nisi proditóris lavisset pedes; sed eo omíssō: lavisset pedes aliórum; tum res à Dominicis móribus aliéna fuisset: tum Judas probabilem sceleris occasiōnem accepisset. Ipse me dicens segregávit; ipse à consór-
tio; ac cōmunióne: aliénū fecit. Lavit ómnium pedes: me autem reprobávit. Quo jam ánimo pótero cum

cum eo versari voluit. Jesus judæ benefacere; judæ pedes amplécti; eoque illud Prophetæ implébat: Cálamū quassatū non cónteret. Lavit discipulorū pedes. Venit tandem ad Petrum. Interim verò dum Salvator alios laváret; secum Petrus; Dómini dignitatem pensábat: ac vilitatem humánam. Hóminum abjectiōnem: ejusque gloriām; qui est gloriosus. decrevitque ánimo non admittere. Obséquiū hórruit: quod Jesus illi humilitate & nostrum exemplo præstabat.

R. Ecce turba, & qui vocabátur Judas venit, & cùm appropinquáret ad Jesum, ut eum oscularétur, * Jesus dixit ad eum, Juda osculo tradis Fílium Hóminis ad cruciféndū: R. Et conféstim accédens ad Jesum dixit, Ave Rabbi, & osculátus est eum. Jesus dixit. R. Ecce turba.

In tertio Nocturno.

Aña. Dixi iniquis.

Psalmus.

Confitébimur tibi Deo: **C**onfitébimur & invocabimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília

tua: * cùm accépero tempus, ego justítias judicabo.

Liquefacta est terra; & omnes qui hábitant in ea: * ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iniquis, Nolite inique ágere, * & delinquéntibus; Nolite exaltare cornu.

Nolite extóllere in altum, cornu vestrum: * nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, neque à desértis móntibus: * quóniam Deus judex est.

Hunc humiliat, & hunc exáltat: * quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixtus.

Et inclinávit ex hoc in hoc: * verúmtamen fæx ejus non est exinanita, * bibent ex eo onines peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in sèculum: * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confríngam, * & exaltabúntur córnua justi.

Aña. Dixi iniquis, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem,

Aña. Terra tremuit & diem festum agent ribi.
quiévit.

Psalmus 75.

NO^tus in Iudæa Deus: * in Israël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus: * & habitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias: * arcum scutum , gládium & bellum.

Illúminans tu mirabiliter à móntibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * & nihil invenérunt omnes viri divitiarum in mánibus suis.

Ab increpatiōne tuâ , Deus Jacob : * dormitaverunt , qui ascendérunt equos.

Tu terribilis es , & quis resistet tibi ? * ex tunc ira tua.

De cœlo auditam fecisti judícium : * terra trémuit & quiévit.

Cùm exúrgeret in judícium Deus : * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitatio hóminis confitébitur tibi : * & reliquæ cogitationis

Vovéte & réddite Dómino Deo vestro : * omnes qui in circúitu ejus affértis múnera.

Terribili , & ei qui auffert Spíritum Príncipum: * terribili apud omnes Reges terræ.

Aña. Terra trémuit & quiévit , dum exúrgeret in judício Deus. *Aña.* In die-

Psalmus 76.

VOce mea ad Dóminum clamávi: * voce meâ ad Deum , & inténdit mihi.

In die tribulatiōnis mæ- Deum exquisívi: * mánibus meis nocte contra eū , & non sum decéptus.

Rénuit consolari ánimæ mea, memor fui Dei & delectátus sum : * & exercitatus sum, & defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei: * turbátus sum, & non sum locútus.

Cogitávi dies antiquos: * & annos æternos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo: * & exercitábar, & scopébam Spíritum meum.

Numquid in æternum projiciet

projicit Deus : * aut non appónet ut complácitor sit adhuc ?

- Aut in finem misericórdiam suam abscondet : * à generatiōne in generatiōnem.

Aut obliuiscétur miseriōri Deus ? * aut continébit in irā suā misericórdias suas ?

. Et dixi nunc cœpi: * hæc mutatio Déxteræ Excelsi.

Memor fui óperum Dómini : * quia memor ero ab início mirabilium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis : * & in adinventiōnibus tuis exercebor.

Deus , in Sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster ? * tu es Deus, qui facis mirabilia.

Notam fecisti in pópulis virtutēm tuam: * redemisti in bráchio tuo pópulum tuum , filios Jacob & Joseph.

Vidérunt te aquæ, Deus; vidérunt te aquæ : * & timuerunt , & turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sónitus aquarum : * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ tránseunt: * vox tonítrui tui in rotâ.

Illuxérunt coruscationes tuæ orbi terræ: * commota est , & contrémuit terra.

In mari via tua, & sémitæ tuæ in aquis multis : * & vestigia tua non cognoscéntur.

Deduxisti sicut oves populum tuum : * in manu Moysi & Aaron.

Aña. In die tribulatiōnis meæ Deum exquisivi mānibus meis.

X. Deus meus , éripe me de manu peccatóris.

Rx. Et de manu contra legem agéntis & iniqui. Pater noster. Secretò.

De Epístola Prima B. Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Leccióne viij. Cap. ii.

Hoc autem præcipio? non laudans ; quod non in melius : sed in déterioris convenitiis. Primum quidem cōvenientibus vobis in Ecclésiam ; audioscissuras esse inter vos ? & ex parte credo. Nam oporet & hæreses esse ; ut & qui probati sunt : manifesti fiant in vobis. Convenientibus ergo vobis in

unum : jam non est Dominicam Cœnam manducare. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit : alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum ? aut Ecclésiam Dei contémnitis, & confunditis eos, qui non habent ; Quid dicam vobis ? Laudo vos : in hoc non laudo.

R. Tanquam ad latrónem existis cum gládiis & fústi-bus , comprehéndere me ? quotídie apud vos eram in templo docens , & non me tenuistis , & ecce flagellatum dúcitis . * Ad crucifigéndum. ¶ Filius quidem hóminis vadit , sicut scriptum est de eò ; Væ autem hómini illi , per quem tradétur. Ad crucifigéndum,

R. Tanquam ad latrónem.

Lectio viij.

E Go enim accépi à Dómino , quod & trádid i vobis ; quóniam Dóminus Jesus in quâ nocte tradebátur , accépit Panem , & grátias agens fregit , & dixit ; Accípite , & manducáte : Hoc est Corpus

meum : quod pro vobis tradétur. Hoc facite in meā commemorationē. Similiter & Cálicem, postquam cœnávit , dicens ; Hic Calix novum testaméntum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescūmque bibétis in meam commemorationē. Quotiescūmque enim manducábitis panem hunc & Cálicem bibétis ; mortem Dómini annuciábitis : donec véniat.

R. Revelábunt cœli iniquitátem Judæ , & terra adver-sus eum consúrget , & manifestum erit peccátum illius in die furoris Dómini : * Cum eis qui dixerunt Dómino Deo , recéde à nobis , & sciéntiam viárum tuárum nólumus .

¶ Devorábit eum ignis , qui non succénditur , affligerétur relictus in tabernáculo suo. Cum eis qui dixerunt.

R. Revelábunt cœli.

Lectio ix.

¶ Taque quicúmque manducáverit Panem hunc , vel biberit Cálicem Dómini indigne : reus erit Córporis & Sanguinis Dómini. Probet autem seipsum homo ; & sic de Pane ille edat :

edat : & de Cálice bibat.
 Qui enim mandúcat & bibit indignè ; judícum sibi
 mandúcat & bibit non di-
 júdicans Corpus Dómini.
 Ideò inter vos multi infir-
 mi & imbecíles : & dór-
 miunt multi. Quòd si nos-
 metípsos dijúdicarémus :
 non útique judicarémur.
 Dum judicámur autem à
 Dómino corrípimur : ut
 non cum hoc mundò dam-
 némur. Itaque Fratres mei ;
 cùm convenítis ad man-
 ducándum : ívincem ex-
 pectáte. Si quis ésurit ; do-
 mi mandúcerit : ut non in
 judícum conveniátis. Cæ-
 tera autem : cùm yénero
 dispónam.

R. Sicut ovis ad occisió-
 nem ductus est , & cùm
 malè tractarétur, non apé-
 ruit os suum , tráditus est
 ad mortem , * Ut vivificá-
 ret pópulum suum.

X. Ipse autem vulnerátus
 est propter iniquitátes no-
 stras , attritus est propter
 scélera nostra. Ut vivificá-
 ret. R. Sicut ovis.

A D L A U D E S.

Non dicitur Exultábunt
 sancti , &c. Sed tantum
 Antiph. Justificeris Dó-
 mine.

M Iserére mei Deus , *
 secúndum ; magnam
 misericordiam tuam.

Et secúndum multitúdi-
 nem miseratiónum tuá-
 rum : * dele iniquitátem
 meam.

Amplius lava me ab in-
 quitáte mea : * & à peccá-
 to meo munda me.

Quóniam iniquitátem
 meam ego cognósco : * &
 peccátum meum contra-
 me est semper.

Tibi soli peccávi , & ma-
 lum coram te feci : * ut
 justificeris in sermóni-
 bus tuis , & vincas cum judi-
 caris.

Ecce enim in iniquitáti-
 bus concéptus sum : & in
 peccátis concépit me ma-
 ter mea.

Ecce enim veritátem di-
 lexisti : * incépta & occulta
 sapiéntiae tuæ manifestá-
 sti mihi.

Aspérges me hyssópo , &
 mundábor : * lavábis me
 & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáu-
 dium & létitiam : * & exul-
 tábunt offa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à
 peccátis meis : * & omnes
 iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me
Deus: * & spíritum rectum
innova in viscéribus meis.
Ne projícias me à facie
tua: * & spíritum sanctum
tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutáris tui: * & spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: * & exultábit lingua mea justitiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: * & os meum annun-ciábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sa-crificium dedíssem úti-que: * holocáustis non de-lectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor con-trítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerú-salem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblationes & holócausta: * tunc im-pónent super altare tuum vítulos.

Aña. Justificéris, Dómine,

in sermónibus tuis, & vi-nas cùm judicáris.

Aña. Dóminus tanquam ovis.

Psalmus. 89.

Dómine, refúgium fa-ctus es nobis: * à ge-neratióne in generatióne.

Priúsq[ue] montes fie-rent, aut formaréntur terra & orbis: * à sæculo & us-que in sæculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem, & dixisti: * convertimini filii hóminū.

Quóniam mille anni ante óculos tuos tanquam dies hestérra quæ præteriit.

Et custódia in nocte, quæ pro nihilo habéntur, eórum anni erunt.

Manè sicut herba tráns-seat, manè flóreat, & tráns-seat: * vespere décidat, in-dúret, & aréscat.

Quia defécimus in irâ tuâ: * & in furóre tuo tur-báti sumus.

Posuísti iniquitátes no-stras in conspéctu tuo: * sæculum nostrum in illu-minatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies no-stri defecérunt: * & in irâ tuâ defécimus.

Anni nostri sicut aráneæ meditabúntur: * dies an-nórum

Hōrum nostrorum in ipsis,
septuaginta anni.

Si autem in potentati-
bus, octoginta anni: * &
amplius eorum, labor &
dolor.

Quóniam supérvenit mā-
suetudo: * & corripiémur.

Quis novit potestatē
irae tuæ: * & præ timore
tuo iram tuā dinumerare?

Déxteram tuam sic no-
tam fac: * & eruditos cor-
de in sapiéntia.

Convertere Dómine us-
quequò: * & deprecabilis
esto super servos tuos.

Repléti sumus manè mi-
sericordia tua: * & exultá-
vimus, & delectati sumus
omnibus diébus nostris.

Lætati sumus pro diébus,
quibus nos humiliasti: *
annis, quibus vidiimus
mala.

Réspice in servos tuos, &
in ópera tua: * & dírige
filios eorum.

Et sit splendor Dómini
Dei, nostri super nos: * &
ópera mánuum nostrarum
dírige super nos: * & opus
mánū nostrarum dírige.

Aña. Dóminus tanquam
ovis ad victimam ductus
est, & non apéruit os suū.

Aña, Contritum est.

Psalmus 62.

D Eus, Deus meus ad te
de luce vigilo.

Sitivit in te áнима mea,
quàm multipliciter tibi ca-
ro mea.

In terra deserta, ívia,
& in aquósa: * sic in sancto
appártui tibi, ut vidérem
virtutem tuam, & glóriam
tuam.

Quóniam mélior est mi-
sericordia tua super vitas: *
lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita
mea: * & in nōmine tuo.
levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédi-
ne repleátur ánima mea: *
& lábiis exultationis laudá-
bit os meum.

Si memor fui tui super
stratum meum, in matuti-
nis meditábor in te: * quia
fúisti adjutor meus.

Et in velaménto alárum
tuárum exultábo: * adhæ-
sit ánima mea post te; me
suscepit déxteria tua.

Ipsi verò in vanum quæ-
siéunt ánimam meam, in-
troibunt in inferiora ter-
ræ: * tradéntur in manus
gládii, partes vulpiū erunt.

Rex verò lætabitur in
Deo, laudabúntur omnes
qui jurant in eo: * quia ob-

Stráctum est os loquéntium / est mihi in salutem.
iníqua.

Psalms 66.

Deus, misereátur nostri,
& benedícat nobis : *
illúminet vultum suum su-
per nos , & misereátur
nostri.

Ut cognoscámus in terra
viam tuam : * in ómnibus
géntibus salutare tuum.

Confiteántur tibi pópuli
Deus : * confiteántur tibi
pópuli omnes.

Lætentur & exultent gé-
nes : * quóniam júdicas pó-
pulos in æquitáte , & gé-
tes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli
Deus : * confiteántur tibi
pópuli omnes: * terra dedit
fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus
noster : Benedícat nos
Deus : * & métuant eum
omnes fines terræ.

Ana. Contrítum est cor
meum,in médio mei con-
tremuérunt ómnia ossa
mea. *Ana.* Exhortátus es.

Canticum. Exodi 16..
Cantémus Dómino ,
Gloriósè enim honorifi-
cátus est ; * équum & as-
censórē projécit in mare.

Fortituðo mea , & lau-
ra. Dóminus; * & factus

Iste Deus meus & glorifi-
cabo eum : * Deus patris
mei , & exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pug-
nator : * omnípotens no-
men ejus.

Currus Pharaónis , & exer-
citum ejus projécit in ma-
re : * élécti príncipes ejus
submérsti sunt in mari ru-
bro.

Abyssi operuérunt eos : *
descendérunt in profún-
dum quasi lapis.

Déxtera tua,Dómine,ma-
gnificáta est in fortitúdi-
ne : * déxtera tua , Dómi-
ne,percússit inimícum.

Et in multitúdine gloriæ:
tuæ deposuísti adversários:
tuos : * misísti iram tuam,,
quæ devorávit eos sicut
stípulam.

Et in spíritu furóris tuæ
congregátæ sunt aquæ : *
sterita unda fluens, congre-
gátæ sunt abyssi in mediæ
mari:

Dixit inimícus ; Pérfi-
quar , & comprehéndam,
dívidam spólia, implébitur
ánima mea : * evaginábo
gládium meum, interficiet
eos manus mea.

Elavit spíritus tuus , &
opéruit eos mare : * sub-
versi

vérsi sunt quasi plumbum
in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Dómine: * quis similis tui, magnificus in sanctitate: * terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manū tuam, * & devoravit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: * & portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi & irati sunt: * dolores obtulerunt habitatores Philistijim.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor: * in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quasi lapis: * donec pertranseat populus tuus Dñe, donec pertranseat populus tuus iste, quem posledisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ: * firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Dómine.

Sanctuarium tuum, Dó-

mine: * quod firmaverunt manus tuæ: * Dñs regnabit in æternum, & ultrà.

Ingressus est enim eques Phárao cum curribus & equitibus ejus in mare: * & reduxit super eos Dóminus aquas maris.

Fili autem Israël: * ambulaverunt per siccum in medio ejus.

Aña. Exhortatus es in virtute tua; & in refectione sancta tua, Dómine.

Aña. Oblatus est.

Psalmus 148.

Audáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excelsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum omnes virtutes ejus.

Laudáte eum Sol & Luna: * laudáte eum omnes stellæ & lumen.

Laudáte eum cœli cœlorum: * & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dóminini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in saeculum saeculi: * præcepit pôsuit & non præteribit.

Laudáte Dóminum de terra

Terra : * dracones & omnes abyssi. & exaltabit mansuetos in salitem.

Ignis , grando , nix , glacies , spiritus procellarum , quæ faciunt verbum ejus.

Montes , & omnes colles : * ligna fructifera , & omnes cedri.

Bestiae , & universa peccata : * serpentes & volucres pennatae.

Reges terræ , & omnes populi : * principes & omnes iudices terræ.

Juvenes & Virgines ; senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super celum & terram : * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israël , populo appropinquanti sibi.

Psalmus 150.

Cantate Dominum canticum novum : * laus ejus in Ecclesia sanctorum.

Laetetur Israël in eo qui fecit eum : * & filiae Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo . *

Exultabunt sancti in gloria : * letabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gütture eorum : * & gladii accipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos Reges eorum in compeditibus : * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria haec est omnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro : laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus : laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet

Iaudet Dóminum.

Aña. Oblátus est, quia ipse vóluit, & peccáta nostra ipse portávit.

Non dicitur Capitulum.

V. Vim faciébant. **R**. Qui quærébāt ánimam meam.

Ad Benedictus, Antiph. Tradítor autem dedit eis signum, dicens: quem oculátus fúero, ipse est, tene te eum. Duplicatur.

Genuflectunt omnes, & dicitur secretò, Pater noster. & Psal. Miserére. quo finito sín. Orémus, dicitur.

Oratio.

REspice, quæsumus Dómine, super hanc familiam tuam, pro quâ Dóminus noster Iesús Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis subíre tormentum.

Non additúr. Per Dóminum.

Mysticus & modestus excitatur fragor.

Ad Primam, dicto secretò, Pater noster, & Ave María. **P**rima absolutè incipitur à Psalmis ut in Festis; quibus finitis dicuntur flexis genibus secretò, Pater noster. Psalmus, Miserére. & Oratio. Réspice, quæsumus.

In hoc triduo non annunciatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur, Pretiosa.

Ad Horas, dictis secretò, Pater noster, & Ave María. Absolutè inchoatur à Psalmis consuetis; quibus finitis dicuntur sine Capitulo Responsoria, pro Tempore Passionis. Deinde flexis genibus dicitur secretò, Pater noster. cum reliquis. ut suprà. Ad Matutinum.

Ad Vesperas, dicto secretò, Pater noster. & Ave María: inchoatur.

Aña. Cálicem salutáris accípiam.

Psalmus 115.

Créddi propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * Omais homomendax.

Quid retríbuam Dómino pro omnibus quæ retríbuie in ih-

Calicem salutáris accepiam: * & nomen Domini invocábo,

Vota mea Dómino reddam, coram omni pôpulo ejus: * pretiosa in conspé-

ctu

*A*tu Dómini mors Sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego ser-vus tuus: * ego servus tuus, & filius ancíllæ tuæ.

Dixi púisti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis: * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino red-dam in conspéctu omnis populi ejus: * in atriis domus Dómini; in médio tui Jerusalém.

*A*ña. Calicem salutáris ac-cípiam, & nomen Dómini invocábo. *A*ña. Cum his qui odérunt pacem.

Psalmus 140.

AD Dóminum cùm tri-buláter, claimávi: * & exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iniquis: & à lingua dolósa,

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi: * ad lin-guam dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ: * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: * habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm ícola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pa-

cem, eram pacíficus: * cùm loquébar illis, impugnábant me grátis.

*A*ña. Cum his qui odérunt pacem eram pacíficus; cùm loquébar illis, impugnábant me gratis. *A*ña. Ab homínibus iníquis.

Psalmus 140.

ERipe me, Dómine, ab homine malo: * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitávérunt iniqui-tates in corde: * tota die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas si-cut serpentes: * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custédi me, Dómine, de manu peccatóris: * & ab homínibus iníquis éripe-me.

Qui cogitávérunt sup-plantare gressus meos: * ab-scondérunt supérbi laqueū mihi.

Et funes extendérunt in-láqueum: * juxta iter scan-dalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino, Deus meus es tu: * exaudi, Dómine, vocem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine, virtus salútis meæ: * obumbrásti super caput meum in die belli:

Ne tradas me, Dómine, à desidério

desidério meo peccatóri: *
cogitaverunt contra me : *
ne derelinquas me, ne forte
exaltentur.

Caput circúitus eórum: *
labor labiorum ipsorum
opériet eos.

Cadent super eos carbó-
nes : * in ignem dejicies
eos : * in misériis non sub-
sistent.

Vir linguósus non diri-
gétur in terra: * virum in-
justum, mala cápient in in-
téritu.

Cognóvi quia fáciet Do-
minus judícum ínopis: *
& vindictam pauperum.

Verúmtamen justi confi-
tebúntur nómini tuo : &
habitábunt recti cùm vul-
tu tuo.

Aña. Ab hominibus ini-
quis líbera me, Dómine.
Aña. Custódi me à laqueo.

Psalmus 140.

Domine, clamávi ad te,
exaudi me: * inténde
voci meæ, cùm clamávero
ad te.

Dirigátur orátkio mea si-
cuit incénsum in conspéctu
tuo : * elevatio mánuum
meárum Sacrificium ves-
pertínium.

Pone, Domine, custódiam
ori meo: * & óstium cir-

cunstántiae lábiis meis.

Non declines cor meum
in verba malitiæ, * ad ex-
cusandas, excúsationes in-
peccatis.

Cum homínibus operán-
tibus iniquitatē: * & nor-
communicábo, cum éléctis
eórum.

Corrípiet me justus in
misericórdia, & increpábit
me: * óleum autem pecca-
tóris, non impínguet ca-
put meum.

Quoniam adhuc & orá-
tio mea in beneplácitis eó-
rum: * absorpti sunt juncti
petræ, júdices eórum.

Audient verba mea, quó-
niam potuerunt: * sicut
crassitudo terræ, erúpta est
super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra,
secus inférnum: * quia ad-
te Dómine, Dómine, óculi
nei: * in te sperávi, non
auferas, ániam meam.

Custódi me à láqueo,
quem statuérunt mihi: * &
à scandalis, operántium
iniquitatē.

Cadent in retiáculo ejus
peccatóres, * singulári-
ter sum ego donec trán-
seam.

Aña. Custódi me à láqueo,
quem statuérunt mihi, & à
scandalis

scándalis operántium ini-
quitátem.

Antiphona. Considerá-
bam ad dexteram , & vi-
debam.

Psalmus 114.

VOCE mea ad Dóminū
clamávi : * voce mea
ad Dóminum deprecátus
sum.

Effúndo in conspéctu
eius oratiōnem meam : * &
tribulatiōnem meam ante
ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spí-
ritum meum : * & tu co-
gnovisti semitas meas.

In via hac qua ambulá-
bam ; * abscondérunt lá-
queum mihi.

Considerábam ad dexteram , & vidébam : * &
non erat qui cognóseret
me.

Périit fuga à me : * & non
est qui requírat ánimam
meam.

Clamávi ad te, Dómine : *
dixi, tu es spes mea : * por-
tio mea , in terra vivén-
tiuum.

Inténde ad deprecatiō-
nem meam : * quia humili-
tátus sum nimis.

Líbera me à persequénti-
bus me : * quia confortáti-
fluit super me.

Educ de custódia ánimā
meam, ad confitendum nō-
mini tuo : * me expéctant
justi , donec retríbuas
míhi.

Aña. Considerábam ad
dexteram , & vidébam , &
non erat , qui cognóseret
me.

Non dicitur Capitulum.

X. Homo pacis meæ in
quo sperávi.

R. Qui edébat panes meos
magnificávit super me sup-
plantatiōnem.

Ad Magnificat, Aña.
Cœnántibus illis , accépit
Jesús Panem , benedíxit,
ac fregit , deditque Discí-
pulis suis. *Duplicatur.*

*Deinde flexis genibus di-
citur secretò Pater noster.*

Psalmus. Miserére mei.

Oratio. Respice. ut su-
prà.

*Ad Completorium , dicto
secretò Pater noster, & Ave
María , absolutè incipitur
à Psalmo Cum invocá-
rem. 174. Deinde finitus
Psalmis omisso Hymno di-
citur flexis genibus secretò
Pater noster. cum reliquis
ut suprà. Sic terminan-
tur omnes Horæ in hoc tri-
duo usque ad Vesperas Sab-
bati Sancti.*

FERIA SEXTA.

In Parasceve.

Ad Matutinum.

In primo Nocturno.

Antiph. Astitérunt Reges terræ.

Psalmus 2.

Quare fremuérunt gentes: * & pópuli mediati sunt inania?

Astitérunt Reges terræ, & Príncipes convenérunt in unum: * advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.

Ditumpíimus víncula eorum: * & projiciáimus à nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis iridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos irâ suâ: * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus: * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu; * ego hodie génui te.

Póstula à me, & dabo tibi Gentes hæreditátem tuam: * & possessiónem tuam térmilos terræ.

Reges eos in virga férrea: * & tanquam vas figuli

confrínges eos.

Et nunc Reges intelligite: * erudímini qui judicáti terram.

Servité Dómino in timore: * & exultáte ei cum timore.

Apprehéndite disciplinam: * ne quando irascátur Dóminus, & pereátis de viâ justâ.

Cùm exáserferit in brevi ira ejus: * beáti omnes, qui confidunt in eo.

Aña. Astitérunt Reges terræ, & príncipes convenérunt in unum advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.

Aña. Divisérunt sibi.

Psalmus 21.

Deus. Deus meus, respíce in me; quare me dereliquísti? * longè à salúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus, clamábo per diem, & non exaudiens: * & nocte, & non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in Sancto hábitas, Laus Israël.

In te speravérunt Patres nostri: * speravérunt & libérásti eos.

Ad te clamavérunt, & salvi facti sunt: * in te speravérunt

ravérunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis,
& non homo : * opprobrium hóminum, & abjectio plebis.

Omnis vidéntes me, derisérunt me : * locuti sunt lábiis, & móverunt caput.

Sperávit in Dómino, eripiat eum : * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxisti me de ventre : * spes mea ab ubéribus matris meæ.

In te projéctus sum ex útero : * de ventre matris meæ, Deus meus es tu : * ne discésseris à me.

Quóniam tribulatio próxima est : * quóniam non est, qui adjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi : * tauri pingues obsedérunt me.

Aperiuerunt super me os suum : * sicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum : * dispersa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens : * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virus mea, & lingua mea ad-

haesit faucibus meis : * & in púlverem mortis deduxisti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi : * concílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas, & pedes meos : * dimumeraverunt ómnia ossa mea.

Ipsi verò consideravérunt & inspexérunt me : * divisérunt sibi vestimenta mea : * & super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem, Dómine, ne elögáveris auxílium tuum à me : * ad defensiōnem meam cónspice.

Erue à frámea, Deus, animam meam : * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis : * & à córnibus unicórniū humilitatem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis : * in médio Ecclésiae laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum : * univérsum semen Jacob glorificáte eum.

Tímeat enim omne semen Israél : * quóniam non sprebit, neque despéxit depreciationm páuperis.

Nec avértit faciem suam,

â me : * & cùm clamárem
ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in Ecclésia magna : * vota mea
reddam in conspéctu ti-
mémentium eum.

Edent páuperes, & satura-
búntur : * & laudábunt
Dóminum, qui requírunt
eum : * vivent corda eó-
rum in sæculum, & in sæ-
cultum sæculi.

Reminiscéntur & conver-
tentur ad Dóminum, uni-
vérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspé-
ctu ejus, univérsæ familiæ
Géntium.

Quóniam Dómini est re-
gnum : * & ipse dominá-
bitur Géntium.

Manducavérunt & ado-
rayérunt omnes pingues
terræ : * in conspéctu ejus
cadent omnes, qui descén-
dunt in terram.

Et ánima mea illi vivet : *
& semen meū sérviet ipsi.

Annunciábitur, Dómino
generatio ventura : * & an-
nunciábunt cœli justitiam
ejus, pôpulo, qui nascétur,
quem fecit Dóminus.

Aña. Divisérunt sibi vesti-
mента mea, & super ve-
stem meam misérunt sor-
tem.

Aña. Insurrexérunt in me.

Psalmus 26.

Dóminus illuminatio-
mea : * & salus mea,
quem timébo ?

Dóminus protéctor vitæ
meæ : * à quo trepidábo ?

Dum apprópiant super
me nocéntes : * ut edant
carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci
mei : * ipsi infirmáti sunt
& cecidérunt.

Si consistant advérsum
me castra : * non timébit
cor meum.

Si exúrgat advérsum me
prælum : * in hoc ego spe-
rábo.

Unam pétii à Dómino,
hanc requiram : * ut inhá-
bitem in domo Dómini,
ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem
Dómini : * & vísitem tem-
plum ejus.

Quóniam abscondit me
in tabernáculo suo, in die
malórum : * protéxit me
in abscondito tabernáculi
sui.

In petra exaltávit me : *
& nunc exaltávit caput
meū super inimícos meos.

Circuívi, & immolávi
in tabernáculo ejus hóstiā
vociferatiónis : * cantábo;

&

& psalmum dicam Dño.

Exaudi, Dñe. vocem meā,
qua clamávi ad te: * misere-
ré mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, ex-
quisivit te fácies mea: * fá-
ciem tuam Dñe requíram.

Ne avértas fáciem tuam
à me: * ne declínes in ira
à servo tuo.

Adjútor meus esto: * ne
derelíquas me, neque de-
spicias me Deus salutáris
meus.

Quóniam pater meus, &
mater mea dereliquerunt
me: * Dóminus autem as-
sumpsit me.

Legem pone mihi, Dó-
mine, in via tua: * & díri-
ge me in sémitâ rectâ pro-
pter inimícios meos.

Ne tradíderis me in áni-
mas tribulántium me: *
quóniam insurrexérunt in
me testes iníqui: * & men-
tita est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dó-
mini, in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, vi-
ríliter age: * & confortétur
cor tuum, & sustine Dñm.
Anna. Insurrexérunt in me
testes iníqui, & mentita
est iniquitas sibi.

N. Diviserunt sibi vesti-
menta mea.

R. Et super vestem meam
misérunt sortem.

Pater noster. *secretò.*

De Lamentatióne Jere-
miae Prophétæ.

Lectio j. Cap. 2.

Ogitávit Dóminus dis-
cipáre murum Filiæ
Sion: teténdit funicu-
lum suum; & non avér-
tit manum suam à perdi-
tióne: luxítque ante mu-
rále & murus páriter dissí-
pátus est.

Defixa sunt in terra por-
tæ ejus; pérdidit & contrí-
vit vectes ejus; Regem ejus
& Príncipes ejus in génti-
bus: non est Lex, & Pro-
phétæ ejus non invenérunt
visiōnem à Dómino.

Sedérunt in térra; conti-
cuérunt senes Filiæ Sion;
conspersérunt cínero capi-
ta sua; accincti sunt cilí-
ciis, abjecérunt in terrā cá-
pita sua vírgines Jerusalē.

Defecérunt præ láchry-
mis óculi mei: conturbá-
ta sunt víscera mea; effú-
sum est in térra jecur meū
super contritióne Filiæ pó-
puli mei: cùm deficeret
párvulus, & lactens in plá-
teis óppidi.

E Responsoria duplicantur.

R. Astiterunt Reges terræ,

&

& Príncipes convenérunt in unum. * Advérsus Dóminum , & advérsus Christum ejus.

X. Quare fremuérunt gentes, & pópuli meditáti sunt inánia ? Advérsus. Rx. Astérunt Reges terræ.

Lección ij.

MAttribus suis dixérunt ; Ubi est triticū & vinum ? cùm deficerent quasi vulneráti in pláteis civitatis ; cùm exhalárent ánimas suas in sinu matrum suárum.

Cui comparábo te , vel cui assimilábo te , Fília Je-rúsalēm ? cui exæquábo te , & consolábor te , Virgo fília Sion ? magna est enim velut mare contrítio tua ; Quis medébitur tui ?

Prophétæ tui vidérunt tibi falsa & stulta : nec aperebant iniquitátem tuam ; ut te ad pœniténtiam provocárent : vidérunt autem tibi assumptiones falsas, & ejectiónes.

Plausérunt super te má-nibus omnes transeúntes per viam ; sibilavérunt , & movérunt caput suum super Fíliam Jerúsalēm : Hæc cíne est urbs , dicén-tes ; perfécti décoris : gau-

dium univérsæ terræ ? Ex. Opprobrium factus sum nimis, inimícis meis ; vidérunt me , & móvérunt cá-pita sua : * Adjuva me Dómine Deus meus.

X. Pérsequar inimícos meos , & comprehéndam illos, & non convértar, do-nec deficiant. Adjuva me. Opprobrium.

Lección iij. Cap. 3.

Go vir videns pauper-tátem meam : in virga indignationis ejus.

Me minávit ; & addúxit in ténebras : & non in lu-cem.

Tantum in me vertit : & convértit manum suam tota die.

Vetústam fecit pellem meam ; & carnem meam : contrívit ossa mea.

Ædificávit in gyro meo ; & circúmdedit me felle : & labóre.

In tenebrósis collocávit me : quasi mórtuos sem-pitérnos.

Circumædificávit advér-sùm me , ut non egrédiar : aggravávit cópedē meū.

Sed & cùm clamávero ; & rogávero : exclúsit ora-tionem meam.

Conclúsit vias meas la-pidibus

pídibus quadris : sémitas
meas subvértilt.

R. Tradidérunt me in ma-
nus inípiórum, & inter iní-
quos projecérunt me, &
non pepercérunt ánimæ
meæ ; congregáti sunt ad-
vérsum me fortes, * Et si-
cut gigántes stetérunt con-
tra me. X. Aperuérunt su-
per me ora sua, exprobrán-
tes; percussérunt maxíllam
meam : saturáti sunt pœ-
nis meis. Et sicut. Tradi-
dérunt me.

In secundo Nocturno.

Aña. Vim faciébant.

Psalmus 37.

D Omine, ne in furóre
tuo árguas me : * ne-
que in ira tua corrípias me.

Quóniam sagittæ tuæ in-
fíxæ sunt mihi : * & confir-
másti super me manū tuā.

Non est sánitas in carne
mea , à fácie iræ tuæ : *
non est pax óssibus meis, à
fácie peccatórum meórum.
Quóniam iniquitátes meæ
supérgressæ sunt caput
meum: * & sicut onus gra-
ve, gravátæ sunt super me.

Putruérunt, & corruptæ
sunt cicatríces meæ: * à fá-
cie insípiéntiæ meæ.

Miser factus sum, & cur-
vátus sum usque in finem: *

tota die contristátus ingre-
diébar.

Quóniam lumbi mei implé-
ti sunt illusióníbus: * & nō
est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, & humiliá-
tus sum nimis: * rugiébam
à gémitu cordis mei.

Dómine ante te, omne
desidérium meum: * & gé-
mitus meus à te non est
abscónditus.

Cor meum conturbátum
est, * derelíquit me virtus
mea , & lumen oculórum
meórum: & ipsum non est
mecum.

Amíci mei & próximi
mei : * advérsum me ap-
propinquavérunt, & ste-
térint.

Et qui juxta me erant,
de longè stetérunt : * &
vim faciébant qui quæré-
bant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala
mihi , locúti sunt vanitá-
tes: * & dolos tota die
meditabántur.

Ego autem tanquam
surdus non audiébam : *
& sicut mutus non apé-
riens os suum.

Et factus sum sicut ho-
mo non audíens: * & non
habens in ore suo redar-
gutiones.

Quóniam

Quóniam in te, Dómine, sperávi : * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi ; ne quando supergáudeant mihi inimíci mei : * & dum commovéntur pedes mei , super me magna locúti sunt:

Quóniam ego in flagélala parátus: * & dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuncíabo : * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt , & confirmáti sunt super me : * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt málā pro bonis,detrahébant mihi : * quóniam sequébar bonitátem..

Ne derelínquas me, Dómine Deus meus : * ne discésseris à me.

Inténde in adjutórium meum, Dómine Deus salútis meæ.

Aña. Vim faciébant qui quærébát ánimam meam.

Aña. Confundántur.

Psalmus 39.

Expéctans expectávi Dóminum : * & inténdit mihi.

Et exaudívit preces

Pars Verna.

meas : * & edúxit me de lacu misériæ , & de luto fæcis.

Et státuit supra petram pedes meos : * & diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cáanticum novum : * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi , & timébunt : * & sperábunt in Dómino.

Beátus vir cuius est nomen Dómini spes ejus : * & non respéxit in vanitátes, & insánias falsas.

Multa fecísti tu , Dómine Deus meus , mirabília tua : * & cogitationibus tuis, non est qui similis sit tibi.

Annunciávi & locútus sum : * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium & oblatiōnem noluísti : * aures autem perfecísti mihi.

Holocáustum & pro peccáto non postulásti : * Tunc dixi ; Ecce vénio.

In cárpite libri scriptum est de me , ut fácerem voluntátem tuam : * Deus meus vólui, & legem tuam in médió cordis mei.

Annunciávi justitiā tuam, in Ecclesia magna: *

Q

Ecce lábia mea non prohibeo, Dómine tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo : * veritatem tuam, & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam : * & veritatem tuam à concilio multo.

Tu autem Dómine, ne longè fárias miseratiónes tuas à me : * misericordia tua & véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus : * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut viderem.

Multiplicátæ sunt super capillos cárpitis mei : * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me : * Dómine, ad adjuvandum me respice.

Confundántur & revereántur simul : * qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam.

Convertántur retrórsum, & revereántur : * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusióinem suam : * qui di-

cunt mihi : Euge, Euge.

Exultet & laténtur super te omnes quæréntes te : * & dicant semper ; Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper : * Dóminus sollicitus est mei,

Adjútor meus, & protéctor meus tu es : * Deus meus ne tardáveris.

Aña. Confundántur & revereántur, qui querunt ánimam meam, ut áuferant eam.

Aña. Alieni.

Psalmus 53.

Deus in nómine tuo salvum me fac : * & in virtute tua júdica me.

Deus exaudi orationem meam : * áuribus pércepit verba oris mei.

Quóniam alieni insurrexérunt aduersum me : * & fortes quæsíerunt ánimam meam : * & non proposuerunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : * & Dóminus suscepit eum ánimæ meæ.

Avérte mala inimicis meis : * & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificábo tibi :

tibi: * & confitēbor nōmīni tuo Dómine, quóniam bōnum est.

Quóniam ex omni tribulatiōne eripuísti me : * & super inimicos meos despéxit óculus meus.

Aña. Aliéni insurrexérunt in me, & fortes quæsíerunt ánimam meam.

X. Ab insurgéntibus in me libera me, Dómine.

R. Quia occupavérunt áninam meam.

Pater noster. *secretò.*

Sermo sancti Ephrem Diaconi.

De Passione Domini.

Lectio iv.

Accédite charíssimi adilecti Christi : compunctiōne simul & afféctu summo Redemptoris illécti. Veníte considerémus páriter ; quid hodie contígit in Sion : civitáte David. Semen Abrahæ charum atque éléctum , quid hodie gessit. Immaculátum nempè Dóminum : trádit morti. Hac die Christus Salvátor noster : per iniquórum manus injustissimè ligno Crucis affixus est. Veníte omnes ; & corpus nostrum abluámus lácrymis atque gémitibus :

quia Dóminus noster & Rex glóriæ pro nobis ab impiis morti est tráditus. Si quis fortè nostrum dilectus & ísimi cujuspam atque charíssimi audiat súbito mortem ; vel ipsum diléctum mórtuum ante óculos suos jácere repéntè conspiciat ; immutatur fácie : ejusque serénitas aspéctus obnubilatur. Ita & lucidus sol ex alto cæli axe contuméliam Dómini pendéntis in cruce conspiciens ; immutatus est fácie : contráxit lucis suæ ígneos rádios , injuriámque Dómini vidére non sústinenſ : mœrórē se véstivit, & tenebris.

R. Omnes amíci mei derliquérunt me, & prævaluérunt insidiántes mihi ; trádidit me, quem diligébam, & terribilibus óculis plaga crudeli percutiéntes : * **A**céto potábant me. **X.** Et dedérunt in escam meam fel , & in siti mea. Acéto. **R.** Omnes amíci mei.

Lectio v.

Curémus, Fratres ; ne Judæórum partícipes inveniámur crucifigéntes Dóminum creatórem nostrum. Metuámus semper : habéntes ante óculos pas-

siónem Redemptoris nostri. Meditémur ássiduè pœnas ipsius : atque supplicia.. Propter nos enim passus est impassibilis Dóminus ; pro nobis crucifixus est : qui solus sine peccato fuit. Quid nos Fratres ei réddere : quid tantis ejus beneficiis retribuére unquam poterimus ; attendámus ergo nobis ipsiusne passionem ejus itéremus. Huc omnes Ecclesiæ filii accédite : qui sancto & pretioso Sanguine immaculati agni redempti estis. Venite , meditémur hodie Passióinem Christi cum gémitu , & lácrymis : atque inter meditandum contremiscámus ; dicentes ad invicem : Christus Salvátor noster pro nobis peccatóribus morti tráditus est. Perpende frater quidnam sit, quod audisti ? Deus sine peccáto altissimi filius proté hodie cruci tráditus est. Rx. Synagóga populórum, circumdederunt me, & non réddidi retribuētibus mihi mala ; * Consumétur, Dómine , nequitia peccatórum , & díriges justum. x. Dómine Deus meus, in te sperávi , salvum me fac

ex ómnibus persequéntibus me, & libera me. Consumétur Dómine. Rx. Synagóga populórum.

Lectio vj.

A Peri cor tuum, consídera ipsius passionem diligenter : & ita tecum tacitus volve. Deus in quem peccatum cädere non potest ; hodie tráditus est : hodie illusus ; hodie cónsputus ; hodie flagris cæsus : hodie percussum alapis est. Hodie corónam spineam tulit : hodie crucifixus est cœlestis agnus. Cōtremiscat cor tuum ; hóreat anima tua : in hac jugi meditatione passionum Dómini tui. Quotidiè lácrymas funde. Dulces quippe nimium sunt ejusmodi lácrymæ : illustranturque anima passionem Christi júgiter versans. Hujusmodi sit semper meditatio tua. Lácrymæ quotidie : grátiás referens Dómino pro his quæ pro te passus est. Ut in die advénitus ejus sunt tibi lacrymæ tua glória : & exultatio ante tribunal illud téribile júdicis. Afligere tu quoque dum inténtè cōgitas : quæ pro te hodie pérculit pius ac

ac mitissimus Dóminus.
Tolerat tētationes grātias
ex ánimo referens. Beatus
sanè, qui semper ante ócu-
los habet cælestem Dómi-
num; & passiōnem ejus:
qui seípsum propter
Jesum crucifixit mundo.
Qui ómnibus vitiis terre-
nisque negótiiis mórtuus
est: qui imitátor factus est
Dómini sui.

R. Insurrexérunt in me
víri iníqui, absque miseri-
códia quæsíerunt me in-
terficere; & non pepercé-
runt in fáciem meam spu-
re; & lánceis suis vulnerá-
runt me, & concússa sunt
ónnia ossa mea.* Ego au-
tem estimábam me tam-
quam mórtuum super ter-
ram. **X.** Et dedérunt in
escam meam fel, & in siti
mea potavérunt me acéto.
Ego autem. Insurtxérunt
in me.

In tertio Nocturno.

Aña. Ab insurgéntibus in
me. *Psalmus 58.*

Eripe me de inimícis
meis, Deus meus: * &
ab insurgéntibus in me lí-
bera me.

Eripe me de operántibus
iniquitátem: & de viris
sanguinum salva me.

Quia ecce cepiunt ánl-
mam meam: * irruérunt
in me fortes.

Neque iníquitas mea, ne-
que peccátum meum, Dó-
mine: * sine inquiráte cu-
cúrri, & diréxi.

Exúrge in occursum meū;
& vide: * & tu, Dómine
Deus Virtuūt, Deus Israël.
Inténde ad visitáandas
omnes gentes: * non mi-
sereáris ómnibus, qui ope-
rántur iniquitátem.

Cohverténtur ad véspe-
ram: * & famem patién-
tur ut éanes, & circuíbunt
civitátem.

Ecce loquéntur in ore
suo: * & gládius in lábiis,
córüm quóniam quis au-
divit?

Et tu, Dómine, deridébis
eos: * ad níhilum dedúces
omnes gentes.

Fortitudinem meam ag-
te custódiam: * quia Deus
susceptor meus: * Deus
meus, misericórdia ejus
prævéniet me.

Deus osténdet mihi super
inimicos meos, ne occídas
eos: * néquando oblivi-
cántur pópuli mei.

Disperge illos in virtúte
tuá: * & depónē eos pro-
téctor meus, Dómine,

Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum; * & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione & mendacio annunciantur in consummatione: * in ira consummatonis, & non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Jacob, & finium terrae.

Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes: * & circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: * si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: * & exaltabo manè, misericordiam tuam.

Quia factus es suscepтор meus: * & refugium meum, in die tribulacionis meæ.

Adjutor meus tibi psalam: * quia Deus suscepтор meus: * Deus meus, misericordia mea.

Aia. Ab insurgentibus in me libera me, Dómine; quia occupaverunt animam meam.

Aia. Longè fecisti.

Psalmus 87.
Domine Deus salutis meæ: * in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina autem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea: * & vita mea, in inferno appropinquavit.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius: * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebris, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me in abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediébar. *, oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te, Dómine: * tota die expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia.

mirabilia: * aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi: *

Numquid narrabit alius in sepulchro misericordiam tuam: * & veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: * & iustitia tua in terra oblivionis.

Et ego ad te, Dómine, clamávi: * & manè oratio mea præveniet te.

Ut quid, Dómine, repellis orationem meam: * avertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in labóribus à juventute mea: * exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ: * & terrores tui conturbaverunt me.

Circundederunt me sicut aqua tota die: * circumdederunt me simul.

Elongasti à me amicum & proximum: * & notos meos à miseria.

Aña. Longè fecisti notos meos à me; tráditus sum, & non egrediébar.

Aña. Captábunt.

Psalmus 93.

Deus, ultionum Dóminus: * Deus ultionum

libere egit,

Exaltare qui júdicas terram: * redde retributio nem superbis.

Usquequò peccatóres, Dómine, usquequò peccatóres gloriabuntur.

Effabuntur, & loquéntur iniquitatem: * loquéntur onnes, qui operantur in justitiam.

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt: * & haereditatē tuam vexavérunt,

Víduam & ádvenam interfecérunt: * & pupillos occidérunt:

Et dixerunt; Non vidébit Dóminus, * nec intellegit Deus Jacob.

Intelligite insipiéntes in pópulo: * & stulti aliquando sápite.

Qui plantavit aurem, non audiet: * aut qui finxit óculum, non considerat?

Qui córripit gentes, non árguet: * qui docet hóminem scientiam.

Dóminus scit cogitationes hóminum, quóniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris, Dómine: * & de Lege tua docueris eum.

Ut mítiges ei à diébus

malis : * donec fodiātur
peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dómi-
nus plebem suam: * & hæ-
reditátem suam non dere-
linquet.

Quoadusque justitia con-
vertáatur in judíciū : * &
qui juxta illam : * omnes
qui reētò sunt corde.

Quis consúrget mihi ad-
versus malignantes ? * aut
quis stabit mecum , advér-
sus operántes iniquitátē ?

Nisi quia Dóminus ad-
júvit me : * paulominus
habitáset in inférno áni-
ma mea.

Si dicébam ; motus est
pes meus : * misericórdia
tua, Dómine, adjuvat me.

Secúndūm multitudinem
dolórum meórum in cor-
de meo : * consolationes
tuæ lätificavérunt áni-
mam meam.

Numquid adhæret tibi
sédes iniquitatis: * qui fin-
gis laborem in præcépto ?

Captábunt in ánimam
justi: * & sanguinem inno-
céntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dómi-
nus in refúgium: * & Deus
meus in adjutorium spei
meæ.

Et reddet illis iniquitá-

tem ipsórum : * & in ma-
litia eórum dispérdet eos: *
dispérdet illos Dóminus
Deus noster,

Añæ. Captábunt in ánimā
justi, & sanguinem inno-
céntem condemnábunt.

X. Fodérunt manus meas,
& pedes meos. *R.* Dinu-
merayérunt ómnia ossa
mea.

Pater noster. *secretò.*
De Epístola Beáti Pauli
Apóstoli ad Hebræos.

Lectio vij. Cap.4.

Festinémus íngredi in
illam réquiem : ut ne
in idipsum quis ícidat in-
credulitatis exémplum. Vi-
vus est enim sermo Dei ;
& éfficax , & penetrabílier,
omni gládio ancípiti : &
pertíngens usque ad divi-
sionem ánimæ ac spíritus ;
compágum quoque ac me-
dullárum : & disrétor co-

gitatiónum & intétiónum
cordis. Et non est ulla
creatúra invisíbilis in con-
spéctu ejus : omnia autem
nuda & apécta sunt oculis
ejus , ad quem nobis ser-
mo. Habéntes ergò Pon-
tíficem magnum : qui pe-
netrávit cœlos ; Jesum Fí-
lium Dei : teneámus con-
fessiórem. Non enim ha-

bémus

bémus Pontificem ; qui non possit cōmpati infirmitatibus nostris : tentatum autem per ómnia pro similitudine absque peccato.

R. Expándi manus meas tota die in Cruce , ad pōpulum non credéntem , & contradicéntē mihi . * Qui ámbulant vias non bonas , & post peccata sua.

X. Exaltáre qui júdicas terram , redde retributiōnem superbis . Qui ámbulant. R. Expándi manus.

Lectio viij. Cap.4.& 5.

A Deámus ergò cum fiducia ad thronum grátiae ; ut misericórdiam consequámur : & grátiam inveniámus in auxílio opportuno. Omnis namque Póntifex ex homínibus assūptus ; pro homínibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum : ut offerat dona , & sacrificia pro peccatis ; qui condolére possit iis qui ignórant & errant : quóniam & ipse circundatus est infirmitate. Et propteráea debet, quemádmodum pro populo: ita etiā & pro semetipso offérre pro peccatis.

R. Tenebræ factæ sunt cū

crucifixíssent Jesum Iudæi ; & circa horam nonam exclamávit Jesus voce magnâ ; Pater in manus tuas comméndo Spíritum meum , * Et inclinato cāpite emísit Spíritum.

X. Cùm ergò accepisset Jesus acétum, dixit ; Consummátum est. Et inclinato.

R. Tenebræ factæ sunt.

Lectio ix.

NEc quisquam sumit sibi honórem; sed qui vocátur à Deo : tamquam Aaron. Sic & Christus nō semetipsum clarificávit ut Póntifex fieret ; sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu , Ego hódie génnui te. Quemádmodum & in álio loco dicit : Tu es Sacérdos in ætérnum secundum órdinem Melchí-sedech: Qui in diébus carnis suæ, preces supplicatiōnesque ad eum ; qui possit illum salvum facere à morte, cum clamore válido & láchrymis ófferens: exauditus est pro suâ reveréntia. Et quidem cùm esset Filius Dei; dídicit ex iis, quæ passus est, obdiéntiam : & consummátus ; factus est ómnibus obtemperántibus.

Q. 5.

sibi causa salutis æternæ; appellátus à Deo Póntifex: juxta órdinem Melchisedech.

R. Conclúsit vias meas iniúnícus; insidiátor, fatíus est mihi sicut leo in abscondito; replévit & inebriávit me amaritudine; deduxérunt in lacum mortis vitam meam, & posuérunt lápidem contra me.

* Vide, Dómine, iniquitatem illórum, & júdica causam ánimæ meæ; Defensor vitæ meæ.

X. Omnes inimici mei adversum me cogitábāt mala mihi; verbum iniquum mandavérunt adversum me. Vide Dómine. R. Conclúsit vias meas.

A D L A U D E S.
Antiph. Proprio Filio suo non pepércit Deus, sed pro nobis omnibus trádidit illum.

Psalmus. Miserére mei Deus. 70.

Aña. Anxiátus est in me.

Psalmus 142.

Dómine exaudi oratió-nem meam: * auribus pérçipe obsecratió-nē meā in veritatē tua; exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium

cum servo teo: * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est ini-micus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscuris sicut mórtuos sacerduli: * & anxiátus est super me spíritus mens, in me turbatum est cor meum.

Meinor fui diérum antiquórum, meditátus sum in omnibus opéribus tuis: * in factis manuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas faciem tuā à me: * & similis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manē misericórdiam tuam, * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimicis meis, Dómine, ad te con-fugi: * döce me facere voluntatē tuam, quia Deus meus es tu,

Spíritus.

Spiritus tuus bonus detet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulacione animam meam: * & in misericordia tua dispérdes inimicos meos.

: Et perdes omnes qui tribulant animam meam: * quóniam ego servus tuus sum.

Ana. Anxiatus est in me spiritus meus; in me, turbatum est cor meum.

Aña. Memento mei, Domine Deus, cùm véneleris in regnum tuum.

Psal. Deus, Deus meus §. 47. *Antiph.* Dum conturbata fuerit.

Canonicum Habacuc.

Domine audivi auditio nem tuam, & timui.

Dómine opus tuum, in medio annorum vivifica illud.

In medio annorum noctum facies: * cùm iratus fuéris, misericordiae recordaberis.

Deus ab Austro véniet; & Sanctus de monte Pharan.

Opéruit cœlos glória ejus: * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit: * cormua in manib⁹ ejus.

Ibi abscondita est fortitudo ejus: * ante faciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diabolus ante pedes ejus

Stetit, & mensus est terrā.

Aspexit, & dissolvit gentes: * & contriti sunt mon tes saeculi.

Incurvati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis ejus.

Pro iniquitate vidi territoria Aethiopie: * turbabantur pelles terræ Madian.

Numquid in fluminibus furor tuus? * vel in mari indignatio tua?

Qui ascéndes super equos tuos: * & quadrigæ tuæ salvatio,

Suscitans suscitabis arcam tuum: * juramenta tribubus quæ locutus es.

Fluvios scindes terræ: * vidérunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum transiit.

Dedit abyssus vocem suam: * altitudo manus suas levavit.

Sol & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce far-

gittárum tuárum , ibunt in spléndóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram: * in furóre obstupefáces gentes.

Egressus es in salútem pópuli tui, in salútem cum Christo tuo.

Percussísti caput de domo ímpij: * denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus cápiti bellatórum ejus, veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exultátio eórum , sicut ejus , qui dévorat paupérem in abscondito.

Viam fecísti in mari equis tuis, in luto aquáratum multárum.

Audívi , & conturbátus est venter meus : * à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediáatur putrédo ós- fibus meis , & subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis , ut ascendam ad pópulum accinéctum nostrum.

Ficus enim non florébit : * & non erit germen in víneis:

Mentiétur opus olí-

væ: * & arva non áfferent cibum.

Abscindétur de ovili pecus: * & non erit armén- tum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo : * & exultábo in Deo. Jesu meo.

Deus Dóminus fortitú- do mea: * & ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor in psalmis canéntem.

Ana. Dum conturbáta fúerit ánima mea Dómine misericórdiæ memor eris.

Ana. Replévit, & inebriávit me amaritudine inimí- cus meus.

Psalmus. Laudáte Dómi- num de cœlis. 549.

X. Dedérunt in escam meam fel.

X. Et in siti meâ potavé- runt me acéto.

Ad Benedictus. Antiphon. Posuérunt super caput ejus causam ipsius scriptam. Jesus Nazarénus Rex Ju- dæórum. *Duplicatur.* Pater noster. *Psalmus. Mi- sérere.*

Oratio.
Respice, quæsumus Dó- mine , super hanc Fa- miliam tuam ; pro quâ Dóminus

Dominus noster Iesu Christus non dubitavit manibus tradi nocentium? & Crucis subire tormentum.

Caetera ut in Feria quinta in cena Domini.

Ad Vesperas. Antiphona & Psalmi Diei praecedentes.

Ad Magnificat, Antiph. Cum accepisset acetum: dixit: Consumatum est, Et inclinato capite emisit spiritum. Duplicatur.

Pater noster. & alia ut super ad Matutinum.

SABBATO SANCTO,
Ad Matutinum.

In primo Nocturno.

Antiphona. In pace.

Psalmus 4.

Cum invocarem exaudiuit me Deus justitiae meae: * in tribulacione dilatasti mihi.

Miserere, & exaudi orationem meam.

Filius hominum usquequod gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?

Scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum: * Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini, & nolite

peccare: * quae dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris copungimini.

Sacrificate Sacrificium justitiae, & sperate in Domino: * multi dicunt quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt.

In pace in idipsum, dormiam, & requiescam. Quoniam tu, Domine, singulariter in spe, constitueristi me.

Aha. In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Ara. Habitabit.

Psalmus 14.
Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescat in monte sancto tuo.

Qui ingreditur sine macula: * & operatur justitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo summalum: * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in

in conspéctu ejus ma-
lignus: * timéntes autem
Dóminum glorificat.

Qui jurat próximo suo, &
non dēcipit; * qui pecú-
niā suā non dedit ad
usuram: * & múnera super
innocéntēm non accépit.

Qui facit hæc, non mo-
vébitur in aeternū.

Aia. Habitabit in taber-
náculo tuo, requiéscet in
monte sancto tuo.

Aia. Caro mea.

Psalmus 15.

Consérva me, Dómine,
quóniam sperávi in
te: * dixi Dómino; Deus
meus es tu: * quóniam bo-
norum méorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra
eius; * misericórdiæ omnes
voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infir-
mitátes eórum: * póstea
acceleravérunt.

Non congregábo con-
ventícula eórum de san-
guínibus: * nec memor ero
nominum eórum per lábia
mea.

Dóminus pars hæreditá-
tis meæ, & cálicis mei: *
tu es qui restítues hæredi-
tatem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi
præcláris: * étenim hæ-

réditas mea præclára est
mihi.

Benedicam Dóminum,
qui trábut mihi intellé-
ctum: * insuper & usque
ad noctem increpáuerunt
me fenes mei.

Providébam Dóminum
in conspéctu meo semper: *
quóniam à dextris est mi-
hi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est
cor meum, & exultávit
lingua mea: * insuper &
caro mea requiéscet in
spe.

Quóniam non derelíq-
ues ánimam meam in in-
férno: * nec dabis San-
ctum tuum videre cor-
ruptionem.

Notas mihi fecísti vias
vitæ: * adimplébis me læ-
titia cum vultu tuo: * de-
lectatiōnes in dextera tua
usque in finem.

Aia. Caro mea requiéscet
in spe.

X. In pace in idípsum.

R. Dórmiam & requiéscet.

De Lamentatiōne Jere-
miae Prophétæ.

Lectio j. Cap. 3.

Misericórdiæ Dómini
quia non sumis con-
súmpti: quia non defec-
runt miseratiōnes ejus.

Novi

Novis dilectuolo : multa
est fides tua.

Pars mea Dóminus ; di-
xit anima mea : propterea
expectábo eum.

Bonus est Dóminus spe-
rántibus in eum : animæ
quærénti illum.

Bonum est præstolári
eum siléntio : salutare Dei.

Bonum est viro : cùm
portáverit jugum ab ado-
lescentia sua.

Sedébit solitarius , & ta-
cet quia levavit super se

Ponet iu púlvore os-
suum ; si fortè sit spes.

Dabit pereutiénti se ma-
xillam : saturabitur op-
probriis.

Responsoria duplicantur.

R. Animam meam dilé-
ctam trádidi in manus
impiorum , & facta est mi-
hi hæreditas mea sicut leo
in sylvâ ; dedit contra me
vocem adversarius , dicens :

Congregámini & properá-
te ad devorandum illum ,
posuérunt me in desértum
solitudinis , & luxit super
me omnis terra : * Quia
non est invéntus , qui me
agnoscet , & fáceret benè.

R. Pastores multi demo-
liti sunt vineam meam ,
& conculcavérunt partem

meam. Quia non est. Ani-
mam meam.

Lectio ii. Cap. 4.

Quomodo obscurá-
tum est aurum ; mu-
tatus est color optimus :
dispersi sunt lāpides san-
ctuarii in cápite ómnium
plateárum.

Eílii Sion inclyti ; &
amicti auro primo : quó-
modo reputati sunt in va-
sa téstea , opus manuum
figuli ?

Sed & lámiæ nudavé-
runt mammam ; lastavé-
runt cátulos suos : filia pó-
puli mei crudélis , quasi
strúthio in deserto..

Adhæsit lingua lacténtis
ad palátum ejus in siti :
párvuli periérunt panem ,
& non erat qui frange-
ret eis.

Qui veseebántur volu-
ptuose : interérunt in viis ;
qui nutriebántur in cró-
ceis : amplexati sunt sté-
cora.

Et maiori effecta est ini-
quitas filiæ pópuli mei pec-
cato Sodomérum ; qua
subversa est in moménto :
& non cepérunt in ea ma-
nus.

R. O vos omnes qui tran-
sítis per viam , attendite &
videte .

vidéte. * Si est dolor similiis sicut dolor meus.

XV. Atténdite univérsi populi, & vidéte. Si est dolor. R. O vos omnes.

Incipit Oratio Jeremiae Prophétæ.

Lectio iii. Cap. 5.

R Ecordare, Dómine, quid accíderit nobis; intuere & respice: opprobrium nostru[m]. Hæréditas nostra versa est ad alienos: domus nostra ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre: matres nostræ quasi víduæ. Aquam nostram pecúnia bóbimus: ligna nostra prétio compatávimus. Cervicibus nostris minabámur: lassis non dábatur réquies. Egypcio dédimus manum: & Assyriis ut saturarémur pánè. Patres nostri peccáverunt, & non sunt: & nos iniquitátes eórum portávimus. Servi dominati sunt nostri: non fuit qui redímeret de manu eórum. In animábus nostris afferebamus panem nobis: à facie gladii in desérto. Pellis nostra quasi clíbanus exiusta est à facie tempestátum famis. Mulieres in Sion humiliavérunt: & vírgi-

nes in civitáribus Iuda-

R. Caligavérunt oculi mei à fletu meo, quia elongátus est à me, qui consolabatur me: vidéte omnes populi. * Si est dolor similiis sicut dolor meus. XV. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite & vidéte. Si est dolor. R. Caligavérunt oculi mei.

In secundo nocturno.

Aña. Elevámini portæ.

Psalmus 23.

D Omini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrárum, & univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde: * qui non accépit in vanum ánimam suam; * nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiōnem à Dómino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas príncipes.

pes vestras : * & elevámini
portæ æternáles : * & in-
troíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex gló-
riæ ? * Dóminus fortis &
potens : * Dóminus potens
in prælio.

Attóllite portas prínci-
pes vestras : * & elevámi-
ni portæ æternáles : * & in-
troíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex gló-
riæ : * Dóminus virtútum,
ipse est Rex glóriæ.

Aña. Elevámini portæ æ-
ternales , & introíbit Rex
glóriæ.

Aña. Credo vidére.

Psalmus 26.

Dóminus illuminatio-
mea , & salus mea : *
quem timébo ?

Dóminus protéctor vitæ
meæ : * à quo trepidábo ?

Dùm apprópiant super
me nocéntes , * ut edant
carnes meas.

Qui tríbulant me inimí-
ci mei : * ipsi infirmáti
sunt , & cecidérunt.

Si consistant advérsùm
me castra : * non timébit
cor meum.

Si exúrgat advérsum me
prælium : * in hoc ego
sperábo.

Unam pétii à Dómino,

hanc requíram : * ut inhá-
bitem in domo Dómini ;
ómnibus diébus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem
Dómini ; * & vísitem
templum ejus.

Quóniam abscondit me
in tabernáculo suo , in die
malórum : * protéxit me
in abscondito tabernáculi
sui.

In petra exaltávit me : *
& nunc exaltávit caput
meum , super inimícos
meos.

Circnivi , & immolávi
in tabernáculo ejus , hó-
stiam vociferatiónis : * &
cantábo & psalmum di-
cam Dómino.

Exáudi , Dómine , vo-
cem meam , qua clamávi
ad te : * miserére mei ; &
exáudi me.

Tibi dixit cor meum,
exquisívit te fácies mea : *
fáciem tuam , Dómine , re-
quiram.

Ne avértas fáciem tuam
à me : * ne declínes in ira
à servo tuo.

Adjútor meus esto : * ne
derelíquas me , neque des-
picias me , Deus salutáris
meus.

Quóniam pater meus ,
& mater mea dereliqué-
runt

tant me : * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi , Dómine, in via tua : * & dirige me in sémitâ rectâ propter inimicos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulântium me : * quóniam insurrexerunt in me testes iníqui ; * & mentita est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini in terra viventium.

Expécta Dóminum, viriliter age , & confortétur cor tuum , & sustine Dóminum.

Aña. Credo vidére bona Dómini in terra viventium.

Aña. Dómine abstraxisti.

Psalmus 29.

Exaltábo te , Dómine, Equóniam suscepisti me: * nec delectásti inimicos meos super me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te , & sanásti me.

Dómine eduxisti ab inferno ánimam meam : * salvásti me à deseendéntibus in lacum.

Psallite Dómino sancti ejus : * & confitémini memoriæ sanctitatis ejus.

Quóniam ita in indig-

natióne ejus : * & vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorabitur fletus : * & ad matutinum létitia.

Ego autem dixi in abundântia mea : * Non móvebor in aeternum.

Dómine in voluntáte tua , præstítisti décori meo virtutem.

Averrísti fáciem tuam à me : * & factus sum conturbátus.

Ad te, Dómine , clámabo : * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utilitas in sanguine meo : * dum descéndo in corruptionem ?

Numquid confitébitur tibi pulvis : * aut annunciatib veritátem tuam ?

Audívit Dóminus, & misértus est mei : * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertisti planctum meum in gádium mihi : * conscidisti saccum meum, & circumdedisti me létitia.

Ut cantet tibi glória mea, & non compungar : * Dómine Deus meus, in aeternum confitébor tibi.

Aña. Dómine abstraxisti ab inferis ánimam meam.

V. Factus

N. Factus sum sicut homo
sine adjutorio.

R. Inter mortuos liber.

Pater noster. secretò.

Sermo sancti Epiphanii

Episcopi.

In Sepulturam Domini Jesu.

Lectio iv.

Quid istud rei est ho-
die : siléntium mag-
num in terra. Quid , in-
quit, istud rei ? siléntium
magnum jam & quies. Si-
léntium magnum quóniam
Rex dormit. Terra trémuit
& quiévit ; quóniam Deus
in carne obdormivit ? & à
sæculo dormientes excitá-
vit. Deus in carne mortuus
est : & inférnus contré-
niuit. Deus páululum ob-
dorinivit : & eos qui à sa-
culo dormiébant in infér-
no suscitávit. Nunc tādem
ubi sunt níperae illæ tur-
bæ : & vociferationes ; &
tumultus adverstus Christum
ô impij ? ubi populi
& seditiones ; & cohórtēs;
& arma ; & lánceæ ; Ubi
Reges & Sacerdótes : &
júdices réprobi ; ubi fa-
ces & gládii : & clamó-
res ; ubi vulgus & fré-
mitus ? & custódia indé-
cens. Verè réipsa nam &
réipsa , verè populi medi-

tati sunt inânia : & fatuae
Impegérunt in angulárem
lápidem Christum : sed ipsi
contriti sunt. Allisérunt
petræ solídæ : sed in spu-
mam fluctus eórum disso-
luti sunt. Offendérunt ad-
indómitam incudem : &
ipsi confrácti sunt. Susti-
lérunt in ligno petram vi-
tæ : quæ descéndens iplos
occidit. Colligárunt ma-
gnūm Samsónem Dei fi-
lium sed solútis quæ erant
è sæculo vínculis : aliéni-
genas & ímpios pérdidit.
Occidit Deus sol Christus
sub terram : perpétuasque
ténebras Judæis creávit.

R. Ecce quómodo móri-
tur justus , & nemo péci-
pit corde ; viri jústi tollún-
tur , & nemo considerat :
à facie iniquitatis, sublátus.
est justus. * Et erit in pace
nemória ejus. **N.** Et da-
bit ímpios pro sepultura,
& dívitem pro morte sua.
Et erit in pace. **R.** Ecce
quómodo móritur.

Lectio v.

Hodie salus illúxit ; his-
qui in terra : hisque
qui à sæculo subtus terram
erant. Hodie accedit salus
univérso mundo ; quantus-
cunque víabilis & iquan-
tuscunque

in scúnque invísibilis est. Duplex hodie Dómini ad-véntus ; duplex dispensá-tio : duplex humánitas ; duplex descénsus simul , & sui demissio : duplex hó-minum visitátio ; è cælo in terram : è terra ad terræ inférnas partes Deus advé-nit. Pandúntut inférni. A sǽculo dormiéntes ; exul-táte : qui in ténèbris & um-bra mortis sedebátis , lu-cem magnam suscipite. Cum servis Dóminus ; cum mórtuis , Deus : cum mortálibus , vita. Cum his qui in ténèbris , lux non vesperáscens. Cum captívis , libertatis vin-dex ; cum ínsimo lo-co pósitis : qui est super cœlos. Christus in terra sepultus. Christus inter mórtuos ; unà descendá-mus : & considerémus etiam quæ illic mystéria. Cognoscámus Dei occúlti : occulta sub terra mira-bilia. Addiscámus quómo-dò Jesu mortuo his qui in inférno illúxit prædi-catio.

R. Jerúsalem luge, & éxue te véstibus jocunditatis, in-dúere cíncere & cilicio ,
¶ Quia in te est occísus

Salvátor Israél ¶ Plan-ge quasi virgo plebs mea. Quia in te. R. Jerúsalem luge.

Lætio vj.

Quis est iste Rex gló-riæ ; quis est hic tan-tus qui cum mortuis tália hic patrat mirácula ? Quis est iste Rex glóriæ ; qui ea nunc in inférno fa-cit : quæ nunquam in inférno facta sunt. Quis est hic , qui hinc edúcit eos qui à sǽculo dormíerunt ; Quis est hic qui mortuus & sépultus isolvit & dis-solvit indictam nostram edúcitque ex inférni cárce-re à sǽculo in compéndibüs hábitos : ad quos vicissim conclamáront dicéntes ; scire vúltis : quis sit iste Rex glóriæ ; Dóminus for-tis & potens : Dóminus potens & fortis & insi-pe-rabilis in prælio. Jesus est qui ex cælestibüs órbibüs expulit & projécit , vos : Hic ille est : qui in aquis jordánis vestra dracónum cápita contrívit. Ille ipse est : qui vos heri per crucē tradúxit ; & triumphávit : & morte affécit. Hic ille est : qui vinxit ; & ténèbris damnávit : & in abyssum vos

vos detinuit. Ille ipse est qui in ignem æternum ; & gehennam : transmittit & perdit vos. Quare nolite cunctari ; nolite tardare : sed properate ; & vincitos educite : quos ad hoc usque tempus male absorbiuitis. Vestrum enim jam imperium dissolutum est : vestra tyrannia jam cessavit. Arrogantia vestra graviter repressa est : vestra jactantia ad finem devenerit. Vestrum robur concutatum est , & intierit.

R. Plange quasi virgo plebs mea , ululante pastores in cinere & cilicio , * Quia veniet dies Domini magna & amara valde.

X. Ululante pastores & clamante, aspergite vos cinere. Quia veniet. Plange quasi virgo.

In tertio nocturno.

Aña. Deus adjuvat me.

Psalmus 53.

Deus , in nomine tuo salvum me fac : * & in virtute tua iudica me.

Deus , exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me , &

fortes quæsierunt animam meam : * non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : * & Dominus suscepтор est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis : * & in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi : * & confitebor nomini tuo Domine ; quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripisti me : * & super inimicos meos despexit oculus meus.

Aña. Deus, adjuvat me, & Dominus suscepтор est animæ meæ.

Aña. In pace factus est.

Psalmus 75.

Notus in Iudea Deus : * in Israël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * & habitatio ejus in Sion.

Ibi constegit potentias : * arcum, scutum, & gladium & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis : * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum :

sum : * & nihil invené-
runt omnes viri divitiâ-
rum in mânibus suis.

Ab increpatiōne tua ,
Deus Jacob : * dormitavé-
runt, qui ascendérunt e-
quos.

Tu terríbilis es , & quis
resistet tibi ? * ex tunc ira
tua.

De cœlo audítum fecisti
judícium : * terra trémuit
& quiévit.

Cùm exúrgeret in judí-
cium Deus : * ut salvos fá-
ceret omnes mansuétos
terræ.

Quóniam cogitatio hó-
minis confitēbitur tibi : *
& reliquiæ cogitationis
diem festum agent tibi.

Vovéte, & reddite Dó-
mino Deo vestro : * omnes
qui in circúitu ejus affértis
múnera.

Terríbili , & ei qui aufert
spíritum Príncipum : * ter-
ribili apud Reges terræ.

Ana. In pace factus est lo-
cus ejus , & in Sion , habi-
tatio ejus.

Ana. Factus sum.

Psalmus 87.

D Omine Deus salútis
meæ : * in die clamá-
vi , & nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo

orátio mea : * inclína au-
rem tuam ad precē meam.

Quia repléta est malis
ánima mea : * & víta mea
in inférno appropinquávit.

Aestimátus sum cum des-
cendéntibus in lacum : *
factus sum sicut homo sine
adjutório : inter mórtuos
liber.

Sicut vulneráti dormien-
tes in sepulchrís , quorum
non est memor amplius : *
& ipsi de manu tua repúlsi
sunt.

Posuérunt me in lacu in-
feriori : * in tenebrósis , &
in umbra mortis.

Super me confirmátus est
furor tuus : * & omnes flu-
ctus tuos induxisti super
me.

Longè fecisti notos meos
à me : * posuérunt me abo-
minationem sibi.

Tráditus sum , & non
egrediébar : * óculi mei
languérunt præ inópia.

Clamávi ad te, Dómine : *
tota die expándi ad te ma-
nus meas.

Numquid mórtuis fácies
mirabília : * aut médiici
suscitábunt, & confitebún-
tur tibi ?

Numquid narrábit áli-
quis in sepúlchro miseri-
córdiam

córdiam tuam : * & veritátem tuam in perditionem.

Numquid cognoscéntur
in ténebris mirabília tua.*
& justitia tua in terra obli-
víonis?

Et ego ad te, Dómine, cla-
mávi : * & manè oratio
mea prævéniet te.

Ut quid, Dómine, repéllis
oratióne meam? * ayértilis
fáciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in la-
bóribus à juventúte mea: *
exaltátus autem, humiliá-
tus sum & conturbátus.

In me transiérunt iræ
diæ: * & terróres tui con-
turbavérunt me.

Círcumdedérunt me sicut
aqua tota die; * circumde-
dérunt me simul.

Elongásti à me amícum,
& próximum: * & notos
meos à miséria,

Añu. Factus sum sicut ho-
mo sine adjutório, inter
mórtuos liber.

X. Tu autem, Dómine, mi-
serére mei. Rx. Et resúsci-
tá me, & retríbuam eis.

Pater noster, *secretò.*
De Epístola Beáti Pauli
Apóstoli ad Hebræos.

Lectio viij. Cap. 9.

Christus assístens Pón-
Cifex futurórum bonó-

rum: per amplius & per-
fécit tabernáculum non
manufáctum; id est, non
hujus creátionis: neque
per sanguinem hircórum
aut vitulórum; sed per
próprium sanguinem in-
troívit semel in sancta: æ-
terna Redemptióne invénta.
Si enim sanguis hircó-
rum & taurórum? & cinis
vitulæ aspérsus; inquiná-
tos sanctificat ad emunda-
tionem carnis: quanto
magis sanguis Christi; qui
per Spíritum sanctum se-
metípsum óbtulit imma-
culátum Deo, emundábit
consciéntiam nostram ab
opéribus mórtuis: ad ser-
viéndum Deo vivénti.

Rx. Sicut ovis ad occisió-
nem ductus est, & cùm ma-
lè tractarétur, non apéruit
os suum; tráditus est ad
mortem, * Ut vivificáret
pópulum suum.

X. Ipse autem vulnerátus
est propter iniquítátes no-
stras, attritus est propter
scélera nostra! Ut vivificá-
ret. Rx. Sicut ovis.

Lectio viij.

ET ideò Novi Testa-
ménti mediátor est, *
ut morte intercedénte, in
Redemptióne eárum præ-
varicá

varicationum, quae erant sub prióri Testaménto; re-promissiónem accípiant: qui vocáti sunt, à térnæ hæreditatis. Ubi enim Testaméntum est, mors neccesse est: intercedat Testatóris. Testaméntū enim in mórtuis confirmátum est aliéquin nondum vallet: dum vivit qui testátus est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicáum est.

R. Sepúlto Dómino, signá-tum est monumétum, vol-vérunt lápidem ad óstium monuménti, ponéntes mí-lites, qui custodírent illud.

X. Illi autem abeúntes mu-niérunt, Sepúlchrum, si-gnántes lápidem. Ponén-tes. R. Sepúlto Dómino.

Lectio ix.

Lectio enim omni man-dáto Legis à Moysé univérso pôpulo; accípiens sanguinem vitulórum, & bircórum cum aquâ, & lâ-nâ coccínea, & hyssópo: ipsum quoque librum & omnem pôpulum aspérsit, dicens. Hic Sanguis Testaménti, quod mandávit ad vos Deus. Etiam taberná-culum & ómnia vasa mi-nistérii sanguine similiter

aspérsit. Et ómnia penè in sanguine secundùm Legé mundántur: & sine sán-guinis effusióne non sit remissio.

R. Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum, * Factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber. X. Posuérunt me in lacu inferiòri, in te-nebrósis & in umbra mor-tis. Factus sum.

R. Æstimátus sum.

A D L A U D E S.

Antiph. O mors, ero mors tua; morsus tuus ero, in-férne. *Psalmus.* Miseré-re mei, Deus. 70.

Aña. In humilitáte,

Psalmus 91.

BOnum est confitéri Dómino: * & psállere nómini tuo, Altíssime.

Ad annunciatum manè misericordiam tuam: * & veritatē tuam per noctem.

In decachórdo psaltério; cum cántico in cíthara.

Quia delectásti me, Dó-mine, in factúra tua: * & in opéribus mánuum tuá-rum exaltábo.

Quàm magnificáta sunt ópera tua, Dómine: * nimis profundiæ factæ sunt cog-i-tationes tuæ.

Vix

Vix insipiens non cognoscet: * & stultus non intellegit hæc.

Cum exorti fuerint peccatores sicut foenum: * & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.

Ut intereant in saeculum saeculi: * tu autem Altissimus in æternum. Domine.

Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: * & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: * & senectus mea in misericordia uberi.

Et despexit oculus meus inimicos meos: * & in insurgentibus in me malignatibus audiet auris mea.

Justus ut palma florabit: * sicut Cedrus Libani multiplicabitur.

Plantati in domo Domini: * in atriis domus Dei nostri florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: * & benepatientes erunt, ut annuncient.

Quoniam rectus Dominus Deus noster: * & non est iniquitas in eo.

Ana. In humilitate judicata pars Verna.

cium ejus sublatum est, generationem ejus quis enarrabit.

Ana. Attendite universi populi, & videte dolorem meum.

Ps. Deus, Deus meus. 547.

Ana. O vos omnes.

Canticum Ezechiae.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: * vadam ad portas inferi.

Quiesivi residuum annorum meorum: * dixi, non video Dominum Deum, in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultrà: * & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, & convoluta est a me: * quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut a texente vita mea: * dum adhuc orditer succidit me.

De mane usque ad vesperam finies me: * sperabam usque ad mane: * quasi leo, sic contrivit omnia ossa mea.

De mane usque ad vesperam finies me: * sicut pullus hirundinis, sic clamabo: * meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei,

R

suspiciéntes in excésum.

Dómine vim pátor re-
spónde pro me: * quid di-
cám, aut quid respondébit
mihi cùm ipse sécerit.

Recogitábo tibi omnes
annos meos: * in amari-
túdine ánimæ meæ;

Dómine, si sic vivitur, &
in tálibus vita spiritus mei,
corríples me & vivificábis
me: * ecce in pace amari-
túdo mea amaríssima.

Tu autem eruisti ánimam
meam, ut non períret: *
projecísti post tergū tuum
omnia peccáta mea.

Quia non inférnus confi-
tébitur tibi, neque mors
lasidábit te: * non expectá-
bunt, qui descéndunt in la-
cum veritátem tuam.

Vivens, vivens ipse confi-
tébitur tibi; sicut & ego
hádic: * Pater filius notam
fáciet veritátem tuam.

Dómine, salvum me fac: *
& Psalmos nostros cantá-
bimus cunctis diébus vitæ
nostræ, in domo Dómini.

Aña. O vos omnes, qui
transítis per viam, atténde-
te & vidéte, si est dolor si
cuit dolor meus.

Aña. Vidébunt in quem
transfixérunt, & plangét se
super eū omnes tribus terre,

Psalm. Laudáte Dóminum
de cœlis. 549.

X. Christus factus est pro
nobis obédiens usque ad
mortem. *R.* Mortem au-
tem crucis.

Ad Benedictus, Aña. De-
dit in mortem ánimam
suam, & cum sceleratís re-
putátus est; & ipse peccáta
multórum tulit, & pro
transgressóribus rogávit.
Duplicatyr.

Pater noster. *Psalm.* Mis-
erére mei, Deus. 70.

Oratio.

R Espicé, quæsumus Dó-
mine, super hanc Fa-
miliam tuam; pro qua Dó-
minus noster Iesús Chri-
stus non dubitávit máni-
bus tradi nocéntium? &
Crucis subire tormentum.

*Et sic dicitur usque ad
Nonam. Diális Horis, ut
suprà, celebratur Missa, &
data Benedictione Sacerdos
stans adhuc ante medium
Altaris, clara voce.
Vesperas incipit.*

Deus in adjutórium meum
inténde. *Chorus respondet;*
Dómine ad adjuvándum
me festina. Glória Patri.

*Et amplius non dicitur.
Laus tibi, Domine, Rex
æternæ glóriæ. Sed ejus
loco*

loco deinceps dicitur Alleluia. Aña. Alleluia. Psalm.

Lauda anima mea Domini num. 172. cum Gloria Patri. Sicut erat & ita deinceps. Aña. Alleluia, alleluia, alleluia. Aña. Alleluia.

Psalmus. Laudate Dominum quoniam bonus est. 173.

Aña. Alleluia, alleluia, alleluia. Aña. Alleluia.

Psalmus. Lauda Ierusalem Dominum. 173.

Aña. Alleluia, alleluia, alleluia.

Capitulum.

Cum Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparetis cum ipso in gloria.

X. Resurrexit Dominus.

R. Sicut dixit vobis. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Ad Magnificat, Aña. Vespere autem Sabatti, quae lucescit in prima Sabatti, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre Sepulchrum. Alleluia. Duplicatur.

Canticum Magnificat cum Gloria Patri. Deinde Sacerdos dicit Dominus vobiscum.

Orémus. Oratio.

Dominus, qui hanc Sacramentissimam noctem gloriam Dominicæ Resurrectionis illustras: conserva in nova Familia tuae progénie adoptionis spiritum quem dedit; ut corpore & mente renovatis: puram tibi exhibeant servitutem. Per eundem Dominum. ejusdem.

Dominus vobiscum.


X. Benedicatus Dominus.

R. Deo gratias.

Ad Completorium dicitur secunda Pater noster. & Ave Maria; Deinde X. Converte nos Deus. X. Deus in adjutorium. Gloria Patri. Alleluia. Psalmus. Cum invocarem. cum reliquis. Deinde post Psalmos statim dicitur Alleluia. Non dicitur Hymnus usque ad Completorium Subbare ante Dominicam. Octava Pasche: Cetera ut consuetum est.

Oratio. Deus qui illuminas. & dicitur per totam octavam.

Aña. Regina coeli. ut in Psalterio, & non flectuntur genua toto Tempore Paschali.



IN DIE
SANCTO PASCHÆ.
DUPLEX PRIMÆ CLASSIS.

AD MATUTINUM.*Invitatorium.*

Alleluia , alleluia, alleluia.

*Duplicatur.**Psalmus.* Venite. 2.**AD NOCTURNUM.***Antiphona.*

Ego sum qui sum.

Psalmus 1.

Béatus vir , qui non
bábiit in consilio im-
piorum , * & in via pecca-
tum non stetit , * & in
cáthedra pestiléntiæ non
sedit.

Sed in lege Dómini vo-
luntas ejus ; * & in lege
ejus meditábitur die ac
nocte.

Et erit tanquam lignum
quod plantátum est secus
decúrsus aquárum , * quod
fructum suum dabit in
in témpore suo.

Et sólium ejus non dé-
fluet: * & ómnia quæcúm-
que faciet, prosperabúntur.

Non sic ímpii non sic : *
sed tanquam pulvis, quem

prójicit ventus à facie ter-
ræ.

Ideò non resúrgent ím-
pii in judício : * neque pec-
catóres in consílio justórū,

Quóniam novit Dómi-
nus viam justórum : * &
iter impiórum períbit.

Glória Patri.

Aña. Ego sum , qui sum ;
& consílium meum non est
cum ímpiis , sed in Lege
Dómini volúntas mea est,
Alleluia.

Aña. Postulávi patrem
meum.

Psalmus. 2.

QUARE fremuérunt gen-
tes , * & pópuli medi-
tati sunt inánia ?

Astítérunt reges terræ ,
& príncipes convenérunt
in unum,* advérsus Dómi-
num,& advérsus Christum
ejus.

Dirumpámus víncula eó-
rum , * & projiciámus à
nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irri-

débit eos, * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in iasua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autē constitútus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, Ego hodie génii te.

Póstula à me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam : * & possessiónem tuam térmilos terræ.

Reges eos in viiga férrea, * tanquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intelligi-
te: * erudímini qui judicá-
tis terram.

Servíte Dómino in ti-
móre: * & exultáte ei cum
nemóre.

Apprehéndite Disciplí-
nam, nequándo irascá-
tur Dóminus, & pereátis
de via justa.

Cum exárserit in brevi
ira ejus: * Beáti omnes
qui confidunt in eo.

Glória Patri.

Aña. Postulávi Patrem
meum, Allelúia: dedit mihi
gentes, Allelúia; in hæ-
reditátem, Allelúia.

Antiphona. Ego dormívi.

Psalmus 3.

Dómine quid multipli-
cáti sunt qui tríbú-
lant me? * multi insúrgunt
adversum me.

Multi dicunt ánime
meæ: * non est salus ipsi
in Deo ejus.

Tu autem, Dómine,
suscéptor meus es, * Gló-
ria mea, & exáltans caput
meum.

Voce mea ad Dóminum
clamávi: * & exaudívit me
de monte Sancto suo.

Ego dormívi, & soporá-
tus sum: * & exurréxi quia
Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pô-
puli circumdántis me: *
exúrge Dómine, Salvum-
me fac Deus meus.

Quóniam tu percussisti
omnes adversantes mihi si-
ne causa: * dentes pecca-
tórum contrivisti.

Dómini est salus: * & su-
per pôpulum tuum bene-
dictio tua. Glória Patri.

Aña. Ego dormívi, &
somnum cepi: & exurréxi.
quóniam Dóminus suscé-
pit me, Allelúia, allelúia.
X. Resurréxit Dóminus,
R. Sicut dixit vobis, Alle-
lúia, allelúia, allelúia.

Pater

Pater noster. Secreto. Rx. Et
ne nos indúcas in tenta-
tionem.

Rx. Sed libera nos à malo.

Deprecatio.

Rx. Exúrge Dómine.

Rx. Súscipe deprecationem.

Rx. Amen,

Benedictio j. Adjutor.

**Léctio sancti Evangelij:
secundum Marcum.**

Léctio j. Cap 16.

In illo tempore : María Magdaléne, & María Jacóbi & Sálome emérunt arómata : ut venientes úngerent Jesum. Et valde manè una Sabbatórum ; véniant ad monuméntū : orto jam sole. Et reliqua.

Homilia sancti Gregórii

Papæ.

In idem Evangelium.

Dat hodie loquéndi ausum resurrectionis Dominicæ tanta solémnitas. Quia & indignum valde est , ut hodie laudes débitas téceat lingua carnis: quo videlicet die caro resurrexit auctoris. Audistis si quidem fratres charissimi; quod sanctæ mulieres, quæ Dóminum fuérant seútæ: cum aromatibus ad monuméntum vénirent. Et ei quem vivéntem di-

léxerant : étiam mórtuo studio humanitatis obse- quíuntur. Sed res gesta; ali- quid in Sanctâ Ecclesiâ: signat geréndum Sic quip- pe necesse est ut audiámus quæ facta sunt : quátenus cogitémus étiam quæ no- bis sint ex eórum imitatió- ne faciénda. Et nos ígitur in eum , qui est mórtuus, credéntes ; si odore virtú- tum reférti , cum opinione bonórum óperum Dómi- num quærimus : ad monu- méntum prófectò illius cum aromatibus venimus. Illæ autem muliéres ánge- los vident quæ cum aro- matibus vénérunt : quia videlicet illæ mentes su- pérnos cives aspícunt ; quæ cum virtutum odóribus ad Deum per sancta desidéria : profitiscúntur. **Responsoria Duplicantur.** Rx. Cum transisset Sabbá- tum María Magdaléne , & María Jacóbi & Sálome emérunt arómata. * Ut venientes úngerent Je- sum , alleluia , alleluia. Rx. Et valdè manè una Sabbatórum.* Véniant ad monuméntum , orto jam sole. Ut venientes. Glória Patri. Cum transisset.

*Benedictio ij. Benedictio-
nibus suis.*

Lectio ij.

Quid advenientes fœ-
minas affatur audiā-
mus. Nolite expavescere.
Ac si apertè dicat; páveant
illi qui non amant advé-
num supernórum cívium.
Pertiméscant qui carnáli-
bus desidériis pressi, ad
eórum se Societátem posse
pertíngere despérant. Vos
autem cur pertiméscitis,
quæ vestros cóncives vi-
détis? Unde & Matthæus
ángelum apparúisse descri-
bens? ait. Erat aspéctus
ejus sicut fulgur: & vesti-
mēta ejus sicut nix. In
fúlgure enim terror timó-
ris? in nive autem blandi-
mētum candóris. Quia
verò omnípotens Deus; &
terríbilis est peccatóribus;
& blandus justis? rectè
testis resurrectiōnis ejus
ángelus; & in fúlgure vul-
tus? & in candóre hábitus
demonstrátur. Ut de ipsa
sua spécie & terréret ré-
probos? & mulcéret pios.
Unde rectè quoque popu-
lum per deserta gradién-
tem colúmna ignis in no-
cte, & colúmna nubis præ-
ibat in die; In igne enim

terror est? in nube autem
visiōnis lene blandimē-
tum. Dies verò vita justi;
& nox accípitur? vita pec-
catóris. Unde & convérsis
peccatóribus Paulus dicit;
suistis aliquando tenebræ?
nunc autem lux in Dó-
mino.

R. Angelus Dómini def-
cendit de cœlo, & accé-
dens revólvit lápidem, &
super eum sedit: & dixit
muliéribus, nolite timére,
scio enim quia crucifixum
quæratis. * Jam surréxit,
yeníte & vidéte locum,
ubi p̄situs erat Dóminus,
allelúia. **X.** Et exiérunt
citò de monuménto cum
timore & gaudio magno,
curréntes nunciare Discí-
pulis. Jam surréxit. Glória
Patri. Angelus.

*Benedictio ij. Cælestem
benedictionem.*

Lectio ij.

Sed, ite dícite discípulis.
Sejus & petro? quia præ-
cedet vos in Galilæā. Quæ-
réndum nobis est, cur no-
minatis discípulis? Petrus
designátur ex nómine. Sed
si hunc Angelus nominá-
tim non exprimeret qui
magístrum negáverat: ve-
nire inter discípulos non
audéret.

auderet. Vocatur ergo in nōmine : ne desperaret ex negatiōne. Quā in re considerāndum nobis est : cur omnīpotens Deus eum quem cunctæ Ecclēsiæ p̄fērre disposuerat ; ancillæ vocem pertimēscere : & seipsum negare permisit. Quod nim̄itum magnæ actū esse pietatis dīspen-satione cognoscimus ; ut is qui futūrus erat pastor Ecclēsiæ , in suā culpā disce-ret : quāliter aliis miseréri debuisset. Priùs itaque eum ostendit sibi ; & tunc præ-pōsuit cæteris : ut ex sua infirmitate cognosceret quām misericorditer alié-na infirma toléraret. Benè autem de Redemptōre no-stro dicitur ; præcedet vos in Galilæam ; ibi eum vi-dēbitis : sicut dixit vobis. Galilæa namque : transmi-gratio facta interpretatur. Jam quippe Redemptor noster à passiōne ad Resurrexiōnem. A morte ad vi-tam. A poenā ad gloriā. A corruptionē ad incorru-ptionēm transmigráverat. Et priùs post resurrexiōnē in Galilæa benè à discipulis videtur ; quia resurrexiōnis ejus gloriām post læti vidē-

bimus : si modò à vitiis ad virtutū celsititudinē resur-géndo transmigrāmus.

R. Surgens Iesu Dómi-nus noster , stans in medio Discipulorum suorum , di-xit : Pax vobis , Allelúia. * Gavísi sunt Discípuli vi-so Dómino , allel. ¶ Hoc cùm dixisset , insufflavit , & dixit eis : Accípite Spiri-tum sanctum. Gavísi.

Hoc R. non duplicatur quia dicitur Te Deum.

A D L A U D E S .

Aña. Et ecce terræmotus factus est magnus : Ange-lus enim Dómini descen-dit de cælo , Allelúia.

Psalmus. Dóminus regnā-vit. cum reliquis de Domi-nica. 20.

Aña. Erat autem aspēctus ejus sicut fulgur , & vesti-mētum ejus sicut nix , allelúia , allel. Aña. Præ ti-more autem ejus exterriti sunt custodes , & facti sunt velut mórtui , allelúia. Aña.

Respóndens autem Ange-lus , dixit mulieribus : No-lite timere : Scio enim quòd Jesum quæratis , allelúia.

Aña. Jesus occurrit illis di-cens : Avete ; Illæ autem accesserunt , & tenuerunt pedes ejus , allelúia.

Capitul. i. Cor. 5.

Expurgáte vetus fer-
mémentum; ut sitis nova
conspérsio, sicut estis ázy-
mi: étenim Pascha no-
strum immolátus est Chri-
stus. Rx. Deo grátias.

XV. Surréxit Dóminus verè.
Rx. Et appáruit Petro, Al-
lelúia, allelúia, allelúia.

Ad Benedictus, Antiph.
Et valdè mane una Sabba-
tórumb vénjunt ad monu-
mémentum, orto jam sole,
allelúia. *Duplicatur.*

Orémus. *Oratio.*

Deus qui hodiérna die
per Unigénitum tuū,
eternitatis nobis áditum
devicta morte reserásti;
vota nostra, quæ præve-
niéndo aspiras: étiam ad-
juvándo proséquere. Per
eúndem.

Ad Primam ut in Festis.

Ad Horas Capitulæ, &
Rx. non dicuntur, sed co-
rum loco; *Aña.* Hæc dies
quā fecit Dóminus; exult-
emus & lætemus in ea.

*Deinde dicuntur Oratic-
nes sequentes.*

Ad Tertiam.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui omnes in
Christo renátos, genus
Régium & sacerdotiale fe-

císti: da nobis & velle &
posse quæ præcipis; ut pô-
pulo ad eternitatem vocá-
to, una sit fides méntium:
& piétas actiōnum. Per
eúndem.

Ad Sextam.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui credéntes in
te, fonte Baptismatis
innovásti: hanc renátis in
Christo concéde custodiā;
ut nullo erróris incurſu:
gratiā tuā benedictiōnis:
amittant. Per eúndem.

Ad Nonam.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui pro salutē
mundi sacrificium Pa-
schale fecisti: propitiare
supplicatiōibus nostris; ne
interpéllas pro nobis Pén-
tifex summus, nos per id:
quod nostri: est similis re-
conciliat: per id quod tibi:
est æquális absolvat. Iesus:
Christus Fílius tuus Dómi-
nus noster. Qui tecū vivit.

*Predictus modus Horar-
rum servatur usque ad
Sabb. in Albis inclusivè...*

A.D. V E S P E R A.S..

Antiphona. Allelúia.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómi-
no meo: * sede à dex-
tris meis.

Donec

Donec ponam inimicos tuos: * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Zion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae, * in splendoribus Sanctorum: * ex utero ante Luciferum genui te.

Juravit Dominus & non paenitebit eum: * Tu es Sacerdos in aeternum: * secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis: * constegit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus, implabit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Gloria Patri.

Amen. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

Amen. Alleluia.

Sub hac Antiphona dicuntur duo Psalmi sequentes.

Psalmus 110.
Confitabor tibi Domine in toto corde: * in

concilio iustorum & congregacione.

Magna opera Domini: * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio & magnificencia opus ejus: * & justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum: * misericiors & miserator Dominus: * escam dedit timentibus se.

Memor erit in saeculum testamenti sui: * virtutem operum suorum, annunciat populo suo.

Ut det illis hereditatem gentium: * opera manuim ejus, veritas & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus: * confirmata in saeculum saeculi, * facta in veritate & aequitate.

Redemptionem misit populo suo: * mandavit in aeternum testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen ejus: * initium sapientiae timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: * laudatio ejus, manet in saeculum saeculi.

Gloria Patri.

Psalmus 3.

Beatus vir qui timet Dóminum : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens erit in terra semen ejus : * generatio regnum benedicetur.

Glória & divitiæ in domo ejus : * justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors & miserator, & justus.

Jocundus homo qui miseretur & commodat : * disponet sermones suos in iudicio : * quia in æternum non commovabitur.

In memória æterna erit justus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Dómino : * confirmatum est cor ejus : * non commovabitur, donec despiciat, inimicos suos.

Dispensis, dedit pauperibus : * justitia ejus manet in sæculum sæculi : cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit & irascetur ; * dentibus suis fremet & tabescet : * desiderium peccatorum peribit.

Glória Patri.

Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

R. Hæc dies quam fecit Dóminus, exultemus & lætemur in ea. Alleluia.

X. Pascha nostrum immolatus est Christus.

X., Epulémur in azymis sinceritatis & veritatis.

Prosa.

Victimæ Paschali, laudes immolent Christiani :

Agnus redemit oves, Christus innocens Patri reconciliavit peccatores.

Mors & via duello conflixerunt mirando : Dux vitae mortuus regnat vivus.

Dic nobis María, quid vidisti in via?

Sepulchrum Christi viventis ; & gloriam vidi resurgentis.

Angelicos testes, sudarium & vestes.

Surrexit Christus spes mea, præcedet vos in Galilæam.

Credendum est magis soli Mariæ veraci : quam Judæorum turbæ fallaci.

Scimus Christum surrexisse à mortuis vere, Tu nobis: victor Rex miserere. Alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona. Et respicientes videbunt revolutum lapis, erat quippe magnus.

valde,

vahle, allelúia. Duplicat.

Orémus. Oratio.

Deus qui hodierna die per Unigénitum tuū, æternitatis nobis aditum devicta morte reserásti; vota nostra, quæ præveniendo aspiras: etiam adjuvando proséquere. Per eundem.

A à Primam Processionem.

R. María Magdaléne, & altera María ibant dilucu-lo ad monuméntum. Jesus, quem queritis non est hic, surréxit sicut locutus est.

* Præcedit vos in Galilæam: Ibi eum vidébitis, Allelúia, allelúia.

Aña. Allelúia.

Psalmus 112.

Laudáte pueri Dómini: * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * & super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster: * qui in altis hábitat, & humília respicit in cælo, & in terra.

Suscitans à terra inopem, * & de stercore eri-gens páuperem.

Ut collocet eum cum principib⁹, * cum prin-cipib⁹ populi sui.

Qui habitare facit stéri-lem in domo: * matrem filiorum lætantem.

Glória Patri.

Aña. Allelúia, allelúia, allelúia. Allelúia. ¶ Dómi-nus regnávit, decórem in-duit: induit Dóminus for-titudinem, & præcínxit se-vi-tute.

Ad Magnificat, Antiphona. Ite, nunciáte Fratribus meis, Allelúia; ut eant in Galilæam ibi me vidébunt. Allelúia, allelúia, allelúia. Duplicatur.

Orémus. Oratio.

Præsta, quæsumus, Om-nípotens Deus, ut qui Resurrectionis. Dominicæ solémnia colimus, creptio-nis nostræ suscipere læti-tiam mereáinur. Per eundem.

Ad secundam Processio-nem. R. Angelus Dómini locutus est mulieribus, dicens: Quem queritis? An Jesum queritis? Jam surréxit; Venite & videte. Allelúia, allelúia.

Aña. Allelúia.

Psalmus:

Psalms 113.

IN exitu Israël de Aegypto, * dominus Jacob, de populo barbato.

Facta est Iudaea sanctificatio ejus, * Israël, potestas ejus

Mare vidit & fugit: * Jordánis, convérsus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes, * & colles, sicut agni óvinum.

Quid est tibi mare quod fugisti, * & tu Jordánis, quia convérsus es retrorsum?

Montes exultástis sicut arietes: * & colles, sicut agni óvium.

A facie Dómini mota est terra, * à facie Dei Jacob.

Qui convértit petram in stagna aquárum, * & rupem, in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis; * sed nómini, tuo da glóriam.

Super misericórdia & veritáte tua: * nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in caelo: * ómnia, quæcúmque voluit fecit.

Simulácta Géntium argéntum & aurum: * ópe-

ra, mátrium hóminum.

Os habent, & non loquentur; * oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audiunt: * nares habent, & non odorabunt.

Manus habent & non palpábunt: * pedes habent & non ambulabunt: * non clamiabunt, in gátture suo.

Símiles illis fiant qui faciunt ea: * & omnes, qui confidunt in eis.

Dóminus Israël sperávit in Dómino: * adjutor eórum, & protéctore eórum est.

Dóminus Aaron sperávit in Dómino: * adjutor eórum, & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino: * adjutor eórum, & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri: * & benedixit nobis.

Benedixit dómui Israël: * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui timent Dóminum: * pusíllis, cum majóribus.

Adjiciat Dóminus super vos, * super vos, & super filios vestros.

Benedicti vos à Dómi-

mo, * qui fecit , cælum & terram.

Cælum cœli Dómino , * terram autem , dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine : * neque omnes , qui descendunt in infernum.

Sed nos , qui vivimus benedicimus Dómino , * ex hoc nunc , &c usque in sæculum. Glória Patri.

Aña. Alleluia, alleluia, alleluia. Alleluia. ¶ In te, Dómine, sperávi non confundar in æternum: in tua justitia libera me , & eripe me , inclina ad me autem tuā, accélera ut éripias me.

Ad Magnificat, Antiph. Cito eúntes dícite Discípulis , quia surrexit Dóminus. Alleluia. Duplicatur.

Oremus: Oratio.

Presta, quæsumus, Omnipotens Deus , ut qui gratiam Dominicæ Resurrectionis agnóvimus: ipsi per amorem tui Spíritus à morte anima resurgamus. Per eundem. ejusdem.

Ad Completorium, finis Psalmis dicitur Alleluia. Non dicitur Hymnus, sed ejus loco Rx. Haec dies. Cetera ut consuetum est,

& sic usque ad Sabbathum in Albis exclusivè.

FER LA SECUNDA.

Duplex prima Classis.

Ad Matutinum, Invitati.

Surrexit Dóminus verè, alleluia. Duplicatur.

Psalmus. Venite. 2.

Antiph. Alleluia. In Choro ad modulum Antiphona invocantem.

Sub ista Antiphona dicuntur tres Psalmi sequentes.

Psalmus. Cum invocarem. 174.

Psalmus. Verba mea auribus. 71.

Psalmus. Dómine ne infure me tuā arguas me. 4.

Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia:

¶. Resurrexit Dóminus.

Rx. Sicut dixit vobis, alleluia, alleluia, alleluia:

Deprecatio. ¶. Exárge Dómine.. ¶. Suscipe deprecationem.

Benedictio j. Adjutor & propitius.

Lectio sancti Evangeli secundum Lucam.

Lectio v. Cap. 24.

In illo tempore: Duo ex Discipulis Iesu ibant ipsa die:

die in castellum ; quod ambulabant in via, invenerit erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem : non enim eos exorbitasse de xaginta ab Ierusalem : non enim eos exorbitasse de lumine Emmaus. Et ipsi loquebantur ad invicem ; de his omnibus quae acciderant, & factum est dum fabularentur ; & secum quererent : & ipse Jesus appropinquans ibat cum illis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. 14. de Tempore.

AUdistis quia Dominus Jesus postequam resurrexit a mortuis ; invenerit duos in via ex discipulis suis colloquentes invicem : de his quae contigerant. Et dixit illis. Qui sunt sermones isti quos loquimini vobiscum ? solus dixit Lucas Evangelista ; breviter hoc attigit Marcus : quia apparuit duobus in via. Sed quid illi dixerint Domino ; vel quid eis dixerit Dominus : praetermisit. Quid ergo ista lectio : contulit nobis ; magnum aliquid : si intelligamus. Apparuit Jesus ; videbatur oculis : & non agnoscebatur. Magister ambulabat cum illis in via ; & ipse erat via : & nondum illi

enim eos exorbitasse de via. Quando enim cum illo fuerat ante passionem, lis fuerat ante passionem, omnia predixerat. Passum se fuisse moritum : tertia die resurrectum. Omnia predixerat ; sed sermo illius : illorum oblivio fuit. Sic perturbati sunt quando eum vidérunt in ligno pendente ; ut obliviscerentur docéatem : non expectarent resurgentem : nec tenérent promittentem.

Responsoria duplicantur.
Rx. Maria Magdalene, & altera María : ibant diluculo ad monuméntum. Jesus, quem queritis non est hic : Surrexit sicut locutus est, præcedit vos in Galileam, ibi eum vidēbitis, Alleluia, alleluia. ¶ Cito euntes dicite Discipulis ejus, quia surrexit Dominus. Præcedit. Glória Patri, & Filio, & Spiritui sancto. María.

Lectio ij.

NOs inquiunt ; sperabamus : quia ipse erat Redempturus Israël. O discípuli : sperábatis. Ergo jam non speratis. Ecce Christus vivit : & spes mortua est in vobis. Prospicere.

sūs vivens Christus mó-
tua discipulórum corda in-
vénit ; quorum óculis ap-
páruit & non appáruit. Et
videbátur & abscondebá-
tur. Nam si non videbátur
quómodò illum interro-
gántem audiébant ; inter-
rogánti respondébant in
viā ; cum illis tanquam co-
mes ambulábant & ipse
dux erat. Utique vidébant
sed non agnoscébant. Te-
nebántur óculi eórum si
cūt audívimus : ne eum
agnóscerent. Non tené-
bantur ne vidérent : sed
tenebántur ne agnósceret.
Eia fratres ; ubi voluit Dó-
minus agnósci ? In fractio-
ne panis. Secúri sumus ;
panem frágimus & Dó-
minum agnoscimus. No-
luit agnósci ibi nisi pro-
pter nos , qui non eum vi-
súri erámus in carne &
tamen manducatúri erá-
mus ejus carnem.

R. Angelus Dómini locú-
tus est muliéribus , dicens :
Quem quæritis ? jam sur-
réxit. * Veníte & vidéte,
Alleluia, alleluia. **X.** Ecce
præcédit vos in Galilæam,
ibi eum vidébitis , sicut di-
xit vobis. Veníte. Glória
Patri. Angelus.

Lectio iij.

Uisquis ergo fidélis.
Ques , quisquis non iná-
niter Christiánus vocáris ;
quisquis Ecclésiam non si-
ne causa ingrédériſ ; quis-
quis verbum Dei eum ci-
móre & spe audis : confo-
látur te fractio panis. Ab-
séntia Dómini non est ab-
séntia. Habéto fidem ; &
tecum est : quem non vi-
des. Illi quando cum eis
Dóminus loquebátar nec
fidei habébant ; quia eum
resurréxisse non credébant ;
nec resúrgere posse sperá-
bant. Perdiderant fidem :
perdiderant spem. Ambu-
libant mórtui cum viven-
te : ambulábant cum ipsa
vita. Cum illis ambulábant
vita : sed in eórum córdi-
bus nondum renováta erat
vita. Tu verò si vis habé-
re vitam : fac quod fecé-
rūt ut agnoscerent Dómi-
num. Hospítio suscepérūt.
Similis enim erat Dómi-
nus tamquam in longín-
qua pergénti : illi verò te-
nuérunt eum. Posteaquam
vénerunt ad locum quod
tendébant : dixerunt. Jam
híc nobiscum mane : de-
clinávit in vésperam dies.
Te ne hospitem : si vis
agnóſ

agnoscere Salvatorem. ritis, alleluia: non est hic
Quod tulerait infidelitas? surrexit enim sicut dixit
reddidit hospitalitas.

R. Tulerunt Dominum
meum, & nescio ubi posuerunt eum: dicunt ei
Angeli.* Mulier quid ploras? Surrexit sicut dixit:
præcedit vos in Galileam, ibi eum videtis, Alleluia,
alleluia. **X.** Et vedit duos
Angelos in albis sedentes, unum ad caput & unum
ad pedes, ubi possum fuerat corpus Jesu, & dixerunt ei.
Mulier. non duplia dicitur Te Deum.

A D L A U D E S.
Antiph. Et ecce terræ motus. Sub ista Antiphona dicitur Psalmus. Dominus regnavit. cum reliquo de Dominica. 20. **Aia.** Et ecce terræ motus factus est magnus: Angelus enim Domini, descendit de cœlo, alleluia.

Capitulum. Rom. 6.
Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mox illi ultra non dominabitur.
X. Surrexit Dominus verè.
R. Et apparuit Petro, Alleluia, alleluia.

Ad Benedictus. **Aia.** Jesus, qui crucifixus est, quæ-

sunt, alleluia: non est hic surrexit enim sicut dixit
vobis, alleluia. **Duplic.**

Orémus. **Oratio.**

Deus, qui solemnitate Paschali, mundo remedia contulisti: populum tuum, quæsumus, cœlesti dono proséquere; ut & perféctam libertatem consequi mereáyur: & ad vitam proficiat sempiternam. Per Dominum.

Ad Vesperas. **Aia.** Alleluia, alleluia. **Psalm.** Diléxi quóniam exaudiens Dominus. 154. **Aia.** Alleluia, alleluia, alleluia.

Aia. Alleluia. **Sub hac Antiphona dicuntur ait Psalmi sequentes.**

Psalmus. Crédidi propter quod locutus sum. 155.

Psalm. Laudate Dominum omnes gentes. 155. **Aia.** Alleluia, alleluia, alleluia.

R. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemur & latemur in eâ.

X. Alleluia, Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & paciuit se virtute.

Ad Magnificat. **Aia.** Qui sunt hi sermones, quos confértis ad invicem ambulantes,

bulantes, & estis tristes allelúia, allelúia : * Respón-
dens unus, cui nomē Cleó-
phas dixit ei ; Tu solus pe-
regrinus es in Jerúsalem, &
non cognovisti quæ facta
sunt in illa in his diébus ?
Allelúia , * Quibus ille di-
xit, quæ ? & dixerunt, de
Jesu Nazaréno qui fuit
vir Prophéta , potens in
Opere & sermone , coram
Deo & omni pôpulo , Al-
lelúia, allelúia.

Duplicatur, & in Choro
dicitur alternatim per
partes. Astericus distinctas.

Orémus. Oratio.
Deus, qui solemnité
Pascháli , mundo re-
média contulisti ! pôpu-
him tuum, quæsumus, Dó-
mine , cœlesti dono prosé-
quere : ut & perféctam li-
bertatem cónsequi mereá-
tur , & ad vitam proficiat
sempiternam. Per Dñm.

Ad j. Processionem, Rx. Ex-
purgate vetus fermentum,
ut sitis nova conspersio ;
étenim Pascha nostrum
immolatus est Christus :
Itaque epulémur in Do-
mino, Aña. Allelúia,

Psalmus. Ad Dómi-
num cùm tribuláter cla-
mávi. 155.

Aña Allelúia, allel. Allel.
¶. In te Dómine sperávæ
non cōfundar in æternum.
in tua justitia libera me,
& eripe me : inclína ad me
autem tuam , accélera ut
erípias me.

Ad Magnificat , Aña.
Nonne sic opórtuit pati
Christum, & intrare in gló-
riam suam , Allelúia. Du-
plicatur.

Orémus. Oratio.
Concéde , quæsumus.
Omnípotens Deus; ut
Festa Paschália, quæ vene-
rándo cólimus : étiam vi-
vendo teneámus. Per Dó-
minum.

Ad j. Processionem, Rx. Ec-
ce vicit leo de tribu juda ;
radix David : * Aperire li-
brum, & sòlvete septem si-
gnacula ejus. Allelúia , al-
lelúia, allel.

Aña. Allelúia, allelúia.
Psalmus. Levávi óculos
meos ad montes. 156.
Allelúia , allelúia , alle-
lúia. Allelúia , quóniam.
Deus magnus Dóminus &
rex magnus super omnes.
Deos.

Ad Magnificat, Aña. Et
coégérunt illum dicentes :
Mane nobiscum quia ad-
vesperáscit, Allel. Duplic.
Orémus.

Orémus. Oratio.

Deus, qui populū tuum de hostis callidi servitute liberásti ; preces ejus misericórditer respice : & adversantes ei, tua virtute prosterne. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

*Ad Matutinum, Invitas.*Surréxit Dóminus verè, allel. *Duplic. Psal. Venite.**Aña. Alleluia. ad modulum. Antiph. Et intrávit cum illis.**Sub ista Antiphona dicuntur tres Psalmi sequentes. Psalm. Dómine Deus meus, in te sperávi. 5.**Psalmus. Dómine, Dóminus noster, 6. Psal. In Dómino confido. 18.**Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.**Léctio sancti Evangélii : secundum Lucam.*

In illo tempore : Stetit Jesus in medio Discípulorum ; & dixit eis : Pax vobis. Ego sum : nolite timere. Conturbáti verò & conterriti : existimábant se Spíritum vidére. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chrysólogi.

De quinta manifestacióne Christi.

REvérsum ab inferis Christus Dóminus; ut rebus pacem reddat : exclamat hodie in Evangéllo pax vobis Benè addidit vobis : quia jam terra stéterat, dies redierat ; Sol recúrrerat ; & ordinem suum compágno mundi redditum jam tenébat. Discípulis autem manébat adhuc bellum. Et collidébat eos áriter fidei perfidiaeque conflictus. Non sic terram sicut discípulórum corda turbo concússerat passiónis ; & ideo animos eórum credulitatis & incredulitatis acies : pertinaci dimicátiōne vastabat. Insistébant mēntibus eórum cogitatiōnum catelyæ ; & excusib⁹ desperatiōnis ac spei robusta licet pectora : rumpebāntur. Inter mirácula innumerósa signórum Christi ; & multiforma Passiónis ejus genera : inter deitatis insignia & iimbécilla carnis ; inter damna & dona vitæ : discípulórum sensus mentésque ferebāntur.

*Responsoria Duplicantur.**R. Expurgáte vetus fer- mēntum*

mémentum, ut sitis nova conspersio; Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. * Itaque epulémur in Dómino. ¶ Non in fermento véteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: Sed in ázymis sinceritatis & veritatis. Itaque. Glória Patri. Expurgáte.

Lectio ij.

Hoc videns scrutátor pectorū Christus qui jubet vénto; procéllis imperat; & solo nutu tempestates tranquillitatē commutat: mox eos sua pace confirmat dicens. Pax vobis. Ego sum crucifixus ille; mortuus: sepultus. Ego sum. Per me Deus: propter vos homo. Ego sum. Non spíritus in figura carnis: sed ipsa veritas in carne. Ego sum. Ego ex mórtuis sum vivus: ex inféris sum supérnus. Ego sum quem mors fugit; inferna tremuerunt; tartarus Deum conféssus est cùm pavescit. Nolite timere. Petre quod negaveris; quod fugeris tu Joánnes; quod deseruistis omnes; quod infidélibus de me totis cogitationibus

judicástis: quòd adhuc non creditis me vidéntes. Nolite timere. Ego sum, qui vos per grátiam vocavi; elegi per véniam; piété sustinui; charitatem portavi: & modò vos Sola bonitatē suscipio.

R. Ecce vicit Leo de tribu juda, Rad x David: * Aperi r elibrum, & solvere septem signacula ejus, Alleluia; alleluia, alleluia. ¶ Et unus de Seniöribus dixit mihi; Ne fléveris: Dignus est Agnus, qui occisus est. Aperi. Glória Patri. Ecce.

Lectio ij.

Quid turbati estis & cogitationes ascéndunt in corda vestra. Benè ascéndunt non descéndunt: quia depréssæ carnis pondere cogitationes humanae ad altum Dei mystérium conántur ascendere. Et conántibus in ipsis franguntur; ruunt; depónuntur ad terram nisi ille juvérit qui donat homini cogitare divina. Videte manus meas & pedes videte. Hoc est dicere; vigilare. Quare, quia non est somníum: quod vidétis. Videte manus meas & pedes. Quia grayatis

gravatis oculis caput adhuc respicere non potestis videte carnis vulnera. Quia Dei opera non videtis; considerate inimicorum titulos quia Dei adhuc non considerastis insignia. Palpate ut vel manus fidem faciat quia videdo oculus sic cœcatur. Oculus non videt videt tactus. Digits vestri intrent vestigia; manus vestra aka vulneris exquirant; aperite manus foramina; sulcatelatus; renovate vulnera; quia negare non possum discipulis ad fidem quod inimicis in poenam saevientibus non negavi.

R. Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire signacula ejus: * Quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, Alleluia. *X.* Et fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabunt super terram. Quoniam.

Hoc R. non duplicatur, quia dicitur. Te Deum.

AD LAUDES.

Antiph. Erat autem. Sub ista Antiph. dicitur Psal. Dominus regnavit. cum reliquis. 20. *Aña.* Erat autem asperitus ejus, sicut

fulgur & vestimentum ejus, sicut nix, Alleluia, alleluia.

Capitulum. Rom. 6.

*C*hristus resurgens ex mortuis jam non moritur: mors illi ultrà non dominabitur.

X. Surrexit Dominus vere &c. Et apparuit Petro, alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Benedictus, Antiph. Stetit Jesus in medio Discipulorum suorum: & dixit eis: Pax vobis, Alleluia, alleluia. *Duplicatur.*

Oramus. Oratio.

*D*eus, qui Ecclesiam tuam, novo semper fœtu multiplicas: concorde fataulis mis: ut sacramentum videndo teneant: quod fide percepérunt. Per Dominum.

AD VESPERAS.

Aña. Alleluia, alleluia.

Psalmus. Lætatus sum in his. 157.

Aña. Alleluia, alleluia, all.

Aña. Alleluia.

Psalmus. Ad te levavi oculos meos. 158.

Añq. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

Aña. Alleluia, alleluia.

Psalmus. Nisi quia Dominus erat in nobis. 158.

Aña.

Aña. Alleluia, alleluia, all.
R. Hæc dies, quam fecit
 Dóminus, exultémus & læ-
 temur in ea. Alleluia.

X. In te, Dómine, sperávi,
 non confundar in æter-
 num: in tua justitia libera
 me & eripe me. Inclína ad
 me aurem tuam, accélera
 ut erípias me.

Ad Magnificat, Antiph.
 Vidéte manus meas, & pe-
 des meos: quia ipse ego
 sum, Alleluia, alleluia.
Duplicatur.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui Ecclésiam
 tuam novo semper
 fœtu multiplicas concéde
 famulis tuis; ut sacramén-
 tum vivéndo téneant:
 quod fide percepérunt. Per
 Dóminum.

Ad primam Processio-
nem. *R.* j. María Magda-
 lene, & altera María ibant
 dilúculo ad monumén-
 tum; Jesus, quem quærítis
 non est hic, surréxit, si-
 eut locútus est.

Præcedit
 vos in Galilæam, ibi eum,
 vidébitis, Alleluia, alleluia.

Aña. Alleluia, alleluia.
Psalmus. Qui confidunt
 in Dómino. 159.

Aña. Alleluia, alleluia, all.
 Alleluia, *X.* Quóniam Deus

magnus Dñs, & Rex ma-
 gni super omnes Deos.

Ad Magnificat, Antiph.
 Spíritus carnei & ossa
 non habet, sicut me vidé-
 tis habére, allel. *Duplicatur.*

Orémus. *Oratio.*

Præsta, quæsumus, Om-
 nipotens Deus; ut per
 hac Paschália festa, quæ
 cólimus: devótì in tua
 semper laude vivámus. Per
 Dóminum.

Ad secundam Processio-
nem. *R.* ij. Angelus Dó-
 mini locútus est muliéri-
 bus, dicens: quem quærítis?
 Jam surréxit. Venite, &
 vidéte, Alleluia, alleluia.

Aña. Alleluia,

Psalmus. In converténdo
 Dóminus captivitatē
 Sion. 159.

Aña. Alleluia, allel. allel.
 Alleluia. *X.* Edúxit Dó-
 minus populum suum in
 exultatiōne, & élētos suos
 in lætitia.

Ad Magnificat, Antiph.
 Obtulérunt Discípuli Dó-
 mino partem pīscis assi, &
 favum mellis, alleluia, alle-
 luia. *Duplicatur.*

Orémus. *Oratio.*
Deus, qui cōspicis fa-
 miliam tuam omni-
 humā

humana virtute destitui; Paschali interveniente solemnitate: tui eam brachii protectione custodi. Per Dominum.

FERIA QUARTA.

Ad Matutinum, Invitat.
Surrexit Dominus vere,
alleluia. Non duplicatur.
Psalmus. Venite. 2.

Ad Nocturnum, Antiph.
Alleluia. ad modulum Antiph. Cujus pulchritudinem.
Sub ista Antiphona dicuntur tres Psalmi sequentes. *PSalmus.* Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus. 9.

PSalmus. Usquequod Domine oblivisceris me in finem. 9.

PSalmus. Dixit insipiens in corde suo. 9.

Ana. Alleluia, allel. allel. allel. allel. allel.

X. Resurrexit Dominus.
R. Sicut dixit vobis, Alleluia, alleluia, alleluia.

Lectio sancti Evangelij secundum Joannem.

Lectio 1. Cap. 21.
IN illo tempore: manifestavit se iterum Jesus Discipulis suis ad mare Tiberiadis: manifestavit autem sic. Erant simul Simon Petrus: & Thomas,

qui dicitur Didiymus, & Nathanael qui erat a Cana Galileæ: & filii Zebedei, & alii ex Discipulis ejus duo. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

In hoc Evangelium.
Laborat hodie in Evangelio discipuli; & laborantibus astigit Jesus: neque continuo cognitus est, ut conserendi sermonis occasio foret. Dicit ergo eis; nunquid pulmentarium habetis? adhuc more hominis loquitur; ac si empturus esset aliquid ab eis. Cum autem illi nihil se habere dicerent; jussit ut in dexteram rete jacerent: & ceperunt. Cum autem eum cognovissent; proprios mores iterum deserunt Petrus & Joannes: ille ferventer. Hic altior erat. Ille vehementior; hic perspicacior: ideo Joannes prior agnoverit Jesum; Petrus prior ad eum properavit: neque enim parva erant signa: quæ contigerant. Quænam primum, quod multos cepissent pisces; inde quod non scinderetur rete: præterea quod priusquam descendenter,

rent, prunas viderint : & píscem impólitum & panem.

R. María Magdaléne , & álera María ibant dilúculo ad Monuméntum ; Jesus quem quæritis, non est híc , surrexit, sicut locútus ést . * Præcedit vos in Galilæam , ibi eum vidébitis, allelúia, allel. **V.** Citò eúntes , dícite Discípulis ējus, quia surrexit Dóminus.

Lectio ij.

UT ergo cognóvit eū ómnibus rejéctis , & píscibus, & reti succínxit se Petrus. Vides, & reveréntiam & desidérium. Atqui ducétis quasi passibus áberant ; non tamen navi apellere expectávit : sed natando ad Jesum venit. Quid ergo Jesus. Veníte, inquit, prandéte. Et nemo audébat eum interrogare. Jam enim sólitam fidúciam non habébant ; neque ad eum loqui audébant ; sed siléntio metúque & reveréntiā in eum inténti discubuerunt. Norant enim Dóminum esse ? ideo non interrogáront quisnam esset. Et cùm formam mutátam , & gloriæ plenam viderent , admo-

dum erant perterriti ; volebántque de ea interrogare : sed & metus & quòd norant non álium esse , eos ab interrogándo cohibuérunt. Et tantum comedérunt : quæ ipse imménsa potentia sua paráverat.

R. Angelus Dómini locútus est Muliéribus , dicens : Quem quæritis ? An Je-sum quæritis ? Jam surrexit. * Veníte, & videte, allelúia , allelúia. **V.** Ecce præcedit vos in Galilæam , ibi eum vidébitis , sicut dixit vobis. Veníte.

Lectio ij.

Fortásse hæc audiéntes conflagrátis ? & qui cū Jesu tunc fuérunt ; & qui futúri sunt in communi resurrectione ? beátos dí-citis. Adnitámur ergo pro viribus, ut fáciem ejus admirabilem intueámur; nam si nunc hæc audiéndo ita flagrámus & illis tempóribus quibus in terra versá-tus est : suisce; vocem audísse; fáciem vidisse; allocútum esse ; tetigísse ; ei ministrásse? desiderámus. Considera qualis visu futurus sit: non in cérpore amplius mortali ; neque

humána dispónens : sed R. Et appáruit Petro, allelúia, allel. allel.
 Angelis stipátus ; cùm nos & immortálí córpore érimus : & immortálem eum videbimus & summa fruémur felicitate : quæ omnē sermonem exúperat. Quare óbsecro adnitámur ne, tantā excidámus gloria : neque enim difficile est modò velímus; neque onerósum : si attendérimus.

R. Tulérunt Dñm meum ; & nescio ubi posuérunt eum. Dicunt ei Angeli ; * Múlier, quid ploras ? Surréxit, sicut dixit : Præcédit vos in Galilæam , ibi eum vidébitis, allelúia, allelúia.

X. Et vedit duos Angelos in albis sedéntes, unum ad caput , & unum ad pedes, ubi pósitum fúerat Corpus Iesu ; & dicunt ei ; Múlier. Glória Patri. Allelúia, allel.

AD LAUDES.

Aña. Præ timóre autem. Sub istâ. Aña. dicitur Psal. Dóminus regnávit. cum reliquis de Dñica. 20. Aña. Præ timóre autem ejus, extérriti sunt custódes, & facti sunt sicut mórtui, allelúia.

. Capitulum. Rom. 6. Christus resúrgens. ut sup. X. Surréxit Dóminus verè.

Ad Benedictus , Aña. Afférte de písibus, q̄os prendidistis nunc : ascéndit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis písibus, allelúia. Duplicatur.

Orémus. Oratio.

D Eus, qui nos Resurrecciónis Domínicæ ánnua solemnité létificas : concéde propítius ; ut per temporalia festa , quæ ági mus: pervenire ad gaudia etéerna mereámur. Per eumdem

AD VESPERAS.

Aña. Allelúia. I sal Nisi Dóminus. cum reliquis ut in Psalterio tempore Paschali. 160. quibus finitis, dicitur usque ad Sabbathum in Albis exclusivè, Hæc dies, quam fecit Dóminus , exultémus & létémur in ea.

Ad Magnificat , Aña. María stans ad monuméntum plorans, vedit Angelos in albis sedéntes , ubi pósitum fúerat corpus Iesu, allelúia. Duplicatur.

Oratio. Deus , qui nos Resurrectiōnis. ut suprà ad Laudes.

Ad

Feria quinta infra octavam Pasche. 611

Ad primam Processionem. R. j. Virtute magna red- debant Apóstoli: * Testi- mónium resurrectionis Je- su Christi Dómini nostri, Allelúia, allel.

tuo. 19. Psalm. Consérva me, Dómine. 11. Psalm. Exaudi Dómine ju- stitiam meam. 12.

Aña. Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

X. Resurrexit Dóminus.

Allelúia, allelúia, allel.

R. Sicut dixit vobis, Alle- lúia, allelúia, allel.

Léctio sancti Evangélii: secundum Joánnem.

Léctio j. Cap. 20.

In illo tempore: María stabat ad monuméntum foris, plorans. Dúm ergo fleret, inclinávit se, & prospéxit in monumentum: & vidi duos Angelos in albis sedentes; unum ad caput, unum ad pedes: ubi pósitum fuerat corpus Je- su. Dicunt ei illi; mulier quid ploras? Et reliqua. • Homilia S. Gregorii Papæ.

In id Evangelium.

V Idit maria duos Ange- los in albis sedentes: unum ad caput; & unum ad pedes: ubi pósitum fúerat corpus Iesu. Quid est quod in loco Dóminici cörperis duo Angeli vidéntur, unus ad caput: atque aliis ad pedes sedens. Nisi quod Latina lingua Angelus vo- cátur nūntius: & ille ex

Orémus. Oratio.

D Eus, qui nos per Pas- chália Festa lætificas: concéde propítius; ut ea quæ devótè ágimus: te adjuvánte fidéliter teneá- mus. Per Dóminum.

Ad 2. Processionem.

R. ij. Expurgáte vetus fer- méntum, ut sitis nova con- spérsio; étenim Pascha no- strum immolátus est Chri- stus, Itaque epulémur in Dómino, allelúia.

Orémus. Oratio.

T Ríbue, quæsumus, Om- nípotens Deus, ut il- luc tendat Christianæ de- votiōnis affectus: quò te- cum est nostra substāntia. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Ad Matutinum, Invita- tor. Surrexit Dñs verè, all. Antiphona. Allelúia, ad modulum Antiphona. Cō- serva me. Sub ista. An- tiphona dicuntur tres Psal- mi sequentes.

Psalm. Dómine quis habi- tabitabit in tabernáculo

passione sua nuptiandus erat; qui & Deus ante saecula est: & homo in fine saeculorum. Quasi ad caput sedet Angelus; cum per Apóstolum Joánnem praeicáatur: quia in principio erat verbum; & verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum. Et quasi ad pedes sedet Angelus cum dicit; Verbum caro factum est: & habitavit in nobis. Possimus etiam per duos Angelos: duo testaménta cognoscere. Unum prius: & aliud sequens. Qui videlicet Angeli per locum Déminal corporis sibimet sunt conjuncti; quia nimírum ultraque testaménta dum par sensu incarnatum; mortuum; ac resurrexisse Dóminum denuntiant: quasi testaméntum prius ad caput & testaméntum postérius ad pedes sedet.

R. Virtute magna reddébant Apóstoli * Testimónium Resurrectionis Iesu Christi Dómini nostri, Alleluia, alleluia.

X. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ. Testimónium,

Lectio iij.

MUlier quid ploras? quem queris? Interrogatur dolcis causa ut augeatur desiderium; quatenus cum nominaret quem quereret: in amore ejus ardentius astuaret. Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Dómine: si tu sustulisti eum: dicio mihi ubi posuisti eum & ego eum tollam. Féritan nec errando haec mulier erravit: quae Iesum hortulanum credidit. An non ei spiritaliter hortulanus erat; qui in ejus pectore per amoris sui sémina: virtutum viréntia plantabat. Sed quid est quod viso eo quem hortulanum credidit; cui nec dum dixerat quem querébat: ait. Dómine: si tu sustulisti eum: quasi enim jam dixisset; ex cuius desiderio planget; eum dicit: quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere solet in animo; ut quem ipse semper cogitat: nullum alium ignorare credit. Recte & haec mulier quem querit non dicit. Et tamen dicit: si tu sustulisti eum: quia alteri non putat incógnitum: quem sic

sic ipsa continuò plangit dum enim ascéndi ad padesid río. Dicit ei Jesus: trem meū. In corde étenim Maríi. Eam cōmuni vocáculo appellávit. Ex se-xu , ágnitus non est: vocat ex nōmine ; ac si apertè dicat ; Recognósce eum : à quo recognósceris.
R. Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova conspératio ; étenim Pascha nostrum immolátus est Christus: * Itaque epulémur in Dómino , alleluia.

X. Non in ferménto vétéri , neque in ferménto malitiaē & nequitiaē, sed in ázymis sinceritatis & veritatis. Itaque.

Lectio ij.

Noli me tángere : non-dum enim ascéndi ad Patrem meum. In his namque verbis ostēditur ; quod María amplécti voluit ejus vestigia : quem recognóvit. Sed ei magíster dicit : noli me tángere ; non quia post resurrectionem Dóminus tactum rénuit fœmínarunt; cum de duabus ad sepulchrum ejus venientibus scriptum sit : accesserunt & tenuerunt pedes ejus. Sed cur tangi non débeat : ratió quoque additur cum subinfertur : non-

trem meū. In corde étenim nostro tunc Jesus ascéndit ad Patrem : eum æquālis créditur Patri. Nam quis eum æqualem Patri non credit : adhuc in ejus pectore ad Patrem Jesus non ascéndit. Ille ergo véraciter tángit : qui Patri filium coæternum credit. In corde étenim Pauli ad Patrem Jesus ascenderat : cùm idem Paulus dicébat ; qui cùm in formâ Dei esset : non rápinam arbitratus est esse æqualem Deo.
R. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David: * Aperi-rré librū; & sólyere septē signacula ejus, Alleluia, allel. **X.** Et unus de Senioribus dixit mihi ; Ne fléveris: Dignus est Agnus, qui occisus est. Aperi-rré Glória Patri. Ecce.

A D L A U D E S.

Alla. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere , scio enim quod Iesum queritis, Alleluia. Sib ista Antiphona dicitur Psalmus Dóminus regnávit. cum reliquis 20.

Capitulum. Rom.6. Christus resúrgens.

X. Surréxit Dñs verè.

R. Et apparuit Petro, Alleluia, alleluia, allel.

Ad Benedictus, Aña.
Tulérunt D'minum meū,
& nescio, ubi posuérunt
eum : Si tu sustulisti eum,
dícito mihi, alleluia, & ego
eum tollam, allel. *Duplic.*

Orémus. Oratio.
Deus, qui diversitatem
Gentium in confes-
sione tui nominis aduná-
sti : da ut renatis fonte ba-
ptismatis una sit fides mén-
tium : & pietas actiōnum.
Per Dóminum.

A D V E S P E R A S.

Antiph. Alleluia.

*Psalm. Meménto. cum re-
liquis ut in Psalm. Tempore
Paschali. 162.*

Quibus finitis dicitur.
*Antiph. Hæc dies, quam
fecit Dóminus, exultémus
& lætemur in ea.*

Ad Magnificat, Antiph.
Venit María núnctans dis-
cipulis ; quia vidi Dómi-
num, Alleluia. *Duplicatur.*
*Oratio. Deus, qui diversi-
tatem. ut sup. ad Laudes.*

Ad primam Processionem.
R. j. *Dignus es. ut in Fe-
ria Sexta.*

Orémus. Oratio.
Domine, quæsumus, omni-
potens Deus ; ut Ec-

clésia tua, & suorum firmi-
tate membrorum : & novâ
semper fœcunditatē laté-
tur. Per Dóminum.

*Ad secundam Processio-
nem. R. ij. María Magda-
léne. ut in Feria Sexta.*

Orémus. Oratio.

MUltiplica, quæsumus,
Dómine, fidem pô-
puli tui ; ut cuius per te su-
p̄sist inítiū : per te conse-
quátur augmémentum. Per.

F E R I A S E X T A.

Ad Matutinum, Invitat.
Surréxit Dóminus verè,
Alleluia. *Psalm. Venite. 2.*

Ad Nocturnum, Antiph.
Alleluia. *ad modulum An-
tiphonæ. Dómine adjutor.*
*Sub ista Antiphona dicun-
tur tres Psalmi sequentes.*
*Psalm. Cæli enarrant gló-
riam Dei. 16.*

*Psalm. Exaudiat te Dómi-
nus in die tribulatiōnis. 17.*
*Psalm. Dómine in virtute
tua latabitur rex. 18.*

Aña. Alleluia, allel. allel.
X. Resurréxit Dóminus.

R. *Sicut dixit vobis, Alle-
luia, allel. allel.*

*Léctio sancti Evangeli:
secundum Matthæum.*

Lectio j. Cap. 23.
In illo tempore : Unde-
cim Discípuli abiérunt
in

in Galilæam, in montem: ubi constituerat illis Jesus. & vidéntes eum: adoravérunt. Quidam autem dubitaverunt. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

In id Evangelium.

Planum est & dulce audiendum piis, quod discípuli abiérunt in Galilæam in montem ubi constituerat illis Jesus: vidéntes eum adoravérunt. Sed non vacat à mýstério quod Dominus in Galilæa post resurrectionem; vel quod in monte discípulis appáruit. In monte étenim appáruit; ut significaret quia corpus quod de communi humáni gêneris terra nascéndo fuscéperat resurgéndo jam super terréna ónnia sublevatum cælesti virtûte indúerit. In monte appáruit: ut admonéret fidéles; si illic celsitudinem resurrectionis ejus cùpiunt videre: hic ab insimis cupiditatibus, ad supérna studeant desidéria transire. Nomen vero Galilææ quid mystérii salutáris contineat: crebra Patrum expositione notissimum est. Sed non ab re est sàpius verbo ie-

pétere: quod semper necesse est animo retinére. Galilæa quippe: transmigratione facta ac revelatio dicitur. Utraque autem interpretatione nominis ad unum finem respicit. Si quidem suprà legimus dixisse Angelum muliéribus: Ite, dícite discípulis: ejus quia surrexit; & ecce præcedet vos in Galilæam: ibi eum vidébitis.

R. Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire signacula ejus: * Quóniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, Alleluia. ¶ Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabunt super terram. Quóniam.

Lectione ij.

Et vidéntes, inquit, eum adoravérunt: quidam autem dubitaverunt. Si querimus unde dubitaverint qui vidéntes Domini adoráverunt: nulla magis causa occurrat: quâni ea cuius Lucas meminit: cum ipso resurrectionis suæ die discípulis eum apparuisse narraret: conturbati vero & contriti: existimabant se spíritum videre. Vidéntes ergo

Dóminum cognoscunt ; & quia hunc Deum esse didicérant : demissis in terram vultibus adórant. Sed inerat mēntibus eórum non contemnēda dúbietas : quia se, non corpus in quo passus est, resuscitatum ; sed spíritum quem finita passióne trádidit : solum vidére putábant. Unde conféstim magíster pius & eos qui jam credidérunt ; in fide confortat : & illos qui adhuc dubitavérunt ; ad fidei grátiam cónvocat. Ómnibus scilicet íntimans ; ad quantam gloriæ magnificéntiam assúmpta pro hóminibus & morti data humánitas : resurgéndo pervenerit.

R. María Magdaléne , & altera María ibant dilúculo ad monuméntum ; Jesus quem quæritis non est híc : Surréxit sicut locútus est : * Præcédit vos in Galilæā, ibi eum vidébitis, Allelúa, allel. y. Citò eúntes dícite Discípulis , quia surréxit Dóminus. Præcédit.

Letio iij.

A ppáruit Jesus ad monuméntū lugéntibus : áderit & nobis abséntiæ ejus recordatióne salubri-

ter contristátis. Occurrerunt reverténtibus à monuménto : ut agnita resurrectiōnis gáudia prædicárent. áderit & nobis : dum bona próximis fidéliter annunciaré gaudémus. Appáruit in fractiōne panis : his qui se peregrínū esse putántes ad hóspitium vocavérunt ; áderit & nobis : cum peregrinis & paupéribus, quæcunque possúmus bona libenter impéndimus. Ade-rit & nobis in fractiōne panis ; cùm sacraménta cörporis ejus, videlicet panis vivi : casta ac simplici consciétiâ sumimus. Appáruit in abdito de sua resurrectiōne loquéntibus; adest & nobis modò ejus dono. idem agéntibus ; áderit nobis semper cùm ab extérris opéribus ad tempus vacantes : de ejus gratiâ locutúri convénimus.

R. Angelus Dómini locútus est muliéribus , dicens : Quem quæritis ? an Jesum quæritis ? Iam surréxit : * Veníte , & vidéte , Allelúa, allelúa. X. Ecce præcédit vos in Galilæam , ibi eum vidébitis , sicut dixit yobis. Veníte.

AD

AD LAUDES.

Antiph. Jesus occurrerit, ilis dicens: Avete, illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes ejus, alleluia.

Sub qua dicitur, Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliquis. 20.

Capitulum. Rom. 6.

Christus resúrgens ex nôrui, jam non móritur: mors illi ultrâ non dominabitur.

X. Surréxit Dóminus verè.

R. Et appáruit Petro, Alleluia, allel, allel.

Ad Benedictus, Antiph.

Undecim discípuli in Galilæa, vidéntes Dóminum, adoravérunt, alleluia. *Duplicatur.*

Orémus. *Oratio.*

Omnipotens sempitér-ne Deus, qui Paschále sacraméntum in reconciliatióne humánæ foedere contulisti; da méntibus nostris, ut quod professióne celebrámus: imitémur efféctu. Per Dóminum.

Ad Vesperas, Antiph.

Alleluia. *Psalm.* Confítabor. cum reliq. ut in *Psalt.* Tempore Paschali. 166.

Ad Magnificat, Antiph. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra,

Alleluia. *Duplicatur.*

Iratio. Omnipotens semper me Deus, qui. ut suprà ad Landes.

*A*it* Processionem.*

R. Tulerunt. ut infrà.

Orémus. *Oratio.*

Deus, per quem nobis Redémpcio venit, & præstátur Adóptio: respi-ce in ópera misericordiæ tuæ: ut in Christo renáti, æterna tribuátur hæreditas: & vera libértas. Per eundem Dóminum.

S A B B A T O

in Albis.

Ad Matutinum, Invitati-

Surréxit Dóminus verè, Alleluia. *Psalm.* Veníte. 2.

*A*ia*.* Alleluia. *id modulum.*

Antiphona. Diviserunt.

Psalmus. Dóminus regit me, & nihil mihi décerit. 35

Psalmus. Dómini est terra, & plenitudo ejus. 33.

Psalmus. Judica me, Dómine, quóniam ego. 35.

X. Resurréxit Dóminus.

R. Sicut dixit vobis. Alleluia, alleluia, allel.

Léctio sancti Evangélii: secundum Joánnem.

Letici Cap. 20.

In illo tempore: Una Sábbati María Magdaléne venit manè, cùni ad-

huc tenebræ essent, ad monuméntum, & vidi lápidem sublátū à monumén-
to. Cucúrrit ergo, & venit ad Simónem Petrum : & álium discípulum quem diligebat Jesùs. Et reliqua. Homilia sancti Gregórii Papæ.

In id Evangelium.

Venit postérior Petrus : & intrávit. Quid fratreſ quid cursus iste signifi-
cat. Nunquid nám hæc tam subtílis Evangelistæ descriptio ; à mystériis va-
cāre : crēdenda est. Miní-
mè. Neque enim se joánnes & præisse ; & non in-
tráffe diceret : si in ipsa sui
trepidatione mystériū dé-
fuisse credidisset. Quid er-
go per Joánnem nisi Syna-
góga ; quid per Petrum nisi Ecclésia : designátur.
Nec mirum esse vidétur quod per juníorem Synagóga ; per seniorem verò Ecclésia significári perhi-
bétur : quia etsi ad Dei cultum prior est Synagóga quam Ecclésia Géntium ; ad usum tamē sœculi prior est multitudo Géntium, quam Synagóga Paulo at-
testante : qui ait. Quia non prius, quod spírituale

est : sed quod animálē. Per seniorem ergo Petrum si-
gnificátur Ecclésia géntium : per juníorem joánnem Synagóga Iudæorum. Rx. Tulérunt Dóminum meum, & néscio ubi po-
suérunt eum ; dicunt ei Angeli : * Múlier, quid ploras ? Surrexit sicut di-
xit. Præcedit vos in Galilæam, ibi eum vidébitis. Allelúia, allel. X. Et vidi duos Angelos in albis se-
déntes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi posi-
tum fúerat corpus Jesu, & dicunt ei. Múlier.

Lectio ij.

Tunc ergo intróivit & ille discípulus : qui vénérat prior ad monu-
méntum. Postquam intrávit Petrus : ingrēssus est & Joánnes. Postérior intrávit : qui prior vénérat. No-
tuim est fratres ; quod in fine mundi ad Redemptó-
ris fidem etiam Iudæa col-
ligétur, Paulo attestante ; qui ait, Donec plenitudo Géntium intráret : & sic omnis Israël salvus fiet.
Et vidi : & crēdidi. Quid, fratres ; quid æstimándum est crēdissé. Numquid quia Dóminus surrexerat,

quem

quem quærébat. Non úti-
que. Quia adhuc ténébræ
erant ad monuméntum; &
subjúncta quoque verba
contradicunt: cùm dicitur
nondum enim sciébant
scriptúras: quia oportéret
eum à mórtuis resúrgere.
Quid ergo vidit; & quid
crédidit? vidit líntéamina
pósita; & crédidit quod
múlier dixerat: de monu-
ménto Dóminum fuisse
sublátum. Quá in re divi-
næ dispensationis magni-
túdo pensánda est: quòd
discipulórum corda & ac-
cendúntur ut quærant; &
differúntur ne invéniant:
quátenus insímitas ánni
ípso suo mæro e cruciáta,
purgátiō ad inveniéndum
fiat; & tantò validiùs té-
neat cùm invénerit: quan-
tò tardiùs invénit quod
quærébat.

R. Virtute magnâ reddé-
bant Apóstoli, * Testimónium
Resurrectionis Jesu
Christi Dómini nostri, Al-
lélüia, allel. X. In omne in
terram exívit sonus eórum,
& in fines orbis terræ. Te-
stimónium.

Lectio iii.

HÆC sub brevité, fra-
tres Charíssimi; de

Evangélica lectiōne trans-
cúrrimus: nunc restat ut
de ipsa tantæ solemnitatis
nobilitáte áliquid loquá-
mur. Hanc enim rectè no-
bilitátem solemnitatis di-
cam: quia solemnitátes
cæteras antecédit. Sicut
enim in sacro elóquio san-
cta sanctórum; vel cántica
canticórum pro sui magni-
tudine dicúntur: ita hæc
festivitas rectè dici potest
solémnitas solemnitatum.
Ex hac quippe solemnitatē
exemplum nobis resurrec-
tionis datum est: spes cæ-
lestis patriæ aperta & facta
supérni regni jam præsum-
ptibilis glória. Per hanc
élécti, qui quámvis in tran-
quillitatis sinu; tamen
apud inferni claustra tene-
bántur: ad parádisi atri-
na redúcti sunt. Quod ante
passiōnem dixit: in re-
surrectione sua Dóminus
implévit; si exaltatus füe-
ro à terra: ómnia traham
ad me. Omnia étenim tra-
xit qui de éléctis suis apud
inferos nullum reliquit.

R. Expurgáte vetus fer-
mémentum, ut sitis nova co-
spérsio étenim Pascha no-
strum, immolátus est Chri-
stus: * Itaque epulémur in

Dómino. Allelúia. ¶ Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiae; sed in Azymis sinceritatis & veritatis. Itaque. Glória Patri. Allelúia.

AD LAUDES.

Aña. Præ timere autem; ejus, exterriti sunt custodes; & facti sunt velut mórtui, allelúia.

Sub ista Antiphona dicitur Psalm. Dominus regnavit. cum reliquis. 20.

Capitulum. Christus resurgens. ut suprà.

¶ Surrexit Dóminus verè.

R. Et appáruit Petro Allelúia, allel. allel.

Ad Benedic tus, Antiph.
Et recordatæ sunt verborum ejus, & regreßas à monumento nūaciaverūt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus, allel. Dupl.

Orémus. Oratio.

C oncéde, quæsumus,
Omnípotens Deus; ut qui Festa Paschália venerate, egimus per hæc contingere ad gáudia æternæ mereámur. Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas, Antiphona.
Allelúia. Psalmus. Be
nedictus Dóminus Deus

meus. C um reliquis de Psalterio. 170.

Capitulum. 1.joan.5.

O mne quod natum est ex Deo vincit mundum; & hæc est victoria, quæ vincit mundum: fides nostra.

¶ In Resurrectiōne tua, Christe. R. Cœli & terra lætentur, Allelúia, allelúia, allelúia.

Ad Magnificat, Antiph.
C um esset serò die illa una Sabbatórum, & tores essent clausæ ubi erant Discípuli congregati, stetit Iesus in medio, & dixit eis; Pax vobis, allel. Duplicatur.

Orémus. Oratio.

P ræsta, quæsumus Omnipotens Deus, ut qui Paschália Festa peregrimus hæc te largiente, móribus & vita teneámus. Per Dóminum.

Ad primam Processionem.
R. C um transisset Sábbatum. ut infrà. in j. Resp.

Orémus. Oratio.

D eus, qui multiplicas Ecclésiam tuam in sóbole renascéntium: fac eam gaudere propítius, de suorum proféctibus filiorum. Per Dóminum.

Ad secundam Processio-
nem.

nem. R. Angelus Domini.
ut infrā. in ij. Resp.

Orémus. Oratio.

Deus, qui nos exultán-
tibus ánimis Pascha-
tuum celebráre tribuísti;
fac nos, quæsumus, & tem-
porálibus gaudére subsi-
diis: & æternitatis affécti-
bus gratulári. Qui vivis.

Ad Completorium.

Hymnus.

Ad Cœnam Agni prò-
vidi,
Et stolis albis cándidi,
Post tránsitum maris ru-
bri

Christo canámus Príncipi.
Cujus Corpus Sanctissi-
mum

In ara Crucis, tórridum,
Cruóre ejus róseo
Gustándo vívimus Deo.

Protécti Paschæ vespere
A devastánte Angelo,
Erépti de duríssimo
Pharaónis imp'rio.

Jam Pascha nostrum
Christus est,

Qui immolátus Agnus est:
Sinceritatis ázyma,
Caro ejus oblata est.

O verè digna Hóstia,
Per quam fracta sunt Tár-
tara,

Redémpta plebs captivata,
Réddita vitæ præmia.

Consúrgit Christus tú-
mulo,
Victor redit de Bárathro,
Tyránum, trudens víne-
culo,

Et Paradísum réferans.

Quæsumus, Auтор óm-
níum,

In hoc Paschali gáudio,
Ab omni mortis ímpetu

Tuum défende populum,
Glória tibi, Dómine,

Qui surrexisti à mortuis,
Cum Patre & Sancto Spí-
ritu,

In sempitérna sæcula.

Amen.

Predictus Hymnus di-
citur in omnibus sabbatis
& Dominicis usque ad As-
censionem Domini.

DO M I N I C A
in Octava Pascha, si vis

in Albis depositus.

Duplex prima Clássis.

Ad Matutinum.

Invitatorium, Antiphon
et Psalmi & X. ut in Di-
Pascha.

Lectio sancti Evangélij:
secundum Joánnem.

Lectio i. Cap. 20.

In illo tempore: Cum
Iserò esset die illo, una
Sabbatorum, & fores ef-
fent clausæ, ubi erant dis-
cipuli congregati, propter
metum

metum Iudeorum, venit Jesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus & latus. Gavisi sunt ergo Discipuli: viso Domo. Et reliqua.

Homilia sancti Eucherij

Lugdunensis Episcopi.

Hymnus. ix. de Pascha.

Lectio i.

Audistis cum esset sero die illo una Sabbatum; venit Jesus, januis clausis: & stetit in medio discipulorum, Quid mirum si Dominus ad discipulos glorificatum corpus claustris stupentibus intromisit, qui illatio materni pudoris signaculo: januam mundi hujus intravit. Cuius ortum natura nescivit; non dubites si potentiam exercere videas triumphantem: quem tam stupenda perspicis egisse nascentem. Quid hic respondebunt judaei; sepulto Domino discedentes: & signantes lapidem cum custodibus. Quae cum ita sint: quomodo eum repellere potuit obiectus repaguli: quem non coercuerat pondus sepulchri. Imo quomodo eum obserata

domus excludere potuit: quem includere mortis porta non potuit. Quid mirum si substantiam corporis nostri per clausa ostia transmisit: cui etiam penetralia supernorum: & solis angelis familiare secretum patere consuevit.

Responsoria Duplicantur.

R. Cum transisset Sabbathum Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome emerunt atromata.* Ut venientes ingerent Jesum, Alleluia, alleluia.

X. Et valde mane una Sabbatum veniunt ad monumentum orto iam Sole. Ut venientes. Gloria Patri. Cum transisset.

Lectio ij

Cum ergo dixissent alii discipuli, viderimus Dominum; respondit Thomas: & dixit eis. Nisi videro inquit in manibus ejus fixiram clavum; & mittam digitum meum in locum clavorum; & mittam manus meas in latus ejus: non credam. Quam bona ignorantia; quae erudit ignaros: quae instruxit incredulos. Quam bona infidelitas: quae saeculorum fidei militavit. Nisi ego

ego inquit videro in mánibus fixúram clavórum. Vox ista inquiréntis est; non negántis. Dum hoc dicit; docére voluit; confirmári desiderávit. Et ídeò ad eum Dóminus ita ait. Infer dígitum tuum huc; & vide manus meas; & affeſt manum tuam; & mitte in latus meum. Dum benígnus præbet véritas moderáta respónſum; in Apóstolo suo non dubitatiōnis vitiūm; sed sollicitudinis instruxit afféctū.

R. Angelus Dómini descēdit de cœlo, & accédens revolvit lápidem, & super eum sedit: & dixit Muliéribus; Nolite timére. Scio enim quia Crucifixū quæritis. Jam surréxit veníte & vidéte locum ubi pósitus erat Dóminus. Allelúa.

X. Et exiérunt citò de monuménto cum timóre, & gaúdio magno curréntes nunciare discípulis. Jam, Glória Patri. Angelus.

Lectione iij.

Quia ergo illo témpore tantum mystérii nótitas versabátur; méritò curiósæ perscrutatiōnis non est exclusa sedúltas. Accédit quod in his Apóstoli ver-

bis mundi utilitas ágitur. Unius interrogatio; universitatis instrucciónis est. Ostendit ergo manus & latus. Necessarium enim erat, ut manifestarum præsens expreſſio cicatricum crucifixi corporis fáceret fidem; quia splendor novæ lucis; pristinam obdúixerat veritatem. Et agnitionem quadammodo cláritas obscuráverat. Vísis ergo cicatricibus, respóndit Thomas; dicens. Dóminus meus; & Deus meus. Nòvo génere vestigia vúlnerum divinitati præbēt testimónium. Quia templum Dei; indumentum corporis vulnerati. Duas hoc loco in Christo mirare substáncias; fixúram pérspicit corporis; & Deum prædicat majestatis.

R. Surgens Iesus Dóminus noster stans in medio discipulorum suorum, dixit; Pax vobis, Allelúa.

* Gavísi sunt discípuli, viso Dómino, Allelúa. X. Hoc cùm dixisset, insustávit & dixit eis; Accipite Spíritum Sanctum. Gavísi Non dupl catur. TeDeū.

AD L A U D E S,
Antiphona. Et ecce terræ
motus

motus factus est magnus : Angelus enim Dómini descendit de cælo, Allelúia. Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliquis de Domina. 20.

Aña. Erat autem aspéctus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix, Allelúia. Aña. Præ timóre autem ejus extérriti sunt custódes, & facti sunt ve-
lut mórtui, Allelúia.

Aña. Respóndens autem Angelus dixit muliéribus, Nolite timére. Scio enim quod Jesum queritis, Allelúia. Aña. Jesus occurrerit illis, dicens; Avéte. Illæ autem accessérunt, & tenuérunt pedes ejus, Allelúia.

Capitulum. 1. Joan. 5.

Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum ; & hæc est vitoria quæ vincit mundum? fides nostra.

X. Surréxit Dñs verè.

R. Et appáruit Petro, Allelúia, allelúia, allelúia.

Ad Benedictus, Antiph.
Post dies octo jánuis clausis, ingréssus Dóminus dixit discipulis; Pax vobis, Allelúia, allelúia. Dupli-
catur.

Orémus. Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus; ut qui Paschália Festa perégimus: hæc, te largiénte, móribus & vita teneámus. Per Dóminum nostrum.

Prima dicitur ut in Festis.

Ad Tertiam, Capitulum.
Omne quod natum est. ut suprà.

R. Resurréxit Dóminus, Allelúia, allelúia. Refurréxit. X. Sicut dixit vobis, Allelúia, allelúia. Resurréxit. Glória Patri. Resurréxit.

X. Surréxit Dóminus verè.

R. Et appáruit Petro, Allelúia, allelúia.

Orémus. Oratio.

Deus, qui ad æternam vitam, in Christi Ressurrectione nos réparas: érige nos ad consédentem in déxtera tua nostræ, salutis Auctórem; ut qui propter nos judicandus advénit: pro nobis judicatūrus advéniat Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster. Qui tecum.

Ad Sextam.

Capitulum. 1. Joan. 5.

Quis est autem qui vincit mundum; nisi qui credit,

credidit, quoniam Iesus est Filius Dei; Hic est, qui venit per aquam & Sanguinem, Jesus Christus, non in aqua solum sed in aqua & Sanguine.

R. Surrexit Dominus vere, Alleluia, alleluia. Surrexit.

X. Et apparuit Petro, Alleluia, alleluia. Surrexit. Gloria Patri. Surrexit.

X. Gavisi sunt Discipuli, Alleluia.

R. Viso Domino, Alleluia, alleluia, alleluia.

Oramus. Oratio.

O Mnípotens, sempitér-
One Deus, qui humá-
nam natúram supra primæ
Oríginis réparas dignitá-
tem respice propitius pie-
tatis tuæ ineffabile Sacra-
méntruim; & quos Rege-
neratiónis mysterio inno-
vare dignátus es: in his
dona tua, perpétua gratiæ
protectione conserva. Per
Dominum nostrum.

Ad Nonā, Capit. i. Ioan. 5.

S I testimónium hómi-
num accípimus, testi-
mónium Dei majus est,
quoniam hoc est testimónium
Dei quod majus est,
quoniam testificátus est de
Filio suo; Qui credit in
Filium Dei: habet Testi-

mónium Dei in se,

R. Gavisi sunt Discípuli,
allelúia, alleluia. Gavisi.

X. Viso Dómino, Alleluia,
allelúia. Gavisi. Glória Pa-
tri. Gavisi. X. Cognovérunt
Dóminum. R. In fractió-
ne panis, Alleluia, alleluia,
allelúia.

Orémus. Oratio.

R Epélle, quæsumus Dó-
mine, conscriptum
peccati lege Chirographū:
quod in nobis Pascháli
mystério, per Resurrecti-
onem Fili. tui vacuásti. Qui
tecum.

AD VESPERAS.

Aña. Alleluia. Psalm. Di-
xit Dominus. cum reliquis
de Dominica, ut in Psalte-
rio Tempore Paschali. i. 50.
Capitulum. i. Joan. 5.

Omne quod natum. ut sup.

X. In Resurrectione tua,
Christe. R. Cœli & terra
lætentur, Alleluia, alleluia,
allelúia.

Ad Magnificat, Aña.

Cum esset sero die illa, una
Sabbatum, & fores es-
sent clausæ ubi erant Dis-
cípuli congregati, stetit Je-
sus in medio, & dixit eis;
Pax vobis, alleluia. Duplex
Oratio. Præsta, quæsumus.
ut suprà.

Aña

Ad primam Processionem.

R. Maria Magdaléne. ut
inf. à. Oratio. Deus , qui
nos exultántibus. ut suprà
post Vesperas Sabbati.

Ad secundā Processionem.

R. Christus resúrgens ex
mórtuis,jam non móritur:
mors illi ultrà non domi-
nabitur , quod enim vivit;
vivit Deo, allelúia,allel.

Orémus. Oratio.

Præsta, quæsumus Om-
nípotens & misericors
Deus: ut in Resurrectione
Dómini nostri Iesu Chri-
sti , percipiámus veráciter
portionem. Qui tecum
vivit.

Hoc prædictum & cum
sua Oratione dicitur in
Dominicis usque ad As-
censionem ; pro secunda
Processione quando Feria ij.
non occurrit Festum. No-
vem Lectionum.

Ad C. mpletorium, Hymn.
Ad Cœnam Agni próvi-
di, &c.

FERIA SECUNDA.

Invitorium. Allelúia, al-
lelúia, allel. **A.** Allelúia.
Psalms. Dóminus illuminá-
tio. cum reliquis de ij. Fe-
ria ut in Psalterio.

R. Resurréxit Dóminus.

R. Sicut dixit vobis, Alle-

lúia, allelúia, allel.

In Choro prima Lectio de
Prologo, qui incipit Lucas:
Pro sequente vero Lectione
legitur initium Actuum
Apostolorum.

Incipit Liber Actuum
Apostolorum.

Lectio i. Cap. i.

Primum quidem Ser-
mónem feci de ómnibus,
ô Theóphile, quæ cœ-
pit Iesus facere & docere,
usque in diem , qua præci-
piens Apóstolis per Spiri-
tum sanctum qnos élégit,
assumptus est. Quibus &
præbuit semetipsū vivum
post Passiónem suam in-
multis argumentis per díes
quadraginta appárens eis ?
& loquens de Regno Dei.
Et convéscens præcépit eis,
ab Ierosólymis ne discéde-
rent ; sed expectárent pro-
missionem Patris , quam
audístis (inquit) per os
meum ? Quia joánnes qui-
dem baptizávit aquâ , vos
autem baptizabimini Spi-
ritu sancto, non post mul-
tos hos dies. Igitur qui cō-
vénerant interrogábant
eum, dicéntes, Dómine , si
in tempore hoc restitues
regnum Israél ? dixit au-
tem eis. Non est vestrum
nosse

dossi tempora vel moménta : quæ Pater pósuit in potestáte suâ. Sed accipié-tis virtútem superveniéntis Spíritus sancti in vos : & éritis mihi testes in Jerú-salem , & in omni Iudæa , & Samária, & usque ad últimum terræ,

R. María Magdaléne. 600.

Lectio ij.

ET cùm hæc dixisset, vi-déntibus illis , elevátus est : & nubes suscépit eum ab oculis eórum. Cùmque intueréntur in cœlū eún-tem illum , ecce duo viri astitérunt juxta illos in vé-stibus albis : qui & dixé-runt. Viri Galilæi , quid statis aspiciéntes in cœlū ? Hic Iesus , qui assúmptus est à vobis in cœlum , sic véniet, quemádmodum vi-distis eum eúntem in cœ-lum. * Tunc revérsi sunt jerosólymam à monte, qui vocatur Olivéti , qui est juxta Jerúsalem , Sábbati habens iter. Et cùm introíssent in cœnáculum, as-cendérunt ubi manébant Petrus & joánnes, jacóbis & Andréas , Philippus , & Thomas , Bartholomæus & Matthæus, jacóbis Al-phæi , & Simon Zelótes, &

judas jacóbi. Hi omnes erant perseverántes unanimiter in oratione cum muliéribus & María Matre Iesu, & Frátribus ejus.

R. Angelus Dómini. 603.

Si occurrat Festum no-vem Lectionum secunda Lectio de Scriptura in duas di-viditur ; Et tertia inci-pit ab eo loco, in quo nota-tur Asteriscus.

Sermo sancti Augustíni Episcopi.

De Alléluia.

QUONIAM placuit Dó-mino Deo nostro ; ut hic constituti praesentia corporali: etiam cum ve-stra charitate illi cantáre-mus Alleluia. Quod Latinè interpretátur, laudáte Dó-minum; laudémus Dómi-num fratres, vita & lingua, corde & ore: vócibus & móribus. Sic enim sibi De-di vult Alleluia: ut non sit in laudánte discordia. Concordent ergo, prius in nobis ipsis lingua cum vi-ta : os cum conscientia. Concordet inquam voces cum móribus : ne forte bonæ voces testimónium dicant contra malos mo-res. O felix alleluia in cœ-lo ubi templum Dei, An-geli

geli sunt : ibi enim concordia summa laudatum ; ubi exultatio secura cantantium : ubi nulla lex in membris , repugnat legi mentis ; ubi non est rixa cupiditatis : in qua periclitetur victoria charitatis. Hic ergo cantemus Alleluia adhuc solliciti : ut illic possimus aliquando cantare secuti. Rx. Tulerunt. 602

A D L A U D E S.
Aia. Alleluia. In Choro cantatur juxta modulum Aña. Prae timore. sub qua dicitur Psalm. Dominus regnavit. cum reliquis de Dominica ut in Psalterio. 20. & sic fit in Feriali Officio usque ad Ascensionem. Aña. Alleluia, alleluia, alleluia. Alleluia, alleluia, alleluia. Alleluia.

Capitulum. Rom. 6.

Cristus resurgens ex mortuis jam non moritur : mors illi ultrà non dominabitur.

X. Surrexit Dominus verè.

R. Et appáruit Petro , Alleluia, allel. allel.

Ad Benedict. Aña. Surgens Jesus manè prima Sábbati , appáruit primo Maríæ Magdaléne , de qua ejecit septem dæmonia, allel.

Deinde dicitur Oratio Dominicæ precedentis. Praesta quesumus. ut suprà.

Prima dicitur sicut in Festis toto tempore Pasch.

Ad Tertiam.

Capitulum. Rom. 6.

Cristus resurgens ex mortuis , jam non moritur : mors illi ultrà non dominabitur.

R. Resurréxit Dominus, alleluia, allel. X. Sicut dixit vobis , allel. allel. Glória Patri. X. Surrexit Dominus verè. R. Et appáruit Petro, alleluia, all. all.

Orémus. Oratio.

O Mnípotens sempiterne Deus ; deduc nos ad societatem cœlestium gaudiórum : ut Spíritu sancto renátos regnum tuum fácias intróire ; atque eò pervéniat humilitas gregis : quò præcéssit celstítudo Pastoris. Qui tecum. In unitate ejusdem.

Ad Sextam.

Capitulum. 1. Cor. 15.

Cristus surrexit à mortuis primítiae dormiétiū ; quóniam quidem per hóminein mors, & per hóminē Resurréctio mortuorum ; & sicut in Adam oinnes moriúntur : ita in Christo

Christo omnes vivifica-
buntur.

R. Surrexit Dóminus verè;
allel. allel. Alleluia. Et appáruit
Petro, allel. allel. Glória
Patri. Alleluia. Gavísi sunt dis-
cipuli. R. Viso Dómino,
allelúia, allel. allel.

Orémus. Oratio.

FAc, quæsumus, Omní-
potens Deus; ut qui
Paschálibus remédiis inno-
yati similitúdinem terréni
parentis evásimus: ad for-
mam cœlestis transferá-
mur authoris. Qui tecum.

Ad Nonam.

Capi. u'um. 1. Petr. 3.

Christus semel pro pec-
catis nostris mórtuus
est, Justus pro injústis; ut
nos offérret Deo, inmortifi-
catus quide[m] carne: vivi-
ficatus autem Spíritu:

R. Gavísi sunt Discípuli,
allel. allel. Alleluia. Viso Dó-
mino, allel. allel. Glória
Patri. Alleluia. Cognovérunt
Dóminum. R. In fractio-
ne panis, allel. allel. allel.

Orémus. Oratio.

Deus, humáni géneris
Cónditor & Redém-
ptor da, quæsumus; ut
reparatiónis nostræ collá-
ta subsidia: te júgiter in-
spirante sectémur. Qui vi-

vis & regnas.

A D V E S P E R A S.

Ana. Alleluia. Psalmus.

Doléxi. cum reliquis de
Psalterio. 154.

Capitulum. Rom. 6.

Christus resúrgens. ut sup.

X. In Resurrectiōne tua,
Christe. R. Cœli & terra
lætentur, allel. allel. allel.

Ad Magnificat, Antiph.

Ego sum Alpha & Oméga,
Primus & Novíssimus, &
Stella matutina; Ego Ra-
dix David, allelúia.

Non dicuntur Preces.

*Invitat. prædictum, Capi-
tula Resp. & Orationes ad
Horas dicuntur in Feriali
officio usque ad Ascensio-
nem.*

F E R I A T E R T I A.
De Actibus Apostolórum.

Lectio j. Cap. 2.

Et cum compleréntur
dies Pentecóstes, erant
omnes páriter in eódem
locó, & factus est repéntē
de cœlo sonus, tanquam
advénientis Spíritus vehe-
mēntis: & replévit totam
domum ubi erant sedéntes.
Et apparuérunt illis
dispertitæ linguae tan-
quam ignis, sedítque su-
pra singulos eórum & re-
pléti sunt omnes Spíritu
sancto,

sancto, & coepérunt loqui
váriis linguis, prout Spíri-
tus sanctus dabant eloqui
illis. Erant autem in Iesú-
salem hábítantes Judæi,
viri religiósí ex omni na-
tióne, quæ sub cœlo est.
Facta autem hac voce, con-
vénit multitudo, & mente
confusa est, quóniam au-
diébat unusquisque lingua
sua illos loquéntes. Stupé-
bant autem omnes, & mi-
rabántur, dicéntes. Nón-
ne ecce omnes isti, qui lo-
quuntur Galilæi sunt, &
quómodo nos audívimus
unusquisque linguam no-
stram, in qua nati sumus?

R. Virtute magna. 612.

Lectio ij.

STans autem Petrus cum
súndecim, levávit vocem
suam: & locútus est eis.
Viti Judæi, & qui habitá-
tis Jerúsalem univérsi, hoc
vobis notum sit, & auribus
percípite verba mea. Non
enim sicut vos æstimátis,
hi ébrii sunt: cùm sit hora
diéi tertia. Sed hoc est,
quod dictum est per Pro-
phétam Joél. Et erit in
novissimis diébus (dicit
Dóminus) effúndam de
Spíritu meo super omnes
carnem: & Prophétabunt

Fílli vestri, & filiæ vestri;
& juvenes vestri visiones
vidébunt, & seniorés vestri
sómnia somniábunt. * Et
quidem super servos meos,
& super ancíllas meas in
diébus illis effúndam de
spíritu meo, & prophetá-
bunt? & dabo prodígia in
cælo sursùm, & signa in
terra deorsum, sanguinem
& ignem, & vaporem su-
mi; Sol convertétur in té-
nebras, & Luna in sanguí-
nem ántequam véniat dies
Dómini magnus & mani-
festus. Et erit omnis, qui
cunque invocáverit nomen
Dómini salvus erit.

R. Expurgáte. 613.

Si occurrat Festum nov.
Lectionum, fit secundum
super. *Rubr.*

Sermo sancti Gregorii
Papæ.

Homil. 26. Lectio iij.

ECce Paschália solémnia
ágimus; sed ita vivé-
dum est nobis? ut perve-
nire ad ætérrna Festa me-
reámur. Tránsunt cuncta,
quæ temporáliter Festiva
celebrántur; Curáte, qui
his solemnitatibus interé-
stis: ne ab ætérrna solem-
nitate separémini. Quid
prodest interésse Festis hó-
minum;

thinum : si deesse contíngat Festis Angelórum. Umbra ventúræ solemnitatis, est solémnitas præsens. Idcírcò hanc ánnue ágimus ; ut ad illam quæ non est ánnua, sed contínua : perducámur. Cùm hæc statuto tempore gériatur : ad illius desidérium memória nostra refricátur. Frequentatióne ergo gaudii temporális, ad æterna gaudia mens incaléscat & férveat ; ut ex veritáte lac-titia perfruátur in Pátria : quod de umbra gaudii meditátur in via.

R. Ecce vicit leo. 613.

A D L A U D E S.

Aña. Allelúia. ad modu-lum Aña. Et respiciéntes.

Aña. Allelúia, allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel.

. Ad Benedictus, Antiph.

Manè nobiscum quóniam advesperáscit, & inclináta est jam dies, Allel. allel.

Ad Magnific. Aña. Quia vidisti me, Thoma, credi-disti: Beáti quia non vidé-runt, & credidérunt, Allel.

F E R I A Q U A R T A.
De Actibus Apostolórum.

Lectio i. Cap. 3.

Petrus autem & Joánnes ascendi-bant in templū:

ad horam Oratiónis no-nam. Et quidam vir, qui erat claudus ex útero ma-tris suæ, bajulabátur: quem ponébant quotidiè ad por-tam templi ; quæ dicitur speciósula : ut pateret eleemosynam ab introéunti-bus in templum. Is, cum vidísset Petrum & Joánnē incipiéntes introire in tem-plum : rogábat ut eleemó-synam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joánnē, dixit ; Réspice in-nos. At ille intendébat in eos : sperans se aliquid ac-ceptúrum ab eis. Petrus autem dixit. Argéntum & aurum non est mihi; quod autem hábeo: hoc tibi do. In Nómine Jesu Christi Nazaréni: surge & ámbula. R. Dignus es. 615.

Lectio ii.

E T apprehénsa manu-ejus déxtera allevávit-eum : & prótinus consoli-dátæ sunt bases ejus & plá-tæ. Et exiliens stetit, & ambulábat ; & intrávit cum illis in templum ám-bulans, & exiliens : & laudans Deum. Et vidit om-nis pòpulus eum ambulán-tem : & laudántem Deum. Cognoscébant autem il-lum,

Ium, quod ipse erat; qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi: & impléti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. Cùm tenéret autem Petrum & Joánnem; cucúrrit omnis pòpulus ad eos ad pòticū quæ appellátur Salomónis stupéntes. * Videns autem Petrus; respóndit ad pòpulum: Viri Israélitæ; quid mirámini in hoc? aut nos quid intuémimi? quasi nostra virtute & potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob; Deus Patrum nostrorum glorificavit Fílium suum: quem vos quidem tradidistis; & negástis ante faciem Pilati: judicante illo dimitti.

R. María Magdaléne.

Si occurrat Festum nov. Lectionum, sit secundum super. Rubr.

Ex Sermóne sancti Ambrósij Episcopi.

Serm. 54. Lectio iij.

Quia sanctum Pascha celebratis debetis scire, Fratres, quid sit Pascha. Pascha verò transitus dicitur. Ideò autem tali nōmine vocata est ista

Festivitas; quia in ipsa transiérunt filii Israël ex Ægypto: & ipse Fílius Dcī transívit ex hoc mundo ad Patrem. Verùm quid vobis prodest, quod Pascha celebrétis; si non imitámini, quod colitis? hoc est, si non transitis ab Ægypto; id est, à ténebris vitiórum ad lucem virtutum: & à mundi hujus amóre, ad desidérium cœlestis Patriæ. Nam sunt multi, qui gaudent in hac Festivitate, & colunt hanc solemnitatem; & tamen malè, & malo suo? quia non tránsidunt ex hoc mundo ad Patrem. Id est, non tránsidunt à mundi cupiditate, & à carnali deletione: ad cœlestis Patriæ amorem. O miseri Christiáni, qui & in Ægypto sunt, id est, sub potestate diaboli? & gaudent in malis.

R. Angelus.

Ad Laudes, Añe. Alleluia. Ad modulum, Añe. Et intravit. Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph. Afféte de píscibus, quos prendidistis

prendidistis nunc. Ascéndit autem Simon Petrus , & traxit rete in terram plenum magnis píscibus, Alleluia.

Ad Magnificat, Antiph.
María stans ad monuméntum plorans vidi Angelos in Albis sedéntes , ubi pósitum fúerat Corpus Jesu, Alleluia.

FERIA QUINTA.
De Actibus Apostolórum.

Lección j. Cap. 5.

Vir autem quidam nōmine Ananías cum Saphíra uxóre sua vénidit agrum; & fraudávit de prétio agri, cónscia uxóre sua: & áfferens partem quan-dam , ad pedes Apostolórum pósuit. Dixit autem Petrus: Anania ; Cur tentávit Sátanas cor tuum mentíri te Spirítui sancto, & fraudáre de prétio agri? Nonne manens tibi manébat; & veniūndatum in tua erat potestáte ? Quare posuísti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus homínibus : sed Deo. Audiēs autem Anánias hæc verba: cécidit & expirávit. Et factus est timor magnus super omnes : qui audiérunt. Surgéntes autem júvenes

amovérunt eum : & efférentes sepeliérunt. Tulé-runt.

Lección ij.

Factum est autem quasi horárum trium spátiū; & uxor ipsius , nésciens quod factum fúerat? introívit. Dixit autem ei Petrus. Dic mihi , Múlier ; si tanti agrum vendidistis ? At illa dixit. Etiam tanti. Petrus autem ad eam. Quid útique convénit vobis tentáre Spíritum Dómini ? Ecce pedes eórum, qui sepeliérunt virum tuum, ad óstium : & éssent te. Conféstim cécidit ad pedes ejus? & expirávit. * Intrántes autem júvenes invenérunt illam mórtuam ; & extulérunr: & sepeliérunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in univer-sa Ecclésia : & in qmnes qui audiérunt hæc. Per manus autem Apostolórum fiébant signa & prodígia multa in plebe. Et erant unanímiter in Pórticu Salomónis. Cæterórum autem nemo audébat se conjúngere illis: sed magnifi-cábat eos póplus.

R. Virtute magna. 612.

Si occurrat Festum No-

T

Pars Verna.

634 *Infra Hebd. primam post octau. Pascha.*
vem Lectionum sit secundum Superiorem Rubricam.

Serino S. Leónis Papæ.
D: *Resurrectione Domini*
Serm. 10.

Agnoscat populus Dei novam esse in Christo creaturam; & à quo suscepit, quamvis suscepit: vigilanter intelligat. Quæ nova facta sunt non redeant ad instabilem vetustatem: & non omittat opus suum qui manum misit ad aratum; sed ad hoc attendat quod serit: non ad id respiciat quod reliquit. Nemo in id recidat unde surrexit; sed etiam si pro infirmitate corpoream in aliis adhuc languoribus jacet: sanari instanter desideret ac levari. Hæc est enim salutis via, & cœptæ in Christo resurrectionis imitatio; ut quia in lúbrico istius vitæ diversi casus lapsusque non desunt; vestigia gradietum a fluidis ad solida transferantur. Quoniam sicut scriptum est: à Domino diriguntur gressus hominis: & viam ejus volet. Cum ceciderit justus; non collidetur: quia Dominus supponet

manum suam. Hæc meditatione, dilectissimi; non pro sola solemnitate Paschali: sed pro totius vita sanctificatione retinenda est. Et ad hoc præsens exercitatio debet intendi; ut quæ animum fidelium experimento brevis observantiae delectarunt: in consuetudinem transeant; intemerata permaneant; ac si aliquid delicti irrepsert: celeri poenitudine deleatur.

R. *Expurgate. 604.*

Ad Laudes, Ana. Alleluia, ad modulum Ana. Nonne cor nostrum. Ana. Alleluia, allel. allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Tulerunt Dñm meū, & nescio ubi posuerunt eum; si tu sustulisti eum, dicio mihi, alleluia. Et ego eum tollam, alleluia.

Ad Magnificat, Antiph.
Venit María nuncians discipulis. Quia vidi Dóminum, alleluia.

F E R I A S E X T A.
De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cáp. 8.

Vit autem quidam nomine Simon: qui ante fuerat in Civitate magus; seducens

sedūcens gentem Samátiæ, dicens se esse áliquid magnum? Qui auscultábant omnes à minimo usque ad máximum, dicéntes: Hic est Virtus Dei! quæ vocátur magna. Attendébant autem eum propter quod multò tém-
pore mágis suis demen-
tásset eos. Cùm verò cre-
diddissent Philippo Evan-
gelizánti de Regno Dei
in nómine Jesu Christi ba-
ptizabántur viri ac mulie-
res. Tunc Simon & ipse
crédidit? Et cùm baptizá-
rus esset adhærebat Philip-
po. Videns étiam signa &
virtútes máximas fieri? stu-
pens admirabátur,

R. Ecce vicit leo. 605.

Lectio ii.

Cum autem audíssent Apóstoli, qui erant je-
rosólymis; quod recipísset Samária Verbum Dei' mi-
sérunt ad eos Petrum &
Joánnem. Qui cùm vení-
sent oravérunt pro ipsis:
ut accíperet Spíritum sanctum. Non dum enim in
quemquam illórum véne-
rat? sed baptizati tantum
erant in nómine Dómini
Jesu. Tunc imponébant
manus super illos: & acci-

piébant Spíritum sanctum.
* Cùm vidísset autem Si-
mon, quia per impositio-
nem manus Apostolórum
darétur Spíritus sanctus;
obtulit eis pecúniam, di-
cens: Date mihi & hanc
potestátem; ut cuicúmque
imposúero manus? accí-
piat Spíritum sanctum.
Petrus autem dixit ad eum:
Pecúnia tua tecum sit in
perditiónem; quóniam
donum Dei existimásti pe-
cúnia possidéri.

R. Dignuses. 615.

Si occurrat Festum no-
vem Lectionum, fit secun-
dum superiorē Rubricam.
Sermo S. Euchérii Lugdu-
nensis Episcopi.

De Resurrectione Domini
Sermon. i o.

M Agnum & admirábi-
le Paschæ Baptísmi
Sacraméntum: jam dudum
étiam in véteri lege nóvi-
mus consecrátum. Célebre
à saeculis est cum beátus
Moyses pópulum Dómini
de terra Egypci: & de ju-
go indignæ servitútis edú-
ceret. Célebre est ad plebis
transítium rubri maris pro-
fundum: natúra rerum ob-
stupescénte, patuisse Hic
primo loco diligéntius in-

spiciamus ; quid talis sér-
vitus ? vel quid talis tran-
situs ædificationis possit
affere. Quia & beatus A-
póstolus dicens : hæc óm-
nia facta sunt in figúra no-
stri ; cœlesti autoritatē
confirmat illius témporis
signa atque miracula ; ad
futuræ redemptiōnis perti-
nuissè mysteria. Sic enim
ait ; Patres nostri omnes
sub nube fuérunt ; & om-
nes in Moysen baptisati
sunt in nube & in mari.
Nostris ergo jam tunc sub
illius pôpuli ducati ; no-
stris còmmodis militabat
divina virtus ; prædives in
beneficiis ; sed semper di-
tior in promissis. Dux qui-
dem eis erat beatus Moy-
ses ; sed eos in colùmna lu-
cis & nubis ; Filius & Spí-
ritus sanctus præcedébat.

R. María Magdal. 6 16.

Ad Laudes, Añæ. Allel
Data est mihi. 5.

Ad Benedic̄tus, Antiph.
Hæc autem scripta sunt ut
credatis , quia Jesus est
Christus Filius Dei , & ut
credentes vitam habeatis
in nōmine ipsius, alleluia.

*Ad Vesperas, nisi occur-
rat Festum novem Lection-*
num, sis de sancta Maria ;

*in Sabbato ut in Officio
eiusdem.*

S A B B A T O.

De Actibus Apostolórum.

Lectio j. Cap. 10.

Vir autem quidam erat
in Cæsárea , nōmine
Cornélius ; Centúrio Co-
hortis ; quæ dicitur Itálica,
religiōsus ac timens Deum
cum omni domo sua ; fa-
ciens eleemósynas multas
plebi ; & déprecans Deum
semper. Is vidit in visu ma-
nifestè , quasi horâ diéi no-
nā , Angelum introéuntem
ad se , & dicéntem sibi :
Cornéli ; At ille intuens in
eum , timore corréptus di-
xit : Quid est Dómine ?
Dixit autem illi ; Oratiō-
nes tuæ , & eleemósynæ
tuæ ; ascendérunt in me-
móriam in conspéctu Dei.
Et nunc mitte viros in
Joppen ; & accéssi Simón-
em quendam coriárium ,
cujus est dominus juxta ma-
re ; hic dicet tibi quid
opórteat fáccere. Et cum
discedisset Angelus , qui lo-
quebátur illi ; vocávit duos
domésticos suos ; & míli-
tem metuéntē Dóminum ,
ex his , qui illi parébant.
Quibus cum narráset óm-
nia ; misit illos in Joppen.

Lectio

Lectione ij.

POstera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus Civitati; ascendit Petrus in superiora: ut oraret circa horam sextam. Et cum esuriret: voluit gustare. Parantibus autem illis; cecidit super eum mentis excessus: & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum; quatuor initiis submitti de cœlo in terram: in quo erant omnia quadrupedia; & serpenta terræ: & volatilia cœli. * Et facta est vox ad eum; Surge Petre: occide, & manduca. Ait autem Petrus. Absit, Domine; quia nunquam manducavi omne communione: & immundum. Et vox iterum secundo ad eum. Quod Deus purificavit, tu communione ne dixeris; hoc autem factum est per te: Et statim receptum est vas in cœlum. Et dum intra se hæsitaret Petrus, quidnam esset visio? Ecce viri, qui missi erant à Cornelio; inquirentes domum Simonis: astiterunt ad januam. Aperiens autem Petrus os suum dixit. In veritate

cóperi; quia non est per sonarum accéptor Deus sed in omni gente, quæ timet Deum, & operatus justitiam accéptus est illi.

Si occurrat Fest. novem Lectionum, sit secundum super. Rubr.

Sermo conveniens de B.V. AD VESPERAS.
Aia. Alleluia. Psalm. Benedictus. cum reliq. 170.

Capitulum. 1. Petr. 2..
Christus passus est pro nobis, vobis relinques exemplum, ut sequamini vestigia ejus; qui peccatum non fecit: nec inventus est dolus in ore ejus.

X. In Resurrectione tua, Christe. Rx. Cœli & terra lætentur, Alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Magnificat, Aia.
Ego sum Pastor bonus, qui pasco Oves meas; & pro Ovibus meis pono animam meam, alleluia.

Orémus. Oratio.
Deus, qui in Filii tui humilitate jacentem mundum erexisti: fideliibus tuis perpetuam concorde lætitiam; ut quos perpetuae mortis eripuisti casibus: gaudiis facias perfrui sempiternis. Per Dñm,

Ad primam Processionem. Ex. i. Ego sicut viris. ut infrà. 639.

Orémus. Oratio.

Concéde , quæsumus
Omnipotens Deus, ut
veterem cum suis actioni-
bus hóminem deponéntes;
illius conversatione vivá-
mus ! ad cuius nos sub-
stántiam , Paschálibus ré-
mèdiis transtulísti. Qui
tecum.

Ad 2. Processionem.

Ex. ii. Audívi vocem. ut
infrà. 639.

Orémus. Oratio.

Præsta nobis , Omnipo-
tens & misericors Deus:
ut in Resurrectione Dómi-
ni nostri Jesu Christi , per-
cipiámus veráciter portiό-
nem. Qui tecum.

*Ad Compl. Hyuin. Ad cœ-
nam Agni. 621.*

DOMINICA II.

post Pascha.

Ad Matutinum Invitat.
Alleluia , alleluia. Psalm.
Venite. 2.

In primo Nocturno.

Psalm. de Dominica ut in
Psalterio. 3.

N. Resurréxit Dóminus.
Ex. Sicut dixit vobis, Alle-
luia, alleluia, allel.

De Actibus Apostolorum.

Lectione j.. Cap. 13.

Cum à Papho navigás-
sent Paulus & qui cum
eo erant : venérunt Pergen
Pamphyliæ. Joánnes autē
discédens ab eis revérsus
est Jerosólymam. Illi vero
pertranséuntes Pergen ve-
nérunt Antiochiam Pisí-
diæ : & ingréssi Synago-
gam die Sabbatórum , se-
dérunt. Post Lectionem
autem Legis & Prophetar-
um ; misérunt Príncipes
Synagogæ ad eos dicéntes.
Viri Fratres ; si quis est in
vobis Sermo exhortationis
ad plebem : dícite. Surgens
autem Paulus ; & manu si-
lentium indicens, ait. Viri
Islaélitæ ; & qui timétis
Deum ? audíte. Deus ple-
bis Israël elégit Patres no-
stros, & plebem exaltávit ;
cùm essent ícolæ in terrâ
Ægypti : & in brâchio ex-
célio edúxit eos ex ea , &
per quadraginta annorum
tempus mores eórum susti-
nuit in desérto. Et déstruēs
gétes septem in terra Chá-
naan : sorte distríbuit eis
terrā eórum , quasi post
quadraginta annos ; & post
hæc dedit judices ; usque
ad Sámuel Prophétam.

Ex. Ego

R. Ego sicut Vitis fructifi-
cavi suavitatem odoris, al-
leluia. * Transite ad me
omnes, qui concupisca-
tis me, & a generationibus
meis adimplémini, alleluia,
alleluia.

N. Ego diligentes me dili-
go, & qui mane vigilave-
rint ad me, invénient me.
Transite.

Lectio ij.

ET exinde postulaverunt
Regem; & dedit illis
Saül filium Cis, virum de
Tribu Benjamin: annis
quadraginta. Et a morto il-
lo suscitavit illis David Re-
gem: cui testimoniū pér-
hibens dixit: Invéni Da-
vid filium Jesse; virum se-
cundūm cor meum: qui
fáciat omnes voluntates
meas. Hujus Deus ex sémi-
ne, secundūm promissio-
nem; edúxit Israël Salva-
tórem Jesum: prædicante
Joánnē ante fáciem advé-
tus ejus Baptísum Pénit-
téntiae omni populo Israël.
Cùm impleret autē Joán-
nes cursum suum, dicebat:
Quem me arbitrámini es-
se, non sum Ego; sed ecce
venit post me: cuius non
sum dignus calceaménta
pedum sólvere.

R. Audívi vocem in cœlo
tanquam vocem tonitruum
magnum, alleluia. * Regnávit
Deus noster in æternum;
alleluia; Quia facta est sa-
lus & virtus, & potestas
Christi ejus, alleluia. allel.

N. Vidi Angelum Dei vo-
lantem per médium cœ-
lum, vocē magna clamā-
tem & dicētem. Regnávit.

Lectio ij.

Viri Fratres; filii géne-
ris Abraham: & qui
in vobis timent Deum?
vobis Verbum salutis hu-
jus missum est. Qui enim
habitabant Jerúalem, &
Príncipes ejus hunc igno-
rantes voces Prophetarum:
quæ per omne Sábbatum
leguntur, judicantes imple-
vérunt; & nullani causam
mortis invenientes in eo:
petierunt à Pilato, ut inter-
ficerent eum. Cùmque cō-
sumassent ómnia, quæ de
eo scripta erant; deponén-
tes eum de ligno: posuer-
unt eum in monuménto.
Deus verò suscitavit eum
à mortuis tértia die; qui
visus est per dies multos
his, qui simul ascéderant
cum eo de Galilæa in Je-
rúalem: qui usque nunc
sunt testes ejus ad plebem.

sancto, & cœpérunt loqui
vátiis linguis, prout Spíri-
tus sanctus dabant eloqui
illis. Erant autem in Jefú-
salem hábitantes Iudæi,
viri religiósí ex omni na-
tióne, quæ sub cœlo est.
Facta autem hac voce, con-
vénit multitudi, & mente
confusa est, quóniam au-
diébat unusquisque lingua
sua illos loquéntes. Stupé-
bant autem omnes, & mi-
rabántur, dicentes. Nón-
ne ecce omnes isti, qui lo-
quuntur Galilæi sunt, &
quómodo nos audívimus
unusquisque linguam no-
stram, in qua nati sumus?

R. Virtute magna. 612.

Lectio ij.

STans autem Petrus cum
súndecim, levávit vocem
suam? & locútus est eis.
Viri Judæi, & qui habitá-
tis Jerúsalem univérsi, hoc
vobis notum sit, & áuribus
percípite verba mea. Non
ením sicut vos æstimátis,
hi ébrii sunt: cùm sit hora
diéi tertia. Sed hoc est,
quod dictum est per Pro-
phétam Joél. Et erit in
novíssimis diébus (dicit
Dóminus) effundam de
Spíritu meo super omnes
carnem: & Prophetábunt

Fílii vestri, & filiæ vestræ;
& júvenes vestri visiones
vidébunt, & seniores vestri
sómnia somniábunt. * Et
quidem super servos meos,
& super ancíllas meas in
diébus illis effundam de
spíritu meo, & prophetá-
bunt: & dabo prodigia in
cælo sursùm, & signa in
terra deorsum, sanguinem
& ignem, & vaporem fu-
mi; Sol convertétur in té-
nebras, & Luna in sanguí-
nem antequam véniat dies
Dómini magnus & mani-
festus. Et erit omnis, qui
cunque invocáverit nomen
Dómini salvus erit.

R. Expurgáte. 613.

Si occurrat Festum nov.
Lectionum, fit secundum
super. Rubr.

Sermo sancti Gregorii
Papæ.

Homil. 26. Lectio ij.
ECce Paschália solémnia
ágimus; sed ita vivéndum
est nobis? ut pervenire ad
ætéerna Festa me-
reámur. Tránseunt cuncta,
quæ temporáliter Festiva
celebrántur; Curáte, qui
his solemnitatibus interé-
stis: ne ab ætérna sole-
nitate separémini. Quid
prodest interesse Festis hó-
minum;

thinum : si deesse contíngat Festis Angelórum. Umbra ventúræ solemnitatis , est solémnitas præsens. Idcírcò hanc ánnue ágimus ; ut ad illam quæ non est ánnua , sed contínuæ : perducámur. Cùm hæc statuto tempore gériatur : ad illius desidérium memória nostra refricátur. Frequentatióne ergò gaudii temporális , ad æterna gaudia mens incaléscat & férveat ; ut ex veritáte lætitia perfuátur in Pátria : quod de umbra gaudii meditátur in via.

R. Ecce vicit leo. 613.

A D L A U D E S.
Aña. Allelúia. ad modulum Aña. Et respiciéntes.
Aña. Allelúia, allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Manè nobiscum quóniam advesperáscit , & inclináta est iam dies, Allel. allel.

Ad Magnific. Aña. Quia vidísti me, Thoma , credidisti : Beáti quia non vidérunt, & credidérunt, Allel.
F E R I A Q U A R T A.
De Actibus Apostolórum.

Lectio 7. Cap. 3.

P Etrus autem & Joánnes ascendébant in templū:

ad horam Oratiónis nōnam. Et quidam vir , qui erat claudus ex útero matris suæ, bajulabátur: quem ponébant quotidiè ad portam templi ; quæ dicitur speciósula : ut péteret eleemosynam ab introéuntibus in templum. Is , cum vidísset Petrum & Joánnē incipiéntes introire in templum : rogábat ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joánnē , dixit ; Respice in nos. At ille intendébat in eos : sperans se aliquid acceptúrum ab eis. Petrus autem dixit. Argéntum & aurum non est mihi ; quod autem hábeo: hoc tibi do. In Nómine Jesu Christi Nazaréni: surge & ámbula. R. Dignus es. 615.

Lectio 7.

E T apprehénsa manu Ejus déxtera allevávit eum : & prótinus consolidatæ sunt bases ejus & plattæ. Et exiliens stetit , & ambulábat ; & intrávit cum illis in templum ámbulans , & exiliens : & laudans Deum. Et vidit omnis pöpulus eum ambulátem : & laudántem Deum. Cognoscébant autem illum,

Ium, quod ipse erat; qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. Cum tenet autem Petrum & Joannem; cucurrit omnis populus ad eos ad porticū quae appellatur Salomonis stupentes. * Videns autem Petrus; respondit ad populum: Viri Israélitae; quid miramini in hoc? aut nos quid intuemini? quasi nostra virtute & potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob; Deus Patrum nostrorum glorificavit Filium suum: quem vos quidem tradidistis; & negastis ante faciem Pilati: judicante illo dimitti.

R. María Magdaléne.

Si occurrat Festum nov. Lectionum, sit secundum super. Rubr.

Ex Sermone sancti Ambrosij Episcopi.

Serm. 54. Lectio iij.

Quia sanctum Pascha celebratis debetis scire, Fratres, quid sit Pascha. Pascha vero transitus dicitur. Ideo autem cali nomine vocata est ista

Festivitas; quia in ipsa transierunt filii Israël ex Aegypto: & ipse Filius Dei transivit ex hoc mundo ad Patrem. Verum quid vobis prodest, quod Pascha celebratis; si non imitamini, quod colitis? hoc est, si non transitis ab Aegypto; id est, à tenebris vitiorum ad lucem virtutum: & à mundi hujus amore, ad desiderium cœlestis Patriæ. Nam sunt multi, qui gaudent in hac Festivitate, & colunt hanc solemnitatem; & tamen male, & malo suo? quiā non trāseunt ex hoc mundo ad Patrem. Id est, non trāseunt à mundi cupiditate, & à carnali delectatione: ad cœlestis Patriæ amorem. O miseri Christiani, qui & in Aegypto sunt, id est, sub potestate diaboli: & gaudent in malis.

R. Angelus.

Ad Laudes, Aña. Alleluia. Ad modulum, Aña. Et intravit. Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph. Affette de piscibus, quos predidistis

prendidistis nunc. Ascéndit autem Simon Petrus , & traxit rete in terram plenum magnis píscibus, Alleluia.

Ad Magnificat, Antiph.
María stans ad monumén-
tum plorans vidi Angelos
in Albis sedentes , ubi pó-
situm fuérat Corpus Jesu,
Alleluia.

FERIA QUINTA.
De Actibus Apostolórum.

Leítio j. Cap. 5.

Vir autem quidam nō-
mine Ananías cum
Saphíra uxore sua vēndidit
agrum; & fraudávit de pré-
tio agri, cónscia uxore sua:
& áfferens partem quan-
dam , ad pedes Apostoló-
rum pósuit. Dixit autem
Petrus : Anania ; Cur ten-
tavit Sátanas cor tuum
mentiri te Spirítu sancto,
& fraudare de prélio agris?
Nonne manens tibi mané-
bat; & veníndatum in tua
erat potestáte ? Quare po-
súisti in corde tuo hanc
rem ? Non es mentitus ho-
mínibus : sed Deo. Audiēs
autem Anánias hæc verba:
cécidit & expirávit. Et fa-
ctus est timor magnus su-
per omnes : qui audiérunt.
Surgéntes autem júvenes

amovérunt eum : & effe-
réntes sepeliérunt. Tulé-
runt.

Leítio ij.

Factum est autem quasi
horárum trium spatiū;
& uxor ipsius , nésciens
quod factum fúerat? in-
troívit. Dixit autem ei Pe-
trus. Dic mihi , Múlier ; si
tanti agrum vendidistis?
At illa dixit. Etiam tanti.
Petrus autem ad eam.
Quid útique convénit vo-
bis tentare Spíritum Dómi-
ni ? Ecce pedes eórum, qui
sepeliérunt virum tuum, ad
óstium ? & éfferent te.
Conféstim cécidit ad pedes
ejus? & expirávit. * Intrán-
tes autem júvenes invené-
runt illam mórtuam ; &
extulérunt? & sepeliérunt
ad vitum suum. Et factus
est timor magnus in uni-
vérsa Ecclésia : & in qmnes
qui audiérunt hæc. Per ma-
nus autem Apostolórum
fiébant signa & prodígia
multa in plebe. Et erant
unanímiter in Pórticu Sa-
lomónis. Cæterórum au-
tem nemo audébat se con-
júngere illis? sed magnifi-
cábant eos póplus.

R. Virtute magna. 612.

Si occurrat Festum No-

Pars Verna.

T

634 *Infra Hebdomad. primam post octau. Pascha.*
vem Lectionum fit secundum Superiorem Rubricam.

Serino S. Leónis Papæ.
De Resurrectione Domini
Serm. 10.

Agnoscatur populus Dei novam esse in Christo creaturam; & a quo suscepit, quamvis suscepit: vigilanter intelligat. Quae nova facta sunt non redeant ad instabilem vetustatem: & non omittat opus suum qui manum misit ad aratum; sed ad hoc attendat quod serit: non ad id respiciat quod reliquit. Nemo in id recidat unde surrexit; sed etiam si pro infirmitate corpoream in aliis adhuc languoribus jacet: sanari instanter desideret ac levari. Hæc est enim salutis via, & coepit in Christo resurrectionis imitatio; ut quia in lucrato istius vita diversi casus lapsusque non desunt; vestigia gradientium a fluidis ad solida transferantur. Quoniam sicut scriptum est: a Domino diriguntur gressus hominis: & viam ejus volet. Cum ceciderit justus; non collidetur: quia Dominus supponet

manum suam. Hæc meditatione, dilectissimi; non pro sola solemnitate Paschali: sed pro totius vita sanctificatione retinenda est. Et ad hoc præsens exercitatio debet intendi; ut quæ animum fidelium experimento brevis observantiae delectarentur: in consuetudinem transeant; intemerata permaneant; ac si aliquid delicti irreperiret: celeri poenitudine deleatur.

R. Expurgate. 604.

Ad Laudes, Ana. Alleluia, ad modulum Ana. Nonne cor nostrum. Ana. Alleluia, allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph. Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum; si tu sustulisti eum, dico mihi, alleluia. Et ego eum tollam, alleluia.

Ad Magnificat, Antiph. Venit Maria nuncians discipulis. Quia vidi Dominum, alleluia.

FERIA SEXTA.
De Actibus Apostolorum.

Lectione j. Cap. 8.

Vit autem quidam nomine Simon: qui ante fuerat in Civitate magus; seducens

seducens gentem Samátiæ, dicens se esse aliquid magnum? Qui auscultabant omnes à minimo usque ad maximum, dicentes: Hic est Virtus Dei? quæ vocatur magna. Attendebant autem eum propter quod multò tempore mágis suis demen-táset eos. Cùm vero cre-didissent Philippo Evan-gelizanti de Regno Dei in nōmine Jesu Christi ba-ptizabantur viri ac mulie-res. Tuac Simon & ipse crēdedit. Et cùm baptizá-tus esset adhærebat Philip-po. Videns etiam signa & virtutes máximas fieri? stu-pens admirabátur.

R. Ecce vicit leo. 605.

Lectio ii.

Cum autem audíssent Apóstoli, qui erant je-rosólymis; quod recepísset Samária Verbum Dei mi-sérunt ad eos Petrum & Joánnem. Qui cùm venis-sent oravérunt pro ipsis: ut acciperet Spíritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum vénerat? sed baptizati tantum erant in nōmine Dómini jesu. Tunc imponébant manus super illos: & acci-

piébant Spíritum sanctum. * Cùm vidísset autem Si-mon, quia per impositi-ónem manus Apostolórum darétur Spíritus sanctus; subtilit eis pecúniam, di-cens: Date mihi & hanc potestátem; ut cuicúmque imposúero manus? accípiat Spíritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecúnia tua tecum sit in perditiónem; quóniam donum Dei existimásti pe-cúnia possidéri.

R. Dignuses. 615.

Si occurrat Festum no-vem Lectionum, fit secun-dum superiorē Rubricam. Sermo S. Euchérii Lugdu-nensis Episcopi.

De Resurrectione Domini
Sermon. 10.

MAgnum & admirábi-le Paschæ Baptísmi Sacraméntum: jam dudum etiam in véteri lege nōvi-mus consecrátum. Célebre à sèculis est cum beatus Moyses pòpulum Dómini de terra Ægypti: & de ju-go indignæ servitutis edúceret. Célebre est ad plebis transítuim rubri marii pro-fundum: natúra rerum ob-stupescénte, patuisse Hic primo loco diligéntius in-

spiciamus ; quid talis sér-
vitus ? vel quid talis tran-
situs ædificationis possit
affere. Quia & beatus A-
póstolus dicens : hæc óm-
nia facta sunt in figúra no-
stri ; cœlesti authoritatē
confirmat illius témporis
signa atque mirácula : ad
futuræ redemptiōnis perti-
nuissé mysteria. Sic enim
ait ; Patres nostri omnes
sub nube fuérunt : & om-
nes in Moysen baptisati
sunt in nube & in marí.
Nostris ergo jam tunc sub
illius pôpuli ducatu : no-
stris còmmodis militabat
divína virtus ; prædives in
beneficiis : sed semper di-
tior in promissis. Dux qui-
dem eis erat beatus Moy-
ses ; sed eos in colùmna lu-
cis & nubis : Filius & Spí-
ritus sanctus præcedébat.

R. María Magdal. 616.

Ad Laudes, Aña. Allel
Data est mihi. §.

Ad Benedictus, Antiph.
Hæc autem scripta sunt ut
credatis , quia Jesus est
Christus Filius Dei , & ut
credentes vitam habeatis
in nômine ipsius, alleluia.

Ad Vesperas, nisi occur-
rat Festum novem Lectio-
nun, si de sancta Maria;

in Sabbato ut in Officio
eiusdem.

S A B B A T O .
De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 10.

Vit autem quidam erat
in Caesárea , nômine
Cornélius ; Centúrio Co-
hortis ; quæ dicitur Itálica,
religiósus ac timens Deum
cum omni domo sua ; fa-
ciens eleemosynas multas
plebi : & déprecans Deum
semper. Is vidi in visu ma-
nifestè, quasi horâ diéi no-
ná, Angélum introéuntem
ad se , & dicéntem sibi :
Cornéli ; At ille intuens in
eum , timore corréptus di-
xit : Quid est Dómine ?
Dixit autem illi ; Oratiō-
nes tuæ , & eleemosynæ
tuæ : ascendérunt in me-
moriā in conspéctu Dei.
Et nunc mitte viros in
Joppen ; & accérsi Simón-
em quendam coriárium,
cujus est domus juxta ita-
re : hic dicet tibi quid
opórteat fáccere. Et cùm
discedisset Angelus, qui lo-
quebátur illi; vocávit duos
domésticos suos : & míli-
tem metuéntē Dóminum,
ex his , qui illi parébant.
Quibus cùm narráisset óm-
nia : misit illos in Joppen.

Lectio

Lection ij.

Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus Civitati; ascendit Petrus in superiora: ut oraret circa horam sextam. Et cum esuriret: voluit gustare. Parantibus autem illis; cecidit super eum mentis excessus: & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum; quatuor initiis submitti de cœlo in terram: in quo erant omnia quadrupedia; & serpenta terræ: & volatilia cœli. * Et facta est vox ad eum; Surge, Petre: occide, & manduca. Ait autem Petrus. Absit, Domine; quia nunquam manducavi omne commune: & immundum. Et vox iterum secundo ad eum. Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris; hoc autem factum est per te: Et statim receptum est vas in cœlum. Et dum intra se hæsitaret Petrus, quidnam esset visio? Ecce viri, qui missi erant à Cornelio; inquirentes domum Simonis: astiterunt ad Iánuam. Aperiens autem Petrus os suum dixit. In veritate

cóperi; quia non est per sonarum accéptor Deus sed in omni gente, quæ timet Deum, & operatus iustitiam accéptus est illi.

Si occurrat Fest. novem Lectionum, sit secundum super. Rubr.

Sermo conveniens de B.V.
AD VESPERAS.
Aña. Alleluia. Psalm. Benedictus. cum reliq. 170.

Capitulum. 1. Petr. 2.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus; qui peccatum non fecit: nec inventus est dolus in ore ejus.

X. In Resurrectione tua, Christe. Rx. Cœli & terra lætentur, Alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Magnificat, Aña.
Ego sum Pastor bonus, qui pasco Oves meas; & pro Ovibus meis pono animam meam, alleluia.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui in Filii tui humilitate jacentem mundum erexisti: fidibus tuis perpetuam concende lætitiam; ut quos perpetuae mortis eripiisti casibus: gaudiis facias perfrui semper. Per Dñm,

R. Ego sicut Vitis fructificavi suavitatem odoris, alleluia. * Transite ad me omnes, qui concupisces me, & a generationibus meis adimplemini, alleluia, alleluia.

N. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilaverint ad me, invenerint me. Transite.

Lectio ii.

ET exinde postulaverunt Regem; & dedit illis Saül filium Cis, virum de Tribu Benjamin: annis quadraginta. Et amoto illo suscitavit illis David Regem: cuius testimonium petibens dixit: Inveni David filium Jesse; virum secundum cor meum: qui faciet omnes voluntates meas. Hujus Deus ex semine, secundum promissionem; eduxit Israël Salvatorem Jesum: prædicante Joánnem ante faciem advetus ejus Baptismum Pœnitentiae omni populo Israël. Cum impleret autem Joánnes cursum suum, dicébat: Quem me arbitrámini esse, non sum Ego; sed ecce venit post me: cuius non sum dignus calceamenta pedum sòlvere.

R. Audívi vocem in cœlo tanquam vocem tonitruum magni, alleluia. * Regnávit Deus noster in æternum; alleluia; Quia facta est salus & virtus, & potestas Christi ejus, alleluia. alleluia.

N. Vidi Angelum Dei volantem per medium cœlum, voce magna clamantem & dicentem. Regnávit.

Lectio iii.

Viri Fratres; filii generis Abraham: & qui in vobis timent Deum & vobis Verbum salutis hujus misericordia est. Qui enim habitabant Jerusalēm, & Príncipes ejus hunc ignorantes voces Prophetarum: quæ per omne Sábbatum leguntur, judicantes impletum erunt; & nullani causam mortis invenientes in eo: petierunt à Pilato, ut interficerent eum. Cumque consumassent omnia, quæ de eo scripta erant; deponentes eum de ligno: posuerunt eum in monumēto. Deus vero suscitavit eum à mortuis tertia die; qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo de Galilaea in Jerusalēm: qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.

T 4

Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad Patres nostros re promissio facta est: quoniam hanc Deus adimplavit filiis nostris; resuscitans Jesum: sicut & in Psalmo secundo scriptum est. *Filius meus es tu: Ego hodie genui te.*

R. Locutus est ad me unus ex septem Angelis dicens; *Veni, ostendam tibi novam nuptiam spoliam Agni.** Et vidi Jerusalem descendenter de cœlo ornatam monilibus suis, * *Alleluia, alleluia, alleluia.* ¶ Et sustulit me in Spíritu in montem magnum & altum. Et vidi. Glória Patri. *Alleluia, alleluia.*

In secundo nocturno.

Aña. Alleluia. Psalm. Conserua me, Dómine, cum reliq. ut in Psalterio. 11.

X. Surrexit Dóminus verè.

R. Et appáruit Petro, *Alleluia, alleluia, allel allel.*

Sermo sancti Euchérii

Lugdunensis Episc.

De Pascha ix.

Lectio iv.

Digne, Charissimi piis stúdiis exultémus in Christo sub Pascháli solemnitáte; in qua nobis inferorum dives spoliis sancta

dies réddita est: celsitudo de profundiis; lux de ténebris: vita de mórtuis. Ecce quantum pro salúte óvium perditárum benígnā pī pastóris sollicitudo discúrrit. Sub uno eodémque tempore hómineū usque ad Paradísum revocare dignátur: & mortem usque ad inférra perséquitur; gloriósius captivándam in regno suo: & magnificéntius in suis triumphándam. Ad descénsum itaque cœlestis Dómini profundum inferi pánditur: peregrinum sibi lumen inférri nox ætérrna mirátur. Expávit ergo nox súbitò non sum mórtuum: imo expávit mortem suam.

R. Vidi Jerusalem descendenter de cœlo, ornatam auro, mundo, & lapidibus pretiósis intéxtam. * *Alleluia, alleluia.* ¶ Ab intùs in fimbriis aureis circumaincta varietáte. *Allel.all.*

Lectio v.

Aderat enim ille qui dudum per Prophétam suum dixerat: ô mors ero mors tua; ero mors tuus; inférne. Et ideo non solum in eo invenire non pótuit quid tenéret; sed etiam

étiam quos ántea retinébat : revocári ad súperos se nolénte conspérxit ; & quem debitórem suum putábat : exactórem pótius expérta est. Et quem quasi captívum infétri vínculis astringéndum esse credébat : quasi liberatórem cum recépta captivitáte redire miráta est , ac quem descensióne hóminem judicáverat : Deum regressióne cognóvit.

R. Pláteæ tuæ , Jerúsalem sternéntur auro mundo , Allelúia.* Et cantábitur in te cáanticum lætitiæ , allelúia ; & per omnes vicos tuos ab univérsis dicéatur , Allelúia , allelúia. ¶ Quóniam confortávit seras portárum tuárum , benedíxit filiis tuis in te. Et cantábitur.

Lectio vij.

POtuérat quidem Dóminus noster , Charíssimi ; hostem humáni géneris sola majestáte prostérnere sine incarnatiónis humiliáte : sine certámine pas-siónis. Sed homo qui próprio transgressiónis crímine tenebátur obnóxius ; qui per culpam suam in-cúrrerat servitútem ; non

violéntia liberándus fuit : sed misericórdia. Et quia Deus æquitas & justitia est : ipse sibi lex est. Et quia homo judíci & juris sui ac liberi arbitrii prædictus voluntáte erat ; qui voluntárius ceciderat : injústum erat ut erigerétur invitus. Æquius & salúbrius fuit ; ut qui per supérbiā à diábolo persuásis fúeraç ad mortem : à Deo per humilitátem suscitarétur ad vitam.

R. Véniens à Líbano , quæ pulchra facta es , allelúia . * Et odor vestimentórum tuórum super ómnia aró-mata , * Allelúia , allelúia. ¶ Speciosa facta es & suávis in delíciis tuis. Et odor . Glória Patri. Allelúia ,

In tertio Nocturno.

Aña. Allelúia. Psalmus. Cœli enárrant. cum reliq. ut in Psalterio. 16.

¶ Gavísi sunt Discípuli. R. Viso Dómino , Allelúia , allel. allel.

Lectio sancti Evangélij : secundùm Joánnem.

Lectio viij. Cap. 10.

IN illo témpore : Dixit Jesus Pharísæis. Ego sum Pastor bonus. Bonus Pa-stor: ánimam suam dát pro

óvibus suis. Mercenarius nostra misericorditer pro autem & qui non est Pastor cuius non sunt oves præpria? videt lupum venientem & dimittit oves; & fugit & lupus rapit? & dispertit oves. Et reliqua. Homilia sancti Gregorii Papæ.

In id Evangelium.

Lectio vii.

Audistis Fratres Charissimi; ex Lectione Evangælica eruditio nem vestram? audistis, & periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti domino; sed essentialiter bonus est? Ait ego sum bonus Pastor. Atque ejusdem bonitatis formam, quam nos imitemur? adjungit dices, bonus Pastor: animam suam penit pro óvibus suis. Fecit quod mónum: ostendit quod jussit. Bonus Pastor pro óvibus suis animam suam posuit: ut in sacramento nostro corpus suum & sanguinem viceret; & oves quas redemerat: carnis suæ alimento satiaret. Ostenta nobis est de contemptu mortis via quam sequimur; apposita est forma, cui imprimamur. Primum nobis est: exteriora

óvibus ejus impéndere. R. Hæc est Jerusalēm civitas magna cœlestis ornata tanquam sponsa Agni. Quóniam tabernaculum facta est, Allelúia. ¶ Vidi Jerusalēm descendéntem de cœlo ornatam tanquam sponsam viro suo. Quóniam,

Lectio viii.

Non Pastor sed mercenarius vocatur; qui non pro amore intimo oves Domínicas: sed ad temporales mercédes paicit. Mercenarius quippe est qui locum quidem pastoris tenet: sed lucra animalium non querit. Terrénis cōmodis inhiat: honore prælationis gaudet. Temporálibus hæris pascitur: impensa sibi ab hominibus reverentia lætatur. Iste sunt étenim mercédes mercenarii; ut pro eo ipso quod in régimine laboret: hic quod querit inveneriat. Et ab hæreditate gregis in posterum alienus, existat. Utrum vero pastor sit amercenarius: Cognosci véraciter non potest si occasio necessitatis deest. Transquillitatis enim tempore plerumque ad gregis custodiām.

Stódiām sicut verus pa-
stor: sic & mercenárius stat.
Sed lupus véniens índicat
quo quisque ánimo super-
gregis custódiam stabat.

R. Audívi voces in cœlo,
Angelórum multórum, di-
céntium. * Timéte Dómi-
num, & date claritátem
illi, & adoráte eum, qui fe-
cit cœlum & terram, mare
& fontes aquátum, Alle-
lúia, allel. *X.* Et exiuit vox
magna de templo à thro-
no, dicens: Timéte..

Lectio ix.

Sed est lupus qui sine ces-
satione quotidie non
corpora; sed mentes dilá-
niat, malignus videlicet
spíritus qui caulas fidélium
insídians circúmit; & mor-
tes animárum querit; de
quo lupo mox subditur:
& lupus rapit & dispérgit
oves. Lupus venit & mer-
cenárius fugit: quia malí-
gnus spíritus mentes fidé-
lium in tentatióne dila-
niat; & is qui locum pa-
storis tenet: curam solici-
tudinis non habet. Animæ
péreunt: & ipse de terré-
nis cómodis lætatur. Lu-
pus rapit & dispérgit oves:
cum álium ad luxúriam
perfráhit; álium in avari-

tiam accéndit; álium in
supérbiā érigit; álium
per iracundiā dívidit;
hunc invídia stimulat: il-
lum fallácia supplántat.
Quasi ergo gregem lupus
dissipat: cum fidélium pô-
pulos diáboli per tenta-
tiónes necat. Sed contra
hac mercenárius nullo ze-
lo accénditur: nullo fer-
vore dilectionis excitatur.
Quia dum sola exterióra
cómmoda requírit: interióra
gregis damna negli-
genter patitur. Unde &
mox adjúngitur: merce-
nárius autem fugit quia
mercenárius est: & non
pertinet ad eum de óibus.
R. Décantábat pôpulus Is-
raël, allelúia: & univérsa
multitudo Jacob canébat.
legítimè. * Et David cum
cantóribus cytharam per-
cutiébat, & laudem Deo
canébat, Allelúia, allelúia.
X. Móysés & Aaron in Sa-
cerdótibus ejus, & Sámuel
inter eos, qui invocant no-
men ejus. Et David cum
Te Deum..

A D L A U D E S.

Aña. Allelúia. ad modu-
lum *Aña.* Ego sum pastor.
sub qua dicitur Psalmus.
Dóminus regnávit. et in

*reliq. de Deinīca, ut in
Psalterio.*

Antiph. Allelúia, allel.
allel. allel. allel. allel. allel.
allel. allel.

Capitulum. 1.Petr.2.

Christus passus est pro nobis, vobis relínquēs exémplum, ut sequámini vestígia ejus; qui peccá-
tum non fecit: nec invén-
tus est dolus in ore ejus.
X. Dícite in natióibus.
R. Quia Dóminus regná-
vit, Allelúia, allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Ego sum Pastor óvium;
Ego sum via & véritas:
Ego sum Pastor bonus, &
cognósco meas, & cognós-
cunt me mēs, Allel. allel.

Orémus. Oratio.

Deus, qui in Filii tui
humilitáte jacéntem
niundum erexisti: fidéli-
bus tuis perpétuam concé-
de létitiam; ut quos per-
pétuæ mortis. eripuisti: cá-
sibus: gaudiis fácias pér-
frui sempitérnis. Per eún-
dem Dóminum..

Ad Tertiam.

Capitul. Christus passus
est. ut suprà.

R. Resurréxit Dóminus,
Allelúia, allel. **X.** Sicut di-
xit vobis, Allelúia, allelúia.

Glória Patri. **X.** Surréxit
Dóminus verè. **R.** Et ap-
páruit Petro, Allel. allel. all.

Oratio. Deus, qui ad
xtérnā vitam. *ut in su-*
periori Dominica. 624.

Ad Sextam.

Capitulum 1.Petr.2.

Tradébat autem Judi-
cánti se injústè, qui
peccáta nostra ipse pér-
tulit in cópore suo super lignū;
ut peccátis mórtui, justitiæ
vivámus: cuius livore sa-
nati sumus,

R. Surréxit Dóminus verè,
Allelúia, allelúia.

X. Et appáruit Petro, Al-
lelúia, allel. Glória Patri.

X. Gavísi sunt Discípuli.

R. Viso Dómino, Allelúia,
allelúia, allelúia.

Oratio. Omnipótens sem-
pitérne Deus qui huma-
nam. 625.

Ad Nonam.

Capitulum. 1.Petr.2.

Eratis enim sicut Oves:
Erráentes; sed convérsi-
estis nunc ad Pastórem: &
Episcopum animárum ve-
strárum..

R. Gavísi sunt Discípuli,
Allelúia, allelúia.

X. Viso Dómino, Allelúia,
allelúia. Glória Patri.

X. Cognovérunt Dñm.

R. Im-

R. In fractione panis, Al-
leluia, alleluia.

Oratio. Repelle, quæ-
sumus Domine. 625.

Ad Vesperas, Antiphona.
Alleluia.

Psalmus. Dixit Dominus.
cum reliquis Antiphonis & Psalmis de Domini-
nica. 150.

Capitulum. I. Petr. 2.

Christus passus est pro
nobis, vobis relin-
quens exemplum, ut se-
quamini vestigia ejus; qui
peccatum non fecit: nec
invensus est dolus in ore
ejus.

X. In Resurrectione tua,
Christe.

R. Coeli & terra lætentur,
Alleluia, allel. allel.

Ad Magnificat, Antiph-
Pastor bonus anima suam
ponit pro oviibus suis, Al-
leluia.

Oratio. Deus, qui in filij
tui. ut suprà.

Ad primam Processionem.

R. j. Docete filios vestros.
ut infrà. 646.

Orémus.. Oratio.
Concédere, quæsumus
Comnipotens Deus, ut
véterem cum suis actioni-
bus hominem depónentes;
illius conversatione vivá-

mus: ad cuius nos substâ-
tiām Paschálibus remédiis
transtulisti. Qui tecum.

Ad secundam Processio-
nem.

R. ij. Christus Resurgens
ex mortuis, jam non mó-
ritur; mors illi ultrà non
dominabitur: quod enim
vivit, vivit Deo, Alle-
luia.

Orémus.. Oratio.

Praesta, quæsumus om-
nipotens & misericors
Deus: ut in Resurrectione
Domini nostri Jesu Christi,
percipiámus veráciter
portionem. Qui tecum.

Ad Completor. Hymnus.

Ad cœnam Agni. 621.

FERIA SECUNDA.
De Actibus Apostolorum.

Lectione j. Cap. 15.

Surrexerunt autem qui-
dam de hæresi Pharis-
æorum, qui eredidérunt,
dicentes; Quia opórtet cit-
cúmidí eos: præcipere
quoque servare legem
Moysi. Conveneruntque
Apóstoli & Seniores vidé-
re de verbo hoc. Cùm au-
tem magna conquisitio fie-
ret; su. gens. Petrus dixit
ad eos: Viri Fratres, vos
scitis quóniam ab antiquis
diébus Deus in nobis élé-
git:

git: per os meum audire gentes Verbum Evangélij, & crédere. Et qui nō vit corda Deus, testimónium perhibuit: dans illis Spíritum Sanctum, sicut & nobis, & nihil discrevit inter nos & illós: fide púrificás corda eórum. Nunc ergo quid tentatis Deum impónere jugum super cérvices Discipulórum; quod neque Patres nostri, neque nos portáre potíimus; sed per grátiam Dómini nostri Jesu Christi crédimus salvári quemádmodum & illi. Tácut autem omnis multitúdo: & audiébat Bárhabam & Paulum narrantes quāta Deus fecisset signa & prodígia in géntibus per eos.

R. Docéte filios vestros, Alleluia * Ut memóriter teneant alleluia; & ore de- cántent, alleluia, alleluia.
X. Scriptus ergo Moyses Cápticum, & döcuit Fílios Israël. Ut memóriter.

Lectio ij.

Et postquam tacuerunt, respóndit Iacóbus, dicens. Viri Fratres audite me. Simon narravit que námodum primum Deus

visitávit sūmere ex géntibus pópulum nómini suo. Et huic concórdant verba Prophetárum: sicut scri- ptum est. Post hæc revérterat, & reædificábo tabernáculum David, quod cécidit; & diruta ejus reædificábo, & érigam illud. Ut requírant cæteri hómi- num Dóminum: & omnes gentes super quas invocá- tum est nomen meum: dicit Dóminus faciens hæc. Notum est à seculo Dómino opus suum. Propter quod ego iudico non inquietári eos, qui ex génti- bus convertuntur ad Deum; sed scribere ad eos ut abstíneant se à contaminati- nibus simillachrórum: & fornicatiōne; & suffocatis: & sanguine. Moyses enim à tempóribus antiquis ha- bet in singulis civitáribus qui eum prædicent in Sy- nagógis: ubi per omne Sábbatum légitur.

R. Audívi vocem. ut in-
Noct. Dominicae. 639.

Lectio iiij.

Tunc plácnit Apóstolis & Seniöribus cum omni Ecclésia, eligere vi- ros ex eis; & mittere An- tióchiam cum Paulo & Bárhaba

Bárnaba Judam, qui co-gnominabátur Bársabas, & Silam: viros primos in Frátribus ex géntibus salutem. Quóniam audívimus, quia quidam ex nobis exeúntes, turbavérunt vos verbis; everténtes ánimas vestras: quibus non mandávimus. Plácuit nobis colléctis in unum; elígere viros: & mittere ad vos eum, charíssimis nostris, Bárnbá & Paulo, homíni bus, qui tradidérunt ánimas suas pro nómine Dómini nostri Jesu Christi. Mísimus ergò Judam & Silam, qui & ipstí vobis réferent éadē. Vísum est enim Spíritui Sancto, & nobis nihil ultrà impónere vobis óneris, quām hæc necessaria: ut abstineáti vos ab iinmoláti simula-chrórum, & Sánguine, & suffocáto, & fornicatióne; à quibus custodiéntes vos benè agétis. Valéte.

R. Locútus est ad me. 640.

Ad Landes, Antiphona.
Alleluia. ad modulum Antiphone. Diætimore. Aña.
Alleluia, allel. allel. allel.
allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Et intrávit cum illis, &

factum est, dum recumbet cum illis, accépit Pa-nem & benédixit, & porrigébat illis, alleluia.

Ad Horas, Ca-itulum, Réponsoriū & Orationes ut suprà in Feria secunda post Dominicam primam post Pascha.

Ad Magnificat, Antiph.
Videte manus meas, & pedes meos, quia ipse ego sum, alleluia, allel.

FERIA TERTIA.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 17. & 18.

STans autem Paulis in médio Areopági: ait: Viri Athenienses: per ómnia quasi superstitiones vos vídeo. Prætériens enim & viçens simuláchra vestra, invéni & aram; ita quâ Scriptum est: Ignóto Deo. Quod ergò ignórantes cólitis: hoc ego an-núncio vobis. Deus, qui fecit Mundum, & ómnia: quæ in eis sunt: hic cœli & terræ cùm sit Dóminus non in manu-factis templis hábitat; nec manib[us] huniánis cólitur, indigens aliquo; cum ipse det ómnibus vitam, & inspiratiō-nem, & ómnia: fecitque ex uno omne genus homi-num

num inhabitare super universam faciem terrae, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum; querere Deum, si forte attrahent eum, aut invenerint: quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum,
*R. Vidi Jerusalem. ut in ij.
Noct. Dom. 640.*

Lectio ij.

IN ipso enim vivimus & movemur, & sumus sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsi enim & genus sumus. Genus ergo cum sumus Dei; non debemus estimare auro, aut argento, aut lapide sculpturae artis & cogitationis hominis: Divinum esse simile. Et tempora quidem hujus ignorantiae despiciens Deus; nunc annunciat hominibus: ut omnes ubique penitentiā agant; eo quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in equitate: in viro, in quo statuit; fidem præbens omnibus: suscitant eum a mortuis. Cum audissent autem Resurrectionem mortuorum; quidam quidem irridebat; quidam vero dixerunt:

Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exivit de medio eorum.

R. Plateæ tuæ. 641.

Lectio iiij.

Quidam vero viri adhærentes ei, credidérunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alijs cum eis. Post hæc egressus est ab Athénis & venit Corinthus; & inveniens quendam Judæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper, venerat ab Itália, & Priscillam, uxorem ejus: (eò, quod præcepisset Claudio discere omnes Júdæos à Roma) accéssit ad eos. Et quia ejusdem erat artis; manebat apud eos: & operabatur. (Erant autem Scenofactoriæ artis.) Et disputabat in Synagoga per omne Sabbathum, interponens nomen Domini Jesu: suadebatque Juðæis & Græcis.

R. Véniens à libano. 641.

Ad Laudes, Antiphona.
Alleluia, ad modulum Antiphona. Et Respiciéntes.
Anæ. Alleluia, allel. allel,
allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Christus

Christus resurgens ex mórtuis, iam non móritur; Mors illi ultrà non dominabitur: Quòd enim vivit, vivit Deo, allelúia.

Ad Magnificat, Antiph.
Sicut novit me Pater, & ego agnóscō Patrem, & ánimam meam pono pro óyibus meis, allelúia.

FERIA QUARTA.
De Actibus Apostolórum.

Lectio i. Cap. 20.

AMILETO autem mitens Ephesum: vocávit Majóres natu ecclésiæ. Qui cùm veníssent ad eum, & simul essent, dixit eis: vos scitis; à prima die, qua ingrēssus sum in Asiam: quáliter vobiscum per omne tempus fúerim. Sérviens Dómino cum omni humilitate: & lachrymis; & tentationibus: quæ mihi accidérunt ex insidiis Judæórum. Quómodo nihil subtráxerim útilium, quóminus annunciarém vobis: & docérem vos pùblicè, & per domos; testificans Judæis atque Gentilibus in Deum poenitentiam: & fidem in Dóminum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce ego al ligátus Spíritu, vado in post discessiónem meam

Jerusalem: quæ in ea ventura sint mihi, ignórans; nisi quòd Spíritus Sanctus per omnes civitátes mihi protestátur, dicens: Quóniam víncula & tribulatiōnes Jerosólymis me manent. Sed nihil horum véror, nec fácio ánimam meam pretiosiorem quam me, dummodo consúmem cursum meum, & Verbi ministérium; quod accépi à Dómino Jesu: testificari Evangélium gratiæ Dei.
R. Hæc est Jerusalem. ut in ij. Noct. Dom. 642.

Lectio ij.

ET nunc ecce scio ego, quòd non amplius videsbitis fáciem meam vos omnes: per quos transivi prædicans regnum Dei. Quapropter contéstor vos hodiéra die: quia mundus sum à Sanguine ómnium. Non enim subterfugi: quóminus annunciarém omnē consilium Dei vobis. Atténdite vobis & univérso gregi: in quo vos Spíritus Sanctus pósuit Epíscopos; régere Ecclésiam Dei: quam acquisivit Sanguine suo. Ego scio quóniam intrábunt lupi

lupi rapáces in vos : non parcéntes Gregi. Et ex vobis ipsis exúrgent viri loquéntes perversa : ut abdúcant Discípulos post se. Propter quod vigiláte, memoria retinéntes ; quóniam per triénnum nocte & die non cessávi : cum láchyris monens unumquemque vestrum.

R. Audívi voces, in cœlo.

643. *Lectio ij.*

ET nunc comméndo vos Deo : & Verbo Gratiæ ipsius ; qui potens est ædificare : & dare hereditatem in Sanctificatís ómnibus. Argéntum & aurum, aut vestem, nullus concupívi, sicut ipsi scitis. Quóniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt : ministravérunt manus istæ. Omnia ostendi vobis ; quóniam sic laborantes opúret suscipere infirmos : ac meminisse verbi Dómini Jesu, quóniam ipse dixit. Béatus est magis dare : quàm accípere. Et cùm hæc dixisset : pósitis génibus suis orávit cum ómnibus illis. Magnus autem fletus factus est ómnium : & procumbéntes super collum Pauli, oscula-

bántur eum ; doléntes máxime in verbo , quod dixe- rat : quóniam amplius fáciem ejus non essent visu- ri. Et dederunt eum ad navem.

643. Decantábat populus.

Ad Laudes, Antiphona. Alleluia. Ad modulum Anæ. Et intrávit. Aña. Al- leluia, allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph. Iesum queritis, non est hic, sed surrexit; recordámini qualiter locutus est vobis, dum adhuc in Galilæa esset, alleluia.

Ad Magnificat, Antiph. Ite, nunciáte Fratribus meis, alleluia; ut eant in Galilæam, ibi me vidébunt, alleluia, allel. allel.

F E R I A Q U I N T A.
De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 24.

Respóndit autem Pau-
lus ; (annuente sibi
Præside dicere.) Ex multis
annis te esse Júdicem Gen-
ti huic sciens , bono áni-
mo pro me satisfaciām.
Potes enim cognoscere ;
quia non mihi plus sunt
dies. quàm duodecim : ex
quo ascendi oráte in Je-
rusalem.

rusalem. Et neque in templo invenérunt me cum stet in Concilio ; nisi de aliquo disputántem ; aut concúrsu faciéntem turbam neque in Synagógis ; neque in civitáte ; neque probare possunt tibi , de quibus me nunc accúsant. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectám, quam dicunt Hæresim : sic deservio Patri & Deo meo, credens omnibus , quæ in Lege , & Prophétis scripta sunt. Spem habens in Deum ; quam & ipsi hi expéctant , Resurrectiōnem futuram justorum, & iniquorum. In hoc & ipse studio sine offendículo constiéti habere ad Deum ? & ad homines semper.

R. Ego sicut vitis. 639.

Lectio ij.

Post annos autem plures, Eleemosynas facturus in Gentem meam veni : & oblationes & vota. In quibus invenérunt me purificatum in templo ; non cum turba , neque cum tumultu. Quidam autem ex Asia Judæi , quos oportebat apud te præsto esse , & accusare ; si quid haberent adversum me ? aut hi ipsi dicant ; si quid invenérunt

in me iniquitatis ? cùm stet in Concilio ; nisi de aliquo disputántem ; aut concúrsu faciéntem turbam neque in Synagógis ; neque in civitáte ; neque probare possunt tibi , de quibus me nunc accúsant. Quóniam de Resurrectiōne mortuorum ego judit hodie à vobis.

R. Audívi vocem. 640.

Lectio ij.

Distulit autem illos Felix certissime sciens de via hac, dicens ; Cùm Tribunus Lysias descendenterit ; audiam vos. Jussitque Centuriōni custodire eum ; & habere réquiem : nec quenquam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autem dies véniens Felix cum Drusilla uxore suâ, quæ erat Judæa ; vocavit Paulum ? & audívit ab eo fidem, quæ est in Christum Jesum.. Disputante autem illo de justitia & castitate ; & de Judicio futuro tremefactus Felix respóndit : Quod nunc attinet, vade ; tempore autem opportuno accérsam te : simul & sperans quod pecúnia ei darétur, à Paulo ; propter quod & frequenter accéssens eum : loquebatur cum eo. Biennio autem expléto, accépit successorem Felix Pótium Festum. Volens

Iens autem grátiam præstáre Judæis Felix : relíquit Paulum vinclum.

Rx. Locútus est ad me. 640

Ad Laudes, Aña. Al-
lelúia. Ad modulum Aña.
Nónne cor nostrum.

Allelúia , allelúia , allelúia , allelúia , allel. allel. allelúia.

Ad Benedictus, Antiph.
Tulérunt Dóminum meū,
& néscio ubi posuerunt eum ; Si tu sustulisti eum, dícito mihi , Allelúia ; & ego eum tollam, Allelúia.

Ad Magnificat, Antiph.
Alias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovili ; & illas opórtet me addúcere , & vocem meam audient , & fieri unum ovile , & unus Pastor, allelúia.

FERIA SEXTA.
De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 25.

Festus ergo cùm venisset in Provinciam : post triduum ascéndit Jerosolymam à Cæsárea. Adieruntque cùm Príncipes Sacerdótum, & primi Judæorum, advérsus Paulum : & rogábant eum ; postulantes grátiam advérsus eum : ut jubéret perdúci eum in Jerúsalem. Insídias

tendéntes : ut interficerent eum in via. Festus autem respóndit ; servári Paulum in Cæsárea : se autem matúrius profectúrum.

Rx. Vidi Jerúsalem. 640.

Lectio ij.

DEmorátus autem inter eos dies non amplius quàm octo aut decem descéndit Cæsáream : & altera die sedit pro tribunali , & jussit Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circumstetérunt eum qui ab Jerosolyma descénderant Judæi : multas & graves causas objiciéntes quas non pótterant probare : Paulo rationem redénte : Quóniam neque in Legem Judæorum , neque in templum , neque in Cæsáream quicquam peccávi.

Rx. Plateæ tuæ. 641.

Lectio iij.

Festus autem volens grátiam præstare Judæis : respónsens Paulo, dixit. Vis Jerosolymam ascéndere ; & ibi de his judicari apud me ? Dixit autem Paulus : Ad tribunal Cæsáris sto : ibi me opórtet judicari. Judæis non nécui : sicut tu mélius nosti. Si enim nócui , aut dignū morte

morte aliquid feci, non re- cùm interrogatiōnem de-
cuso mori; Si verò nihil me habuissent, voluerunt
horum, quæ hi accusant me dimittere eò, quod
me, nemo potest me illis nulla esset causa mortis in
donare: Cæsarem appellā- me. Contradicētibus au-
lo. Tunc Festus cum Con- tem judæis; coactus sum
cilio locutus, respóndit; appellare Cæsarem: non
Cæsarem appellasti: ad quasi gentem meam ha-
Cæsarem ibis. bens aliquid accusare. Pro-
pter hanc igitur causam;
rogavi vos videre: & alio-
qui.

R. Véniens à Líbano. 641.
Ad Laudes, Antiphona.
Alleluia. *Ad modulum*
Antiphona. Data est mihi.
Alleluia, allel. allel. all. all.

Ad Benedictus, Antiph.
Undecim discipuli in Ga-
lilæa videntes Dóminum
adoravérunt, alleluia.

*Ad Vesperas, nisi occur-
rat Festum ix. Lectionum,
fit de Sancta Maria.*

S A B B A T O.
De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 28.
Cum autem venissémus
Romam: permíssum
est Paulo manére sibimet
cum custodiénte se mīlite.
Post tértium autem diem
convocávit primos Judæo-
rum; Cumque convení-
sent: dicébat eis. Ego, viri
Fratres; nihil advérsus ple-
bem fáciens, aut morem
patérnum, vinctus ab Iero-
sólymis tráditus sum in
manus Romanorum: Qui

Lectio ij.
AT illi dixerunt ad
Eum; Nos neque lí-
teras accépimus de te à
Judæa, neque advéniens
aliquis Fratrum nunciávit:
aut locutus est quid de te
malum. Rogámus autem
à te audire, quæ sentis?
Nam de secta hac notum
est nobis: quia ubique ei
contradicitur. Cùm con-
stituissent autem illi diem;
venérunt ad eum in hospí-
tium plúrimi: quibus ex-
ponébat testificans regnū
Dei; suadénsque eis de Je-
su ex Lege Móysi, & Pro-
phétis: à manè usque ad
vésperam. Et quidam cre-
dabant his, quæ dicebán-
tur: quidam verò non cre-
dabant. *Lectio iij.*

Cumque ívincem non
cessent consentiéntes,
discedé

discedébant; dicénte Paulo unum verbum? Quia benè Spíritus sanctus locútus est per Isaiam Prophétam ad Patres nostros, dicens. Vade ad pópulum istum? & dic ad eos. Aure audiétis? & non intelligétes; vidéntes vidébitis? & non perspiciétis. In crassatum est enim cor pópuli hujus, & áuribus gráviter audiérunt, & óculos suos compressérunt: ne forte videant óculis; & áuribus áudiant: & corde intelli-gant, & convertantur: & sanem eos. Notum ergo sit vobis ómnibus; quóniam Géntibus missum est hoc salutare Dei: & ipsi áudient. Et cùm hæc dixisset: exiérunt ab eo Judæi multam habéntes inter se quæstiōnem. Mansit autem biénno toto in suo con-dúcto: & suscipiébat omnes, qui ingrediebántur ad eum; prædicans regnum Dei: & docens quæ sunt de 'Domino Jesu Christo cum omni fidúcia sine pro-hibitione.

AD VESPERAS.

Capitulum. Jac. i.

OMNE datum ópti-mum, & omne do-

num perféctum desúrsum est, descéndens à Patre lu-minum; apud quem non est transmutatio? nec vi-cissitudinis obumbratio.

¶. In Resurréctione tua, Christe. Rx. Cæli & terra lætentur, Allelúia, allel. all.

Ad Magnificat, Antiph. Módicu[m]; & non vidébitis me, dicit Dóminus: íterum módicu[m], & videbitis me, quia vado ad Patrem, Allelúia, allel.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui errantibus, ut in viam possint redire justitiæ, veritatis tuæ lu-men osténdis: da cunctis, qui Christiana professióne censéntur; & illa respúere quæ huic inimica sunt nōmini: & ea, quæ sunt apta sectári. Per Dóminum.

Ad primam Processionem. Rx. i. Ego sicut vitis. 639.

Orémus. *Oratio.*

Concédere, quæsumus, omnípotens Deus, ut vétere in cùm suis actiōni-bus hóminem deponéntes; illiū conversatiōne vivámus: ad cuius nos substán-tiam Paschálibus remédiis transtulisti. Qui tecum.

Ad secundam Processionē. Rx. ii. Audíyi vocem. 639.

Orémus,

Orémus. *Oratio.*
Præsta, quæsumus om-nípotens & misericors Deus: ut in Resurrectione Dómini nostri Jesu Christi, percipiámus veráriter portionem. Qui tecum.

Ad Completor. Hymnus.
 Ad Cœnac Agni. 621.

D O M I N I C A I I I.

post Pascha.

Ad Matutinum.

Invitat. Alleluia, alleluia.

Psalmus. Venite. 2.

In primo Nocturno.

Psalmi, ut in Psalterio, de Dominica.

R. Resurréxit Dóminus.

R. Sicut dixit vobis, Alleluia, allel. allel.

In Choro prima Lectio de Prologo incipiente Joánnes.. pro secunda vero initium Libri Apocalypsis.

Incipit Liber Apocalypsis
Beati Joánnis Apóstoli.

Lectio i. Cap. 1.

APocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis; quæ opórtet fieri citó? Et significávit mittens per Angelum suum servo suo Joánni; qui testimónium perhibuit Verbo Dei: & Testimónium Jesu Christi, quæcumque vidit. Beá-

tus, qui legit, & audit ve-
ba Prophétiae hujus? Et
servat ea, quæ in ea scripta
sunt. Tempus enim propè
est. Joánnes septem Ecclé-
siis, quæ sunt in Asia. Grá-
tia vobis & pax ab eo, qui
est, & qui erat, & qui ven-
turus est? Et à septem spi-
ritibus, qui in conspéctu
throni ejus sunt & à Jesu
Christo, qui est testis fidé-
lis; Primogénitus mortuó-
rum: & Princeps Regum
terræ; Qui diléxit nos? &
lavit nos a peccátis nostris
in sanguine suo; & fecit
nos Regnum & Sacerdótes
Deo & Patri suo? Ipsi gló-
ria & impérium in sǽcula
sǽculórum, Amen.

R. Ego sicut vitis. 639.

Lectio ii.

Ecce venit cum núbib-
us; & vidébit eum
omnis óculus: & qui eum
pupugérunt. Et plangent
se super eum omnes tribus:
terræ? Et iam, Amen. Ego
sum Alpha & Oméga, prin-
cipium & finis, dicit Dó-
minus Deus; Qui est, qui
erat? & qui venturus est:
omnipotens. Ego Joánnes
frater vester, & párticeps
in tribulatióne, & regno;
Patiéntia in Christo Jesu:

Fui

Fui in insula, quæ appellatur Pathmos, propter verbum Dei, & testimonium Jesu. Fui in Spíritu in Dóminica die; & audívi post me vocem magnam tamquam tubæ dicétis? Quod vides, scribe in libro; & mitte septem Ecclésias: quæ sunt in Asia: Epheso & Smyrnæ: & Pérgamo, & Thiatyræ; & Sardis, & Philadelphiæ: & Laodiciæ.

R. Audívi vocem. 639.

Lectio iij.

ET convérsus sum ut vi-
dérem vocem, quæ lo-
quebátur mecum: Et con-
vénsum vidi septem cande-
lábra áurea; & in médio
septem candelabrórum au-
reórum: Símilem Fílio
Hóminis; vellítum podé-
re: & præcínctum ad ma-
millas zona áurea. Caput
ejus & capilli erant cándi-
di tamquam fana alba; &
tamquam nix: & oculi
ejus similes aurichálco; si-
cūt in camíno ardénti: &
vox illius tamquam vox
aquárum multárum; & ha-
bebat in dexterá sua stellas
septem, & de ore ejus glá-
dius utráque parte acútus
exibat: Et fácies ejus sicut
sol lucet in virtúte sua. Et

cùm vidissém eum: cécidí
ad pedes ejus tamquam
mórtuus. Et pósuit dexteram
suam super me, dicens:
Noli timére! Ego sum Pri-
mus & Novíssimus; & vi-
vus, & fui mórtuus: & ec-
ce sum vivens in sǽcula sǽ-
culórum. Et hábeo claves
mortis: inférni. Scribe er-
go quæ vidísti, & quæ sunt:
& quæ oppórtet fieri post
hæc.

R. Locútus est. 640.

In secundo Nocturno.

Aña. Allelúa. Psalmus.
Consérvá me. cum reliquis
ut in Psalterio. 11.

X. Surréxit Dóminus verè.

R. Et appáruit Petro, Alle-
lúa, allel, allel.

Sermo sancti Euchérij
Lugdunénsis Episc.

Homil. x. de Pascha.

Lectio iv.

REsurrectio Dómini no-
stri Charíssimi: cum
qua univérsa géneris hu-
máni condítio resurréxit
sicut ingéntia beneficia:
ita magna in se cóntinet
sacramenta. Quæ quidem
apérta miráculis; & opérta
mystériis; credulitátem
nostram sicut adimplévit
in præteritum: ita corró-
borat in futúrum. Ut ea
quæ

quæ similiiter sunt prædicitæ, id est, sicut specialem: ita generalem omnium resurrectionē. Ita judicium: credamus & regnum. Qui ergo evidenter quæ diu sunt expectata suscepimus: fiduciâliter necesse est quæ sunt expectanda credamus. Si fortis fuit fides quæ experienta præcessit: fortior debet esse quæ jam manifesta subsequitur.

R. Vidi Jerûalem. 640.

Lectione v.

Excitet hoc loco fidem nostram sanctus Apôstolus Thomas. Nobis enim ille & interrogavit & creididit; nos illius erat eruditura dubitatio: nos illius roboratura cōfessio. Explorémus cum eo Dómini cicatrices cordis nostri manu; inspiciámus sensu; tangámus afféctu; utrum in ipso corpore quod mórtuum est: sit resurgentium. Interrogémus vitæ nostræ corpus notis evictæ mortis inscriptum. Interrogémus ipsum Dómini tumulum: triduâno honore vacuatum. O qui cùmque ille es qui collatum substâtiæ meæ beneficium in corpus trans-

Pars Verna.

crîbis extrâneum; ecce il- lud ipsum video inférri cælo: quod jâcuit in sepulchro. Quid tibi inter hæc iniqüitas dolênda mentiris; si te non de tuo pulvère; non de tuis ossibus æstimas reparandum; sine causa dicis in Symbolo: Credo Carnis resurrectionem.

R. Pláteæ tuæ. 641.

Lectione vij.

Audi quomodo magister Géntium Paulus quasi dígito substâtiæ corporis nostri: Beati Thomæ more contigit & dicit. Opörtet enim corruptibile hoc induere in corruptélam; hoc est dícerre mortale nostrum in quo nati sumus: ipsum de favillis suis ita reparandum est ne ultra possit morte dissolvi. Ipsa itaque sumus exterioris nostri vestie speciâliter induendi; quâ fueramus exuti: & anima ad pristinum reversura collégium. Ut aut de recognitiōne indigni comilitonis erubescat: aut de consortii honorabilis societate congáudeat. Quæcum ita sunt audiâmus per Prophétam resurrectionis

V

præsentiam ante tot saccu-
la velut sub oculis depin-
gentē. Hæc dicit Dóminus
Deus; ossa árida audíte ver-
bum Dómini , ecce ego
mitto in vos spíritum &
vivéctis ! & accessérunt in-
quit ossa ad ossa unum
quodque ad junctúrā suā.
Rx. Véniens à Líbano. 641.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangeli:
secundum joánnem.

Lectio vii. Cap. 16.

IN illo tēpore: Dixit Iesús
Discipulis suis; Módicū,
& jam non vidébitis me;
& iterum módicum, & vi-
débitis me ? Quia vado ad
Patrem. Dixérunt ergo ex
Discipulis ejus ad invicem;
quid est hoc quod dicit no-
bis módicum & non vidé-
bitis me , & iterum módi-
cum & vidébitis me ? quia
vado ad Patrem. Et reliqua.
Homilia Venerabilis Bedæ
Presbyteri.

In id. Evangelium.

LÆta Dómini & Salva-
toris nostri promissa
fratres Chatíssimi : læto-
cordis auditu percípere de-
bémus ; sedulaque inten-
tione persistere : quátenus
ad hæc pertíngere mereá-
inur. Quid est enim quod

méritò lætius audiátur,
quàm perveníri posse ad
gáudium: quod numquam
possit auféri. Notandum
autem quod tota Lectio-
nis hujus Evangelicæ séries
illis cónvenit qui eam præ-
sentes audiérunt à Domi-
no ; pars autem illius etiā
nobis qui post Passiónem
& Resurrectionem Domí-
nicam ad fidem vénimus:
aptissimè cóngruit.

Rx. Hæc est Jerísalē. 642.

Lectio vii.

COntristabántur Discí-
puli pósito in morte
Dómino ; sed agnita ejus
resurrectione: tristitia illó-
rum versa est in gáudium.
Visa ascensiōnis poténtia
jam majóri gáudio suble-
vati : laudábant & benedi-
cébant Dóminum. Ut Lu-
cas Evangélista testáatur.
Sed & cunctis fidélibus hic
sermo Dómini cénvenit
qui per lácrymas pressurás-
que præsentes : ad gáudia
æternia pervenire contén-
dunt. Qui méritò in præ-
senti plorant ; flent & tri-
stes sunt : quia necedum va-
lent vidére quem díligunt.
Quia quándiu sunt in cór-
pore ; peregrinári se à sua
pátria : & regno cognós-
cunt.

tuat. Quia per labores & certamina : ad coronam sibi perveniendum esse non dubitant. Quorum tristitia vertetur in gaudium ; cum finito agone vitae hujus bravium vitae perennis accipient. De quo dicitur in Psalmo ; qui seminant in lacrymis : in gaudio mettent.

R. Audivi voces 643.

Lectio ix.

Sic ergo Charissimi salubri tristitia nunc afficiuntur ; si juxta hortamenta Apostoli spe gaudentes : in tribulacione existimus patientes. Si nostra errata ; si miseras proximorum : debita lamentacione defleimus. Videbit nos iterum Dominus ; id est videndum se nobis ostendet in futuro : qui quondani nos videre fidei suae nobis agnitionem largiendo , dignatus est. Videbit ut coronet : qui quondam vidit ut vocaret. Videbit & gaudet cor nostrum ; & gaudium nostrum : nemo tolleret a nobis. Quia haec est vera & unica merces eorum qui secundum Eum contristantur : de perpetua ejus visione gaudere. Qua-

profecto mercedem promisit ipse sublimiter cum ait ; beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt. R. Decantabat. 643. Te Deum laudamus.

A D L A U D E S.

Antiph. Alleluia. In Choro cantatur ad modulum *Aie.* Modicum. *Aia.* Alleluia, allel. *Psalm.* Dominus regnavit. cum reliquis ut in *Psalterio.* 20.

Capitulum. 1. Petr. 2.

Obsecro vos tamquam advenas & peregrinos ; abstinere vos a carnalibus desideriis : quae militant adversus animam.

X. Dicite in Nationibus.

R. Quia Dominus regnabit, alleluia, allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis, alleluia.

Oramus. Oratio.

Deus, qui errantibus, ut in viam possint redire justitiae ; veritatis tuae lumen ostendis : Da cunctis, qui Christiana professione censentur ; & illa respuere quae huic inimica sunt no-

mini : & ea quæ sunt apta
sectari. Per Dóminum.

Ad Tertiā, Capit. 1. Petr. 2.
Obsecro vos. *ut suprà.*

R. Resurréxit Dóminus,
allelúia, allel. **X**. Sicut dixit
vobis, allelúia, allel. Glória
Patri. **X**. Surrexit Dómi-
nus verè. **R**. Et appáruit
Petro, Allelúia, allel, allel.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui ad aeternam
vitam in Christi Re-
surrectióne nos réparas:
Eríge nos ad consédentem
in déxtera tua nostræ salú-
tis Auctórem; ut, qui pro-
pter nos judicándus advé-
nit: pro nobis judicatú-
rus advéniat Jesus Christus
Fílius tuus, Dóminus no-
ster. Qui tecum.

Ad Sextam.

Capitulum. 1. Petr. 2.

Subjécti ígitur estóte om-
ni humánæ creatúræ
propter Deum; sive Regi,
qua si præcellénti, sive duci-
bus tanquam ab eo missis:
ad vindictā malefactórum
laudem verò bonórum.

R. Surrexit Dóminus verè,
allelúia, allel. **X**. Et appa-
ruuit Petro, allelúia, allel.
Glória Patri. **X**. Gavísi sunt

Discípuli. **R**. Viso Dómi-
no, allelúia, allel. allel.

Orémus. *Oratio.*

OMnipotens sempité-
ne Deus, qui humá-
nam Natúrā supra primæ
oríginis réparas dignitatē:
Réspice propítius pietatis
tuæ ineffabile Sacramén-
tum; & quos regeneratió-
nis mystério innovare di-
gnátus es: in his dona tua
perpétua gratiæ protec-
tione consérva. Per Dómi-
num nostrum.

Ad Nonā, Capit. 1. Petr. 2.

Servi, subditi estóte in
omni timore Dóminis;
non tantum bonis & mo-
déstis, sed etiam dyscolis:
hæc est enim grátia in
Christo Jesu Dómino no-
stro.

R. Gavísi sunt Discípuli,
Allelúia, allel. **X**. Viso Dó-
mino, allelúia, allel. Glória
Patri. **X**. Cognovérunt
Dóminum. **R**. In fractiōne
panis, allelúia, allel. allel.

Orémus. *Oratio.*

REpelle, quæsumus Dó-
mine, conscriptū pec-
cati Lege Chirógraphum:
Quod in nobis Pascháli
mystério per Resurrectió-
nem Fílli tui vacuásti, Qui-
tecum.

*Ad Vesperas, Aña Alle-
lúia. Psalm. Dixit Dómi-
nus.*

*nus. cum reliq. de Dom. 150
Capitulum. 1. Petr. 2.
Obsecro vos. ut suprà ad
Laudes.*

*XV. In Resurrectione tua,
Christe. Rx. Cæli & terra
lætentur, Alleluia, allel. all.*

*Ad Magnificat, Ana.
Tristitia vestra vertetur in
gaudium, & gaudium ve-
strum nemo tollet à vobis,
alleluia, allel. Oratio. Deus
qui errantibus. ut suprà
ad Laudes.*

*Ad primam Processionem.
Rx. j. Docéte filios vestros,
alleluia; ut memóriter té-
neant, alleluia: & ore de-
cántent, alleluia, allel.*

Orémus. Oratio.

*C*oncéde; quæsumus,
Omnípotens Deus, ut
véterem cum suis actiōni-
bus Hóminem deponé-
tes; illius conversatiōne vi-
vámus! Ad cuius nos sub-
stántiam Paschálibus re-
médiis transtulísti.

Ad 2. Processionem.

*Rx. ii. Christus resúrgens ex
mórtuis, jam non móritur;
mors illi ultrà non domi-
nabitur: Quòd enim vivit,
vivit Deo, alleluia, allel.*

Orémus. Oratio.

*P*ræsta, quæsumus Om-
nípotens & Misericors,

Deus! ut in Resurrectione
Dómini nostri Jesu Chri-
sti, percipiámus veráciter
portionem. Qui tecum.

*Ad Completor. Hymnus.
Ad cœnā Agni. 621.
FERIA SECUNDA.
De Libro Apocalypsí B.
Joánnis Apóstoli.*

Lectio j. Cap. 2.

*A*ngelo Ephesi Ecclé-
siæ scribe! Hæc dicit,
qui tenet septem Stellas in
déxtera sua; qui ámbulant
in médio septem candelab-
rórum aureórum! Scio
ópera tua & labórem &
patiéntiam tuam; & quia
non potes sustinére malos:
Et tentásti eos, qui se di-
cunt Apóstolos esse, & non
sunt: & invenísti eos men-
dáces; & patiéntiam ha-
bes, & sustinuísti propter
nomen meum: & non de-
fecísti. Sed hábeo advérsū
te, quòd cháritatē tuam
primam reliquisti. Memor
esto itaque undè excide-
ris: & age pœniténtiam
& prima ópera fac. Sin au-
tem vénio tibi; & moyébo
Candelábrum tuum de lo-
co suo: nisi pœniténtiam
égeris. Sed hoc habes quia
odísti facta Nicolaítarum:
qua & ego odi. Qui habet

aurem, audiat quid Spíritus sāctus dicat Ecclésiis; Vincénti dabo édere de Ligno vitæ: quod est in Paradíso Dei mei.

R. Docéte filios. 646.

Lectio iij.

ET Angelo Smyrnæ Ecclésiæ scribe? Hæc dicit primus & novíssimus; qui fuit mórtuus: & vivit. Scio tribulatióne tuam, & paupertátem tuam; sed dives es, blasphemáris ab his, qui se dicunt judæos esse, & non sunt: sed sunt Synagóga Sátanæ. Nihil horum timeas: quæ passírus es. Ecce missurus est Diábolus áliquos ex vobis in cácerem; ut tentémini: & habébitis tribulatióne diebus decem. Esto fidélis usque ad mortem: & dabo tibi corónam vi- tæ. Qui habet aurem, au- diat quid Spíritus sanctus dicat Ecclesiis: Qui ví- cerit non lædetur à mor- te secúnda.

R. Audívi vocem. 639.

Lectio iij.

ET Angelo Pérgami Ecclésiæ scribe? Hæc dicit, qui habet Rhomphæā utráque parte acútam; Scio ubi hábitas: ubi sedes est

Sátanæ; & tenes nomen meum? & non negásti fi- dem meam. Et in diébus illis Antipas testis meus fi- délis; qui occísus est apud vos: ubi Sátanas hábitat. Sed hábeo advérsus te pau- ca; quia habes illic tenénen- tes doctrinam Bálam: qui docébat Balac mítttere scá- dalum coram filiis Israël; édere & fornicári: ita ha- bes & tu tenéntes doctrí- nam Nicolaitárum. Simili- ter pœniténtiam age? Si quóminus, véniam tibi ci- tò; & pugnábo cum illis: in gládio oris mei. Qui ha- bet aurem, áudiat quid Spíritus sanctus dicat Ecclésiis: vincénti dabo Man- na absconditum & dabo illi calculum cándidum; & in cálculo nomen novum scriptum, quod nemo scit: nisi qui áccipit.

R. Locútus est ad me. 640.

A D L A U D E S.

Antiph. Allelúa. *Ad mo-*
dulum Añæ. Præ timóre.
Añæ. Allelúa, allel. allel.
allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Jesum qui Crucifixus est,
quæritis, allelúa; non est híc, Surréxit, sicut dixit vo-
bis, allelúa.

Ad

Ad Magnificat, Aña.
Nónne cor nostrum ardens
erat in nobis, de Jesu dūm
loqueretur in via, allelúia.
FERIA TERTIA.
De Libro Apocalypsīs B.
Joánnis Apóstoli.

Lectio i. Cap.4.

POst hæc vidi : Et ecce
Ostium apertum in cæ-
lo ; & vox prima : quam
audívi tanquam tubæ lo-
quéntis mecum , dicens ;
Ascénde huc : & osténdam
tibi quæ oppórtet fieri post
hæc. Et statim fui in Spí-
ritu. Et ecce sedes pósita
erat in cœlo : & supra se-
dem Sedens. Et qui sedé-
bat : similis erat aspéctui
lápidis Jáspidis & Sárdinis;
& Iris erat in circúitu Se-
dis : similis visiōni Smar-
ágdinæ. Et in circúitu
Sedis Sedilia Viginti quá-
tuor & super thronos vigē-
ti quatuor Seniores sedén-
tes; circuamicti vestiméntis
albis : & in capitibus eó-
rum corónæ aureæ. Et de
Throno procedébant ful-
gura : & voces , & toní-
trua.

R. Vidi Jerúsalem. 640.

Lectio ii.

ET in conspéctu Sedis
tanquam mare vítreū,

simile crystállo : & in mé-
dio Sedis ; & in circúitu
Sedis : Quátuor animália
plena oculis antè & retrò.
Et ánimāl primum simile
Leóni ; & ánimāl secún-
dūm simile vítulo ; & té-
tium ánimāl habens fá-
ciem quasi hóminis : &
quartum ánimāl simile
aquilæ volánti. Et quátuor
animália : singula eórum
habébant alas sénas ; & in
circúitu & intus plena sunt
oculis : Et réquiem non
habébant , die ac nocte
dicéntia; Sanctus, Sanctus,
Sanctus , Dóminus Deus
omnipotens : Qui erat , &
qui est , & qui ventúrus
est,

R. Plateæ tuæ. 641.

Lectio iii.

ET cùm darent illa ani-
mália glóriam & ho-
nórem , & benedictiónem
sedénti super Thronum,
vivénti in sǽcula sǽculó-
rum ; procidébant viginti
quátuor Seniores ante se-
déntem in Throno : & ado-
rábant vivéntem in sǽcu-
la sǽculórum ; & mittébant
corónas suas ante Thro-
num: dicéntes. Dignus es,
Dómine Deus noster acci-
pere glóriam & honórem,

& virtutem ; quia tu creasti omnia : & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

R. Véniens à libano. 641.

A D L A U D E S.

Antiphona.

Alleluia. *Ad modulum*

Ana. Et respiciētes.

Ana. Alleluia, allel. allel.
allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Et coegerunt illum, dicentes ; Mane nobiscum,
quia adesperascat, alleluia.

Ad Magnificat, Antiph.
Obtulerunt Discipuli. Domino, partem piscis assi &
favum mellis, alleluia, alleluia.

FERIA QUARTA.

De libro Apocalypsis beati

Joannis Apostoli.

Lectio i. Cap. 5.

E T vidi in dexterā se-
dēntis super Thro-
num, librum scriptum in-
tus & foris : signatum si-
gillis septem. Et vidi an-
geli fortē prædicantē
voce magna : Quis est di-
gnus aperire librum ; &
solvēre signacula ejus ? Et
nemo poterat ; neque in
caelō : neque in terra ; ne-
que subterrā aperire

librum : neque respicere illūm. Et ego flebam mul-
tum ; quoniam nemo di-
gnus invēntus est aperire
librum : nec videre eum. Et
unus de seniōribus dixit
mihi, ne flēveris : ecce vi-
cit Leo de Tribu Iuda ;
Radix David, aperire li-
brum : & solvere septem
signacula ejus. Et ecce ia
mēdio Throni ; & quātuor
animālia : & in mēdio
seniōrum agnum stanterā
tanquam occīsum ; habēn-
tem cōrnua septem : qui
sunt septem Sp̄iritus Dei,
missi in omnem terram. Et
venit : & accēpit de dexte-
ra sedēntis in Throno li-
brum.

R. Hęc est Jerūsalem. 642

Lectio ii.

E T cūm aparuerisset li-
brum ; quātuor animā-
lia : & viginti quātuor se-
niōres cecidērunt coram
Agno ; & habēntes singuli-
citharas & phiālas aureas
plenas odoramentōrum
quæ sunt Orationes San-
ctorum & cantabant Can-
ticum novum dicentes. Di-
gnus es, Domine, accipere
Librum ; & solvere signa-
cula ejus : Quoniam occi-
sus es, & redemisti nos
Deo

Deo in Sanguine tuo ex
omni tribu & lingua, &
pópulo, & natióne ; & fe-
cisti nos Deo nostro Re-
gnum & Sacerdótes ! &
regnábimus super terram.
R. Audívi voces.

*lum Aña. Et intrávit. Aña.
Alleluia, allel. allel. allel.
allel. allel. allel. allel. allel.
allelúia.*

Ad Benedictus, Antiph.

Afferte de piscibus, quos
prendidistis nunc; ascendit
autem Simon Petrus, &
traxit rete in terram plen-
num magnis piscibus. allel.

*Ad Magnif. Aña. María
ans ad Monuméntū plo-
ans vedit Angelos in albis.
edéntes, ubi pósitum füe-
at corpus Jesu, allelúia.*

FERIA QUINTA.
De Libro Apocalypsis B.
Joannis Apóstoli.

Lectio j. Cap. 15.

glóriam , & benedictiónē.
Et omnem creatúram, quæ
in cœlo est : & super ter-
ram ; & sub terra ? & quæ
sunt in mari, & quæ in eo,
omnes audívi, dicéntes. Se-
denti in Throno & Agno,
Benedictio ; & honor, &
glória ? & potestas in sæ-
cula sæculórum. Et Quá-
tuor Animália dicébant,
Amen. Et vigínti quátuor
Seniores cecidérunt in fá-
cies suas ? & adoravérunt
vivéntē in sècula sèculórū.
¶ Decantábat pòpulus.

T' vidi áliud signum in
Cœlo magnum & mi-
rábile ? Angelos septem ;
habéntes Plagas septē no-
víssimas ; Quóniam in illis
consumimáta est ira Dei.
Et vidi tamquam mare ví-
treum mixtum igne, & eos
qui vicérunt Bestiam &
imáginem ejus ? & nume-
rum nòminis ejus , stantes
super mare. vítreum ; ha-
béntes cytharas Dei ? &
cantántes Cánticum Moysi
servi Dei ; & Cánticum
Agni ? dicéntes. Magna &

AD LAUDES.

Aia. Allelúia.. Ad modu-

—
—
—

tens. Justæ sunt viæ tuæ? Rex sæculórum. Quis non timébit te, Dómine; & magnificábit Nomen tuum? Quia solus pius es. Quóniam omnes gentes vénient; & adorábunt in conspéctu tuo? Quóniam judícia tua manifesta sunt.
Rx. Ego sicut vitis. 6 39.

Lectio ij.

ET post hæc vidi, & ecce apérturn est Templum Tabernáculi testimónii in Cœlo? Et exiérunt septem Angeli habéntes septem Plagas; de Templo vestítilino mundo & cándido? & præcíncti circa péctora Zonis aureis. Et unū de Quátuor Animálibus dedit septem Angelis septem Phíalas aureas; plenas iracundiæ Dei vivéntis? in sæcula sæculórum. Et implétum est Templum fumo à Majestáte Dei? & de virtute ejus; & nemo pôterat introire in Templum: donec consummárētur septem Plagæ, septem Angelórum.
Rx. Audívi vocem.

Lectio iij. Cap. 16.

ET audívi vocem magnum de Templo; dicéntem septem Angelis: Ite, effundite septem

Phíalas ire Dei in terram. Et ábiit primus, & effúdit Phíalam suam in terram; & factū est vulnus sævum & péssimum in hómines qui habébant charactérem Béstiæ? & in eos qui adoravérunt imáginem ejus. Et secúndus Angelus effúdit Phíalam suam in mare; & factus est sanguis tamquam mórtui? & omnis anima vivens mórtua est in mari. Et tértius effúdit Phíalam suam super flúmina; & super fontes aquárum? & factus est sanguis. Et audívi Angelum aquárum, dicéntem? Justus es, Dómine; qui es, & qui eras Sanctus? qui hæc judicásti. Quia sanguinem Sanctorum tuorum effudérrunt; & sanguinem dedísti eis biberé. Digni enim sūt.
Rx. Locútus est ad me. 6 40
A D L A U D E S.

Aña. Allelúia. Ad modulum Aña. Nonne cor nostrum. Aña Allelúia, allel. allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiphona. Et intrávit cum illis, & factum est, dum recúmberet cum illis, accépit panem, & benedíxit; & porrígébat illis, allelúia.

Ad Magnificat, Antiph.
Data est mihi omnis poté-
stas in Cœlo & in Terra,
allelúia.

FERIA SEXTA.
De Libro Apocalypsis B.
Joánnis Apóstoli.

Lectio i. Cap. 19.

POst hæc audívi quasi
vocem turbárum mul-
tárum in Ccelo dicéntium:
Allelúia. Salus & glória:
& virtus Deo nostro est.
Quia vera & justa judícia
sunt ejus; qui judicávit de-
meretrice magna : quæ
corrúpit terram in prosti-
tutione sua ; & vindicávit
sanguinem servórum suó-
rum : de mánibus ejus. Et
iterùm dixérunt : allelúia.
Et sumus ejus ascéndit in
sæcula sæculórum. Et ceci-
dérunt Seniores vigínti
quátuor ; & quátuor Ani-
mália : & adoravérunt
Deum sedéntē super Thro-
num dicéntes, Amen : Al-
lelúia. Et vox de Throno
exívit, dicens ; Laudem di-
cite Deo nostro omnes ser-
vi ejus : & qui timétis
eum , pusilli & magni.

R. Vidi Jerúsalem. 640.

Lectio ij.

ET audívi quasi vocem
turbæ magnæ , & sicut

vocem aquárū multárum :
& sicut vocē tonitruórum
magnorum, dicéntium , al-
lelúia. Quóniam regnávit
Dómin⁹ Deus noster Om-
nípotens. Gaudeámus &
exultémus : & demus gló-
riam ei; quia venérunt nu-
ptiæ Agni : & Uxor ejus
præparávit se. Et datum
est illi, ut cooperiat se bys-
sino splendénti & cándido.
Byssinum enim : justifica-
tiones sunt Sanctórum. Et
dixit mihi ; scribe : Beáti
qui ad Cœnam nuptiárum
Agni vocáti sunt , & dixit
mihi : Hæc verba vera sunt.
Et cécidi ante pedes ejus ;
ut adorárem eum : & dixit
mihi ; Vide , ne féceris :
Consérvus tuus sum , &
Fratrum tuórum habé-
tium testimónium Jésu.
Deum adóra: testimónium
enī jesi est Spíritus Pró-
phetiæ.

R. Plateæ tuæ. 641.

Lectio iiij.

ET vidi Cœlum apér-
tum, & ecce equus ali-
bus ; & qui sedébat supér
eum : vocabátur fidélis; &
verax : & cum justitia jú-
dicat, & pugnat. Oculi au-
tē ejus sicut flāma ignis; &
in cápite ejus Diadémata

multa, habens nomen scriptum : quod nemo. novit nisi ipse. Et vestitus erat veste asp̄rsa sanguine : & vocatur Nomen ejus Verbum Dei. Et exercitus, qui sunt in Cœlo; sequebantur eum in equis albis : vestiti byssino albo. & mundo. Et de ore ejus procedit gladius ex utrāque parte acutus : ut in ipso percūiat Gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea : & ipse calcat torculari vini furoris irae Dei Omnipotētis. Et habet in vestimēto , & in fēmore suo scriptum : Rex Regum , Dōminus domināntium.

¶. Véniens à Libano. 641
A D L A U D E S.
Antiph. Alleluia. Ad modulum Aie. Data est mihi. Alleluia., allel. allel. alleli alleluia..

Ad Benedic̄tus , Antiph.
Et recordat̄ sunt verbōrum ejus ; & regressae à monumēto nunciavērunt h̄c omnia illis undecim , & cæteris omnibus, alleluia.

Ad Vesperas , nisi occurrat Fēstum novem Letionum sit de sancta Maria.

S A B B A T O
 De Libro Apocalypsis B.
 Joannis Apóstoli.

Lectio j. Cap. 2.

Et ostendit mihi flūvium aquæ vitæ; splen-didum tamquam crystál-lum : procedētē de Se-de Dei, & Agni.. In médiō plātex ejus ; ex utrāque parte fluminis lignum vi-tæ : afferens fructus duō-decim ; & per menses sín-gulos reddens fructum suum : & fólia Ligni ad-sanitátem Géntium. Et omne maledictum non erit ampliūs : sed sedes Dei ; & Agni in illa erunt : & servi ejus servient illi. Et vidēbunt fáciem ejus : & no-men ejus in frōntibus eō-rum. Et nox ultrā non erit ; & non egēbunt lúmine lucérnat : neque lúmine Solis ; quóniam Dō-minus Deus illuminabit illos : & regnabunt in sacer-tilia sacerdōrum. Et dixit mihi ; hæc verba fidélissima sunt : & vera. Et Dōminus Deus sp̄itu Prophétarum; misit Angelum suum ostendere servis suis : quæ op̄ortet fieri citò. Et ecce vénio velociter. Beatus qui custodit prophétias verbas

Verba Libri hujus.

Lectio iij.

ET ego Joánnes, qui auidívi & vidi hæc. Et postquam audísssem & vidísssem ; cécidi ut adorárem ante pedes Angeli: qui mihi hæc ostendébat. Et dixit mihi : Vide ne feceris ; consérvus enim tuus sum : & Fratrum tuórum Prophetárum ; & eórum, qui servant verba Prophétiae libri hujus: Deum adora. Et dicit mihi ; * Ne signáveris verba Prophétiae Libri hujus : tempus enim propè est. Qui nocet nōceat adhuc ; & qui in sordibus est : sordescat adhuc. & qui justus est : justificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce vénio citò ; & merces mea mecum est : reddere unicuique secundum opera sua.

Lectio iiij.

EGO sum Alpha & Oméga ; Primus & Novíssimus : principium & finis. Beáti, qui lavant stolas suas in Sanguine Agni ; ut sit potestas eórum in ligno vitæ : & per portas intrent in civitátem. Fortis canes & venefici, & impudici, &

homicídæ ; & idolis serviéntes : & omnis qui amat , & facit mendácium. Ego Jesus misi Angelum meum : testificári vobis hæc in Ecclésiis. Ego sum radix : & genus David ; stella spléndida : & matutina. Et spíritus & sponsa dicunt , Veni : Et qui sitit véniat, & qui vult accípiat aquam vitæ , gratis. Contéstor enim omni audiénti verba Prophétiae libri hujus ; Si quis apposuerit ad hæc : appónet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuérit de verbis libri Prophétiae hujus : aufféret Deus partem ejus de libertate ; & de civitáte sancta : & de his, quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimónium pérhibet istórum ; etiam vénio citò : Amen. Veni , Dómine Iesu. Grátia Dómini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.

Ad Vesperas.

Capitulum. Iac. I.

OMNE datum óptimum, & omne donum perfectum desúrsum est, descendens à Patre lúminum; apud quem non est transmutatio.

mutatio: nec vicissitudinis obumbratio.
X. In Resurrectione tua, Christe. **R.** Cæli & terra lætentur, Allel. allel. allel.

Ad Magnificat, Antiph.
 Vado ad eum, qui misit me; sed quia hæc locutus sum vobis tristitia implavit cor vestrum, alleluia.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui fidélium mentes unius efficis voluntatis: Da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis; ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda: ubi vera sunt gaudia. Per Dóminum.

Ad primam Processionem.
R. j. Si oblitus. *ut infrà.*

Orémus. *Oratio.*

Concéde, quæsumus omnipotens Deus, ut véterem cum suis actionibus hominem deponentes; illius conversatione vivamus: ad cuius nos substancialiam Paschalibus remédiis transtulisti. Qui tecum.

Ad secundam Processionem. **R.** ij. Narrábo. *ut inf.*

Orémus. *Oratio.*

Præsta, quæsumus omnipotens & misericors Deus: ut in Resurrectione

Dómini nostri Jesu Christi, percipiámus veraciter portionem. Qui tecum vivit.

Ad Completor. Hymnus.

Ad Cœnam Agni. 621.

DOMINICA IV.
 post Pascha.

Ad Matutinum, Invitatio.
 Alleluia, alleluia. *Psalmus.*
 Venite, exultemus. 2. *Psalmi de Dominica*, ut in Psalterio.

X. Resurréxit Dóminus.
R. Sicut dixit vobis, Alleluia, allel. allel.

In Choro prima Lectio de Prologo incipiens. Non ita ordo est. *Pro secunda verò initium Epistola Beati Iacobi.*

Incipit Epistola Cathólica B. Jacobi Apóstoli.

Lectio i. Cap. 1.
Jacobus Dei, & Dómini nostri Jesu Christi servus; Duodecim Tribubus quæ sunt in dispositiōne: Salutem. Omne gaudium existimāte, Fratres mei; cùm in tentatiōnes varias incidēritis: sciētes, quod probatio vestrae fidei patientiam operatur. Patiētia autem opus perfectum habet; ut sitis perfecti & integri: in nullo deficiētes.

tes. Si quis autem vestrīn*m* indiget sapientia; pōstulet à Deo qui dat ómnibus affluénter & non impróperat: & dabitur ei. Pōstulet autem in fide nihil hæsitans.

R. Si oblītus fuero tui, Je-
rusalem, allelúia; oblīviscā-
tur me déxtera mea: * Ad-
hæreat lingua mea fáuci-
bus meis, si non memínero
tui, Allelúia, allel. X. Super
flumina Babylónis illi: sé-
dimus & flévimus dūm re-
cordarémur tui, Sion. A-
dhæreat.

Lectio ij.

Qui enim hæsitat; sí-
milis est flúctui maris
qui à vento móvētur: &
circumféruntur. Non ergo
estimet homo ille quod
accípiat, áliquid à Dómi-
no. Vir duplex ánimo: in-
cónstans est in ómnibus
viis suis. Gloriétur autem
frater húmilis in exaltati-
one sua; dives autem in hu-
militate sua: quóniam si-
cut flos fœni transíbit.
Exortus est Sol cum ardó-
re & arefécit fœnum; &
flos ejus décidit & decot
vultus ejus depériit: ita
dives in itinéribus suis
marcésctet.

R. Narrábo nomen tuum
frátribus meis, allelúia.

* In médio Ecclésiæ laudá-
bo te, Allelúia, allelúia.

X. Apud te laus mea in
Ecclésiæ magna, vota mea
reddam in conspéctu ti-
mémentium eum. In médio:

Lectio ij.

BÉatus vir, qui suffert
tentationem, quóniam
cùm probátus fuerit, accí-
piet corónam vitæ: quam
repromífit Deus diligénti-
bus se. Nemo cùm tentá-
tur, dicat; quóniam à Deo
tentáatur: Deus enim in-
tentátor malórum est. Ipse
autem néminem tentat.
Unusquisque verò tentáatur
à concupiscéntia sua ab-
stráctus & illéctus. Deinde
cùm concupiscéntia con-
céperit: parit peccátum;
peccátum verò cùm con-
summátum fuerit: géne-
rat mortem. Nolite itaque
errare, fratres mei dilectí-
simi.

R. Deus, cáanticum novum
cantábo tibi, allelúia: * In
Psaltério decem chordá-
rum, psallam tibi; * Alle-
lúia, allel. X. Qui das sa-
lútem régibus, qui redemí-
sti David' servum tuum de
gládio maligno. In Psalté-
rio.

rio. Glória Patri. Allel.all.

In secundo nocturno.

Aña. Alleluia. Psalmus.

Consérvá me. cum reliq.
ut in Psalterio. 11.

X. Surrexit Dóminus verè.

R. Et appáruit Petro, Alle-
lúia, alleluia, alleluia.

Sermo sancti Euchérij

Lugdunensis Episc.

Hemil. 4. ad Monachos.

Lectio iv.

Cogitémus illius judí-
cís incéssanter advén-
tum; qui útinam sic nos
parátos invéniat? quómo-
do nemo potest dubitare
quod véniat. Quod si ré-
quiras quómodo véniat;
illo útique córpore quod
pro nostra salúte suscépiū;
pro nostris crímínibus ad-
dictum; pro nostra ablo-
lutióne damnátum; & pro
nostrórum vúlnerum me-
dicina láncea clavísque
his novíssimis diébus con-
fixum est. Prima enim
erit in reos intoleránda
senténtia; reverendárum
præséntia cicatricum. Quas
in córpore post resurrecti-
ónem servávit. Quid ígitur
illo tempore factúri sumus;
quando contra illos crucí-
fixi Dómini livóres; notæ,
peccatórum nostrórum ac-

máculæ lóbido-num profé-
rentur. Aut quo putas vul-
tu réspiciet redémpcio no-
stra: perditiónem nostram.
R. Cantáte Deo, alleluia:
* Psalmum dícite ei, alle-
luia. Date glóriam laudi-
eius. Psalmum. *Lectio v.*

Tanto gravióra erunt
humána delicta: quan-
to majóra se ostendérunt
divína beneficia. Verén-
dum est autem ne illam
vocab vocem resurrectiōnis; præ-
tiósa crucis vestígia pro-
testántem etiam in júdicio-
suo ad vasa iniquitatis
prolatírus atque dictírus
sit sicut Thomæ in resur-
rectiōne. Infer digitum
tuum huc: & vide manus
meas & affe manum tuā:
& mitte in latus meum. Et
agnósce quæ pro te & à te
impiétas humána pertule-
rim. Illa útique clavórum
signa bonis salutária; malis
terribília, quæ post resur-
rectiōnem nón deléntur:
sine dubio objiciénda ser-
vántur in júdicio.

R. In Ecclésiis benedícite
Deo, Alleluia, Dómino:
* De fóntibus Israél, Alle-
luia, allel. allel. X. Regnæ
terræ cantáte Deo, psálle-
te Dómino. De fóntibus.

Lectio

Lectio vij.

ET quid post hæc sequetur nisi illud interpositum inter vivos ac mortuos expavescendum chaos : vastumque discrimen ; exclusæ à natûra viventium tenebræ exteriores ; dura separatio : à dulci intuitu sanctoru& à societate fidelium. Et è contrario inter lacrymabiles gémitus planctusque lugentium collégium tristem miserorum : & à beata Patria æternum teterrimæ noctis exilium. Quam lugubre erit homini Deum videre : & perdere. Et ante prætii sui : perire cónspectum. Et ídeo Charissimi ; ista dum tempus est cogitantes ita indefesso studio laborémus ; ut quod nobis contulit judicatus : integrum in nobis invéniat judicatúrus.

R. Vidérūt te aquæ, Deus ; vidérunt te aquæ, & timuerunt ; * Multitudo sónitus aquarum, vocem dedérunt nubes, * Allelúia, allel. all.
 ¶ Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ ; com móta est, & contrémuit terra. Multitudo. Glória Patri. Allelúia.

In tertio Nocturno.

Aña. Allelúia. Psalmus. Cœli enárrant. cum reliquut in Psalterio. 16.

X. Gavísi sunt Discípuli.

R. Viso Dómino, Allelúia, allel. allel.

Lectio sancti Evangélii secundum Joánnem.

Lectio vij. Cap. 16,

IN illo tempore : Dixit Jesus Discípulis suis; Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me. Quò vadis ? Sed quia hæc locutus sum vobis : tristitia implévit cor vestrum. Sed ego véritatem dico vobis ; expedit vobis : ut ego vadam. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tratt. 95. in Ioannem.

Cum venérit paraclírus : arguet mundum de peccato ; de justitia : & de judicio. Arguitur mundus de peccato , quia in Christum non credit, & arguitur de justitia eorum qui credunt. Ipsa quippe fidelium comparatio : infidelium est vituperatio. Hoc & ipsa expósitio satis indicat. Volens enim aperte quid dixerit ; de justitia

tia verò inquit quia ad Patrem vado : & jam non vidébitis me. Non ait & jam non vidébunt me : de quibus dixerat quia non credunt in me. Sed peccátum quid vocáret exponéns de illis locútus est dicens ; quia non credunt in me. Exponens autem quam dixerit justitiam de qua dixit mundus arguitur ; ad ipsos quibus loquebátur se convertit atque ait ; quia ad Patrem vado : & jam non vidébitis me. Quia propter mundus de peccáto quidem suo : de justitia verò arguitur aliena. Sicut arguuntur de lúmine ténebræ.

R. Bónum est confitéri Dómino , allelúa : * Et psallere allelúa. **V.** Ad annuntiandum mane misericórdiam tuam , & veritatem tuam per noctem. Et psallere.

Lectio viii.

Arguet étiam Spíritus sanctus mundum de judicio : quia princeps hujus mundi primum judicatus est. Quis est iste , nisi de quo ait alio loco ; ecce venit princeps mundi : & in me nihil invéniet, id est,

nihil juris sui nihil quod ad eum pertíneat nullum scilicet ómninò peccátum. Per hoc enim est diabolus princeps mundi. Non enim cœli & terræ & ómnium quæ in eis sunt est diabolus princeps : qua significatione intelligítur mundus ubi dictum est. Et mundus per eum factus est, Sed mundi est diabolus princeps ; de quo mundo ibi continuò subjungit atque ait ; Et mundus eum non cognóvit. Hoc est homines infidéles quibus toto orbe terrarum mundus est plenus : inter quos geomet fidelis mundus ; quem de mundo élegit : per quem factus est mundus.

R. Allelúa júdica judicium meum & redime me, allelúa : * A calumniántibus me allelúa. **V.** Vide humilitatem meam & eripe me. A calumniántibus.

Lectio ix.

DE júdicio quo princeps mundi judicatus est arguitur à Spíritu sancto mundus ; quóniam cum suo princípe judicatur : quem supérbum atque impium imitátur. Si enim Deus sicut dicit Apóstolus Petrus

Petrus peccantibus angelis non pepercit; Sed carcerebus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos servari; quomodo non a spiritu sancto de hoc iudicio mundus arguitur? quando in spiritu sancto haec loquitur Apóstolus. Credant itaque homines in Christum: ne arguantur de peccato infidelitatis suae quo peccata omnia detinentur. Transfiant in numerum fideliū & bonorum ne arguantur de justitia eorum quos justicatos non imitantur.

Cavent futurum iudiciū, ne cum mundi principe damnentur? quem judicatum imitantur. Etenim ne sibi existimet parci superbia dura mortaliū: de superborum supplicio terrena est angelorum.

R. Alleluia, Audivimus eum in Ephrāta invēimus eum in campis sylvæ. Introibimus in tabernaculum ejus; adorabimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus, alleluia, alleluia.

X. Surge Dómine in réquiem tuam, tu & Arca sanctificationis tuæ. Introibimus. Te Deum,

A D L A U D E S.

Antiphona.

Alleluia. Ad modulum Antiphona. Surgens Iesus. Alleluia, allel. allel. alt. allel. allel. allel. allel. allel. sub qua dicitur.

Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliquis de Dominica ut in Psalterio. 20. Capitulum. Jacob. 1.

OMne datum optimum, & omne donum perfectum desúrsum est, descendens à Patre lúminum; apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio.

X. Dicite in nationibus.

R. Quia Dóminus regnávit, alleluia, allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph. Ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam: Si enim non abiero Paracitus non veniet, alleluia, alleluia.

Orémus. Oratio.
Deus, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis; ut inter mundanas varietas ibi nostra fixa sint corda: ubi vera sunt gaudia. Per Dóminum.

Ad

Ad Tertiām.

Capitulum. Omne datum
optimum. ut suprà.

R. Resurréxit Dóminus,
allelúia, allelúia.

X. Sicut dixit vobis, alle-
lúia, allel. Glória Patri.

X. Surrexit Dóminus verè,
R. Et appáruit Petro, alle-
lúia, allel. allel.

Orémus. Oratio.

Deus, qui ad æternam
vitam in Christi Re-
surrectionē nos réparas:
erige nos ad confédētēm
in déxtera tua nostræ salu-
tis auctōrem; ut qui pro-
pter nos judicāndus advé-
nit: propter nos judicátu-
rus advéniat Jesus Chri-
stus Filius tuus, Dóminus
noster. Qui tecum.

Ad Sextam.

Capitulum. Jac. 1.

SCitis, dilectissimi: Sit
autem omnis homo
velox ad audiéndum; tar-
dus autem ad loquéndum,
& tardus ad iram: ira
enim viri, justitiam Dei
non operátur.

R. Surrexit Dóminus verè,
allelúia, allelúia.

X. Et appáruit Petro, Al-
lelúia, allel. Glória Patri.

X. Gavísi sunt Discípuli.
R. Viso Dómino, alle-

lúia, allelúia, allelúia.

Orémus. Oratio.

OMnipotens sempitér-
ne Deus, qui humá-
nam natúram supra primæ
originis réparas dignitá-
tem: réspice propítius pie-
tatis tuæ ineffabile Sacra-
mētum; & quos regene-
rationis mystério innováre
dignátus es: in his dona
tua perpétua gratiæ pro-
tectione consérva. Per.

Ad Nonam.

Capitulum. Jac. 1.

Propter quod abjicién-
tes omnem immundí-
tiā, & abundántiam ma-
litiæ; in mansuetu-line
fuscipte ínsitum verbum:
quod potest salvare áimas
vestras.

R. Gavísi sunt Discípuli,
allelúia, allelúia.

X. Viso Dómino, alle-
lúia, allelúia. Glória Patri.

X. Cognovérunt Dñm.

R. In fractiōne panis, alle-
lúia, allel. allel.

Orémus. Oratio.

REpelle, quæsumus Dó-
mine, conscríptum
peccati lege Chirógraphū:
quod in nobis Pascháli
mystério per Resurrectiō-
nem filij tui vacuásti. Qui
tecum.

Ad

Ad Vesperas, Antiph. Alleluia. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica. 150.

Capitulum. Omne datum optimum. ut sup. ad Laud. ¶ In Resurrectíone tua, Christe.

R. Cæli & terra lætentur, alleluia, allel. allel,

Ad Magnificat, Antiph. Adhuc multa hábeo vobis dicere, sed non potéstis portare modò: Cùm autem vénérerit ille Spíritus veritatis, docébit vos omnem veritatem, alleluia.

Oratio. Deus, qui Fidélium mentes. ut suprà. *Ad Laudes.*

Ad primam Processionem. R. j. In toto corde meo. ut infrà.

Orémus. *Oratio.* Concéde, quæsumus, Omnipotens Deus; ut veterem cum suis actionibus hominem deponentes; Illius conversatióne vivamus: Ad cuius nos substanciali Paschálibus remediis transtulisti. Qui tecum.

Ad secundam Processio-
nem. R. ij. Christus resúrgens ex mortuis jam non moritur; Mors illi ultrà

non dominabitur: Quod enim vivit, vivit, Deo, alleluia, alleluia.

Orémus. *Oratio.* **P**Ræsta, quæsumus omnipotens & misericors Deus: ut in Resurrectíone Dómini nostri Jesu Christi, percipiámus veráciter portionem. Qui tecum.

Ad Completor. Hymnus. Ad Cœnam Agni. 621. **F**ERIA SECUNDA. De Epistola Beati Jacóbi Apóstoli.

Lectio j. *Cap. i.* **O**MNE datum optimū, & omne donum perfectum desírsum est: descendens à Patre lúminum, apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Voluntariè enim génuit nos verbo veritatis: ut simus initium aliquod creaturæ ejus. Scitis, Fratres mei dilectissimi; Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum: & tardus ad iram. Ira enim viri justitiam Dei non operatur.

R. In toto corde meo, alleluia; exquisivi te, alleluia: * Ne repellas me à mandatis tuis, Alleluia, all.

¶. In

X. In cordé meo abscondi
elóquia tua , ut non pec-
cēm tibi. Ne repellas.

Lectio ij.

Propter quod abjicién-
tes omnem immundí-
tiam ; & abundántiam
malítiae : in mansuetudine
fuscipite insitum verbum,
quod potest salvare áni-
mas vestras. Estote autem
factores verbi ; & non au-
ditores tantum : falléntes
vosmetípos. Quia, si quis
est audítor verbi ; & non
factor : hic comparábitur
viro consideránti vultum
nativitatis suæ in spéculo.
Considerávit enim se , &
ábiiit ; & statim oblítus est:
qualis fúerit.

R. Deduc me in sémitam
mandatórum tuórum, alle-
lúia ; quóniam ipsam vó-
lui, allelúia : * Inclína cor
meum in testimónia tua,
Allelúia, allel. all. **X.** Avér-
te óculos meos ne videant
vanitatem, in via tua viví-
fica me. Inclína.

Lectio iij.

Qui autem perspexerit
in legem perféctam
libertatis, & permánserit in
ea ; non audítor obliví-
sus factus , sed factor ópe-
ris : Hic beátus in facto

suo erit. Si quis autem pu-
tat se Religiósum esse: non
refrænans linguam suam ;
sed sedúcens cor suum :
hujus vana est relígio. Re-
lígio munda & immaculá-
ta apud Deum & Patrem
hæc est ? Visitare pupílos
& víduas in tribulatióne
eórum : & immaculátum
se custodíre ab hoc sǽculo.
R. Allelúia : Fac cum ser-
vo tuo, * Secundum mira-
bília tua , * Allelúia, allel.
allel. **X.** Servus tuus sum
ego , da mihi intelléctum,
ut discam mandata tua.
Secundum. Glória Patri.
Allelúia.

A D L A U D E S.

Aaa. Allelúia. *Ad modu-
lum Aaa.* Præ timore, Al-
lelúia, allel. allel. allel. allel.
allelúia , allelúia.

Ad Benedictus , Antiph.
Nónne cor nostrum ardens
erat in nobis de Jesu, dum
loquerétur in via, allelúia.

Ad Magnificat , Antiph.
Cùm autem vénérat Spíri-
tus ille veritatis , docébit
vos omnem veritatem ; &
quæ ventura sunt , annun-
ciabit vobis, allelúia.
F E R I A T E R T I A.
De Epístola Beáti Jacóbi
Apóstoli.

Lectio

Lectio j. Cap. 2. perficitis regálem secún-
Ratres mei, nolite in dūm Scriptúras ; Diliges
personárum acceptióne próximum sicut teípsum ;
bérē fidem Dómini no benè facitis. Si autem per-
i Jesu Christi glóriæ. sónas accípitis ? peccátum
enim si introíerit in con operámini , redargúti à
ntum vestrum vir áureu lege , quasi transgreßóres.
nulum habens in veste Rx. In Ecclésiis. 672.

Lectione iij.
Quicunque autem totam legem serváverit; offendat autem in uno; factus est ómnium reus. Qui enim dixit; Non mœcháberis; dixit & Non occides. Quod si non mœcháberis; occides autem factus es transgréssor legis. Sic loquímini; & sic facite; sicut per legem libertatis incipiéntes judicári. Judicium enim sine misericórdia illi, qui non fecit misericórdiam; superexaltat autem misericórdia iudicium.

R. Vidérunt te aquæ. 673.

AD LAUDES.
Aña. Allelúia. Ad modu-
lum Aña. Et respicentes.
Aña. Allelúia, allel. allel.
allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Surrexit Dominus de se-
pulchro, qui pro nobis pe-
nitit in ligno, alleluia.

Ad Magnificas, Antiph.

Non enim loquétur à se metípsò ; sed quæcúmque audiet, loquétur, alleluia.

F E R I A Q U A R T A.
De Epistola beati Jacóbi
Apóstoli.

Lectio i. Cap. 2.

Quid próderit, Fratres
mei ; si fidem dicat
quis se habére, ópera au-
tem non hábeat ? Num-
quid pótterit fides salvare
eum. Si autem frater & so-
ror nudi sint ? & indigeant
victu quotidiano; dicat au-
tem áliquis ex vobis illis ?
Ite in pace ; calefacímini &
saturámini : non dedéritis
autem eis quæ necessária
sunt cónpori , quid próde-
rit ? Sic & fides ; si non há-
beat ópera , mórtua est in
semetípsa.

*R. Bonum est. ut in iii.
Nxt. Dominic. 674.*

Lectio ii.

Sed dicet quis , Tu fidē
habes ? & ego opera
hábeo. Osténde mihi fidē
tuam sine opéribus : & ego
osténdam tibi ex opéribus
fidem meam. Tu credis ,
quóniam unus est Deus ?
benè facis ; & dæmones
credunt : & contremiscunt.
Vis autem scire , ô homo
inánis ; quóniam fides sine

opéribus mórtua est ? Abrahám, Pater noster, nónne ex opéribus justificátus est ? ófferens Isaac filium suum super altare ; vides, quóniam fides cooperabá-
tur opéribus illius ? & ex opéribus fides consummá-
ta est.

*R. Allelúia Judica judiciū.
674. Lectio iii.*

Et suppléta est scriptú-
ra , dicens : Crédidit
Abraham Deo ; & reputá-
tum est illi ad justitiam : &
amicus Dei appellátus est.
Vidétis , quóniam ex ope-
ribus justificátur homo ? &
non ex fide tantum. Simí-
liter Rahab méretrix nónne
ex opéribus justificáta
est ? suscipiens núncios ; &
ália via ejiciens ? Sicut
enim Corpus sine Spíritu
mórtuum est , ita & fides
sine opéribus mórtua est.

R. Allelúia , audívimus.

A D L A U D E S.

Antiphona.

Allelúia. *Ad modulum*
An. Et intrávit. *An.* Allelúia, allel. allel. allel. allel.
allel. allel. allel. allel. allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Spíritus carnem & ossa
non habet , sicut me vidé-
tis habére.

Ad

Ad Magnificat, Antiph.
Spiritus sanctus docébit
vos, allelúia, quæcumque
dixeró vobis, allel.

FERIA QUINTA.
De Epistola beati Jacóbi
Apóstoli

Lectio j. Cap. 3.

Nolite plures Magistri
fieri, fratres mei;
sciéntes: quóniam magis
judicium sumitis. In mul-
tis enim offéadimus om-
nes. Si quis in verbo non
offéndit: hic perféctus est
vir. Potest etiam fræno cir-
cumducere totum corpus.
Si autem equis fræna in-
ora mittimus ad conser-
tiendum nobis: & omne
corpus illorum circumféri-
mus.

Rx. Si oblítus fúero. ut in j.
Noct. Dominis. 671.

Lectio ij.

Ecce & naves, cùm ma-
gnæ sint, & à ventis
validis minéntur; circum-
feruntur à módico guber-
náculo: ubi ímpetus diri-
géntis voluerit. Ita & lin-
gua mēdicum quidem mē-
brum est? & magna exál-
tat. Ecce quantus ignis
quàm magnam silvam in-
céndit? & lingua ignis est,
univérsitas iniquitatis.

Rx. Narrábo nomen. 671.

Lectio ij.

Lingua constitúitur in
membris nostris: quæ
máculat totum corpus; &
inflámmat rotam nativi-
tatis nostræ inflammáta
à gehenna. Omnis enim
natúra bestiárum: & vólvi-
ctum, & serpéntium; &
cæterórum domántur: &
dómita sunt à natúra hu-
mána. Lingua autem
nullus hóminum domare
potest; inquiétum malum:
plena veneno mortífero. In
ipsa benedícimus Deum &
Patrem; & in ipsa male-
dícimus hómines: qui ad
similitúdinem Dei facti
sunt. Ex ipso ore procédit
benedictio: & maledictio.

Rx. Deus, cáanticum. 671.

A D L A U D E S.

*Anæ. Allelúia. Ad modu-
lum Anæ. Nónne cor no-
strum. Anæ. Allelúia, allel.
allel allel. allel. allel. allel.*

Ad Benedictus, Antiph.
Obtulérunt Discípuli Dó-
mino partem píscis assi, &
favum mellis, allelúia.

Ad Magnificat, Antiph.
Nisi ego abiero, Paráclitus
non véniat; si autem abie-
ro, mittam eum, alle-
lúia.

FERIA SEXTA.
De Epistola Beati Jacobi
Apóstoli.

Lectio i. Cap. 4.

Unde bella & lites in vobis? Nónne hinc? Ex concupiscéntiis vestris, quae militant in membris vestris. Concupiscitis, & non habétis; occiditis. & zelatis? & non potéstis adipisci. Litigatis & belli geratis; & ncn habétis? propter quod non postuláti. Péritis, & non accipi- tis; eò, quòd malè petátis' ut in concupiscéntiis ve- stris insumáti. Adúteri; nescítis? quia amicítia hu- jus mundi, inimíca est Deo. Quicúmque ergo voluerit amicus esse hujus sǽculi? inimicus Dei constitútur.

R. Cantáte Deo. 672.

Lectio ii.

An putáti, quia ináni- ter scriptúra dícat? Ad invidiam concupiscit spíritus, qui hábitat in vo- bis; majórem autem dat grátiā: Propter quod di- cit; Deus supérbis resistit humílibus autem dat grátiā. Subditi ergo estóte Deo; resistite autem diá- bolō: & fúgiet à vobis. Appropinquáte Deo, &

appropinquábit vobis. E mundáte manus, peccatá- res: & purificáte corda, dúplices ánimo. Miseri estóte; & lugéte: & plo- ráte; risus vester in luctum convertátur: & gáudium in mœrórem. Humiliámi- ni in conspéctu Dómini: & exaltábit vos.

R. In Ecclésiis. 672.

Lectio iii.

Nolite detráhere alter- nútrum, Fratres. Qui detrahit fratri, aut qui ju- dicat fratrem suum; détra- hit legi: & júdicat legem. Si autem júdicas legem; non es factor legis: sed Judex unus est Legislátor & Judex: qui potest per- dere & liberáre. Tu autem quis es? qui júdicas próxi- mum; Ecce nunc qui díci- tis: Hódiè, aut crástino ibimus in illam civitátem; & faciémus ibi quidem an- num: & mercábimur; & lucrum faciémus: qui ignoráti quid erit in crásti- no. Quæ est enim vita ve- stra? Vapor est ad módi- cum patens, & deinceps ex- terminábitur; Pro eo ut di- catis: si Dóminus volue- rit, & si vixétimus: facié- mus hoc aut illud.

R. Vi

¶. Vidérunt te aquæ. 673.

A D L A U D E S .

Aña. Allelúia. *Ad modulum An.* Data est mihi.
Aia Allelúia, allelúia, allelúia, allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph. Undecim Discípuli vidéntes in Galilæa Dóminum, adoravérunt, allelúia.

S A B B A T O .
 De Epístola Beáti Jacóbi Apóstoli.

Lectio j. Cap. 5.

A Gite nunc, dívites; ploráte ululántes in misériis vestris? quæ ad-vénient vobis. Divitiæ ve-stræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comésta sunt. Aurum & argéntum vestrum æruginávit; & ærugo eórum in testimónium vobis erit: & manducábit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizástis vobis iram in novíssimis diébus. Ecce merces operariórum qui messuérunt regíones vestras; quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eórum in aures Dómini Sábaoth introívit. Epuláti estis super terram: & in luxúriis enutrístis corda vestra in die occisiónis. Addixístis & occidi-

stis justum: & non restitít vobis.

Lectio ij.

PAtientes ígitur estóte, Fratres, usque ad ad-véntum Dómini. Ecce Agrícola expéctat pretiósum fructum terræ: patiénter ferens donec accípiat tem-poráneum & serótinum. Patientes ígitur estóte & vos & confirmáte corda vestra: quóniam ad-véntus Dómini appropinquávit. Nolite ingemiscere, Fratres, in alterutrum ut non judicémini. Ecce, Judex ante jánuā assístit. Exemplum accípите, Fratres; exitus mali, labóris & pa-tiéntiæ: Prophétas qui locuti sunt in nómine Dómi-ni. Ecce, beatificámus eos, qui sustinuérunt. Sufferéntiam Job audístis; & finem Dómini vidístis: quóniam misericors Dóminus est, & miserátor.

Lectio iii.

A Nte ómnia autem, Fratres mei; nolite jurare: neque per cœlum; neque per terram: neque áliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester, Est, Est. Non, Non. Ut non sub judicio decidá-

tis. Tristatur aliquis ve- nica præcedenti. 671.
strum, oret; & quod animo Oratio. Concéde, quæsu-
est psallat. Infirmatur quis mus. *ibidem.*
in vobis; inducat Presby- Ad 2. Processionem.
teros Ecclésiæ; & orent Rx. ij. Narrábo. 671.
super eum; ungentes eum Oratio. Præsta, quæsu-
óleo in nomine Domini: mus.
& oratio fidei salvabit in- Ad Compl. Hymn. Ad cœ-
firmum; & allevabit eum nam Agni. 621.
Dominus: & si in peccatis
sit, remittentur ei. Confi- D O M I N I C A V.
témini ergo alterutru pec- post Pascha.
cata vestra; & oráte pro Ad Matutinum Invitat.
invicem ut salvemini:
Alleluia, all. Psal. Venite. 2
Multum enim valet depre- In primo Nocturno.
catio justi assidua. Psalm. de Dominica ut in
Psalterio. 3.

*Ad Vesperas.**Capitulum.* Jac. i.

E Stote factores verbi; &
Enon auditores tantum:
fallentes vosmetipso. y. In Resurrectione tua,
Christe. Rx. Cæli & terra
lætentur, Alleluia, allel. all.

Ad Magnificat, Antiph.
Usque modò non petistis
quidquam in nomine meo:
Petite, & accipiétis, allel.

Orémus. Oratio.

D Eus, à quo bona cun-
cta procédunt: largire
supplicibus tuis; ut cogi-
témus te inspirante quæ re-
cta sunt: & te gubernante
eádem faciámus. Per Dó-
Ad primam Processionem.
Rx. j. Si oblitus. ut in Domi-

nica præcedenti. 671.
Oratio. Concéde, quæsu-
est psallat. Infirmatur quis mus. *ibidem.*

Ad 2. Processionem.
Rx. ij. Narrábo. 671.

Oratio. Præsta, quæsu-
óleo in nomine Domini: mus.

Ad Compl. Hymn. Ad cœ-
nam Agni. 621.

D O M I N I C A V.
post Pascha.

Ad Matutinum Invitat.
Alleluia, all. Psal. Venite. 2

In primo Nocturno.

Psalm. de Dominica ut in
Psalterio. 3.

In primo Nocturno.

XV. Resurréxit Dominus.

Rx. Sicut dixit vobis, Alle-
luia, alleluia, allel.

Incipit Epistola prima
B. Petri Apóstoli.

Lección j. Cap. i.

P Etrus Apóstolus Iesu
Christi, electis advenis
dispersionis Ponti; Galá-
tiæ, Cappadociæ; Asiae &
Bithyniæ; secundum præ-
scientiam Dei Patris: in
sanctificationem Spíritus;
in obediéntiam & aspersió-
nem Sanguinis Iesu Christi;
Gratia vobis, & pax
multiplicetur. Benedictus
Deus, & Pater Domini no-
stri Iesu Christi; qui secún-
dum misericordiam suam
magnam

magnam regenerávit nos in spem viyam : per Resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem ; & incontaminatam : & immarcessibilem ; conservatam in cœlis in vobis , qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem : paratam revelari in tempore novissimo.

R. Si oblitus fuero. 671.

Lectio ij.

IN quo exultabitis ; módicum nunc si opórtet contristári in variis tentationibus : ut probatio vestræ fidei , multò pretiosior auro quod per ignem probátur inveniatur in laudem & gloriām : & honorem in revelatione Jesu Christi. Quem, cùm non vidéritis, dilígitis; in quem quoque, non vidéntes créditis : Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata ; reportantes finem fidei vestræ salutem animarum. De qua salutē exquisierunt atque scrutati sunt Prophétæ ; qui de futura in vobis grātia prophetavérunt. Scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis

Spíritus Christi. Prænúnctians eas , quæ in Christo sunt passiōnes : & posteriores glórias ; quibus revelatum est quia non sibimet ipsi ; vobis autem ministrabant ea : quæ nunc nūciata sunt vobis per eos, qui Evangelizavérunt vobis ; Spíritu sancto missi de cœlo : in quem desidérant Angeli prospícere.

R. Narrábo nōgen. 671.

Lectio iiij.

Propter quod succincti lumbos mentis vestræ ; sobrii perfèctè speráte in eam quæ offértur vobis, grātiām : in revelatione Jesu Christi , quasi Filiū obediéntiæ ; non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desidériis : sed secundūm eum , qui vocavit vos , Sanctum. Et ipsi in omni conversatiōne sancti sitis. Quóniam scriptum est : sancti eritis : quóniam sanctus sum. Et si Patrem invocatis eum qui sine personarum acceptiōne jūdicat secundūm unius cūjusque opus : in timore incolatus vestri tempore conversámini. Scientes, quod non corruptibiliis auro vel argento redempti estis

de vanâ vestrâ conversa-
tione Patérnæ tradiciónis;
sed pretioso Sanguine quasi
Agni immaculati Christi,
& incontaminati præco-
gniti quidem ante mundi
constitutiōnem; manife-
stati autem in novissimis
temporibus propter vos?
qui per ipsum fidēles estis
in Deo, qui suscitavit eum
à mortuis; & dedit ei gló-
riam? ut fides vestrā &
spes esset in Deo.

R. Deus Canticum. 671.

In secundo nocturno.
Antiph. Allelúia. **Psalmus.**
Consérvá me. *cum reliq.*
de Psalterio. 11.

X. Surrexit Dóminus verè.
R. Et appáruit Petro, Al-
elúia, allel. allel.

Sermo S. Euchérii Lugdu-
nén sis Episcopi.

De Litanis.

Lectio iv.

Congruum valde & ne-
cessariū est dilectissimi
Fratres; ut sicut prióri
tempore fecistis; & publicæ
privata devótio totum an-
num commendatúra suc-
céssit? ita etiam triduánis
his supplicationibus uno
ánimo parique consensu
servéntibus stúdiis præcin-
gámur. Dum adhuc de la-

bore próximo Quadragesi-
mæ imperetrabili contri-
tiōne pallémus; dum ad-
huc pingues jejúnis su-
mus; diu adhuc récenti-
bus calémus officiis; dum
petitiōnibus supplicántium
acquisiti facto Paschæ té-
mpore fructus? patrocinán-
tur. Exoratūri enim sumus
his tribus diebus ut Dómi-
nus infirmitatibus; Plagis;
tribulatiōnibus interdicat.
Malum pestiléntiæ, hosili-
tates, grandines, siccitatis
repellat. Cœli tempériem
pro salutē cōrporum pro
terrārum fœcūditatē com-
pónat. Elémentorum pa-
cem cum téporum tran-
quillitatē concédat? peccá-
ta dimittat, flagella sub-
móveat.

R. Cantáte Deo. 672.

Lectio v.

De Pœnit. Nivitarum.

VAlde ad clementiam
divina sevéritas invi-
tatur? quando videt áli-
quem foedas peccatórum
notas & véteres máculas
intimis ánime viscéribus
impréssas; satisfactionis lá-
crys? & poenitentiae ré-
mediis abluentem. Quan-
do videt áliquem délicita
sua præoccupato júdices
volunt.

voluntaria districione & animadversione damnantem tanquam inimicum. Dico quia nullus nobis tam occultus inimicus est quam caro nostra. Quae dum impróbis, cupiditatis fatigat animam; in aeternam utriusque hominis poenam. Dei armat iram. Et spiritus generositatem servituti exterioris addicit dominante peccato. Cui utique tantam vim nostro vitio ministeramus; ut animam mori faciat: quam non potest facere mortale. Beatus qui his tribus diebus mala sua deflere; qui debita sua festinat exolvere; & innocentiam quam jam non potest reparare per baptismum: recuperare studet per summum poenitentiae fructum.

R. In Ecclésiis. 672.

Lectio vj.

Qui placiturus est Deo his tribus diebus: ipse sibi displiceat. Ipse sibi quodammodo sub privatæ cognitio[n]is sententia: & restis & accusator & iudex sit. Ad tales meritò ipse Dóminus loquétur; non judicabo: bis in idipsum. Id est quod tu in te sevérus

agnoscis: ego propitius ignoscam. Quod tu tristis accusas: ego lœtus absolvam. Quod tu recordaris in publicum: ego obliviscar in æternum. Et quia per poenitentiā tuam prævenisti sententiam meam: recóndam gladium meum; ac me tibi ad remunerationum tempora: reservabo. Ergo Charissimi; unusquisque respiciens se arguat; intra se gesta improba: & ante se constituat peccata sua. Pronuncians eum Prophéta. Et delictum meum: contra me est semper. Ante vos sit: ut contra vos esse non possit. Ita illud conversatio obliviſcatur: ut compunctione recordetur. Ita illud reatus confessionis ostendat: ut virtus satisfactio[n]is abscondat. Ita vivat inconscientia: ut moriatur in vita.

R. Vidérunt te aquæ. 673.

In tertio Nocturno.

Antiphona. Alleluia.

Psalmus. Cœli enárrant. cum reliquo ut in Psalterio. 16.

R. Gavisi sunt Discípuli.

R. Viso Dómino, Alleluia, allel. allel.

Lectio sancti Evangelij: secundum Joannem.

Lectio viij. Cap 16.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis. Amen, amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo: Dabit vobis. Usque modo: non petistis quidquam in nomine meo. Petite & accipietis: ut gaudium vestrum plenum sit. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis

Chrysostomi.

Homil. de Oration.

His verbis Evangelii, heaque spe ad precatiōnis studiū nos cohortatus est universorum Dominus; nos vero opera prae-
tium faciamus; ut Deo morem gerentes: vitam omnem in canticis atque precibus agamus. Deique cultui quam nostro ipsorum animo, arctius haretamus. Sic enim fiet, ut pro hominis dignitate perpetuo vivamus. Qui enim Deo precari non studet, nec divina juciter frui consuetudine desiderat; mortuus ac inanimis est: sensuque animi vacat. Est enim hoc dementis animi ac stuporis signum maximum;

si honoris magnitudinē nescias, & non ames precatiōnem: adorando Deo abstinere, animi mortem non existimes. Ut enim corpus hoc nostrum, opinor, cum abest anima mortuum est ac foetet; sic nisi animus ipse se ad precatiōndum moveat atque incitet: mortuus, miserabilis, putidus est.

R. Bonū est confitēri. 674.

Lectio viij.

Ubi igitur aliquem nemantem preces, nec eis fervere, acriusque impensum video: jam plane nihil eum quod strenuum sit, ac magnificum obtinere: exploratum habeo. Sin autem videam, qui Deo colendo insatiabilis haret ac qui non precari assidue maximam jacturam ducat omnium illum virtutum acerrimum cultorem, deique templum certe conjicio. Quod si viri amictus incensus pedum, ac dentium risus de eo annuntiant; ut sapietis Salomonis sententia est: potiori longe ratione precatio. ac Dei cultus justitiae omnis signum est. Nempe spiritalis divinusque amictus plurimam animis

ānimis nostris venustātem effundens atque grātiam : cujusque vitam compōnens ; nullum menti vītiūm : absúrdum nihil dominari sinens.

R. Allelúia, júdica. 674.

Lectio ix.

QUAMOBREM & cum lēctulo súrginius : ante vērtere solem Dei cultu debémus ; & cum mensæ accúmbimus : & cū membra quiéti datūri sumus ; imò vero singulis horis adhibénda ad Deum precátiō est : & in ea diei cursus absolvéndus. Plúrimam noctis partem in prēcibus traducámus : positisque génibus magno cum tremore precatiōni ánimū attendámus ; nos ipsos beátos, ducéntes : qui Dei cultu defungámur. Age verò quómodo solem aspicies : eo non adoráto qui óculis tuis destinat jocundissimam lucem. Mensa perfruérис; non ante veneratiū tantórum bonórum fontem , atque auctórem ; qua spe inibis noctis tempora : quæ tibi visu secundum quiétem objectum iri suspicáris ; si nullis prēcibus prēmuinítus; nullo præ-

sido fretus ; quiéti te tradas : despicábilis ac qui facillimè vincáris à nequissimis dæmonibus eris. Hi vero circa nos obérrant asfiduē occasiōnem captantes ; ut si quem precum præsidio nudum offéderint : conféstim dirípiant. R. Allel. audívimus. 675.

Te Deum.

A D L A U D E S .

Aña. Allelúia. Ad modulum Antiph. Usquemodò. Allelúia, allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel.

Psalm. Dóminus regnávit. cum reliquis de Dominica.

Capitulum. Jac. i.

Estote factóres Verbi ; & non auditóres tantum : falléntes vosmet-ipsos.

X. Dicite in nationibus.

R. Quia Dóminus regnávit. Allelúia, allel. allel.

Ad Benedictus, Antiph.
Usquemodò non petistis. quidquam in nōmine meo: Pétite, & accipiétis, allel.

Orémus. Oratio.

Deus, à quo bona cuncta procédunt : largíre supplicibus tuis ; ut cogitémus te inspiránte, quæ recta sunt: & te gubernante eadem faciámus. Per.

Ad Tertiam.

Capitulum. Jac. i.
Estote factores, ut suprà.
R. Resurréxit Dóminus,
allelúia, allel. X. Sicut dixit
vobis, allelúia allel. Glória
Patri. X. Surréxit Dómi-
nus verè. R. Et appáruit
Petro, allelúia, allel. allel.

Orémus. Oratio.

D eus, qui ad æternam
vitam in Christi Re-
surrectióne nos réparas:
Erige nos ad confédéntem
in déxtera tua nostræ salú-
tis auctórem; ut, qui pro-
pter nos judicándis advé-
nit! Pro nobis judicatú-
rus advéniat, Jesus Chri-
stus, Filius tuus, Dóminus
noster. Qui tecum.

Ad sextam.

Capitulum. Jac. i.
Q ui autem perspéxe-
rit in Legem persé-
ctam libertatis, & permán-
serit in ea; non audítor
oblíviósus factus, sed factor
óperis! Hic beatus in fa-
cto suo erit.

R. Surréxit Dóminus verè;
Allelúia; allelúia. X. Et
appáruit Petro, allelúia,
allel. Glória Patri. X. Ga-
vissi sunt Discípuli. R. Viso
Dómino, Allelúia, allelúia.
allelúia.

Orémus. Oratio.

O Mnípotens, sempitér-
ne Deus, qui humánā
natúram supra primæ ori-
ginis réparas dignitátem:
Réspice propítius pietatis
tuæ ineffabile Sacramén-
tum; & quos regeneratió-
nis mysterio innováre di-
gnátus es: in his dona tua
perpétua grátiae protecti-
one consérva. Per Dómi-
num nostrum.

Ad Nonam.

Capitulum. Jac. i.
R. Elígio munda & im-
maculata apud Deum
& Patrem, hæc est, visitare
pupillos & viudas; in tri-
bulatióne eórum: & im-
maculatum se custodire ab-
hoc sculo.

R. Gavissi sunt Discípuli,
allelúia, allelúia. X. Viso
Dómino, allelúia, allelúia.
Glória Patri. X. Cognové-
runt Dóminum. R. In fra-
tióne panis, allelúia, allel.
allelúia.

Orémus. Oratio.

R epélle, quæsumus Dó-
mine, conscriptū pec-
cati lege Chirégraphum:
Quod in nobis Paschálæ
mysterio per Resurrecti-
onem Filii tui vacuásti. Qui
tecum.

Ad

Ad Vesperas.

Aña. Allelúia. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dñica ut in Psalm. 150.

Capitulum. Jac. 1. Estote factores, ut suprà ad Laudes.

X. In Resurrectione tua Christe.

R. Cœli & terra lætentur, allelúia, allel. allel..

Ad Magnificat, Antiph. Rérite, & accipiétis; ut gaudium vestrum sit plenum: Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amástis, & credidistis, allelúia..

Oratio. Deus, à quo bona cuncta. ut sup. ad Laudes..

Ad primam Processionem.

R. j. In toto corde meo, allelúia, exquisivi te, allelúia: ne repellas me à mandatis tuis, allelúia, allel!

Orémus.. Oratio.

Oncéde, quæsumus Omnipotens Deus, ut

véterem cum suis actionibus hominem deponentes; illius conversatione vivamus: ad cuius nos substântiam Paschálibus remédiis transtulisti. Qui tecum.

Ad 2. Processionem.

R. ij. Christus resúrgens ex mortuis, jam non móritur; mors illi ultrà non

dominabitur: quod enim vivit, vivit Deo, allelúia, allelúia.

Orémus. Oratio.

*P*résta, quæsumus Omnipotens & misericors Deus: ut in Resurrectione Domini nostri Iesu Christi percipiamus veraciter portionem. Qui tecum.

Ad Completor. Hymn. Ad Cœnam Agni. 621.

FERIA SECUNDA*Rogationum.*

Si hodiè occurrat Festum novem Lectionum, fit de eorum nona Lectione de sequenti Homilia: De Festo verò trium Lectionum fit tantum commemoratio.

Ad Matutinum, Invitatorium. Allelúia, allel. allel. Psalm. Venite exultemus. *Antiphona & Psalmi de Psalterio.* 56.

De Epistola Prima Beati Petri. Cap. 2.

*D*emonstrantes igitur omnem malitiam; & omnem dolum, & simulationes: & invídias, & omnes detractíones; sicut modò geniti infantes: rationabile sine dolc lac concupíscite; ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis, quóniam dulcis est.

Dóminus. Ad quem accé-
dentes lápidem ab homí-
nibus quide:n reprobátum;
à Deo autem eléctum &
honorificátum? & ipsi tan-
quam lúpides vivi super-
aedificámini; Domus spiri-
tuális. Sacerdótium san-
ctum; offére spirituáles
hóstias? acceptábiles Deo
per Jesum Christum. Pro-
pter quod cúninet Scri-
ptura; Ecce pono in Sion
lápidem summum angulá-
rem eléctum, pretiósūm?
& qui crediderit in eum
non confundétur.

R. In toto corde. 677.

Lectio 4.

Vos autem genus élé-
ctum; regále Sacer-
dótium; gens sancta, pó-
pulus acquisitionis. Ut vir-
tutes annunciatís ejus; qui
de ténebris vos vocávit in
admirábile lumen suum.
Qui aliquándò non pópu-
lus; nunc autem pópulus
Dei. Qui non consecuti
misericórdiam? nunc au-
tem misericórdiam conse-
cuti. Charíssimi; óbsecro,
tamquam advenas & pe-
regrinos abstinere vos à
carnálibus desidériis? que
militant aduersus animam;
& conversatióneM yestrā

inter gentes habéntes bo-
nam? ut in eo, quod de-
tréstant de vobis, tam-
quam de malefactóribus,
ex bonis opéribus vos con-
siderántes? gloríficent Deū
in die Visitatiónis.

R. Deduc me. 678.

Lectio sancti Evangelii?
secundum Lucam.

Lectio 5. Cap. 11.

In illo témpore? Dixit
Iesus Discipulis suis; quis
vestrum habebit amicū, &
ibit ad illum média nocte;
& dicet illi, amice: accom-
moda mihi tres panes;
quóniam amicus meus ve-
nit de via ad me? & non
háben quod ponam ante
illum, Et réliqua.

*Homilia sancti Augustini
Episcopi.*

*Serm. 39. de diuer. cap. 6.
circa med*

Si vos cùm sitis mali no-
stis bona data dare filiis.
vestris; quantò magis pa-
ter vester qui in cœlis est?
dabit bona pétentibus se.
Quæ bona? nūquid tem-
poralia, dat & ipsa; sed fi-
délibus dat? dat & ipsa.
sed & impiis dat? sed &
blasphematóribus suis dat.
Bona querámus? quæ nō
nobis sūt cum malis cora-
mūnia.

múnia. Novit ille pater dare ista bona filiis suis. Modo petit ab illo filius suis sanitáte corporis; adhuc flagellat; sed nunquid pater? quādo flagellat. Profert flagellum? sed cōgita quale præparat patrimónium. Flágellat inquit om̄em filium quem rēcipit. Quem enim diligit Dóminus? corripit. Ideò ista dicō fratres mei; ne contristémini quando pétitis: & non accípitis. Et arbitrémini quod ante óculos suos non hábeat Deus; si ad tempus non exaudit: voluntátem vestram. Non enim semper agrum exaudit médicus ad voluntáte; quamvis ejus sine dubio procūret atque appetat: sanitátem. Non dat quod petit: sed quod non petit hoc procūrat. Petie frigida: non dat. Crudélis factus est qui venit sanare? artis est non crudelitatis. Non dat ad horā quod deléstat. Ut sanus possit omnia: nondū sano negántur aliqua.

R. Alleluia fac. 678.

Ad Benedictus, Antiph.
Exivi à Patre, & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado

ad Patrem, allelúia.

Orémus. *Oratio.*

Praesta, quæsumus Omnipotens Deus; ut qui in afflictione nostrâ de tuā pietate confidimus: contra adversa omnia, tua semper protectione gaudemus. Per Dóminum nostrum.

Hac Oratio dicitur tantum hoīiē ad Laudes.

Hoc triduo, qui non intersunt Processionibus Rogationum, dicant privatim Litanias & alia, que in fine Breviarii his diebus dicenda ponuntur.

Ad Horas omnia dicuntur ut in Feriali Officio tempore Paschali..

Ad Vesperas, si occurrat Festum iii. Lect. fit de eo.

Ad Magnificat, Antiph.
Nunc scimus, quia scis omnia: & non est opus tibi, ut quis te intérroget: in hoc crédimus, quia à Deo existi, allelúia.

Oratio. Deus, à quo bona. ut suprà. 689.

FERIA TERTIA.

Rogationum si in hac Feria occurrit festum iij. Lect. fit de eo & prima Lect. erit de Script. ij. de Sancto iij. de Sermone Rogationum.

De

De Epistola prima B. Petri

Apóstoli.

Lectio i. Cap. 3

Similiter & mulieres subditæ sint viris suis: ut, & si qui non credunt verbo; per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant: considerantes in timore castam conversationem vestram. Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circundatio aurii; aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quietis: & modesti Spiritus: qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres; sperantes in Deo: ornabat se, subiectæ propriis viris. Sicut Sara obediens Abraham, dominum eum vocans; cuius estis filiae beneficentes: & non pertinentes ullam permutationem. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam: quasi infirmitati vasculo muliebri imparientes honestem; tanquam & coheredibus gratiarum vitæ: ut non impediantur orationes vestrae.

Ex. Cantate Deo. 672.

Lectio ii.

In fine autem omnes unanimes; compatientes; fraternitatis amatores; misericordes; modesti, humiles: Non reddentes malum pro malo; nec maledictum pro maledicto: sed è contrario benedicentes; quia in hoc vocati estis ut benedictionem hereditatem possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos; coercent linguam suam à malo: & labia ejus, ne loquatur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum; inquirat pacem: & sequatur eam. Quia oculi Domini super iustos: & aures ejus in processus eorum. Vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis, nocet; si boni emulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam. Beati.

Ex. In Ecclesiis. 672.

Sermo sancti Cæsarij Arelatensis Episcopi.

De Letania.

Audiamus consilium beati Apóstoli & contra diaboli insidias armis nos spirituibus muniamus; ut possimus Deo auxiliante

xiliante hostem callidissimum : opitulante gratia divina revincere. Jejuniorum ; vigiliarunt ; vel orationiū arma nobis debemus jugiter providere.. Quælicet omni tempore necessaria esse probentur; præcipue in istis tribus diebus quos reguláriter in toto mundo : celebrat Ecclésia. Nullus se à sancto convénit subducat ; nullus Ecclésiam quasi cœlestis medici scholam occupatus terrénis astibus derelinquit ; nullus castra Spirituália : deserat. Scientes enim fratres charissimi ; quia qui terréno regi militat si se de ácie pugnatutus timore compellente subtraxerit ; non solum gloriam vel præmia parata non accipiet : sed etiam præsentis vitæ periculum non evadit. Qualis ergo est ille qui terréni regis exérctum defterit ? sine dubio talis iudicandus est & ille qui in istis tribus diebus Christi Ecclésiā derelinquit. Qui cimique ergo sine aliqua infirmitate aut certa occupatione in istis tribus diebus Dei populum deseruerit; In illo cœlesti regno non præ-

mium sed i opprobrium : non gloriam sed ignominiam : receptum se esse hóverit. Et quidem talis quasi fugitivus & désertor castrorum cœlestium æternam confusiónem : & dignum méritis suis supplícum sustinébit.

R. Vidérunt te aquæ. 673.

Ad Benedictus, Antiph.
Omne dátum óptimum, & omne donum perfectum desursum est , descendens à Patre lúminum , alleluia.

Orémus. *Oratio.*

Deus, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis ; ut cogitémus te inspirante quærecta sunt : & te gubernante eadem faciámus. Per Dóminum nostrum,

Ad Magnificat, Antiph.
Deus Cháritas est , & qui manet in Charité, in Deo manet ; & Deus in eo ; Alleluia , alleluia.

FERIA QUARTA

In Rogationibus.

C E N

Vigilia Ascensionis.

Si hodie occurrat Festum novem Lectionum sit de eo cum Nona Lectione de Homilia Vigilia : De festo au-

tēm trīum Lēctionū fit tan-
tūm cōmemor. in Missā.
Dē Epistola prima beāti
Petri Apóstoli.

Cap. 4.

Estōte prudētes ; & vigilāte in oratiōnibus. Ante ómnia autem, mītuam in vobis metípsis charitātem continuam habētes : quia Charitas óperit multitudinem peccatórum. Hospitales invicem sine murmuratiōne ; Unusquisque sicut accépit grātiam, in alterutrum illam administrātes : sicut boni dispensatōres multis formis grātiae Dei. Si quis lóquitur, quasi sermones Dei ? Si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam adminis- trat Deus ; ut in ómnibus honoificetur Deus per Je- sum Christum : cui est glōria & impérium in sēcula sēculorum. Amen.

R. Bonū est confitēri. 674.

Lēctio iij. **Cap. 5.**

Svobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi Passiōnum ; qui & ejus, quae in futūro revelānda est : glōriæ communicātor. Pás- cite, qui in vobis est, gregem Dei ; providētes non

coāctē ! sed spontāneē se- cūndūm Deum ; neque turpis lucri grātia, sed vo- luntariē : neque ut domi- nantes in cleris ; sed forma facti gregis ex ánimo ; & cūm apparuerit Princeps Pastōrum : percipiētis im- marcessibilem glōriæ corōnam. Similiter, adolescēntes : sūbditi estōte Seniōribus. Omnes autem invicem humilitātem insinuāte ; quia Deus supérbis re- fūtit humilibus autem dat grātiā.

R. Allelūia, júdica. 674.
Lēctio sancti Evangeliū
secundūm Joánnem.

Lēctio iii.

In illo tempore : sublevā- tis Jesus in cēlum óculis dixit. Pater venit hora : clarifica filium tuum : ut filius tuus clarificet te. Et reliqua.

Homilia sancti Joánnis
Chrysostomi.

In id. Evangelium &c.

Clarifica me Pater cla- ritate quā habui. Non dixit claritatē quam habui super terram : sed apud te. Hac nos claritatē donābi- mur ; Pro nostri mōdulo : si virtutē amplectāmur. Hanc nobis Christus pro- mittit

mittit & confirmat Ascensione sua; si tamen ut Paulus ait: compatimur ut & conglorificemur. Innumeris ergo lacrymis profundi sumus; qui tanta à Christo ascendente in cœlum claritate proposita desidia ac somno nobis ipsi insidias tendimus. Et si gehenna nulla esset; adhuc omnium essemus miserrimi. Cum nobis liceat eum Dei filio regno potiri; ac glorificari: tantis negligētia nostra nos ipsos bonis defraudamus. Nonne si conscindi; si innumeras mortes mori; si innumeras animas & totidem corpora quotidie traditum iri oportet: nonne hæc om-

nia claritat̄is hujus proposito præmio subeunda es- sent. Sed nos neque pecūnias contemnimus; in ri- xas quotidie & verba otiosa tempus insūmimus; ter- ram nutrīmus; corpus sa- gināmus: animam verò & cœlum contémus.

R. Allel. audivimus. 675.

Ad Benedictus, Antiph.
Qui credit in filium Dei, habet testimoniū Dei in se, alleluia.

Orémus. *Oratio.*

Deus, à quo bona cuncta procedunt; largire supplicibus tuis ut cogitemus te inspirante quæ recta sunt: & te gubernante éadem faciāmus. Per Domum nostrum.



IN ASCENSIONE DOMINI.

DVPLEX PRIMÆ CLASSIS.

A D V E S P E R A S.

Aia. Viri Galilæi. cum reliquo de laude. Psal. Dixit Dóminus. cum reliquo de Dominica 150. Et loco ultimi Psalmus. Laudáte Dóminum omnes. Genes. 155.

Cantitulum. Acto. I.

Primum quidem Sermonem feci de omnibus, ô. Theóphile, quem cœpit Jesus facere & docere; usque in diem, quando præcipiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elegit: assūptus est.

X. Ascéndens Christus in altum.

R. Captivam duxit captivitatem, Alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Magnificat, Antiph.
Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro

mundo, quia ad te vado, Alleluia, Duplicatur.

Orémus. *Oratio.*

Concédé, quæsumus Omnipotens Dens; ut qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum, ad cœlos ascendisse crèdimus: ipsi quoque mente, in cœlestibus habitémus. Per etindem.

Ad primam Processionem.
R.: Post Passióinem suam. ut infrà in i. Nocturno.

Orémus. *Oratio.*

Ad festo, Dómine, super applicatiōnibus nostris; ut siue humani generis Salvatorem consedere tecum in tuâ majestate confidimus: ita usque ad consummatiōnem sacerdotalis habiscum, quemadmodum est pollicitus, sentiāmus. Qui tecum.

Ad 2. processionem.
R. ij. Non turbetur co-
vestrum.

vestrum. ut infrà.

Orémus. Oratio.

Deus, cuius Fílius in alta cœlorum poténter ascéndens captivitátem nostram sua duxit virtúte captívam tribue, quæsumus; ut dona, quæ suis particípibus contulit, largiátur & nobis, Jesus Christus, Dóminus noster. Qui tecum.

Ad Completorium. Hymn.

Jesu, nostra Redémpcio, Amor & désidérium; Deus, Creator ómnium, Homo in fine témporum.

Quæ te vicit cleméntia, Ut ferres nostra crímina? Crudélem mortem pátiens, Ut nos à morte tolleres?

Inférni claustra- pénétrans, Tuos captívos redimens; Victor triúmpho nóbili Ad dextram Patris résidēs.

Ipsa te cogat píetas, Ut malā nostra súperes Parcendo, & voti cōpotes Nos tuo vultu sáties.

Tu esto nostrum gáudiū, Qui es futúrus præmium: Sit nostra in te glória Per cuncta semper sècula. Amen.

Ad Matutinum, Invitat. Alleluia: Christum Dó-

minum ascendéntem in cœlum, veníte adorémus, alleluia. Duplic. Psalmus. Veníte. 2.

In primo Nocturno.

Antiph. Eleváta est.

Psalmus 8.
Domine, Dóminus noster: * quæm admirabile est nomen tuum in univerſa terra.

Quóniam eleváta est, magnificéntia tua super cœlos.

Ex ore infantium & laténtium perfecísti laudem, propter inimicos tuos: * ut déstruas inimicum & ultérem.

Quóniam vidébo cœlos tuos ópera digitórum tuórum: * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod mémori es ejus? * aut filius hominis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulò minor ab Angelis: * glória & honore coronásti eum: * & constituísti eum super ópera manuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus. * oves & boves univerſas: * insuper & pectora campi.

Volúctes cœli & pisces maris.

maris : * qui perambulant
sémitas maris.

Domine , Dóminus no-
ster : * quām admirabile
est nomen tuum in univer-
sa terra.

Glória Patri.

Aña. Eleváta est magnifi-
cētia tua , super cælos,
Deus. Alleluia.

Aña. Dóminus in templo.

Psalmus 10.

IN Dómino confido : *
Iquomodo dicitis ánime
meæ transnigra in mon-
tem sicut passer.

Quóniam , ecce , pecca-
tores intendérunt arcum : *
paravérunt sagittas suas
in pharetra : * ut sagittent
in obscuro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti
destruxérunt : * justus au-
tem quid fecit.

Dóminus in templo san-
cto suo : * Dóminus in cæ-
lo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem
respiciunt: * pálpebræ ejus
intérogant filios hóminū.

Dóminus intérrogat ju-
stum & ímpium : * qui au-
tem díligit iniquitatem
odit ánimum suam.

Pluet super peccatóres
Jáqueos : * ignis & sulphur
& spíritus procéllatum pars

cálicis eórum.

* Quóniam justus Dómi-
nus , & justítias diléxit : *
æquitatē vidit vultus
ejus.

Gloria Patri.

Aña. Dóminus in templo
sancto suo , Dóminus in
cælo , alleluia.

Aña. A summo cæli.

Psalmus 18.

Cæli enárrant glóriam
Dei : * & ópera má-
nuum ejus annúnciat fir-
mamentum.

Dies diéi eructat ver-
buin : * & nox nocti indi-
cat scíentiam.

Non sunt loquélae , ne-
que sermónes , * quorum
non audiántur voces eóru.

In omnem terram exí-
vit sonus eórum : * & in
fines orbis terræ verba
eórum.

In sole pósuit taberná-
culum suum : * & ipse tan-
quam sponsus , procédeas
de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad
curréndam viam : * a sum-
mo cæli egréssio ejus.

Et occísis ejus usque
ad summum ejus : * nec
est qui se abscondat à ca-
lore ejus.

Lex Dómini immaculá-
ta

ta convertens áimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justitiae Dómini rectæ, lètificantes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanet in sæculum sæculi: * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super autum, & lápidem pretiósum multum: * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea: * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intelligit? * ab occúltis meis munda me: * & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domínati, tunc immaculátus ero: * & emundábor à delicto máximo.

Et erunt ut compláceant eloquia oris mei: * & méditatio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine, adjútor meus, & redémptor meus.

Glória Patri.

Aña. A summo cœli egrésio ejus, & occúrsus ejus usque ad summum ejus, allel.

X. Ascéndit Deus in jubilatione. Rx. Dóminus in voce tubæ, Allel. allel. allel.
Incipit liber Actuum Apostolorum.

Lectione j. Cap. i.

Primum quidem sermó nem feci de omnibus, ô Théophile, quæ coepit Jesus facere & docere; usque in diem, qua præcipiens Apóstolis per Spíritum sanctum, quos élégit: assúmptus est. Quibus & præbuit seipsum vivum post Passiónem suam in multis arguientis; per dies quadraginta appárens eis: & loquens de regno Dei. Et convéscens præcépit eis ab Jerosólymis ne discederent: sed expectarent promissiōnem Patris. Quam audístis (inquit) per os meum; quia Joánnes quidem Baptizávit aqua: vos autem baptizabímini Spíritu sancto, non post multos hos dies.

Responsoria duplicantur.
Rx Post Passiónem suam per dies quadraginta appárens eis, & loquens de regno Dei, alleluia: * Vidéntibus illis elevátus est, allel. & nubes suscépit eum ab oculis eórum, allel. X. Et convéscens,

convéscens, præcèpit eis, ab Jerosólymis ne disce-derent, sed expectarent pro-missionem Patris. Vidén-tibus. Glória Patri & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc, & semper. Post Passióinem.

Lectio 7.

IGitur qui convenerant, interrogabant eum, di-centes? Dómine, si in témpore hoc restitues regnum Israél? Dixit autem eis; Non est vestrum nosse tē-pora vel moménta; quæ Pater pósuit in sua potestá-te; sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus sancti in vos, & éritis mihi te-stes in Jerúsalē, & in omni Iudæa, & Samária, & usque ad últimum terræ. Et cùm hæc dixisset; videnti-bus illis elevátus est: Et nubes suscépit eum ab oculis eorum.

R. Non turbétur cor ve-strum; Ego vado ad Pa-trem, & cùm assūmptus fuero à vobis, mitrā vobis, allel. * Spíritum veritatis, & gaudébit cor vestrū, all. **X.** Nisi ego abiero, parácli-tus non veniet: si au-tem abiero mittam eum vobis. Spíritum. Glória

Patri, & Filio, & Spirítui sancto. Non turbétur.

Lectio 8.

Cumque intueréntur in cœlum eúntem illum; ecce duo viri astiterunt juxta illos in vêtebus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspiciéntes in cœlum? Hic Iesús, qui assūmptus est à vobis in cœlum! Sic véniet quemadmodum vidistis eum eúntem in cœlum. Tunc reversi sunt Jerosólymam à monte, qui vocátur Oli-veti; qui est juxta Jerúsa-lém! Sábbati habens iter. Et cùm introíssent in Cœ-naculum; ascendérunt ubi manébant, Petrus & Joánnes, Jacóbus & Andräas, Philippus & Thomas, Bartholomaeus & Matthæus; Jacóbus Alphæi & Simon Zelótæ: & Judas Jacóbi. Hi omnes erant unaními-ter perseverántes in Ora-tione cum Muliéribus; & Maria Matre Iesu: & Frá-tribus ejus.

R. Ascéndens in altum, al-lelúia; captivam duxit ca-pitivitatem: * Dedit dona homínibus, allelúia, allel. **X.** Ascéndit Deus in jubi-latione, & Dóminus in vo-

ce

pe tubæ. Dedit. Glória Patri. Ascéndens.

In secundo Nocturno.
Aia. Exaltáre Dómine.

Psalmus 20.

Domine in virtute tua
lætabitur Rex : * &
super salutare tuum exulta-
bit vehementer.

Desiderium cordis ejus
tribuisti ei : * & voluntate
labiorum ejus non fraudá-
bit eum.

Quóniam prævenisti eum
in benedictionibus dulcē-
dinis : * posuisti in capite
ejus , corónam de lápide
pretioso.

Vitam pétuit à te , & tri-
buisti ei : * longitudinem
diérum in sæculum , & in
sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in
salutari tuo : * gloriā &
magnum decorem impó-
nes super eum.

Quóniam dabis eum in
benedictionem in sæculum
sæculi : * lætificabis eum
in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam Rex sperat in
Dómino : * & in miseri-
cordia Altissimi non com-
movébitur.

Inveniáatur manus tua
ómnibus inimicis tuis : *
déxtera tua invéniat , om-

nes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum
ignis in tempore vultus
tui : * Dóminus in ira sua
conturbabit eos : * & de-
vorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra
perdes : * & semen eorum
à filiis hominum.

Quóniam declinavérunt
in te mala , * cogitavérunt
consilia , quæ non potue-
runt stabilire.

Quóniam pones eos dor-
sūm : * in reliquiis tuis
præparabis vultum eorum

Exaltáre , Dómine , in vir-
tute tua : * cantábimus &
psallémus virtutes tuas.

Glória Patri,

Aia. Exaltáre , Dómine ,
allelúia : in virtute tua ,
allelúia.

Aia. Exaltábo te.

Psalmus 29.

Exaltábo te , Dómine ,
Equóniam suscèpisti me: *
nec delectásti inimicos
meos super me.

Dñe Deus meus clamávi
ad te: * & sanásti me.

Dómine , eduxisti ab in-
férno ánimam meam : *
salvásti me à descendénti-
bus in lacum.

Psallite Dómino Sancti ,
ejus : * & confitémini me-
moriae

móriæ sanctitatis ejus.

Quóniam ira in indignatione ejus: * & vita in voluntate ejus.

Ad vésperum demorabitur fletus: * & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: * Non moribor in æternum.

Dómine in voluntate tua: * præstítisti decóri meo virtutem.

Aveítisti faciem tuam à me: * & factus sum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamabo: * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utilitas in sanguine meo: * dum à descéndo in corrupti' nem.

Numquid conficébitur tibi pulvis: * aut annun-ciábit veritatem tuam?

Audívit Dóminus, & misératus est mei: * Dóminus factus est adjútor uetus.

Convertísti planctum meum in gaudium mihi: * conscidísti lacrum meum, & circūdedisti me lætitia.

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar: * Dómine Deus meus, in æternū cōfitebor ribi. Glória Patri.

Aña. Exaltábo te, Dómi-

ne; quóniam suscepísti me, allel. *Aña.* Ascéndit Deus.

Psalmus 46.
O Mæs gentes, plaudite mánibus: * jubiláte Deo in voce exultationis.

Quoniam Dóminus excélsus terribilis: * Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pöpulos nobis: * & gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditatē suam: * spéciem Jacob quam diléxit.

Ascéndit Deus in Júbilo: * & Dóminus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psál-lite: * Psállite Regi nostro, psállite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus: * Psállite sapiénter.

Regnabit Deus super gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum cōgregati sunt cum Deo Abraham: * quóniam Di fortis terræ veheménter elevati sunt, Glória Patri.

Aña. Ascéndit Deus in jubilatōne & Dóminus in voce tubæ, alleluia.

X. A summo cœli egrésio ejus.

R. Et occūsus ejus, usque ad summum ejus, Alleluia, alleluia, alleluia.

Sermo S. Leonis Papæ.
De Ascensione Domini.

Sermo. 2.

Sicut in solemnitate Paschali Resurrectio Domini fuit nobis causa lætandi? ita ascensio ejus in cœlos, præsentium nobis est materia gaudiorum. Recolentibus illam diem & pie venerantibus; qua naturæ nostræ humilitas in Christo super omnem cœli militiam; super omnes ordines Angelorum; & ultra omnium altitudinem potestatum? ad Dei patris est provæcta consensum. Quo ordine operum divinorum nos fundati? nos adificati sumus. Ut mirabilior esset gratia Dei, cum remotis a conspectu hominum, quæ merito reverentiam sui videbantur indicere? fides non deficeret; spes non fluctuaret; charitas non teperet. Magnarum hic vigor est mentium, & valde fidelium lumen est animatum inunctanter credere, quæ corporeo non videtur in-

tuitu; & ibi figere desiderium: quo nequeas inferre conspectum.

R. Modicum, & non vidēbitis me, alleluia. * Iterum mōdicum, & vidēbitis me, quia vado ad Patrem, alleluia, alleluia. X. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum. Iterum: Glória Patri. Mōdicum.

Lectione v.

Jesus Christus Dei Filius excellētius sacratiusque innōtuit, cum in paternæ majestatis gloriam hodie se recépit; & ineffabili modo cœpit esse dīvinitate præsentior? qui factus est humanitate longinquier. Tunc aī aqualem Patri Filium eruditior fides gressu cœpit mentis accédere; & contrectatione in Christo corporeæ substantiæ, qua patre minor est non egere: quoniam glorificati corporis manente natura, eo fides credentium vocabatur; ubi non carnali manu sed spirituali intellectu: par genitoti unigenitus tangetur. Hinc illud est quod post

Pars Verna.

Y

resurrectionem suam Dóminus Maríæ Magdalénæ personam Ecclesiæ gerénti, cum ad contáctum ipsius prörperaret accédere: dicit. Noli me tángere: nondum enim ascéndi ad Patrem meum. Hoc est nolo ut ad me corporáliter vénias: nec ut me sensu carnis agnoscas. Ad sublimiora te differo; majóra tibi præparo; cum ad patrem ascéndero: tunc me pefectius veriúisque palpábis. Apprehensura quod non tangis: & creditúra quod non cernis.

R. Præcursor pro nobis ingréditur Agnus sine mácula: secundum órdinem Melchisedech: * Póntifex factus est in ætérnum, & in sǽculum sǽculi, Alleluia, alleluia, alleluia. **X.** Non enim in manu facta sancta Jesus intróit exemplária verótum: sed in ipsum cœlum, ut appáreat nunc vúltui Dei pro nobis. Póntifex. Glória Patri. Præcursor.

Lætio vj.

Exultémus itaque hodie gaudio spiritali; & digna apud Deum gratia-

rum actiōne lætantes! liberos cordis óculos ad illam altitudinem in qua Christus est: erigámus. Suis vocátos ánimos desideria terréna non déprimant; ad ætérna prælétos peritura non occúpent: viam veritatis ingressos falláces illécebræ non retárdent. Et ita à fidélibus hæc temporalia decurrántur; ut peregrinati se in hac mundi valle cognoscant; in qua etiam si quædam commoda, blandiántur; non amplecténda néquiter: sed transeúnda sunt fortiter. Ad hanc enim nos devotionem beatissimus Petrus Apóstolus incitat; & secundum illam dilectionem, quam pascendis Christi óribus trina dominici amoris profesiónē concépit: obsecrans, dicit. Chartissimi; obsecro vos tanquam advenas & peregrinos, abstinere vos à carnálibus desidérijs: quæ militant adversus animam.

R. Psállite Dómino: * Qui ascéndit super cœlos cœlorum ad Oriéntem, alleluia. **X.** Ecce dabit vocis suæ

Lux vocem virtutis; Date
honorem Deo. Qui ascen-
dit. Gloria Patri. Psallite.

In tertio nocturno.

Aña. Nimis exaltatus es.

Psalmus 96.

Dominus regnavit,
Exultet terra: laetentur
insulæ multæ.

Nubes & caligo in cir-
cuitu ejus: * justitia & ju-
diciū corrēctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præce-
det: * & inflammat in
circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus
orbi terræ: * vidit & com-
mota est terra.

Montes sicut cera fluxer-
unt à facie Domini: * à fa-
cie Domini omnis terra.

Annunciauerunt cœli ju-
stitiam ejus: * & vidérunt
omnes populi gloriā ejus.

Confundantur omnes qui
adórant sculptilia: * & qui
gloriántur in simulacris
suis.

Adoráte eum omnes An-
geli ejus: * Audívit, & la-
tata est Sion.

Et exultaverunt filiae Ju-
dæ: * propter judicia tua,
Domine.

Quóniam tu, Dominus
Altissimus super omnem
terram: * nimis exaltatus

es super omnes Deos.

Qui diligitis, Dóminum,
odite malum: * custodit
Dóminus animas Sancto-
rum suorum, de manu pec-
catoris liberabit eos.

Lux est orta justo: * &
rectis corde laetitia.

Laetamini, justi, in Dómi-
no: * & confitemini me-
morię sanctificationis ejus.

Gloria Patri.

Aña. Nimis exaltatus es,
alleluia; super omnes cœ-
los, alleluia.

Aña. Dominus in Sion.

Psalmus 98.

Dominus regnavit, irás-
cantur populi: * qui
sedet super Chérubim, mo-
veatur terra.

Dominus in Sion ma-
gnus: * & excelsus super
omnes populos.

Confiteantur nōmini tuo
magno, quóniam terribile
& sanctum est: * & honor
Regis judicium dilit.

Tu parasti, dilectiones: *
judicium & justitiam in
Jacob tu fecisti.

Exaltate Dóminum Deū
nostrum: * & adoráte sca-
billum pedum ejus, quóniam
sanctum est.

Moyses & Aaron in Sa-
cerdotibus ejus: * & Sa-

muēl inter eos, qui invocant nomen ejus.

Invocabant Dōminum,
& ipse exaudiēbat eos: *
in cūma nubis loquebātur ad eos.

Cōscidiēbant testimónia
ejus: & præceptum quod
dedit illis.

Dōmine Deus noster tu
exaudiēbas eos: * Deus, tu
propitiō suisti eis, & ulciscens
in omnes adinventiones eōrum.

Exaltate Dōminum Deū
nostrum: * & adorāte in
monte sancto ejus: * quo-
niam Sanctus Dōminus
Deus noster. Glōria Patii.
Aña. Dōminus in Sion,
allelūia; Magnus & excelsus,
all. *Aña.* Dñs in cōlo.

Psalmus 102.
Benedic, áнима mea,
Dōmino: * & ómnia,
quæ intra me sunt, nōmini
Sancto ejus.

Benedic, áнима mea, Dō-
mino: * & noli oblīisci
omnes retributōnes ejus.

Qui propitiātur ómnibus
iniquitātibus tuis: * qui sa-
nas ónes infirmitatēs tuas.

Qui rédimīt de intēritu
vitam tuam: * qui corō-
nat te in misericordia &
miseratiōnibus.

Qui replet in bonis desideriū
tuū: * renovabitur
ut Aquilæ juventus tua.

Faciens misericordias
Dōminus: * & judiciū
ómnibus injuriā patien-
tibus,

Notas fecit vias suas
Móysi: * filiis Israēl vo-
luntatēs suas.

Misericors & miserátor
Dōminus: * longánimis &
multum misericors.

Non in perpetuum ira-
cētūr: * neque in æter-
num comminabitur.

Non secundūm peccata
nostra fecit nobis: * neque
secundūm iniquitatēs no-
stras retribuet nobis.

Quóniam secundūm alti-
tudinem celi à terra: * cor-
roboravit misericordiam
suam super timēntes se.

Quantū distat Ortus ab
Occidente: * longè fecit
à nobis iniquitatēs no-
stras.

Quemodō miseretur Pa-
ter filiorum, misertus est
Dōminus timēntibus se: *
quóniam ipse cognovit
figmentum nostrum.

Recordatus est quóniam
pulvis sumus: * homo si-
cū fœnum: * dies ejus
tanquā flos agri efflorēbit.,

Quóniam

Quóniam Spíritus per-transbit in illo , & non subsistet : * & non cognós-cet ampliū locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno : * & usque in ætérnum , super ti-méntes eum.

Et justitia ejus in filios filiorum : * his qui servant testaméntum ejus.

Er mémores sunt man-datórum ipsius, ad faciéndum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam : * & regnum ipsius omnibus dominá-bitur.

Benedícite Dómino om-nes Angeli ejus , poténtes virtute : * facientes ver-bum illius , ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino om-nes virtutes ejus : * mini-stri ejus , qui fáctis volun-tátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus, in omni lo-co dominatiónis ejus: * Be-nedic, ánima mea Dño.

Glória Patri.

Aña. Dóminus in cœlo, allelúia ; parávit sedem suam, allelúia.

X. Exaltáre Dómine.

R. In virtute tua, allelúia,

allelúia , allelúia.

Léctio sancti Evangélij : secúndum Marcum.

Lectio vii. Cap.16.

In illo témpore Recum-béntibus undecim Discí-pulis , appáruit illis Jesus; & exprobrávit incredulitá-tem eórum , & durítiam cordis : quia iis , qui víde-rant eum resurrexisse, non credidérunt. Et dixit eis ; euntes in mundum univér-sum : prædicáte Evangé-lium omni creatúræ. Et réliqua.

Homilia sancti Gregórij Papæ.

In id Evangelium.

In hac Ascensióni Dó-mini solemnitáte pen-sandum est , quia deletum est hodiérana die chirógra-phū damnatiónis nostræ: mutata est sententia corrup-tiōnis nostræ. Illa enim natúra, cui dictum est ter-ra es , & in terram ibis: hodie in cœlum ivit. Pro hac ipsa namque carnis nostræ sublevatiōne : per figúram beátus Job Dómi-num avem vocat. Quia Ascensióni ejus mysté-rium Judæam non intel-ligére conspéxit ; de in-fidelitatē ejus sententiam

prótulit dicens: sémitam gnátur. Quóisque enim ignorávit avis. Avis enim rectè appellátus est Dóminus: quia corpus cárneum ad æthera librávit. Cujus avis sémitam ignorávit: quisquis eum ad cœlum ascendísse non credíderit. Rx. Ponit nubem ascénsum suum Dóminus, qui ámbulat super pennis ventórum, * Allelúia. ¶ Qui facit Angelos suos Spíritus, & Ministros suos ignem uréntem. Allelúia. Glória Patri. Ponit.

Lectio viij.

AScéndens Christus in altum captivam duxit captivitátem nostram: virtute suæ incorruptionis absorbuit. Dedit verò dona homínibus; quia missó dè super spíritu: álij sermónen scíentiae; álij grátiam virtútum; álij grátiam curatiónum; álij genera lingúarum; álij interpretatiónen sermónum tribuit. Dedit ergo dona homínibus. De hac ascensiónis ejus glória étiam Habacuc ait. Elevátus est sol: & luna stetit in ordine suo. Quis enim solis nómine, nisi Dóminus: & quae luna, nómine nisi Ecclésia desi-

MAgno pere est perpendendum, quia is qui placátus ascéndit, terribilis redíbit; & quidquid nobis cum mansuetudine præcépit: hoc à nobis cum districtióne exigit. Nemo ergo indulta pœnitentiæ tépora parvipéndat; nemo curam sui dum valet ágere, négligat; quia redémptor noster tanto tunc in judicium districtior véniet: quanto nobis ante judicium magnam patiéntiam prærogávit. Hac itaque vobiscum, Fratres, ágite: hæc

Lectio ix.

hæc in mente sédula cogitatione versáte. Quamvis adhuc rerum perturbatiōnibus ánimus flūctuat; jam tamen spei vestræ áncorā in aeternā pātriā hodie figite: intentionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad cœlum ascendisse Dóminum audīvimus; hoc ergo servēmus in meditatione quod crēdimus. Et si adhuc hic tenémur infirmitatē corporis? sequámur tamen eum pessib⁹ amoris.
R. Glória & honore coronaui eum Dómine; & constituisti eum super opera mīnūm tuarum: * Omnia subjecisti sub pēdibus ejus, Alleluia, allel. allel.
X. Quóniam elevata est magnificētia tua super celos. Omnia. **Hoc R.** non duplicatur quia dicitur Te Deum.

A D L A U D E S.
Antiph. Viri Galilæi, quid aspícitis in cœlum? Hic Ies⁹, qui assūmptus est à vobis in cœlum, sic véniet, Alleluia. **Psalm.** Dóminus regnávit. *cum reliquis de Dominica. 20.*

Aña. Vidéntibus illis elevatus est: & nubes suscépit eum in cœlo, alleluia.

Aña. Elevatis mánibus benedíxit eis, & ferebátur in cœlum, alleluia. **Aña.** Exaltáte regem regum, & hymnum dícite Deo, alleluia. **Aña.** Sic véniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum, alleluia.

Capitulum. **Act. 1.**
Primum quidem sermōnem feci de ómnibus, ò Theóphile, quæ cœpit Jesus fácerē & docerē; usque in diē, qua præcipiēs Apóstolis per Spíritum sanctū, quos elégit, assūmptus est.
X. Nimis exaltatus es.
R. Super omnes cœlos, Alleluia, allel. allel.

Aa Benedictus, Antiph.
Ascēdo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum, alleluia. **Duplicatur.**

Orémus. **Oratio.**
Concēde quæsumus, Omnipotens Deus; ut qui hodiérna die Unigénum tuum Redemptorem nostrum, ad cœlos ascendiisse crēdimus: ipsi quoque mente, in cœlestibus habitémus. Per eūdem.

Ad primam ut in Festis.
Ad Tertiam. **Capitulum.** Primum quidem. *ut sup.*
R. Ascéndit Deus in Jábi-

Io. Alleluia, allel. X. Dóminus in voce tubæ, Alleluia, alleluia. Glória Patri. X. Ascéndens Christus in altum. Rx. Captivam duxit captivitatem; dedit dona homínibus, Alleluia, allel. allel. *Oratio.* Concéde quæsumus omnípotens Deus. ut suprà ad Laudes.

Ad Sextam.

Capitulum. Act. 1.

ET convéscens præcépit Eiis, ab Jerosolymis ne discéderent, sed expectárent promissiónem Patris, quam audístis, inquit, per os meum; quia Joánnes quidem baptizávit aqua! Vos autem baptizabímini Spíritu sancto, non post multos hos dies.

Rx. Ascéndens Christus in altum, allel. allel. X. Captivam duxit captivitatem; dedit dona homínibus, alleluia, allel. Glória Patri. X. Nimis exaltátus es. Rx. Super omnes cœlos, Alleluia, allel. allel.

Orémus. Oratio.

AD Dócto, Dómine, sup- applicationib⁹ nostris; ut sicut humáni géneris Salvatórem confedére tecum in tua majestáte confidimus; ita usque ad con-

summationem sœculi ma- nere nobiscum, quemádmodum est pollicitus, sen- tiámus. Qui tecum.

Ad Nonam.

Capitulum. Act. 1.

Viri Galilæi, quid statis aspiciétes in cœlum; hic jesus, qui assūptus est à vobis in cœlum? sic véniat, quemádmodum vi- distis eum eùntem in cœlum.

Rx. Nimis exaltátus es, alleluia, allel. X. Super omnes cœlos, allel. allel. Glória Patri. X. Ascendo at Patrem meum, & Patrem vestrum. Rx. Deum meum, & Deum vestrum, Alleluia, allel. allel.

Orémus. Oratio.

Deus, cuius Filius in alta cœlorum poténter ascéndens, captivitatem nostram sua duxit vir- túte captivam tribue, quæsumus; ut dona, quæ suis Particípibus cónfulti latigiantur & nobis jesus Chri- stus, Dóminus noster. Qui tecum.

Ad Vesperas. Act. Psal- mi, Capitulum, & X. et in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiph. O Rex gloriæ, Dómine vir- tutum,

tūtum , qui triumphátor hodiē super omnes cōelos ascendisti : * Ne derelinquas nos orphanos ; sed mitte prouissum Patris in nos , * Spíritum veritatis, allelúia. Duplicatur ; & in Choro dicitur alternatim per partes Asteriscis distinctas.

Oratio. Concéde , quæsumus omnipotens Deus. ut suprà ad Laudes.

Ad Processionem.

R. Modicum & non. ut infrà. 705.

Orémus. Oratio.

Adésto , Dómine, sup-
pliatiōnibus nostris ;
ut sicut humāni gēneris
Salvatōrem consedére te-
cum in tua majestāte con-
fidimus : ita usque ad con-
summationem sāculi ma-
nēre nobiscum , quemá-
modum est pollícitus , sen-
tiāmus. Qui tecum.

Ad Complet. Hymn. Jesu,
nostra Redémpcio. 699.

Et dicitur singulis dē-
bus usque ad Pentecost.

Infrà Octavam As-
censionis fit Officium de
Ascensione , nisi occur-
rat Festum novem Lection-
rum : De Festis verò trium
Lectionum , fit tantum

commemoratio in Missa.

FERIA SEXTA.

Ad Matutinum , Invi-
tatorium. Allelúia , alle-
lúia, allel.

Antiph. Elevata est.

Psalmus. Dómine, Dómi-
nus noster. Cum reliquis
novem Annis , & Psalmus
ut in die Ascensionis.

X. Ascéndit Deus in jubi-
latione. R. Et Dóminus in
voce tubæ , Allelúia , allel.
allelúia.

Si infrà Octavam oc-
currat Festum novem Lectionum
ex secunda Lectione
Scriptura fiunt duæ.
Tertia autem incipit ab
eo loco in quo est Asteriscus. Et nona Lectione ser-
mo de Ascensione.

Incipit Epistola secunda.

B. Petri Apóstoli.

Lectione j. Cap. i.

Simon Petrus , Servus &
Apóstolus Iesu Christi ;
iis , qui coæqualem nobiscum
sortiti sunt fidem in
justitia Dei nostri : & Sal-
vatoris Iesu Christi. Grá-
tia vobis & pax adimpleá-
tur in cognitione Dei &
Christi Iesu , Dómini no-
stri : Quómodò nobis ómnia
divinæ virtutis suæ ,
quæ ad vitam & pietatem

donata sunt per cognitio-
nem ejus, qui vocavit nos
própria glória & virtute,
per quem máxima & pre-
tiósa nobis promissa do-
návit; ut per hæc efficiá-
mini divinæ consortes na-
tūræ fugientes ejus, qua-
in mundo est, concupi-
centiæ corruptionem. Vos
autem curam omnem sub-
inserentes, ministráte in fi-
de vestra virtutem; in vir-
tute autem scientiam; in
scientia autem abstinentiæ;
in abstinentia autem pa-
cientiam; in patientia au-
tem pietatem; in pietate
autem amore fraternitatis;
in amore autem fra-
ternitatis, charitatem.

*R. Modicum, & non vi-
debitis me. 705.*

I ecclio ii.

Hæc enim, si vobiscum
hadsint, & supérerent?
non vácuos, nec sine fru-
etu vos constituent in Dó-
mini nostri Iesu Christi
cognitione. Cui enim non
prestò sunt hæc, cœcus est,
& manu tentans? oblivio-
nem accipiens purgationis
veterum suorum delictó-
rum. Quapropter, Fratres,
magis fatigite, ut per bona
ópera certam vestram vo-

cationem & electiōnem fa-
ciatis: hæc enim facientes,
non peccabitis aliquando.
Sic enim abundanter mi-
nistrabitur vobis introitus
in æternum regnum Dó-
mini nostri, & Salvatoris
Iesu Christi. * Propter hoc.
incípiam vos semper com-
monere de his: & quidem
scientes, & confirmatos
vos in præsenti veritaté.
Justum autem arbitror,
quādū sum in hoc taber-
náculo, suscitare vos in
commonitione: Certus,
quod velox est depositio
tabernaculi mei, secundum
quod & Dóminus noster
Iesus Christus significavit
mihi; Dabo autem ópe-
ram, & frequenter habere
vos post óbitum meum:
ut horum memoriām fa-
ciatis.

R. Præcursor. 706.

*Sermo sancti Euchérij
Lugdunensis Episc.*

Serm. 2. de Ascensione.

In grémium immortali-
tatis immortalis natura
transfunditur; quo facto
Angeléru regnū humánæ
conditiōni uno ascendente
referatur: & spes prece-
dente Christo promittitur.
Quod autem ait sermo di-
vinus,

Vínius , elevámini portæ
æternales & introíbit Rex
glóriæ. Agitur hot loco
præclara & insignis pompa
victoriæ. Non tam admi-
rántes Angeli quām stu-
péntes ; & ad magnitudi-
nem novitatis artóniti pe-
regrinam inferri substán-
tiam in statiónum suárum
excélsa suspiciunt : & ídeò
honorabilem ad cœlos hó-
minem triumpháli ágmi-
ne comitantes , quasi cum
exclamatióne admiratió-
nis intérrogant ; quis est
iste Rex glóriæ ? Præeún-
tes Archángeli modulata
exultatióne respóndent :
Dóminus virtútum ipse est
Rex glóriæ. Merítò itaque
post peráctam redemptiō-
nis nostræ administratiō-
nem regis luscépit digni-
tatem.

R. Psallite Dómino.

A D L A U D E S.
Aña. Viri Galilæi. Sub qua
sola dicitur Psal. Dóminus
regnávit. cum reliquis. 20.
Capitulum & Versus ut in
Laudibüs Festi.

Ad Benedictus, Antiph.
Eúntes in mundum uni-
versum prædicáte Evangé-
lium omni creaturæ , alle-
lúia; Qui crediderit & ba-

ptizátus fuerit, salvus erit,
allelúia : Qui verò non cre-
diderit , condemnabitur,
allelúia.

Oratio. Concéde. ut in die.

Ad Horas omnia ut in
die. Ad Vesperas Aña & Psal-
mi de Feria occurren-
te. Ad Magnificat, Aña.
Dóminus quidem Jesus,
postquam locútus est eis
ascéndit in cœlum , & se-
det à dextris Dei, allelúia.

Hoc modo fit Officium,
omnibus diebus infrà octa-
vam, & nihil duplicatur.

S A B B A T O
ψ. Ascéndit Deus in jubi-
latione. Rx. Et Dóminus
in voce tubæ, Allelúia, alle-
lúia, allelúia.

De Epistola secunda Beati
Petri Apóstoli.

Lectio j. Cap, 3.

Hanc ecce vobis, Cha-
rissimi , secundam
scribo Epistolam, in qui-
bus vestram excito in
commónitatem sincéram
mentem ; ut mémores si-
tis eorum , quæ prædixi,
verborum , præceptorum
Dómini & salvatoris. Hoc
primum scientes, quod vé-
nient in novissimis diébus
in deceptiōne illusores,
juxta proprias concupi-

céntias ambulántes , di-
céntes; Ubi est promissio
aut advéntus ejus. Ex quo
enim patres dormíerunt ,
ómnia sic persevérant ab
initio creaturæ. Later enim
eos hoc voléntes , quòd
cœli erant priùs , & terra;
& de aqua & per aquam
consistens Dei verbo? per
quæ ille tunc raundus aqua
inundátus pérīit. Cœli au-
tem qui nunc sunt , & ter-
ra , eodem verbo repóstiti
sunt: igni reserváti in diem
judicij , & perditionis im-
piórum hóminum. Unum
verò hoe non láteat vos,
Charíssimi ; quia unus dies
apud Dóminum sicut mille
anni? & mille anni sicut
dies unus. Non tardat Dñs
promissionero suam , sicut
quidam exístiment : sed
patiénter agit propter vos,
nolens álios perire , sed
omnes ad penitentiam re-
vérti.

R. Ponit nubem. 710.

Leccióne ij.

ADvéniet autem Dies
Dómini ut sur in quo
cœli magno ímpetu trán-
sient; Elementa verò ca-
lore solvéntur : terra au-
tem , & quæ in ipsa sunt
ópera exuréntur. Cum igi-

tur hæc ómnia dissolvéndæ
sint , quales opórtet vos
esse in sanctis conversatió-
nibus & pietatibus , ex-
pectantes & properantes in
Advéntum Dicí Dómini ;
per quem cœli ardéntes
solvéntur , & eleménta
ignis ardore tabescant?
Novos verò cœlos , & no-
vam terram secundum pro-
missa ipsius expectámus , in
quibus justitia hábitat.
Propter quod , Charíssi-
mi , hæc expectantes satá-
gite , immaculati & invio-
lati ei inveniti in Pace. Et
Dómini nostri longanimi-
tatem , salutem arbitrémi-
ni ? sicut & Charíssimus.
frater noster Paulus , se-
cundum datam sibi sapién-
tiā scripsit vobis ; sicut
& in ómnibus Epistolis , lo-
quens in eis de his , in qui-
bus sunt quædam difficulta-
tē intelléctu? quæ indóctri &
instábiles deprávant , sicut
& cæteras scripturas , ad
suam ipsorum perditionē.
Vos igitur , Fratres , præ-
sciéntes custodite , ne in-
sipientium errore traducti ,
excidatis à propria firmi-
tate. Crēscere verò in grá-
tia , & in cognitione Dó-
mini nostri , & salvatoris.
Jesu

Jesu Christi! ipsi glória & nunc, & in diem aeternitatis, Amen.

R. Exaltare, Domine. 710.
Sermo sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 12. De diversis.

Resurreccio Domini, spes nostra? Ascensio Domini glorificatio nostra. Ascensionis enim hodie solennia celebramus. Si ergo recte, si fidelite, si devote, si sancte, si pie Ascensionem Domini celebramus; ascendamus cum illo: & sursum cor habeamus. Ascendentes autem non extollamur: nec de nostris quasi de propriis meritis presumamus. Sursum enim cor ad Dominum: refugium vocatur. Illi enim dicimus, qui ascendit. Resurrexit enim, ut spem nobis daret, quia resurgit quod moritur; ne moriendo desperaremus: & totam vitam nostram morte finitam putaremus. Sollliciti enim eramus de ipsa anima: & ille nobis resurgendo & de carne securitatem dedit. Ergo ascendit. Quis: qui descendit. Descendit ut sanaret. Ascendit ut levaret te. Ca-

dis si levaveris te: manes si levaverit te. Sursum ergo cor, sed ad Dominum refugium est: sursum cor, sed non ad Dominum superbia est. Dicamus ergo illi resurgentem, quoniam tu es Domine spes mea: ascendenti autem altissimum posuisti refugium tuum. Quomodo enim ad eum cor sursum habentes; superbi erimus: qui propter nos humilis factus est, ne superbi remaneremus.

R. Gloria & honore. 711.

A D L A U D E S.

Ana. Videntibus illis, Sub qua sola dicitur Psal. Dominus regnavit. cum reliquis. 20.

Ad Benedictus, Antiph.
Nisi ego abiiero paraclitus non veniet; si autem abiiero, mittam eum, allel.

Oratio. Concide.

Ad Vesperas.

Capitulum. 1. Petri 4.

Estote prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia Charitas operit multitudinem peccatorum. **X.** Ascendens Christus in altum.

R. Capti

R. Captivam duxit capti-
vitatem, alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Magnifica, Antiph.
Vado parare vobis locum,
& iterum veniam ad vos
alleluia.

Orémus. Oratio.

OMNIPOTENS sempitér-
One Deus; fac nos tibi
semper & devótam gérere
voluntátem & Majestáti
tua sincéro corde servire.
Per Dóminum.

Ad primam Processionem.
R. i. Post Passióinem. 701.

Orémus. Oratio.

CONCÉDE, quæsumus,
OMNIPOTENS Deus; ut
qui hodierna Die Unigé-
nitum tuum Redemptó-
rem nostrum ad caelos af-
eendisse crēdimus; ipsi
quoque mente in cœliti-
bus habiténus. Per eūdem.

Ad secundā Processionem.
R. ii. Non turbétur. 702.

Orémus. Oratio.

DEUS, cuius filius in alta
celorum poténter af-
cendens; captivitatem no-
stram sua duxit virtute;
captivam? Tribue, quæ-
sumus; ut dona quæ suis
participibus contulit? lar-
giatur & nobis Jesus Chri-
stus Dóminus noster. Qui
tecum.

D O M I N I C A
infra Octavam.
A S C E N S I O N I S.
Totum Officium fit de
Ascensione, exceptis his,
qua hic habentur pro-
pta.

Si Lectiones primi No-
cturni lecta sunt pridiè,
quando scilicet in Sabbato
precedente occurrit Festum
S. Joannis ante portam
Latíoram; tunc Dominicæ
leguntur Lectiones Feria
secunda sequentia.

In primo Nocturno.
Incipit Epistola prima:
B. joánnis Apóstoli.

Lectio i. Cap. 1.
QUOD fuit ab initio,
quod audivimus,
quod vidi mus oculis no-
stris, quod perspeximus?
& manus nostræ correcta-
vérunt de verbo vitæ &
vita manifestata est, & vi-
dimus, & testamur, & an-
nunciámus vobis vitam
ætérnam, quæ erat apud
patrem, & appáruit nobis?
quod vidi mus & audiví-
mus, annunciamus vobis;
ut & vos societatem ha-
beatis nobiscum & socié-
tas nostra sit cum Patre,
& cum Fílio ejus Iesu
Christo. Et hæc scribimus
vobis

vobis ut gaudeatis: & gaudiū
dium vestrum sit plenum,
Et hæc est Annunciatio,
quam audivimus ab eo, &
annunciamus vobis: quóniam
Deus Lux est, & téne-
bras in eo non sunt ullæ.

R. Post Passiónem. 701..

Lectio ij.

Si dixerimus, quóniam
Societatem non habé-
mus cum eo, & in ténebris
ambulámus; mentímur:
& veritatem non dicimus.
Si autem in Luce ambulá-
mus sicut & ipse est in Lu-
ce; Societatem habémus
ad invicem: & Sanguis
Iesu Christi Filiij ejus emū-
dat nos ab omni peccáto.
Si dixerimus, quóniam
peccatum non habémus;
ipsi nos sedúcimus: & vé-
ritas in nobis non est. Si
confiteámur peccata no-
stra; fidélis est & iustus, ut
remittat nobis peccata no-
stra: & emundet nos ab
omni iniquitate. Si dixerí-
mus, quóniam non peccá-
vimus; mendacem faci-
mus eum: & verbum ejus
non est in nobis.

R. Non turbétur.

Lectio iii. Cap. 2.

Fillioli mei, hæc scribo
vobis, ut non peccetis.

Sed & si quis peccáverit;
advocátum habémus ad
Patrem, Iesum Christum
justum; & ipse est Propri-
tiatio pro peccatis, non
pro nostris tantum: sed
etiam pro totius mundi. Et
in hoc scimus, quóniam
cognovimus eum: si man-
dáta ejus observémus. Qui
dicit, se nosse eum; &
mandáta ejus non custó-
dit: mendax est, & in hoc
véritas non est. Qui autem
servat verbum ejus; verè
in hoc Cháritas Dei per-
fœcta est: & in hoc scimus,
quóniam in ipso sumus.
Qui dicit, se in ipso mané-
re: debet, sicut ille ambu-
lavit, & ipse ambuláre.

R. Ascéndens in altū 702.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini
Episcopi.

Sermon 7 Homil. 17.

Solemnité diei hujus
admonémus sciéntes &
instrúimus negligētes. Ac-
cénsim Dómini in cœlum
hodie solémniter celebrá-
mus. Dóminus enim sal-
vator noster pósito córpo-
re, & recépto córpore;
posteaquam resurréxit à
mertuis: exhibuit se disci-
pulis vivéntem, quem
déspera-

desperaverūt morientem, nisi quemadmodum vidi. Posteaquam se reddidit stis eum, cunctem in cœlum. Quid est, sic véniet in ea forma véniet, ut impleatur quod scriptum est: videbunt in quem pupugērunt. Sic véniet ad hómines véniet; homo véniet: sed Deus homo véniet. Véniet verus homo & Deus: ut faciat hómines Deos. Ascéndit iudex cœli: sónuit præco cœli. Bonam cauſam habeámus: ut futurum judicium tunc non timeámus.

R. Præcūrſor. 706.

Lectio vij.

Fratres pro magno audiiri solent verba novissima paréntis ituri ad sepulchrum, & contemnuntur Dómini verba novissima ascendéntis in cœlum; existiméntus Dóminum nostrum testaméntū scripsisse & in testaménto sua novissima verba posuisse: prævidit enim malorum filiorum futura litigia, prævidit homines partes sibi conántes facere de possessione aliena. Quare enim non dívidant quod non emérunt: quare non concidunt, pro quo prétium non dedérunt? Sed ille,

Lectio v.

Ipsò ergo quadragésimo die, quem hodie celebrámus; eis vidéntibus & vidéndo deducéntibus: ascéndit in cœlum. Tunc ergo posteáquā id quod videbant ascéndere mirabātur: sursum tamen ire gaudabant. Cápitis enim præcessio, spes membrorum est: audiérunt & angélicam vocem. Viri galilæi, quid statis aspiciéntes in cœlum? hic Jesus sic vén-

Ille tunicam désuper textam nusquam consutilem dívidi noluit : soite provénit. In illa veste unitas cōmendata est : in illa veste cháritas prædicata est. Ipsa est désuper texta. De terra est cupíditas : désuper cháritas. Agite frátres ; testaméntum scripsit Dóminus : novíssima verba pósuit. Videte , óbsecro vos , & móveat vos : quómodo & nos movet si fieri potest.

R. Psallíte Dómino. 706.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélij : secundum Joánnem.

Lectione viij Cap. 15.

IN illo tempore : Dixit Iesus Discípulis suis. Cùm vénérerit Paraclitus , quem ego mittam vobis à Patre, Spíritum veritatis , qui à Patre procédit : ille testimónium perhibébit de me , & vos testimónium perhibébitis : quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis , ut non scandalizémini ; absque Synagógis fácient vos , sed venit hora ut omnis qui interficit vos : arbitrátur obsequium se præstare Deo. Et réliqua.

Homilia sancti Augustín*i*
Episcopi.

Serm. 29. de Verbis Domini.

Felicítibus terrénis amaritudines miscet Deus ut alia querátur felicitas , cuius dulcedo non est falax ; & de ipsis amaritudinibus conatur mundus avertére ab eo quod inténdit in interióra : & retrò convértere. De ipsis amaritudinibus de ipsis tribulationibus murmurás & dicis ? Ecce pereunt omnia Christianis tempóribus. Quid strepis ? Non hoc promísit Deus ; quod ista non peribunt : non hoc mihi promísit Christus. Ætérna promísit ætérnus : si credíero , ex mortali fiam ætérnus. Quid strepis ? O munde immunde ; quid strepis ? Quid avértere conáris ? tenere vis , périens ; quid faceres si manéres ? quem non déciperes dulcis ? si amárus alimenta mentitis.

R. Ponit nubem. 710.

Lectione viij.

Ego si hábeo spem ; si téneo spem : ovum meū non est à scorpióne percússum. Benedicam Dóminum in omni tempore : semper

semper laus ejus in ore
meo. Fœlix sit mundus ;
evertatur mundus ! Benedicam Dóminum qui fecit
inūdum. Benedicam prorsus Secundum carnem be-
nè sit ! secundum carnem malè sit ! Benedicam Dó-
minum in omni tempore :
semper laus ejus in ore
meo. Nam si benedico quando benè est , & blas-
phémo quando malè est !
Auscépi scorpíonis aculeū ;
compunctus respéxi retrò :
quod absit à nobis. Dó-
minus dedit Dóminus ab-
stulit ; sicut Dómino plá-
euit ita factum est : sit no-
men Dómini benedictum.
Manet cívitas : quæ nos
carnáliter génuit, Deo grá-
tias. Utinam & spirituali-
ter generétur : & nobiscū
tránseat ad æternitátem.
Si manet cívitas quæ nos
carnáliter génuit : manet
quæ nos spiritualiter génuit.
Exaltáre, Dómine.

Lectio ix.

Figite spem in Deum ;
æterna concupíscite :
æterna expectáte. Christiá-
ni estis , Fratres. Christiá-
ni sumus. Non ad délicias.
Christus in carnem descén-
dit. Tolerémus pótius præ-

séntia quàm diligámus.
Adversórum manifésta est
pernícies : prosperórum
falsa blandíties. Time ma-
re : & quando tranquillum
est. Omnínō non frustrà
audiámus , sursum cor.
Quid pónimus cor in ter-
rā cùm videámus quia
evértitur terra ; nos non
póssimus , nisi exhortári
vos , ut habeáatis quod di-
catis : & quod pro spe ve-
strâ respondeátis insulta-
toribus , & blasphemató-
ribus nóminalis Christiáni.
Nemo vos murmurándo
avértat ab expectatione fu-
turorum. Rx. Glória & hó-
nore. 711. Te Deum.

A D L A U D E S.
Antiphona & Psal. ut in die Festi.

Cabítulum. 1. Petri 4.
Estote prudéntes , & vi-
giláte in orationibus ;
ante ómnia autem , inútu in
vobis in etípsis charitá-
tem consínuam habéntes :
quia cháritas óperit mul-
titúdinem peccatórum.
Rx. Nímis exaltátus es.
X. Super omnes cœlos ,
Alleluia , allel. allel.
Ad Benedictus, Antiph.
Dóminus quidem Iesús ,
postquàm loçutus est eis ,
ascéndit

Ascéndit in cœlum, & sedet
à dextris Dei , alleluia.

Orémus. Oratio.

OMnipotens sempitér-
ne Deus , fac nos tibi
semper & devorām gérere
volūtātē! & majestati tuæ,
sincero corde servire. Per.

Ad primam ut in Festis.

Ad Tertiam.

Capitulum. Estote pru-
dēntes. ut suprà.

R. Ascéndit Deus in júbi-
lo. ¶ Dóminus in voce
tubæ, Alleluia , allel. Gló-
ria Patri. ¶ Ascéndens
Christum in altum. R. Ca-
ptivam duxit captivitá-
tem , dedit dona homíni-
bus, Alleluia , allel. allel.

Oratio. Omnipotens sem-
pitérne. ut sup ad Laudes.

Ad Sextam.

Capitulum. 1. Petri 4.

Hospitáles invicem sin-
murmuratiōne ; unus
quísque sicut accépit grá-
tiām , in alterútrum illam
administrántes : sicut boni
dispensatōres multiformis
gratiæ Dei.

R. Ascéndens Christus in
altum, Alleluia, allel. ¶ Ca-
ptivam duxit captivitáte,
dedit dona homínibus, Al-
leluia, allel. Glória Patri.
¶ Num exaltátus es.

R. Super omnes cœlos, Al-
leluia; allel. allel.

Orémus. Oratio.

ADÉsto , Dómine , sup-
placatiōnibus nostris;
ut sicut humáni géneris
Salvatórem , confedére te-
cum in tua majestate con-
fidimus : ita usque ad con-
summationem sœculi ma-
nére nobiscum , quemád-
modum est pollicitus , sen-
tiámus. Qui tecum.

Ad Nonā. Capit. 1. Petri 4.

Si quis lóquitur , quasi
sermónes Dei ; Si quis
ministrat tamquam ex vir-
tute , quam administrat
Deus : ut in omnibus ho-
norificétur Deus per Jesum
Christum,

R. Num exaltátus es. Al-
leluia , allel.

¶ Super omnes cœlos, Al-
leluia , allel. Glória Patri.

¶ Ascéndo ad Patrem
neum , & Patrem vestrum.

R. Deum meum , & Deum
vestrum, Alleluia, allel. all.

Orémus. Oratio.

Deus , cuius Filius in al-
ta cœlorum poténter
ascéndens ; captivitatem
nostram sua duxit virtute
captivam : Tribue , quæ-
sumus ; ut dona , quæ suis
participibus contulit : Jar-
giátue

giatur & nobis Jesus Christus, Dominus noster. Qui tecum.

. *Ad Magnificat, Antiph.*
Illi autem profecti predicaverunt ubique; Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis, Alleluia, allel.

Ora io. Omnipotens semperne Deus. ut suprà.

. *Ad primam Processionem.*
Rx. j. Post Passionem suam.

701.

Oratio. Concéde, quæsumus. ut suprà. 718.

. *Ad 2. Processionem.*
Rx. ij. Non turbetur. 702.

Oratio. Deus, cuius Fílius. 718.

FERIA SECUNDA.
Post Dominicam infrà Octav. Ascensionis.

X. Ascéndit Deus in jubilatione. Rx. Dominus in

voce tubæ, Allel. allel. allel.
De Epistola prima B. Joán-

nis Apóstoli.

Lectio i. Cap. 3.

VIdete, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut Fílii Dei nominémur, & sumus; Propter hoc mundus non novit nos: quia non novit eum. Chássimi, nunc Fílii Dei sumus, & nondum appáruit,

quid érimus. Scimus, quóniam cùm apparuerit, símiles ei érimus: quóniam videbimus eum sicuti est. Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se: sicut & ille sanctus est. Omnis, qui facit peccatum & iniquitatem: & peccatum est & iniquitas. Et scitis, quia ille appáruit, ut peccata nostra tolleret: & peccatum in eo non est. Omnis, qui in eo manet, non peccat; & omnis, qui peccat non vidit eum: nec cognovit eum. Filioli mei: nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est; Qui peccatum facit ex Diábolo est: quóniam ab initio Diábolus peccat. In hoc appáruit Fílius Dei: ut dissolvat ópera Diáboli. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quóniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare: quóniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt Fílii Dei: & Fílii Diáboli.

Rx. Post Passionem. 701.

Lectio ii.

OMnis, qui non est justus, non est ex Deo; & qui non diligit fratrem suum?

suum : quóniam hæc est annuntiatio , quam audistis ab initio , ut diligatis altérutru. Non sicut Caïn , qui ex maligno erat , & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum ? quóniam ópera ejus malígnæ erant : Fratris autem ejus justa. Nolite mirári , Fratres , si ódit vos mundus. Nos scimus quóniam tráslati sumus de morte ad vitam : quóniam dilígimus fratres . * Qui non diligit , manet in morte ; Omnis , qui odit fratrem suum : homicida est. Et scitis , quóniam omnis homicida non habet vitam æternam , in semetípso manéntem. In hoc cognóvimus charitatem Dei ; quóniam illa ánima suam pro nos pósuit : & nos debémus pro fratribus ánimas pónere. Qui habuerit substántiam hujus mundi , & viderit fratrem suum necessitatem habére , & clauserit víscera sua ab eo ; quómodo cháritas Dei manet in eo ? Filioli mei , non diligámus verbo , neque linguâ : sed ópere & veritáte.

R. Non turbétur cor vestrum. 702.

Sermo S. Eucherii Lugdunensis Episcopi.

Serm. I. de Ascensione.

SCire debémus , charíssimi ; quòd hodiéra festivitas non minor est illa , in qua natálē Dómini público honóre suscépimus. Non minor est illa celebrité , qua ad nos de sinu patris géminæ substántiæ redémptor noster per partum matris advénit. Ille enim nativitatis dies Dóminuni ac Salvatórem nostrū terris dedit : hic cœlo reddidit. In illo Dóminus verè hominem se esse in incarnatione confessus est. In hoc verò Deum se esse in Ascensione testátus est. In illo grátiam dignatissimæ humilitatis : in hoc fidem manifestissimæ divinitatis asseruit. In illo virginitatis templi : in hoc cœlestis regni secreta patefecit. In illo die descéndit redempturus nos : in hoc ascéndit glorificaturus. In illo salutis nostræ inchoatio : in hoc perféctio continétur in illo cœpit promissa : in hoc beneficia consummávit. Atque in hoc miracula non sunt mínorá , quàm munera. In hac

hac enim die arduas cœli
sedes , quas ipsa hóminis
natúra claudébat ? Deus
corporeus penetrávit.
R. Ascendens in altū. 701.

Ad Benedictus, Antiph.
Spíritus sanctus docébit
vos , allelúia , quæcum-
que dixerimus vobis , alle-
liua.

Ad Magnificat, Antiph.
Non turbetur cor vestrum,
allelúia. Ego vado ad Pa-
trem, allelúia.

F E R I A T E R T I A.
R. Ascéndit Deus in Jubi-
latiōne. **R.** Dóminus in
voce tubæ, allelúia , alle-
liua , allelúia.

De Epistola prima B. Joán-
nis Apóstoli.

Lectio ij. Cap. 4.
Charíssimi, nolite omni-
Spíritui crēdere : sed
probare Spíritus si ex Deo
sint: Quoniam multi Pseu-
do-Prophétæ exiérunt in
mundum. An hoc cognós-
citur Spíritus Dei ; omnis
Spíritus, qui confitetur Je-
sus Christum in carnem
venisse, ex Deo est ? Et om-
nis Spíritus , qui solvit Je-
sus, ex Deo non est, & hic
est Anti-Christus , de quo
audistis : quoniam venit ,
& nunc jam in mundo est.

Vos ex Deo estis, Filioli, &
& vicistis eum : quóniam
major est, qui in vobis est,
quam qui in mundo. Ipsi
de mundo sunt, & idèò de
mundo loquuntur: & mun-
dus eos audit. Nos ex Deo
sumus: Qui novit Deum,
audit nos: qui non est ex
Deo , non audit nos. In

hoc cognoscimus Spíritum
Veritatis, & spíritum erró-
ris. Charíssimi; diligámus
nos ívicem : Quia Chári-
tas ex Deo est. Et omnis,
qui díligit ex Deo natus
est : & cognoscit Deum.
Qui non díligit, non novit
Deum : quóniam Deus
Cháritas est. In hoc ap-
páruit Cháritas Dei in no-
bis; quóniam Fílium suum
Unig____um misit Deus in
Mundum : ut vivámus per
eum. In hoc Cháritas est :
non quasi nos dilexerimus
Deum ; sed quóniam
prior ipse diléxit nos : &
misit Fílium suum propi-
tiatiōnem pro peccátis no-
stris.

R. Modicum. 705.

Lectio ij.
Charíssimi, si sic Deus
diléxit nos: & nos de-
bémus alterutrum dilige-
re. Deū nemo vidit unquā;
si

Si diligamus invicem. Deus in nobis manet, & Cháritas ejus in nobis perfécta est. In hoc cognovimus ; quóniam in eo manémus, & ipse in nobis ; quóniam de Spíitu suo dedit nobis. Et nos vidiimus , & testificámur : quóniam Pater misit Fílium suum Salvatorem mundi. Quisquis confessus fúerit, quóniam Jesus est Fílius Dei ; Deus in eo manet : & ipse in Deo. * Et nos cognovim⁹, & crēdimus Charitati quam habet Deus in nobis. Deus Cháritas est : & qui manet in Charitáte ; in Deo manet : & Deus in eo. In hoc perfécta est Cháritas Dei nobiscum ; ut fiduciam habeámus in die Judíci⁹ : quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in Charitáte ; sed perfécta Cháritas foras mittit timórem : quóniam timor pœnam habet. Qui autem timet : non est perfectus in Charitáte. Nos ergo diligamus Deum : quóniam Deus prior diléxit nos. Si quis díixerit, quóniam díligo Deum ; & fratrem suum óderit: mēndax est. Qui enim non dí-

ligit fratrem suum quem videt ; Deum , quem non videt, quómodò potest diligere ? Et hoc mandátum habémus à Deo : Ut qui díligit Deum , díligat & fratrem suum.

R. Præcursor. 706.

Sermo S. Eucherij Lugdunensis Episcópi.

Serm. n. 7. Ad monachos.

Pro hac vita , dabit Jesus Christus illam vitam ; quæ nec óculo petet cerni : nec tacita mentis cogitatione pertíngi. Quā útique cónsequi est facilius quam enarrári. Cujus erit cursus sine témino ; usus sine fastídio ; refectio sine cibi adjutório ; requies sine noctis ótio ; actas sine sénio ; indeficiens sub vultu dei cláritas ; & sub antiquis perpetuisque gáudiis : semper nova jocunditas. Sine ullo amitténdi periculo secúra felicitas. Hujus ergo vitæ dulcedinem quam Dóminus Jesus áscendens in cœlum nobis prómittit : quotidie cogitando etiam in hoc corpore pragustare conémur ; & exclusa de sénibus nostris sæcularijum vel colloquiórum vel de si- deriorum

deriorum amaritudine? quendam beatitudinis illius odorem totis ad nos céribus attrahamus. Et d. scissio omni torpore, omni pigritia, cuius mater est infidélitas; illa jam Hilatitatem, illa alacritatem Dómino, ac Deo nostro illaque gáudio serviámus; quo gáudio ad munera sua ipso Dómino Iesu Ascensione sua nos invitáte veniámus.

R. Psallite Dómino. 706.

Ad Benedictus, Antiph.
Eúntes in mundum univésum, prædicáte Evangelium, omni creaturæ, alleluia; qui credíderit, & baptisátus fúerit salvus erit alleluia; qui vero non crediderit condemnabitur, alleluia.

Ad Magnificat, Antiph.
Rogábo Patrem meum, & álium Paráclitum dabit vobis, alleluia.

F E R I A Q U A R T A.
N. Ascéndit Deus in jubilatione. **R.** Dóminus in voce tubæ, alleluia, allel, alleluia.

Incepit Epístola secunda
B. Joánnis Apóstoli.

Lectio j.

SEnior éléctæ Dóminæ,
& Natis ejus, quos ego

diligo in veritáte, non ego solus? sed omnes qui cognovérunt veritátem; propter veritátem, quæ permánet in nobis: & nobiscum erit in aeternum. Sit vobis cum grátia & misericórdia, pax à Deo Patre, & à Christo Iesu Filio Pátris, in Veritáte & Charitáte. Gávius sum valdè; quóniam invéni de Fíliis tuis ambulantes in veritáte: sicut mandátum accépimus à Patre. Et nunc rogo te, Domina, non tamquam mandátum novum scribés tibi; sed quod habuimus ab initio, ut diligámus alterutrum? Et hæc est Cháritas, ut ambulémus secundum mandáta ejus.

R. Ponit nubem. 700,

Lectio ij.

Hoc est enim mandatum, quemádmodum audistis ab initio, in eo ambulétis; quóniam multi seductores exierūt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem? Hic est seductor & Anti-Christus. Videte vosmetipsos ne perdáatis, quæ operati estis: ut mercédem plenam accipiatis. Omnis, qui recédit, & non permanet

p̄manet in doctrina Christi, Deum non habet: qui p̄manet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet.
 * Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nō affert; nolite recipere in domum: nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi Ave: cōmunicat op̄ribus ejus malignis. Plura habens vobis scribere nōlui per chartam & atramentum? Spero enim me futūrum apud vos, & os ad os loqui, ut gaudium vestrum plenum sit. Salutant te Fili Sororis tuæ Eleætæ.

R. Exaltare Dómine. 710. Sermo sancti Augustini Episcopi.

Sermon. 174. De tempore.

Hodie fratres Dóminus Jesus Christus ascéndit in cœlum: ascéndat & cum illo cor nostrum. Audiāmus Apóstolum dicentem. Si consutrexistis cum Christo; quæ sursum sunt querite: ubi Christus est in déxtera Dei sedens. Quæ sursum sunt sápite: non quæ super terram. Sicut enim ille ascéndit, nec recéssit à nobis; sic & nos cum illo ibi jam simus: quamvis nondum in cor-

pore nostro factum sit quod promittitur nobis. Ille jam exaltatus est super cœlos. Neque enim protéra desperanda est perfœcta & angélica cœlestis habitatio; quia dixit: nemo ascéndit in cœlum nisi qui descéndit de cœlo, filius hōminis qui est in cœlo; sed hoc dictum est propter unitatem qua caput nostrum est: & nos corpus ejus. Cum ascéndit in cœlum: nos ab illo non separámur. Qui de cœlo descendit, non nobis invídet cœlum; sed quodammodo clamat, mea membra estote: si ascéndere vultis in cœlum. In hoc ergo ipsi interim roboremur: in hoc votis omnibus æstuémus. Hoc meditémur in terris: quod computámur in cœlis. Tunc exuturi carnem mortalitatis: nūc exuámus ánni vetustatem. Fácile corpus levabitur in alta cœlorum: si non premat spíritum sarcina peccatórum.

R. Glória & honore. 711. Ad Benedictus, Antiph. Vado parare vobis locum, & iterum yéniam ad vos alleluia.

nem junctúram Subministratióni, secúndūm ope rationem in mensúram únius cujúsque membrau gmentum cōporis facit in adificatióne sui in Charitáte. Hoc igitur dico, & testifor in Dómino; ut jam non ambuléti sicut & gentes ábulant in vanitáte sensus sui: tenebris obscurátum habéntes intellectum; alienáti à vita Dei per ignorantiā quæ est in illis: propter cæcitatēm cordis ipsórum, qui desperantes semetípos tradidérunt impudicitiæ; in operatióne immunditiæ omnis in avaritiā: vos autem non ita didicistis Christum; si tamen illum audistis: & in ipso edócti estis.

R. Ascéndens in altum.

702.

In secundo Nocturno.
Sermo S. Eucherij Lugdunénfis Episcopi.

Sermo 2. de Ascensione.

Lectio iv.

A Scénsio Dómini catholicæ fidei confirmatio fuit, ut securi in postérum crederémus miráculi illius donum: cuius jam in præsenti percepi-

sémus afféctum. Et fidelis quisque cum jam tanta percéperit; (&) per ea quæ agnoscit præstata: discat sperare prómissa. Ac Dei sui præteritam præsentem que bonitatem, quasi futurorum téneat cautió nem. Super excelsa ergo cœli, terrénum corpus impónitur; ossa inter sepulchri angustias paulò ante conclúsa angélorum cœtibus inféruntur: in grémium immortalitatis mortális natúra transfundítur. Et ideo sacra Apóstolicæ lectiōnis testimoniū história; cum hæc dixisset, inquit, vidéntibus illis elevatus est: dum audis elevatum, agnoscere militiæ cœlestis obsequiū. Unde hodiéra festivitas, hominis nobis & Dei Sacramenta maniféstata. In eo qui elevat, divinam potentiā, in eo autem qui elevatur humánā cognoscere substancialia,

R. Módicum, & non vidébitis. 705.

Lectio v.

Totis itaque fidei viribus nitámur; ut sicut Dóminus in hac die nostro cum corpore ad supérna

conscéndit : ita nos quoque membra ejus effécti , caput nostrum officiósis desidériis ac bonórum operum stúdiis jam séquamur. Asce dámus post eum cōpunctiōne ; benevolentia ; concórdia ; charitáte ! ascendámus, & per ipsarum si placet , admínicula pas siónum. Quomodo autem post eum per passiōnes no stras possúmus ascendére , si requíras ; hoc útique modo ; si unusquisque no strum subdérē eas sibi stú deat , & eminéntia domi nantis animi super eas stá re consuēscat : ex ipsis sibi gradum cónstruat quo ad supériora concéndat.

R. Præcursor. 706.

Lectio vij.

SUblimábunt nos, si füe rint infra nos : de no stris étiam vítiis , scalam nobis fáciimus , si vízia ipsa calcámus. Cxterum cum Christo , id est , cum hu militatis magístro non ascéndit supérbia ; nec cum bonitatis auctóre malitia ; nec cum pacis amíco dis cordia : nec cum filio víginis libido atque luxúria. Non útique ascéndunt vi tia post virtútum parén

tem ; nec peccáta post ju stum : nec infirmitátes pos sunt ire post médicu m. Si apparére absolúti illic volúmus : hic lácrys mis ac je júniis culpas & crímina in nobis nostra damnémus. Et próprio circa nos judício dístringéntes : senténtiam ætérní júdicis præ currámus.

R. Psállite Dómino. 706.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélij : secúndum Marcum.

Lectio vij. Cap. 16.

IN illo témpore : recum bénibus undecim Discí pulis , appáruit illis Jesus , & reprobrávit incredulitatem eórum , & durítiam cordis : quia iis , qui vide rant eum resurrexisse , non credidérunt & dixit eis ; éuntes in mundum univérsum : prædicáte Evangélium omni créaturæ.

Homilia sancti Bernárdi Abbatis.

De Ascensione Domini.

Sermo. 2.

Quid putátis , Fratres , quantus dolor & tímor irrúperit Apostólica pectora , cum eum vidé runt à se tolli , & attélli in æra ? non scalis adjútum ,

non

non sublevatum fūnibus ; & si Angelico comitatum obséquio , non tamen ful- tum auxilio , sed gradien- tem in multitūdine forti- tudinis suæ : implétum est quod eis díixerat , quò ego vado , vos non potéstis ve- nire. Quocúmque enim terrárum iisset , eum indis- visibiliter sequeréntur ; mare (sicut Petrus fecit aliquando) cum eò étiam submergéndi intrárent : sed hac sequi non pote- rant ; quia corpus quod corrúmpitur aggrávat áni- mam : & déprimit terréna inhabitatio sensum multa cogitánte.

R. Ponit nubem. 710.

Lectio viij.

Benedícens ergo eis , fe- rebátur in cœlum , forte concússis illius singuláris misericórdiae viscéti- bus , cum miséros suos & p̄iuperem suam scholam relinqueret ; nisi quod ve- niébat paráre eis locum : & quia expediébat ut præ- séntiā eis subtráheret cor- porálem. Quam felix , quam digna ista procéssio , ad quam nec ipsi quidem ad- huc Apóstoli digni fuérunt admitti ; cum & animárū

sanctárum , & cœlestium virtútum triumpháli pom- pa dedúctus ad Patrem : sedet à dextris Dei. Nunc verè adimplévit ómnia qui natus est inter homines ; cum homínibus conversá- tus est , ab homínibus & pro homínibus passus & mórtuus est : resurréxit , as- cendit , sedet ad dexteram Dei.

R. Exaltáre Dómine. 710.

Lectio ix.

Propterea dilectissimi perseveráte in disciplí- na quam suscepistis ; ut per humilitátem ad sublimitá- tem ascendatis : quia hac est via & non est ália præ- ter ipsam. Qui aliter vadit , cadit pótius quam ascén- dit ; quia sola est humili- tas quæ exáltat : sola quæ dicit ad vitam. Christus enim cum per natúram di- vinitatis non habéret quo créseret , vel ascénderet ; quia ultra Deum nihil est : per descénsum quómodo créseret invénit ; véniens incarnári , pati , mori , ne morerémur in æternum ; propter quod Deus exaltá- vit illum : quia resurréxit , ascéndit , sedet ad dexteram Dei. Vade & tu fac

similiter. Neque enim ascēdere potes, nisi descēderis; quia ut æterna lege fixum est, omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.

R. Glória & honore. 711.

Ad Vesperas Antiphona & Psalmi de Feria occurrente. Capitulum & ψ. ut in die.

Ad Magnificat, Antiph. Dóminus quidem Jesus postquam locutus est eis ascéndit in cœlum & sedet à dextris Dei alleluia.

Oratio ut in die.

Post Vesperas ad Processionem.

R. Cùm vénérerit Paráclitus. ut infrà.

Orémus. Oratio.

OMnipotens sempitér-ne Deus; fac nos tibi semper & devótam gérere voluntátem: & Majestati tux sincéro corde servíre. Per Dóminum.

Duobus sequentib. diebus Offic. fit modo infrà scripto.

Ad Matutinum Invitat. Alleluia, alleluia, allel. Nocturnus feria ut in Psalterio tempore Paschali. Versus. Ascéndit Deus in jubilatione. Lectiones & responsoria, ut notantur.

Ad Laudes Aña. Alleluia, sub qua dicuntur Psalmi de Laudibus Dominicæ. Capitulum & Versus ut in Ascensione Dñi. Antiphona ad Benedictus & Magnificat & oratio ut notantur. Non dicuntur preces. Ad tertiam Oratio. Omnipotens sempiterne. ut in Laudibus. Cetera, ut infrà Octav. Ascensionis.

Si autem Feria vj. occurrat Festum Novem Lectionum, fit de eo; de Simplici verò fit tantum commemoratio ad Missam.

FERIA S E X T A.

Post Octav. Ascensionis. X. Ascéndit Deus in jubilatione. R. Dóminus, in voce tubæ, Allel. allel. allel. Incipit Epistola tértia sancti Joánnis Apóstoli.

Lectio j.

SEnior Gajo charíssima. Squem ego dílico in veritáte. Charíssime, de omnibus orationem facio prósperè te íngredi & valére: sicut prósperè agit ániua tua. Gavísis sum valdè, veniéntibus frátribus, & testimónium prohibéntibus veritati tuæ: sicut tu in veritáte ámbulas. Majórem horum non hábeo.

hábeo grátiam : quám ut
áudiam filios meos in ve-
ritáte ambuláre.

R. Cùm vénerit Paráclitus
Spíritus veritatis : * Ille ár-
guet mundum de peccáto,
& de justitia, & de judicio,
Allelúia, allel. ¶ Nisi ego
abiero , Paráclitus non vé-
net ad vos : si autem abie-
ro mittam eum vobis. Ille.

Lectio ij.

Charíssime, fidéliter fa-
cis quicquid operáris
in fratres ; & hoc in pere-
grinos : qui testimónium
reddidérunt charitati tuæ
in conspéctu Ecclésiæ; quos
benefaciens deduces dignè
Deo : Pro nómine enim
ejus profécti sunt, nihil ac-
cipientes à Géntibus. Nos
ergo debémus suscipere
hujusmodi : ut cooperató-
res simus veritatis. Scrip-
sissem fórtisan Ecclésiæ, sed
is, qui amat primátum gé-
ttere in eis Diotréphes, non
récipit nos. Propter hoc si
vénero : commonébo ejus
ópera , quaæ facit ; verbis
malignis gárriens in nos:
Et quasi non ei ista suffi-
cient , neque ipse suscipit
fratres , & eos , qui suscí-
piunt , próhibet , & de Ec-
clésia ejicit.

R. Pacem meam do vobis;
allelúia : * Pacem relínquo
vobis, Allelúia, all. ¶ Non
vos relínquam órphanos;
véniam ad vos íterum.
Pacem relínquo.

Lectio iii.

Charíssime, noli imitári
malum : sed quod bo-
num est. Qui benéfacit, ex
Deo est: qui maléfacit, non
vidit Deum. Demétrio te-
stimóniū rédditur ab óm-
nibus , & ab ipsa veritáte ;
sed & nos testimóniū per-
hibémus : & nosti , quóniam
testimónium nostrū
verum est. Multa hábui ti-
bi scribere ; sed nólui per
atraméntum & cálamum
scribere tibi : spero autem
prótinus te vidére, & os ad
os loquémur. Pax tibi ; sa-
lútant te amíci : salúta
amícos nominátim.

R. Ego rogábo Patrem , &
álium Paráclitum dabit vo-
bis : * Ut máneat vobis-
cum in ætérnum, Spíritum
veritatis, allelúia. ¶ Si
enim non abiero Parácli-
tus non vénet , si autem
abiero mittam eum ad vos.
Ut máneat. Glória Patri.
Ut máneat.

Ad Laudes, Aña. Alle-
lúia. Ad modulum Antiph.

Dóminus quidem. Sub qua dicitur Psalm. Dóminus regnávit. cum reliq. Aña. Allelúia , allel. allel allel. allel. allel allel allel. all.all.

Ad Benedictus, Antiph.
Vado paráre vobis locum;
& íterum véniam ad vos,
allelúia.

Orémus. *Oratio.*

OMnipotens sempitér-
ne Deus ; fac nos tibi
semp & devótam gérere
voluntátem ? Et majestáti
tuæ sincéro corde servíre.
Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiph.
Non turbétur cor vestrum,
allelúia : ego vado ad Pa-
trem , allelúia.

Oratio. Omnipotens sem-
pitérne. ut suprà.

*Post Vesperas fit Proces-
sio propter fontium Bene-
dictionem qua fiet die cra-
ftina. Ad Process. Rx. Ego
rogábo. Oratio. Deus cu-
jus filius.*

S A B B A T O

In Vigilia Pentecostes.

*Ab hac die usque ad Fe-
stum Trinitatis inclusivè,
si occurrat Festum novem
Lectionum , transfertur
post prædictum Festum Tri-
nitatis.*

X. Ascéndit Deus in jubi-

latíone. Rx. Dóminus in
voce tubæ , Allelúia , alle-
lúia , allelúia.

Incipit Epístola Cathólica.
B. Judæ Apóstoli.

Judas , Jesu Christi ser-
vus , frater autem Jacó-
bi , his , qui sunt in Deo-
Patre dilectis , Christo Jesu
conservátis ? Misericórdia
vobis & pax , & cháritas
adimpleáatur. Charíssimi ,
omnem solicitudinem fá-
ciens scribendi vobis de:
communi vestra salúte ,
necesse hábui scribere vo-
bis : Déprecans supercertá-
ri semel tráditæ sanctis Fí-
dei. Subintroíerunt enim
quidam hómines (qui olim
præscripti sunt in hoc ju-
díciu) ímpii : Dei nostri
grátiam transferentes in:
luxúriam ; & solum domi-
natorem ? & Dóminum
nostrum jesum Christum
négantes. Commonére au-
tem vos volo , scientes se-
mel ómnia ; quóniam Je-
sus. pòpulum. de terra Æ-
gypti salvans , secundò eos ,
qui non credidérunt , pér-
didit : Angelos verò , qui
non fèrvavérūt suum prin-
cipátum , sed dereliquerunt
suum domicílium ; in ju-
díciu magni diéi : víncu-
lis.

Lis ætérnis sub calígine re-servávit.

R. Cùm vénérat. 735.

Lectio iij.

Sicut Sódoma & Go-mórrha, & finítimæ ci-vitátes símili modo exfor-nicátæ ; & abeúntes post carneim áleram : factæ sunt exémplum, ignis ætérni pœnam sustinéntes. Si-militer & hi carnem qui-dem máculant ; domina-tionem autem spernunt : Majestátem autem blas-phémant. Cùm Michaél Archángelus cum Diábolo dispu-tans altercatetur de Móysi cörpore : non est au-sus judícium inférre blas-phémiæ ; sed dixit : Im-pe-ret tibi Dóminus. Hi au-tem quæcúmque quidem ignórant , blasphemant ; quæcúmque autem natu-ráliter , tāquam muta ani-mália , norunt : in his cor-tumpún tur. Væ illis , quia in via Caín abiérunt ; & erróre Bálaam mercéde ef-fusi sunt : & in contradí-ctiōne Core, périérunt. Hi sunt in épulis suis máculæ, convivántes sine timóre ; semetípsos pascéntes : nu-bes sine aqua , quæ à ven-tis circumferúntur ; árbo-

res autumnáles; infrauctu-sæ, bis mórtuæ, eradicátæ; fluctus feri maris, despun-mántes suas confusiónes, sídera errántia quibus pro-célla tenebrárum serváta est in ætérnum.

R. Pacem meam. 735.

Lectio sancti Evangelij:
secúndūm Joánnem.

Lectio iij.

IN illo témpore : Dixit Jesus Discípulis suis. Si diligitis me mandáta mea serváte ; & ego rogábo Pa-trrem : & álium Paráclitum dabit vobis. Ut máneat vo-biscum : in ætérnum. Spíritum veritatis: quem mun-dus non potest accípere. Et reliqua.

Homilia sancti Joánnis Chrysóstomi.

In id. Evangelium.

Postquam Dóminus Je-sus Apóstolos per sacri-ficium mundávit : Tunc advénit Spíritus sanctus; & quid tādem cùm esset cum ipfis non venit : quia non dum oblátum erat sacrifi-cium. Cùm autem jam peccátum delétum esset, & ipfī ad péricula mitteré-n-tur ; & certamínibus se ac-cíngerent : hortatórē mitti oppórtuit. Sed cur nom-

statim post Resurrectiōnē
Spíritus venit? Ut expecta-
tiōnis desidério majóri
gratiā eum accíperent.
Quoūque enim cum ipsis
Christus versátus est non
afflictabántur ; eo autem
abeúnte tanquam desérti
formidántes : majórem in
modum eum accípere avé-
bant. Ut vobíscum máneat:
hoc signat , quod neque
post mortem abscédit. Et
ne audiéndo Paráclitum
áliam opinaréntur incar-
natiōnem ; & óculis eum
cérnere, expectárent: quem
mundus inquit non potest
cápere ; quia non videt
eum : nón enim ita vobís-
cum erit ut ego : sed in ve-
stris ánimiis. Habitabit in-

quit enim & in vobis erit
Spíritum autem veritatis
appéllat: per hoc véteris
testaménti figúras signifi-
cans aboléndas in Ecclésiæ
per Spíritus sancti descén-
sum nativitatē.

R. Ego rogábo. 735.


*Ad Laudes , Aña. Alle-
lúia. Ad modulum Aña.
Illi autem. Sub qua dicitur
Psalm. Dóminus regnávit.
cum reliquis.*

*Aña. Allelúia, allelúia, alle-
lúia, allel. allel. allel. allel.
allel. allel. allel. allel. allel.*

*Ad Benedictus, Antiph.
Rogábo Patrem meum , &
álium Paráclitum dabit vo-
bis , allelúia.*

*Oratio. Omnipotens sem-
pitérne Deus, ut suprà.*







M. Augier fecit

IN FESTO PENTECOSTES.

A D V E S P E R A S.
Ana. Cùm compleréntur.
ut infra in Laudib. Ps. Di-
 xit Dóminus. *cum reliquis*
de Dominica. 150. & loco
ulti: mi Psalmus Laudáte
 Dñm omnes gentes. 155.

Capitulum. Act. 2.
CUm compleréntur dies
 Pentecóstes, erant om-
 nes Discípuli páriter in eó-
 dem loco ; & factus est re-
 pénte de Cœlo sonus, tan-
 quam adveniéntis Spíritus
 veheméntis : & replévit
 totam domum ubi erant
 sedéntes.

X. Spíritus Dómini replé-
 vit orbem terrárum.

Rx. Et hoc quod cóntinet
 ómnia sciéntiam habet vo-
 cis. Allelúia, allel. allel.

Ad Magnificat, Antiph.
 Qui díligit me, diligétur à
 Patre meo ; & ego díligam
 eum, & manifestábo ei me-
 ipsum, allelúia, allelúia.
Duplicatur.

Orémus. *Oratio.*
Deus, qui hodiérna die
 corda Fidélium sancti

Spíritus illustrátiōne do-
 cuísti ; da nobis in eódem
 Spíritu recta sápere : & de
 ejus semper consolatiōne
 gaudére. Per Dóminum
 nostrum. In unitáte ejúsdem
 Spíritus sancti.

Ad primam Procesiónem.
Rx. i. Cùm compleréntur.
ut infrà. 745.

Orémus. *Oratio.*
OMnipotens, sempitér-
 ne Deus, qui Paschále
 Sacramētum quinquagin-
 ta diérum voluísti mysté-
 río continéri : præsta ; ut
 Géntium facta dispérsio
 divisiōne linguárum : ad
 veram confessiōnem tui
 nóminalis cœlesti múnere
 congregétur. Per Dómi-
 num. In unitáte ejúsdem.

Ad 2. Procesiónem.
Rx. ii. Repléti sunt. 746.

Orémus. *Oratio.*
PRæsta, quæsumus Om-
 nipotens Deus, ut claritá-
 tis tuæ super nos splendor
 effúlgeat ; & lux tuæ lucis,
 corda eórum, qui per grá-
 tiam tuam renati sunt :

sancti Spiritus illustracione
confirmet. Per Dominum.
In unitate ejusdem.

Ad Completorium.

Hymnus.

Veni, Creator Spiritus:
Mentes tuorum visita:
Imple superna gratia
Quae tu creasti pectora.

Qui Paracitus diceris,
Donum Dei Altissimi;
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unitio.

Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu datus:
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumine sensibus,
Infunde amorem cordibus;
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpetim.

Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te prævio
Vitemus omnenoxium.

Per te sciamus, da, Patre,
Noscamus atque Filium:
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

Gloria Patri Domino,
Natique, qui a mortuis
Surrexit; ac Paracito,
In saeculorum saecula. Amen.

Predictus Hymnus dicitur per totam octavam.

DeO Misericordia Nostrae Impetu Clementia

Pentecostes.

Ad Matutinum, Invitatorium. Alleluia, Spiritus Domini replavit Orbem terrarum. Venite, adoramus, alleluia. Duplicatur.

Psalmus. Venite, exultemus. 2.

Aria. Factus est repente de Cœlo sonus.

Psalmus 47.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ: * mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni:

Deus in domibus ejus cognoscetur: * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce Reges congregati sunt: * conveniunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturiens: * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidi mus in civitate Domini virtutum: * in Civitate Dei nostri: * Deus fundavit eam in æternum.

Suscipimus, Deus, misericordiam

cordiam tuam : * in mé-
dio Templi tui.

Secundum nomen tuum,
Deus , sic & laus tua in fi-
nes terrae : * justitia plena
est dexter tua.

Lætetur mons Sion , &
exultent filiae Judæ: * pro-
pter iudicia tua, Dómine..

Circumdate Sion , & cir-
cumplectimini eam: * nar-
rate in turribus ejus.

Pónite corda vestra in
virtute ejus: * & distribuite
domos ejus, ut enarrétis in
progénie altera.

Quóniam hic est Deus,
Deus noster in æternum, &
in sæculum sæculi : * Ipse
reget nos in sæcula..

Glória Patri.

Aña. Factus est repente de
Cœlo sonus, tamquam ad-
venientis Spíritus vehe-
mētis , alleluia, alleluia.

Aña. Confirm hoc, Deus.

Psalmus 67.

Exurgat Deus , & dissi-
péntrur inimici ejus : *
& fūgiant , qui odérunt
eum, à facie ejus.

Sicut déficit sumus, defi-
cient: * sicut fluit cera à
facie ignis : * sic pereant
peccatóres, à facie Dei.

Et justi epuléntur, & exúl-
tent in conspéctu Dei: * &

delectentur in lætitia.

Cantáte Deo , Psalmum
dícite nōmini ejus: * iter
facite ei, qui ascéndit super
occásum ; Dóminus no-
men illi.

Exultáte in conspéctu
ejus: * turbabuntur à facie
ejus , Patris Orphanórum,
& júdicis Viduárum.

Deus in loco sancto suo: *
Deus , qui habitare facit,
unius mōris in domo.

Qui edúcit vincitos in
fortitudine: * similiter eos
qui exasperant , qui habi-
tant in sepulchris.

Deus, cum egredéreris in
conspéctu populi tui : *
cùm pertransires in deserto.

Terra mota est: * étenim
Cœli distillavérunt à facie
Dei Sinaï , à facie Dei Is-
raël.

Pluviam voluntariam se-
gregabis. Deus hæreditati
tuæ : * & infirmata est , tu
verò perfecisti eam.

Animália tua habitábunt
in ea : * parásti in dulcidi-
ne tua, páuperi Deus..

Dóminus dabit Verbum
Evangelizántibus , virtute
multa..

Si dormiatis inter médios
cleros , pennæ colubræ
deargen-

deargentatæ: * & posteriō-
ra dorsi ejus , in pallōre
auri.

Dùm discérrnit cœlestis
reges super eam : * nive
dealbabuntur in Selmon ,
mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus , mons
pinguis: * ut quid suspicá-
mini , montes coagulátos.

Mons in quo benepláci-
tum est Deo habitare in
eo : * étenim Dóminus ,
habitabit in finem.

Currus Dei decem milli-
bus múltiplex: * míllia læ-
tantium : * Dóminus in
eis, in Sina; in Sancto.

Ascéndisti in altum: * ce-
pisti captivitatem : * acce-
pisti dona, in homínibus.

Eténim non credéntes ,
inhabitare Dóminum Deū.

Benedictus Dóminus die
quotidie: * prósperum iter
faciet nobis Deus , salutá-
rium nostrórum.

Deus noster , Deus salvos
faciéndi : * & Dómini Dó-
mini , éxitus mortis.

Verúmtamen Deus con-
frínget cápita inimicórum
suórum : * vèticem capílli
perambulantium , in delí-
ctis suis.

Dixit Dóminus , ex Ba-
san convértam : * convér-

tam, in profúndum maris:

Ut intingátur pes tuus
in sanguine: lingua canum
tuórum , ex inimícis , ab
ipso.

Vidérunt ingrēssus tuos
Deus : * gréssus Dei mei: *
Regis mei, qui est in sācto.

Prævenérunt Príncipes
conjúncti psalléntibus: * in
médio juvenculárum, tym-
panistriárum.

In Ecclésis benedícite
Deo: * Dómino, de fónti-
bus Istraél.

Ibi Bénjamin adolescén-
tulus, in mentis excéssu.

Príncipes Juda duces eó-
rum : * Príncipes Zábulon,
Príncipes Néphthali.
Manda, Deus, virtuti tuæ: *
confirma Deus hoc, quod
operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsa-
lem , tibi ófferent Reges
múnera.

Increpa feras arúndinis: *
congregatio taurórum in
vaccis populórum: * ut ex-
clúdant eos , qui probáti
sunt argénto.

Díssipa gentes, quæ bella
volunt : * vénient Legati
ex Ægypto : * Æthiòpia ,
prévéniet manus ejus Dea.

Regna terræ cátate Deo,
psálite Dómino: * psálite
Deo,

Deo , qui ascéndit super cœlum cœli, ad Oriéntem.

Ecce dabit, voci suæ vocem virtutis : * date gloriā Deo : * super Israël magnificētia ejus , & virtus ejus in nūbibus.

Mirabilis Deus in Sanctis suis : * Deus Israël, ipse dabit virtutem , & fortitudinem plebi suæ , Benedictus Deus. Glória Patri.

Aña. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis; à Templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem, allel. allel.
Aña. Emitte Spíritū tuū.

Psalmus 103.

BEnedic , ánima mea , DÓmino : * Dómine Deus meus , magnificátus es vehementer.

Confessióne & decórē induísti: * amictus lúmine; sicut vestiménto.

Exténdens cœlum sicut pellem : qui tegis aquis superiōra ejus.

Qui ponis nubem ascéndum tuum : * qui ámbulas super pennas ventórum.

Qui facis Angelos tuos spíritus: * & Ministros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terrā super stabilitatē suam : * non inclinábitur in sæculū sæculi.

Abyssus , sicut vestimentiū ascénsus ejus : * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatiōne tua sūgient: * à voce tonítrui tui formidábunt.

Ascéndunt montes , & descéndunt campi : * in locum quem fundásti eis.

Terminum posuísti, quem non transgredientur : * neque convertentur operire terram.

Qui emittis fontes in concaválibus : * inter médium móntium pertransibunt aquæ.

Potábunt omnes béstiae agri: * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea volucres cœli habitábunt : * de medio petrárum dabunt voces .

Rigans montes de superioribus suis : * de fructu óperum tuórum satiabitur terra.

Prodúcens fœnum junc-
tis : * & herbam servitutem hóminum.

Ut edúcas panem de terra: * & vinum lætificet cor hóminis.

Ut exhilareret fáciem in óleo : * & panis cor hóminis confirmet.

Saturabuntur ligna cam-
pi,

Pi, & cedri Líbani quas plantávit: * illic pásseres nidificábunt.

Heródii domus dux est eórum: * montes excélsi cervis: * petra refúgium herináciis.

Fecit Lunam in tēpore: * Sol cognóvit occasum suū.

Posuisti ténebras, & facta est nox: * in ipsa pertransíbunt omnes béstiae sylvæ.

Cátuli leónum rugiéntes, ut rápiant: * & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est Sol, & congregáti sunt: * & in cubilibus suis collocabúntur.

Exibit homō ad opus suum: * & ad operatióne suam usque ad vésperum.

Quām magnificáta sunt ópera tua, Dómine: * ómnia in sapientia fecísti.

Hoc mare magnum, & spatiósum mánibus: * illic reptília, quorum non est númerus.

Animália pusilla cum magnis: * illic naves pertransíbunt.

Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei: * ómnia à te expéctant: * ut des illis escam in tēpore,

Dante te illis, colligent: * aperiénte autem te ma-

num tuam, ómnia implébuntur bonitáte.

A verténte autem fácient tuam turbabúntur: * áufferes spíritum eórum, & deficient: * & in púlverem suum reverténtur.

Emittes spíritum tuum, & creabúntur: * & renovábis fáciem teriæ.

Sit glória Dómini in sacerdolum: * lætabitur Dóminus in opéribus suis.

Qui réspicit terram, & facit eam trémere: * qui tangit montes, & fúmigant,

Cantábo Dómino in vitta mea: * psallam Deo meo, quándiu sum.

Jocundum sit ei elóquittus meum: * ego verò delectábor in Dómino.

Deficiant peccatóres à terra, & iniqui ita ut non sint: * Bénedic, ánima mea, Dómino. Glória Patri.

Aña. Emitte Spíritum tuū, & creabúntur; & renovábis fáciein terræ, Allél. all. *X.* Spíritus Dómini replévit Orbem terrárum.

R. Et hoc quid cōtinet ómnia, sciéntiam habet vocis, Alleluia, all. all.

Benedicti. Adjútor. Lectio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio

Lectio i. Cap. 14.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis. Si quis diligat me, sermónem meum servábit, & Pater meus diliget eum; & ad eum veniémus: & mansió nem apud eum faciémus. Qui non diligat me: sermónes meos non servat; & sermónem quem audístis non est meus: sed ejus qui misit me Patris. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Papæ.

Homil. 30. in Evangel.

Ibet Fratres Charissimi Evangélicæ verba lectiōnis sub brevitate transcurrere: ut diutius liceat in contemplatiōne tantæ solenitatis immorari. Hodie namque Spíritus sanctus repentinō sónitu super Discípulos venit; mentesque carnálium in sui amorem permutavit: & foris apparéntibus, linguis igneis intus facta sunt corda flammantia; quia dum Deum ignis visiōne suscipiunt: per amorem suáviter aspergunt. Ipse namque

Spíritus sanctus amor est.

Unde & joánnes dicit; Deus cháritas est: qui ergo mente íntegra Deum de-

siderat: profecto jam habet quem amat. Neque enim quisquā posset Deum diligere: si eum quem diligat, non habéret. Sed ecce unusquisque vestrū si requiratur an diligat Deum tota fidúcia & secúra mente: Respóndet, dílico. In ipso autem Lectiōnis exordio audístis quid véritas dicit; si quis diligat me: sermónem meum servábit, probatio ergo dilectiōnis: exhibítio est operis.

Responsoria duplicantur.

R. Cùm compleréntur dies Pentecostes, erant omnes páriter in eódem loco, allelúia; & súbito factus est sonus de cœlo, allelúia:

* Tamquam spíritus véhemens, & replévit totam domum, Allelúia, allelúia.

X. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tamquam ignis, sedítque supra singulos eorum. Tamquam Glória Patri. Sicut erat in principio, & nunc & semper. Cùm compleréntur.

Benedictio ij. Benedictiōnibus suis.

Lectio ij.

Paraclétus autem Spíritus sanctus quem mittet Pater in nōmine meo; ille

vos

Vos docébit ómnia: & súg-
geret vobis ómnia quæcū-
que díxero vobis. Nostis
plúrimi Fratres mei; quod
Græca locutióne, Paraclé-
tus Latina advocátus dicitur:
vel consolátor. Qui
idcirco advocátus dicitur;
quia pro erróre delinquénti-
um apud justitiam Patris
intervénit: qui unius sub-
stantiæ cum Patre & Fílio
exoráre pro delinquénti-
bus perhibétur; quia eos
quos repléverit: exorántes
facit. Unde & Paulus dicit:
ipse enim Spíritus póstulat
pro nobis gemítibus in-
enarrabílibus, sed diceret
qui s? minor est qui póstulat
quam qui postulátur; quómodo ergo postuláre
Spíritus dicitur: qui minor
non est. Sed ipse Spíritus
póstulat; qui ad postulán-
dum eos quos repléverit:
inflámmat. Consolátor au-
tem idem Spíritus vocátur;
quia de peccati perpetra-
tione mœréntibus dum
spem véniae præparat: ab
afflictione tristitiæ men-
tem levat. De quo rectè
promittitur, ipse vos docé-
bit ómnia; quia nisi idem
Spíritus cordi adsit audiētis:
otiosus est sermo Doctoris.

R. Repléti sunt omnes Spí-
ritu sancto, & cœpérunt
loqui,* Prout Spíritus san-
ctus dabat éloqui illis: &
convénit multitúdo mirán-
tium, allelúia. **X.** Loque-
bántur variis linguis Apó-
stoli magnália Dei. Pro ut.
Glória Patri, & Fílio, &
Spirítui sancto. Repléti.

Benedict. iiiij. Cælestem.

Lectio iiij.

Venit Spíritus: & in ore
Apóstolos per diversi-
tatem linguárum dócuit:
in mente autem ex auctori-
tate roborávit. Cœpérunt
& in aliéna Christum élo-
qui: qui de illo priùs & in
sua lingua loqui metue-
bant. Inflammátum enim
cor despéxit torménta cór-
poris: quæ ante metu bat.
Vicit vim carnális formidi-
nis præ amóre conditóris;
& qui priùs suis adversáriis
succumbébant formídine:
eis jam præerant auctori-
tate. Quid ergo in tantæ
eos celstídinis culmē eré-
xit: quid áliud díixerim ni-
si quod mentes terrenórum
hominum: cœlos fecit.
Pensáte fratres Charíssimi;
post incarnationem Uni-
géniti Fílli: qualis sit ho-
diérrna solémnitas de ad-
vénitu

Véntu Spíritus sancti. Si-
cūt enim illa : ita quoque
& hæc est honorabilis. In
illa quippe Deus in se pér-
manēs suscépit hóminem :
in ista verò hómines ve-
niéntem désuper suscep-
runt Deum. In illa Deus
naturáliter factus est ho-
mo : in ista hómines facti
sunt per adoptiōnem dij.
Rx. Jam non dicam vos ser-
vos , sed amicos meos ;
quia ómnia cognovistis ,
quæ operátus sum in mé-
dio vestri, allelúia : * Accí-
pite Spíritum sanctum Pa-
ráclitum, ille est quem Pa-
ter mittet vobis , allelúia.
X. Sicut misit me Pater, &
ego mitto vos : Hoc , cùm
dixisset, insufflavit, & dixit
eis. Accípite.

Non duplicatur. Te Deum.

A D L A U D E S .
Aña. Cùm compleréntur
dies Pentecóstes, erant om-
nes páriter in eódem lo-
co, allelúia.

Psalm. Dóminus regná-
vit. cum reliq. de Dominic.

Aña. Spíritus Dómini re-
plévit orbem terrárum, al-
lelúia. Aña. Repléti sunt
omnes Spíritu sancto , &
cœpérunt loqui áliis lin-
guis, allelúia. Aña. Fontes

& ómnia , quæ movéntur
in aquis , hymnum dícite
Deo , allelúia. Aña. Lo-
quebántur váriis linguis
Apóstoli magnália Dei, al-
lelúia, allelúia, allel.

Capitulum. Acto. 2.
CUm compleréntur dies
Pentecóstes, erant om-
nes Discípuli páriter in eo-
dem loco ; & factus est re-
péntè de cœlo sonus tam-
quam adveniéntis Spíritus
vehéméntis : & replévit
totam domum ubi erant
sedéntes.

X. Repléti sunt omnes
Spíritu sancto. Rx. Et cœ-
pérunt loqui, allelúia, alle-
lúia, allelúia.

Ad Benedictus, Antiph.
Accípite Spíritum sanctū ;
quorum remiséritis peccá-
ta , remittúntur eis , allel.
Duplic.

Orémus. Oratio.
Deus, qui hodiérrna die
corda fidélium sancti
Spíritus illustratiōne do-
cuísti ; da nobis in eódem
Spíritu recta sápere : & dé
ejus semper consolatiōne
gaudére. Per Dóminum. In
unitáte ejúsdem.

Ad Primam ut in Festis.

Ad Tertiam.

Capitulum. Act. 2..
Cùm

Cum complerentur, ut sup.

R. Spiritus Domini replerit orbem terrarum, Alleluia, allel. X. Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis, Alleluia, allel. Gloria Patri. X. Repleti sunt omnes Spiritu sancto. R. Et coepérunt loqui aliis linguis, Alleluia, allel. all.

Orémus. Oratio.

D Eus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedisti Spíritum; concéde plebi tuae piae petitionis effectum; ut quibus dedisti fidem largiáris & pacem. Qui vivis. In unitate ejusdem.

Ad Sextam.

Capitulum. Act. 2.

F Acta autem hac voce, convénit multitudo, & mente confusa est: quóniam audiébat unusquisque lingua sua, illos loquentes.

R. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, Alleluia, alleluia. X. Et coepérunt loqui aliis linguis, Alleluia, allel. Glória Patri. X. Loquebántur variis linguis Apóstoli. R. Magnália Dei, Alleluia, allel, allel.

Orémus. Oratio.

A Dicit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíri-

tus sancti; quæ & corda nostra clementer expúrget: & ab omnibus tueá tur adversis. Per Dóminum. In unitate ejusdem.

Ad Nonam.

Capitulum. Act. 2.

J udæi quoque & Proselyti, Cretes & Arabes; audivimus eos loquentes nostris linguis? Magnália Dei.

R. Loquebántur variis linguis Apóstoli, Alleluia, allel. X. Magnália Dei, Alleluia, allel. Glória Patri. X. Spíritus Domini replerit orbem terrarum. R. Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis, Alleluia, alleluia, alleluia.

Orémus. Oratio.

M Entes nostras, quæsumus Dómine, Paráclitus qui à te procédit, illúminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem. Qui tecum vivit. In unitate ejusdem.

Ad Horas prædictas Capitula R. Et Orationes dicuntur per totam Octav.

Ad Vesperas, Antiphona. Cum complerentur, ut supera in Laudibus.

Psalmus. Dixit Dóminus,

cum

cum reliquis de Dominica.
150.

Capitulum. Cùm complé-
tentur. ut suprà.

X. Loquebántur vāriis lin-
guis Apóstoli. Rx. Magná-
lia Dei, Allelúia, allel. allel.

Ad Magnificat, Antiph.
Si quis díligit me, Sermó-
nem meum servábit, & Pa-
ter meus díliget eum ; &
ad eum veniémus, & man-
siónem apud eum fáciemus
allelúia *Duplicatur.*

Oratio. Deus, qui hodiérna
die corda fidélium. *ut su-*
prà ad Laudes.

Ad primam Processionem.
Rx. j. Spíritus Dómini. 750.

Oratio. Deus, qui
Apóstolis tuis. *ut suprà*
ad Tertiam.

Ad secundam Processio-
nem.

Rx. ii. Apparuérunt il-
lis. 751. *Oratio. Adsit*
nobis, quæsumus Dómine.
ut suprà ad Sextam.

Ad Complet. Hymn. Ve-
ni Creator Spíritus. 740.
& dicitur per totam Octa-
vam usque ad Sabbatum
exclusivè.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invit.
Allelúia, allelúia, allelúia.
Duplicatur.

Aña. Allelúia. ad modulum
Añ&. Invocátem. sub qua
dicuntur tres Psalmi se-
quentis. Psalm. Cum in-
vocárem. 179. Psalm. Ver-
ba mea áuribus. 71. Psal.
Dómine ne in furóre. 4.

Aña. Allelúia , allel. allel.
allel. allel. allel. allel all. all.

X. Spíritus Dómini replé-
vit orbem terrárum.

Rx. Et hoc quod cóntinet
ómnia sciéntiam habet vo-
cis, Allelúia, allel. allel.

Pater noster. ¶. Et ne nos.

X. Exúrge. X. Súscipe.
Benedict. j. Adjútor.

Léctio sancti Evangélij:
secúndum Joánneim.

Léctio j. Cap. 3.

I N illo témporte: Dixit Je-
sus Nicodémo ; Sic Deus
diléxit mundum, ut Fílium
suum Unigénitum daret :
ut omnis, qui credit in eum
non péreat, sed hábeat vi-
tam ætérnam. Non enim
misit Deus Filium suum ;
ut júdicet mundum ; sed
ut salvetur mundus per íp-
sum. Et réliqua.

Homilia sancti Bernárdi
Abbatis.

Sermon. 2. de Pentecostes.

C Oeli distillivaverunt
C à fácie Dei Sínai ; à
facie Dei Israël : & pluvia
voluntária

voluntaria segregata est
hæreditati Christi. Spíritus
enim sanctus procédens à
Patre ; & largiori munere
suae Majestatis in Apóstolos
supervenit⁷ & tribuit
eis charismatum dona.
Post magnificéntiam enim
resurgéntis ; post glótiam
ascendéntis : post résidéntis
sublimitátem non re-
stábat ; nisi ut expectatiōni
justórum lætitia advení-
ret⁸ & coeli munéribus cœ-
lestes homines impletén-
tur. Vide autem si non &
sententiárum póndere &
verbórum ordine hæc óm-
nia Esaias⁹ longe ante
prædixit. Erit inquit in die
illà germen Dómini in
magnificéntia ; & glória
& fructus terræ sublimis¹⁰
& exultatiō his qui fü-
rint salvati de Israël .

Responsoria duplicantur.
B'. Spíritus Dómini replé-
vit orbem terrarum. * Et
hoc quod cointinet ómnia
scientiam habet vocis, Al-
leluia , allel. X'. Spíritus
enim ómnia scrutatur etiā
profunda Dei. Et hoc. Gló-
ria Patri , & Filio , & Spi-
ritui sancto. Spíritus.

Benedict. ij. Benedictiō-
nibus.

Lectione ij.

Q UAM verū dixit Pro-
phéta qui ait. Dómi-
nus tollícitus est mei. Pa-
ter ut seivum redimat filio
non parcit ; filius sē ipsum
libentissime tradit ; Spíri-
tum Sanctum utérque mit-
tit¹¹ & ipse Spíritus póstula-
tus pro nobis gemitibus
inenarrabilibus. O duri in-
durati & obdurati filij A-
dam¹² Quos non emollit
tanta benignitas ; tanta
flammea tam ingens ardor
amoris ; tam vehemens
amor , qui pro tam vīlibus
sarcinulis , tam prætiōsas
merces expéndit¹³ & non
enim corruptibilibus auro
vel argento redemit nos¹⁴
sed pretiōsō sanguine suo
quem effūdit abunde¹⁵ quia
lārgiter undæ Sanguinis de
cōpore Jesu per quinque
partes emanavérunt. Quid
ultra débuit facere & non
fecit¹⁶ illuminavit cæcos¹⁷
redūxit erroneos¹⁸ reconcili-
avit reos ; justificavit ím-
pios¹⁹ triginta & tribus an-
nis super terram visus cum
homínibus conversatus²⁰
pro homínibus mórtuus²¹
qui de Chérubim & Séra-
phim & de ómnibus An-
gelicis virtutibus dixit &
facta

facta sunt: cui subest ómnia cum voluerit posse.

R. Apparuerunt illis disperitiae linguæ, tanquam ignis, alleluia; sed itque supra singulos eorum Spíritus Sanctus. * Alleluia, alleluia. X. Et cœpérunt loqui áliis linguis magnalia Dei. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Apparuerunt. Benedictio iij. Cœlestem.

Lectio iij.

Quid ergo à te quærit Christiáne; qui tanta sollicitudine te quæsivit: nisi te sollicitum ambulare cum Deo tuo! hanc sollicitudinem non facit nisi Spíritus Sanctus qui scrutatur profunda pectorum nostrorum; discrétor cogitationum & intentionum cordis; qui nec minimam páleam intra cordis quod possidet habitaculum patitur residere: sed statim igne subtilissimæ circumspectionis exurit. Spíritus dulcis & suávis qui nostra voluntatem flectat immò erigat & dirigat magis ad suam: ut eam & verâciter intelligere; & ferventer diligere: & efficaciter implere possimus.

R. Loquebántur variis lin-

guis Apóstoli, alleluia.

* Magnália Dei, prout Spíritus Sanctus dabat eloqui illis, alleluia. X. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, & cœpérunt loqui. Magnália. Non duplicatur. Te Deum.

A D L A U D E S.
Añ a. Cùm compleréntur.

Sub ista Antiphona dici-
ur Psalmus Dóminus re-
gnavit: cum reliquis.

Capitulum. Cum comple-
réntur. 747. ψ. Repléti sunt
ibid.

Ad Benedictus Antiph.
Pacem relinquo vobis, pa-
cem meam do vobis; non
quómodo mundus dat ego
do vobis, alleluia. Duplic.

Orémus. Oratio.

Deus, qui Apóstolis tuis
Sanctum dedisti Spíri-
tum; concéde plebi tuæ
piæ petitionis efféctum:
ut quibus dedisti fidem
largiáris & pacem. Qui vi-
vis &. In unitate ejúsdem.

Ad Vesperas, Añ a. Alle-
luia. Psalmus. Diléxi. 154.
cum reliquis. Añ a. & Pjal.
ut in Psalterio tempore
Paschali. Capitulum &
ψ. ut in die. Et sic fit
omnibus diebus infra octa-
vam.

Ad

Ad Magnificat, Antiph. Léctio sancti Evangeli⁹ secundum Joannem.
Si dilexeritis me, & verba mea in vobis manerint, quodcunque petieritis, fieri vobis, alleluia, alleluia, alleluia. *Duplicatur.*

Oratio. Deus qui Apóstolis, ut suprà. 751.

Ad primam Processionem. Rx. i. Factus est repente, ut infrà. *Oratio.* Adsum nobis, quæsumus Dómine ut suprà ad Sertam. 748.

Ad 2. processionem. Rx. ii. Ultimo Festivitatis, ut inf. *Oratio.* Mentes nostras, ut suprà ad Nonam. 749.

FERIA TERTIA.

Ad Matutinum, Invitat. Alleluia, allel. allel. *Duplic.* Psal. Venite.

Aña. Alleluia, alleluia. ad modulum *Aña.* Et intravit. Sub qua dicuntur tres Psal-mi sequentes. Psal. Dómine Deus meus in te sperávi. 5. Psal. Dómine Dóminus noster. 6. Psal. In Dómino confido. 18.

Anz. Alleluia, allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel.

X. Spíritus Dñi replévit. Rx. Et hoc quod cóntinet. Pater noster. *X.* Exúrge, *X.* Síscipe. Bened. j. Deus Dei filius.

Léctio sancti Evangeli⁹ secundum Joannem.

Lectio 1. Cap. 10.

In illo tempore : Dixit Jesus Pharisæi ; Amen, Amen dico vobis, Qui nō intrat per ostium in ovile óvium, sed ascéndit aliunde, ille sur est & latro. Qui autem intrat per ostium, Pastor est óvium, huic ostiarius áperit, & oves vocem ejus audiunt, & próprias oves vocat nominatim & edúcit eas. Et reliqua.

Homilia S. Euchérij Lugdunensis Episcopi.

In die Pentecostes.

Spíritus Sanctus qui super aquas baptísmi salutifero descéndit illápsu ; in fonte plenitúdinem triduit ad innocéntiam ; in confirmatione augmén-tum præstat ad gratiā. Quia in hoc mundo tota crux victoris inter invisibilis hostes & pericula gradiendum est ; in baptismo regenerámur ad vitā ; post baptísum confir-mámur ad pugnam in baptísmo alimur ; post baptísum roborámur. Ac si confinuò transitoris sufficiunt regenerationis beneficia ?

fecia vietūris autem neces-
saria sunt confirmatiōnis
auxilia. Regeneratio per
se salvat mox in pace beati
sæculi recipiēdos : confir-
matio armat & instruit ad
agones mundi hujus &
prælia reservāndos.

Responsoria duplicantur.
Rx. Factus est repente de
caelo sonus advenientis
Spíritus vehementis , ubi
erant sedentes , allel. * Et
replēti sunt omnes Spíritu
Sancto , loquentes Magna-
lia Dei , alleluia.

Xv. Cūm complerentur
Dies Pentecostes , erant
omnes pariter in eodem
loco. Et replēti. Glòria
Patri. Factus est. Benedic.
Æternam Benedic̄t̄nem.

Lectione v.

Cum Spíritus Sanctus
infunditur : cor fidèle
ad prudētiā & constan-
tiā dilatatur. Itaque ante
descensionem Spíritus san-
cti usque ad negationem
Apóstoli deterrētur : post
visitatiōnē vero ejus usque
ad Martyrium contémptu
salutis armantur. Secún-
dūm hæc per Christum re-
dimimur : per Spíritum ve-
tio Sanctum dono sapien-
tiæ spiritalis illuminamur ;

Pars Verna.

ædificámur ; erudimur ; in-
struimur : consummámur.
Ut illā Sancti Spíritus vo-
cem audire possimus ; in-
tellectum tibi dabo & in-
struam te : in via hac qua
gradiēris. De Spíritu Sancto
accipimus ; ut spirituáles
eficiámur : quia animális
homo non pércepit ea quæ
sunt Spíritus Dei.

Rx. Ultimo festivitatis die
dicēbat Jesus ; qui in mē
credit , flúmina de ventre
ejus fluent aquæ vivæ :
* Hoc autem dixit de Spí-
ritu , quem acceptū erant
credentes in eum , alleluia ,
alleluia. Xv. Qui sitit , vé-
niat ad me , & bibat ; & de
ventre ejus fluent aquæ vi-
væ. Hoc autem. Glòria
Patri. Ultimo. Benedic̄t̄. iy.
Grátia Spíritus Sancti.

Lectione vi.

D E Spíritu Sancto ac-
cipimus , ut sapiámus
inter bonum n̄ alúmque
discernere ; justa diligere ;
injūsta respūere. Ut n̄ malitiæ
ac supérbiæ repugnemus :
ut luxuriæ ac divertiſis illé-
cebris & foediſ indignisque
cupiditatibus resistámus.
De Spíritu Sancto accipi-
mus vitæ amore & gloriæ
ardore succénsi : ut erigere

A a

à terrénis mentem ad su-
pétna & divína valeámus.

Ad hoc enim sensum ra-
tionábilem nátraté múnere
& secundæ nativitatis re-
paratióne suscépimus; ut
secundum Apóstolum, mag-
is quæ sursum sunt sapiá-
mus: non quæ super ter-
rām. Quia sapiéntia hujus
mundi: stultitia est apud
Deum. Quid autem suádet
charíssimi sapiéntia hujus
sacculi; nisi nocitura quæ-
tere; amare peritura; ne-
gligere salutaria? pro ni-
hilo putare perpétua.

R. Spíritus, ubi vult, spi-
rat; & vocem ejus audis,
allelúia: & nescis undè vé-
niat, aut quò vadat: * Al-
lelúia, allelúia, allelúia.
¶ Spíritus Dómini replé-
vit orbem terrarum, & hoc
quod cointet omnia sci-
tiam habet vocis, allelúia
Non duplicatur.

Te Deum laudámus.

A D L A V D E S.
Aña. Spíritus Dñi. 747. sub
qua dicitur Psalmus. Dó-
minus regnávit. cum reli-
quis 20. Capitulum & ¶ ut in die.

Ad Benedictus, Antiph.
Spíritus, qui à Patre pro-
cedit, allelúia; ille me cla-

rificábit, allelúia, allelúia.
Duplicatur.

Orémus. Oratio.

ADsit nobis, quæsumus
Dómine, virtus Spí-
ritus Sancti; quæ & corda
nostra cleménter expúr-
get: & ab omnibus tueá-
tur adverásis. Per Dómi-
num. In unitáte ejusdem.

Ad Vesperas, Antiph.
Allelúia, allel. Psalm. Læ-
tatus suu. 157. cum reli-
quis Antiphonis & Psal-
mis, ut in Psalterio Tem-
pore Paschali quod & in
aliis diebus ad Vespertas
infra octavam observan-
dum.

Ad Magnificat. Antiph.
Sic Deus diléxit mundum
ut filium suum unigéniū
da: et; Ut omnis qui credit
in ipsum non pereat, sed
habeat vitam æternam al-
lelúia. Duplicatur.

Oratio. Adsit nobis, 754.

Ad Processionum.

R. Spíritus Dómini. 750.

Orémus. Oratio.

Mentes nostras, quæ-
sumus Dómine; Pa-
ráclitus qui à te procédit
illuminet & inducat in
ómnem, sicut tuus pro-
misit filius, veritatem. Qui
tecum. In unitáte ejusdem.

FERIA

FERIA QUARTA.

Quatuor Temporum.

Aō Matutinum, Invitatorium. Alleluia, allel. allel.
Non duplie. Psa. Venite.
Ana. Allel. *Ad modulum,*
Ana. Cujus pulchritudinē,
 sub qua dicimus. *Psalm.* Salvum me fac Dómine. 8. *v. psal.* Usquequo. 9.
Psalm. Dixit insipiens. 9.
Aia. Alleluia, alleluia,
 allel. allel. allel. allel.

X. Spíritus Dómini replevit, &c.

R. Et hoc quod contínet, &c.

Lectio sancti Evangélij:
 secundum Joánnem.

Lectio i. Cap. 6.

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Iudeorum; nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me: tráxerit eum. Et ego resuscitábo eum in novissimo die. Et scriptum est in prophétis; Erunt omnes: docibiles Dei. Et feliqua!

Homilia sancti Leonis

Papæ.

De jejuniis Pentecostes.

Serm. 1.

HOdiernam dilectissimam festivitatem descensione Sancti Spíritus consecratam; sequitur ut no-

stris solémne jejúnium; quod ánimis corporibús que curándis salubriter institútum: dévota nobis est observántia celebrandum. Replétis natumque Apostolis virtute promissa; & in corda eórum Spíritu veritatis ingréssu: non ambígimus inter cœtéra cœlestis Sacraménta doctrinæ disciplinam de paracleti magistério primitus fuisse concéptam: ut sanctificatæ jejúnio mentes conferendis sibi charismatibus fierent aptiores. Aderat quippe Christi discípulis protestio omnipotentis auxiliij; & principibus nascéntis Ecclésiae: tota patris filiique divinitas in præsencia sancti Spíritus præsidébat.

R. Spíritus Dómini. 750.

Lectio ii.

HI itaque Doctores qui in exemplis & traditiōnibus suis omnes Ecclésiae filios imbuérunt; tirociniū militiæ christiánæ sahatis jejunis inchoáre: ut contra spiritales nequitias pugnatūr; abstinentiæ armis raperent: quibus incentiva vitiorum trau-

carent. Invisibiles enim adversarij & incorporales hostes non erunt contra nos validi: si nullis carnalibus desideriis fuerimus imini nisi. Cupiditas quidem ioscendi in tentatore perpetua est, sed intermis atque inescicax erit: si nihil in nobis unde contra nos pugnet invenerit. Quis autem haec fragili carne circumdatus & in isto mortis corpore constitutus etiam qui multum validaque profecerit; ita jam de sua salute securus sit: ut ab emni se illecebratum periculo credat alienum; donec licet sanctis suis quotidie nam gratia divina victoriam non auffert tamen dimicandi materiam.

R: Apparuerunt illis. 751.

Lectio iii.

Igitur post sanctas dies latitiae quos in honorem Domini a mortuis resurgentis; ac deinde in celos ascendentis exegimus post que perceptum sancti Spiritus donum salubriter & necessariè consuetudo est ordinata jejunijs; ut sicut forte inter ipsa festivitatum gaudia negligens libertas & licentia inordinata pra-

sumpsit: hoc religiosa abstinentia censura castiget. Quæ ob hoc quaque studiosius exequenda est: ut illa in nobis quæ hac die Ecclesiæ divinitus sunt collata, permaneat. Templo enim facti Spiritus sancti; & majore quam umquam copia divini spiritus iniiciis irritati; nullis debetinus concupiscientiis vinciri, nullis vitiis possidentibus virtutis habitaculum nullam contaminatione pollutum.

g. Loquebantur. 751.
guis. Non nesciat Te Deus
AD LAUDESP
Ahd. Repleti sunt. Psalm.
Dñs regnavit. 20. cum re-
quis. Capitulum & x. ut
is die & sic in aliis diebus
infra octavam.

Ad Benedictus, Antiph.
Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, alleluia.

Oremus. — *Oratio.*

Mentes nostras, quæsumus Domine Paracitus qui a te procedit, illuminet & inducat in omnem, sicut tuus promisisti, Filius, veritatem. Qui tecum.

Ad Magnificat, Antiph.
Verba, quæ locutus sum
vobis, allelúia; Spiritus &
vita sunt, allelúia.

Oratio. Mentes nostras.
ut supra. 756.

Ad Processionem.

R. Cùm cōpleréntur. 745.
Oratio. Deus, qui hodiéf-
nati. ut infrā. 759.

FERIA QUINTA.

Ad Matutinum, Invit.
Allelúia, allelúia, allelúia.

Aia. Allelúia. Aī modulū.

Aia. Consérva me, Sub-
qua dicuntur tres Psalmi

sequentes. Psalm. Dómine
quis habitabit. 10. *Psalm.*

Consérva me, 11. Psalm.
Exaudi Dómine justitiam.

12. *Aia. Allelúia, alle-*
lúia, allel. allel.

X. *Spiritus Dómini re-*
plévit, &c. *R. Et hoc*

quod cōntinet, &c.
Lectio Sancti Evangélii

secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 9.

IN illo tempore: Convoca-
catis Jesus duodecim Apóstolis, dedit illis virtu-
tem & potestátem super
ómnia Dæmonia, & ut lan-
guóres curárent. Et misit
illos prædicáre regnum
Dei, & sanare infirmos. Et
réliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

De adventu Spiritus
santi.

Numquid modo Fra-
tres non datur Spíri-
tus sanctus: quisquis hoc
putat, non est dignus acci-
pere. Datur & modo. Qua-
re ergo nemo lóquitur lin-
guis ómnium Géatium, si-
cuit loquebátur, qui tunc
Spíritu sancto implebán-
turi: quare? Quia quod
illud significábát implé-
tum est. Quid est illud? Quādo celebrávimus qua-
dragésimam; recólite: quia
cōmendávimus, yobis Dó-
minum Jesum Christum
Ecclésiam suam comen-
dásse, & ascendisse. Quæ-
rébant Discipuli, quando
erit finis saeculi: & ille.
Non est vel struim scire tem-
pora vel momenta: quæ
Pater, póluit in sua pote-
státe. Adhuc promittébat
quod hodie complévit; Ac-
cipiéatis virtutem Spíritus
sancti superveniéntis in
vós: & eritis mihi testes
in Hierusalēm, & in tota
Iudea & Samária: & us-
que in fines terræ. Ecclésia
tunc in una domo erat; ac-
cépit Spíritum sanctum:

in hominibus paucis erat,
in linguis totius orbis
erat.

R. Cùm compleréntur.
745.

Lectio ii.

Nemo ergo dicat accé-
pi Spíritum sanctum;
quare non loquor linguis
ómnium Géntium? Si vul-
tis habére Spíritum sanctu-
m inténdite Fratres mei; spíri-
tus noster quo vivit omnis
homo, anima vocátur; spí-
ritus noster quo vivit singu-
lis membris quisque homo
anima vocáatur & vidétis
quid fáciat anima in cör-
pore. Omnia membra vé-
getat; per óculos videt;
per aures audit; per nares
ólfacit; per linguam lóqui-
tur; per manus operátur;
per pedes ábulat; ómni-
bus simul adestr membris ut
vivant; vitam dat ómni-
bus, officia singulis. Non
audit óculus; non videt auris;
non videt lingua; nec
lóquitur auris & ócu-
lus sed tamen vivit; vivit
auris; vivit lingua; officia
diverſa sunt: vita cōmúnis.
R. Repléti sunt. 746.

Lectio iii.

Sic est Ecclésia Dei. In
aliis sanctis facit mirá-

cúla; in aliis sanctis ló-
quitur veritátem; in aliis
sanctis custódit virginitá-
tem; in aliis sanctis custó-
dit pudicitiam virginálem;
in aliis hoc, in aliis illud.
Sínguli própria operántur;
sed páriter vivunt. Quod
autem est anima cörpori
hominis; hoc est Spíritus.
Sanctus cörpori Christi,
quod est Ecclésia. Hoc agit
Spíritus sanctus in tota Ec-
clésia; quod agit anima in
ómnibus membris únius
cörporis. Sed vidéte quid
caveatis; vidéte quid ob-
servatis; vidéte quid ti-
mearatis. Contingit ut in
cörpore humáno; imo de
cörpore aliquod præcidá-
tur membrum, manus, dí-
gitus, pes; nemquid præ-
císium séquitur anima?
cum in cörpore esset vi-
vēbat; præcísium amittit
vitam. Sic & homo Chri-
stianus; Cathólicus est dum
in cörpore vivit; præcísus;
hæréticus factus est. Mem-
brum amputatum; non sé-
quitur spíritus. Si ergo vul-
tis vivere de Spíitu san-
cto; tenéte charitátem;
amáte veritátem; desidérá-
te unitátem; ut perveniá-
tis ad atérnitátem.

R. Jam

R. Jam non dicam. 747.

AD LAUDES.

Aña. Fôtes & ómnia. 747.

Psalm. Dóminus regnávit.
cum reliquis. 20.

Ad Benedictus, Antiph.
Non vos relinquam órphanos ; véniam ad vos , &
íterum vidébo vos , & gau-
débit cor vestrum : dixit
Jesus Discípulis suis , alle-
lúia.

Orémus. Oratio.

D Eus, qui hodiérna die
corda fidélium sancti
Spíritus illustráione do-
cuisti ; da nobis in eodem
Spíritu resta sápere : & de
ejus semper consoláione
gaudére. Per Dóminum. In
unitate ejúsdem.

Ad Magnificat, Antiph.
Non vos relinquam órphanos , allelúia ; & gaudébit
cor vestrum, alleluia.

Oratio. Deus qui hodiérna
die, corda. ut suprà.

Ad Processionem.

R. Factus est repente. 753.

Oratio. Da, quæsumus. ut
infrà ad Laudes. 762.

FERIA SEXTA.

Quatuor Temporum.

Ad Matutinum, Invitat.
Alleluia , allel. allel.

Aña. Alleluia. Ad modulū
Aña. Dómine adjutor. Sub

qua dicuntur tres Psalmi
sequentes. Psalmus. Cœli
enárrant. 16. Psalm. Exaudi-
at. 17. Psalm. Dómine
in virtute. 18. Aña. Alle-
lúia , allel. allel.

X. Spíritus Dómini replé-
vit , &c. R. Et hoc quod
cointinet , &c.

Léctio sancti Evangélij :
secundum Lucam.

Letio j. Cap.5.

N illo tempore : Factum
est in una diérum, & Je-
sus sedébat docens; & erant
Pharisæi sedéntes, & Legis
Doctóres, qui vénérant ex
omni castélo Galilææ &
Judaæ , & Jerúsalem. Et
virtus Dómini : erat ad sa-
nandum eos. Et ecce vi-
portántes in lecto hómi-
num qui erat Paraclyticus;
& quærebant eum iñserre,
& ponere ante illum. Et
rcliqua.

Homilia sancti Leónis
Papæ.

De Pentecost. Serm.2.

D ubitandum non est
dilectissimi , omnem
observántiam Christiánam
eruditiónis esse divinæ ; &
quidq. id ab Ecclésia in
consuetudinem est devo-
tiónis recéptum de tra-
ditióne Apostólica : de-

sancti Spíritus prodire doctrína ; qui nunc quoque cordibus fidelium suis præsidet institutis ; ut ea omnes & obedienter custodiant & sapiénter intelli-gant. Nam cum in die Pentecostes , quem à Pascha Dómini Quinquagésimum celebrámus ; promissus à Dómino Spíritus sanctus expectantium mentes májori quam umquam cōpia & clariore præsentia suæ majestatis impléverit ; manifestissimè patet inter cætera Dei múnera , jejuniorum quoque gratiā quæ hodiernam festivitatēm indivisa subséquitur : tunc suisse donatā. Ut sicut fuit concupiscētia initium peccatórum : ita sit continētia origo virtutum.

R. Factus est repente. 753.

Lectio ii.]

Agnoscat ergo Cathólicus Christianus fructus jejunii sui ; quod etiam inter máximas largítates sterilissimum erit : nisi de sancti Spíritus rigatione procésserit. Cum enim dicat Apóstolus nullas sibi virtutes sine charitáte pro-desse ; idemque dicat charitatem Dei esse diffusam

in córdibus nostris per Spíritum sanctum qui datus est nobis ; cavendum est ne bona quæ facere sine charitáte non possimus : elatiōne perdámus. Nam omni se laude dispóliat ; qui de studiis industria sue in semagis quam in Dómino gloriatur. Cum beatus David doceat in sanctorum opéribus Deum esse laudandum dicens ; Mirabilis Deus in Sanctis suis ; Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ. Et iterum ; Dómine in lumine vultus tui ambulabunt : & in nomine tuo exultabunt tota die & in iustitia tua exaltabuntur : quóniam gloria virtutis eorum es tu. Ee ideo dilectissimi secundum eruditiónem Spíritus sancti ; per quem Ecclésia Dei omnium virtutum collata sunt dona : suscipiámus alacri fide solémne jejunium.

R. Ultimo Festivitatis. 753.

Lectio iii.]

Sanctarum solemnitatū dilectissimi ordine celebrato & spiritális letitiae devotióne compléta ; opertet nos ad salubritatēm recurrere parcitatis : remedium

diumque jejuniū & exercéndis méntibus & casti gándis adhibére corpóribus; ut quia nos satis de hoc & divína mórita & propria experíménta docuérunt: primum per sacratórum diérum recúrsum divínæ pietati grátias referámus; cum sanctas contínéntiae delítias appeténtes aliquántulum nobis de terrenórum cibórum abun-dácia subtrahámus. Ita proficiat eleemosynis: quod non impénditur mensis. Tunc enim dénum ad áni-mæ curatiónem próficit medicína jejunií: cum abstínéntia jejunántis esúriem réficit indigéntis.

R. Spíritus, ubi vult. 754.

A D L A U D E S .

Aña. Loquebántur. 747.

Psalmus. Dóminus regnávit. cum reliquis. 20.

Ad Benedictus; Antiph. Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium suum Unigéni-tum daret; ut omnis, qui credit in ipsum, non péreat; sed hábeat vitam ætér-nam, allelúa.

Orémus. *Oratio.*

DA, quæsumus, Ecclé-siae tuæ, miséricors Deus; ut sancto Spíritu

congregáta; hostili nullá-tenus incursióne turbétur. Per Dóminum nostrum. In unitáte ejusdem.

Ad Magnificat, Antiph. Cháritas Dei diffusa est in córdibus nostris per Spíritum sanctum qui datus est nobis, allelúa.

Oratio. Da, quæsumus. ut suprà.

Ad processionem.

R. Spíritus Dómini. 750.

Oratio. Mentibus nostris, ut infrà. 763.

S A B B A T O :

Quatuor Temporum.

Ad Matutinum, Invitati-

Allelúa, allel. allel.

*I*sai. Veníte. 2. *Aña.* Allel.

Ad modulum Aña. Divi-sérunt. Sub qua dicuntur. tres Psalmi sequentes.

Psalmus. Dóminus regit me. 35.

Psalm. Dómini est terra. 35. *Psalm.* Judica me Dó-mine. 35. *Aña.* Allelúa, allel. allel allel allel allel allel.

X. Spiritus Dómini replévit, &c. R. Et hoc quod. continet, &c.

Léctio sancti Evangélii, secundum Lucam.

Léctio i. Cap. 4.

IN illo tempore Surgens

Jesus de Synagóga, in-

A a 5

troivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et stans super illam imperavit febri & dimisit illam. Et continuo ministrabat illis. Et reliqua. Homilia S. Leonis Papæ.

De jejunio Pent. Serm. 4.

INTER OMNIA DILECTISSIMI
Apostolicæ institutæ do-
ctrinæ quæ ex divinæ in-
stitutionis fonte manarunt; dûbiū non est, influente
in Ecclesiæ príncipes Spí-
ritu sancto: hanc primum
ab eis observantiam fuisse
concep̄tam; ut sancti ob-
servatiōne jejuniū omnium
virtutum régulas inchoā-
rent. Quia multum ad prae-
cépta Dei exequēnda pro-
dēset si Christiana mili-
tia contra incentiva omnia
vitiórum continéntiae se
sanctificatiōne munireret.
Cumenim por illécebram
cibi irrēpserit prima causa
peccati; quo salubritate
Dei múnere uititur redém-
pta libertas, quam ut nō
verit abstinēre à concéssis
quæ frænare se nescivit à
vétitis. Omnis quidē crea-
tura Dei bona est: & nihil
est abiciendum, quod cum
gratiarum actiōne percipi-

atur. Sed non ad hoc creāti-
sumus: ut foeda & impu-
dēti aviditatē omnes mun-
di cópias expetāmus; tam-
quam, quod licet sumi:
non liceat prætermitti.

R. Spíritus Dómini 750.

Letio iij.

LAUDÉUR Deus qui hó-
minum usui tam multa
donavit; sed agnoscat ra-
tionális ánimus: majores
delícias menti datas esse
quam carni. Et cum audit
sibi per Spíritum sanctum
dici; post concupiscé-
tias tuas non eas, & à vo-
luntate tua avertére; in-
telligat sibi contra omnia
quæ sénibus corporeis
blandiuntur, temperantiae
fectandam esse virtutem;
per quam dum exterióris
hominis volúntas minui-
tur; sapiéntia interioris
augetur. Non enim idem
vigor cordis est sub ónere
cibi, qui sub lenitate jeju-
niī; nec eundem sensum
potest satietas generare:
quem páritis. Quia cum
caro concupiscens advér-
sus Spíritum spiriti li-
citudinē superátur; libera ob-
tinetur sánitas, & sana li-
bertas: ut & caro mentis
judicio & mens Dei regá-
tur

tur auxilio.

R. Apparuérunt illis. 751.

Lectio iii.

Ad hanc ergo utilitatem nos dilectissimi præsens tempus invitat; ut à resurrectione Dómini usque ad adventum Spíritus sancti quinquaginta diébus eménsis quos in lætitia præcipuae festivitatis exegimus; ad jejuniónum remedia recurramus. Ne forte per occasionem licentiae blandioris; aliqua negligentiæ culpa; deletabilium usu inciderit. Terra eniim carnis nostræ nisi assiduis fúerit subacta culturis; cito segni otio spinas tribulósque prodúcit; & partu degeneri dabit fructum non hórrēis inferendum; sed ignibus concremandum. Dicente Dómino; omnis plantatio quam non plantavit pater meus cœlestis, eradicabitur. Custodiéndā igitur nobis ómnium gérminum seminúmque generositas, quam ex summi

agricolæ plantatione concepimus; & vigili sollicitudine providendum; ne Dei munera aliqua invidentis inimici fraude violentur. Et in paradiso virtutum non crescat silva vitiorum.

R. Loquebātur vāriis. 751.

A D L A U D E S.

Antiphona. Repléti sunt omnes.

Sub ista Año. dicitur Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis, 20.

Ad Benedictus, Antiphona. Verba quæ locútus sum vobis, allelúia. Spíritus & vita sunt, allelúia.

Orémus. Oratio.

Mentibus nostris, quæsumus Dómine, Spíritum sanctum benignus infunde; cuius & sapientia conditi sumus; & providentia gubernáinur, Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, in Unitate ejusdem.

Post Nonam celebrata Massa terminatur Tempus Paschale.

PROPRIUM SANCTORUM.

DIE IX. FEBRVARII.

Sancta Apollonia Virginis & Martyris.

Nihil sit de Festis trium Lectionum, in Quadragesima occurrentibus, nisi commemoratione per Lectionem ad Matutinum, & per Orationem in Missa, & tunc ad Matutinum Feria dicitur prima Lectione de Scriptura occurrente, secunda de Homilia ejusdem Feria, tertia de Feste iij. Lectionum.

Orémus. *Oratio.*

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quaque confundas; concéde propitiis; ut qui beatæ Apolloniæ Virginis. & Mártyris tuæ natalitia cõlimus; ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dñm. Ex Epistola sancti Dionysii Alexandrini ad Fábiun

Antiochénus.

Euseb. Hist. lib. 6. cap. 41.

NEquaque m ex Décii Imperatoris edicto

persecútio apud nos cepta sit; sed integro anno antevéterat. Nam infáustus quidam vates ac Poéta; commóvit Alexándriæ adversus nos Gentilium turbas. Ab illo igitur stimulati; hanc solam pietatē, cultumque demonum suorum existimabant; si cædibus adversus nos fiebrent. Tunc admirandam illam provectæ jam ætatis virginem Apollóniam comprehendérunt, & maxillas quidem ejus percutientes; cunctos ei dentes excussérunt. Accéndo autem extrâ urbem rogo; minabantur se illam vivam cõbustúros; nisi unâ cum ipsis impia verba pronunciaret. At illa véniā dimissâ celériter in ignē insiliit & cõflagrávit.

DIE XI. FEBRUARII.

S. Desiderij Episcopi Vienensis & Mart.

DEsidérius Augustoduni, è nobili prosápia oründus,

oriündus : liberálibus stú-
diis à púero incubuit. Ec-
clesiásticæ disciplinæ stú-
dio Viennam profectus ,
Clericálī milítiae nomen
dedit ; cùmque Vero ejús-
dem urbis Antistiti in ór-
dine Diáconi aliquándiu-
ministrásset : ei defuncto
succéssor in Episcopátu-
datus est. Illi & Syágrio Au-
gustodunénfi ; Gregórius
Magnus, Augustínum à se
in Angliam , prædicándi
Evangélii causa missum :
per litteras commendávit.
Cum autem Brunichíldis
Reginæ impietátes , libé-
rius argueret; capitáli eum
ódio prosecútus : tandem
periméndum curávit. Sed
ut fraudem tégeret , Cabili-
lonése convocári curat
Concílium ; in quo Regi-
na instigánte Desidérius
depónitur : subrogatóque
in ejus locum Dómnolo in
ínsulari quamdam exilio
deprudítur. Post annos quá-
tuor cum in eádem sentén-
tia, (Ad óne teste,) constans
permanéret ; Brunichíldis
jussu apud Priscinácam ,
agri Lugdunénfis vicum ,
anno Dómini círciter sex-
centésimo duodécimo : la-
pidátus est , & in eodem

loco sepultus. Sacrum ejus
corpus ab Æthério Vien-
nensi Epíscopo , posteà
translátum est Viennam ;
tértio Idus Februárii : quo
die ejus festum Lugdúnū
celebrátur.

DIE XIII. FEBRUARII.

*S. Stephani Episcopi Lug-
dunensis & Conf.*

Sermo S. Eucherii Lugdun-
énfis Episcopi.

*Serm. 4. in depositione Sa-
cerdotis circa finem.*

*S*ummæ alacritatis in-
stántia beátus Stephanus
vestárum fuit cultor & cu-
stos animátrū. Cupidátes
résecans; iras cómprimens;
malítias extírpans. His ma-
gis vir ille tempóribus ne-
cessárius fúerat ; quibus
tanta iniquitas sumptis
quotidie (deficiénte justi-
tia) vitébus : convaléscit.
Et quidem ille in hac pere-
grinatióne, cum aviditáte,
in illa æterna pátria con-
versátus est : qui huic mun-
do crucifixus ac mórtuus ;
quidquid laborávit de hac
vita : ad illam vitam tran-
stulit. Et quasi bonus ra-
tiocinátor ; velut ad cén-
tuplum manum pórrigens,
semper de sinistra transmí-
sit ad déxteram : & in cœ-
lo

Io repósum sudóres suos. filium , ad Christi fidem convertit. Hinc verò indignatio penè omnium Senatorum accensa est : & tentus Valentinus Episcopus ; atque virgis cælus : post diuturnam cædem custodiæ mancipatur. Videntes autem eum constantiorem fieri ; omniūque qui per ipsum Christo crediderant animos confirmare : ejectum de carcere , iussu Placidi Urbis Praefecti decollaverunt. Eodem die festum beati Valentini Romaní Presbyteri , Martyrum.

Orémus. Oratio.

Plæsta quæsumus, Omnipotens Deus ; ut qui beatorum Martyrum tuorum Valentini , atque Valentini natalitia colimus : à cunctis malis imminentibus eorum intercessione liberemur. Per Dominum.

Valentinus Interamensis Episcopus sanctitate & miraculis clarus ; cum à Cratone quodam in urbe Roma utriusque linguae oratore accusitus fuisset ; & ejus filium Charamonem ita ægitudine incurvatum , ut caput inter genua deprimeret , oratione sua sanasset : hoc miraculo Cratónem & multos Scholásticos Abundium præsertim , Urbis Praefecti

convertit. Hinc verò indignatio penè omnium Senatorum accensa est : & tentus Valentinus Episcopus ; atque virgis cælus : post diuturnam cædem custodiæ mancipatur. Videntes autem eum constantiorem fieri ; omniūque qui per ipsum Christo crediderant animos confirmare : ejectum de carcere , iussu Placidi Urbis Praefecti decollaverunt. Eodem die festum beati Valentini Romaní Presbyteri celebratur ; qui multis sanitatum & doctrinæ clarius insignibus , sub Claudio Principe apprehendi jussus : catenis & compedibus vincitus est. Qui post longum carcere ; ad supplicium sequenti anno ductus : via Flaminia decimo sexto Kalendas Martii capite truncatus est.

DIE XVI. FEBRUARII.
S. Onésimi. Apostoli.

Orémus. Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus , ut beatus Onésimus Apóstolus , tuum pro nobis imploraret auxilium ; ut à nostris reatibus absoluī : à cunctis etiam periculis

Neulis eritámur. Per Dóminum.

Lectio iii.

Onésimus servus Philénonis relicto Dómino suo ; ad Apóstolum Paulum Romæ captivum ; se contulit : à quo benignè suscéptus , ac de fide instrúctus baptizátus est. Eadem Apóstolo in cárcere ministrávit , donec ipsi visum est eum ad Philemónem remittere cum epistola ; in qua inter cætera , quæ de ipso dicit : hanc de eo facit honoríficam mentionem. Obsecro te pro meo filio quem génui in vinculis , Onésimo ; qui tibi aliquando inútilis fuit : nunc autem & mihi , & tibi útilis , quem remisi tibi. Tu autem illum ut mea vísce- m fúscipe. Hunc beátus idē Apóstolus Episcopum ordinans prædicationisque verbum ei committens ; apud Ephesiōrum civitatem reliquit : cui Episcopus post beátum Timótheum & ipse præfuit. De quo & beatus Ignatius Martyr ad Ephesios mitiens epistolam ; hæc quoque de eo inter alia sic habet ; Benedictus Dóminus ,

qui vobis tálibus , talem Episcopum donávit habere in Christo. Hic Romam perductus , atque ibi pro fide Christi lapidátus : sepultus est Christi Martyr. ibi primū ; indè ad loca ubi fúerat ordinátus Episcopus : corpus ejus est délatum

DIE XXII. FEBRUARII.

Cathedra S. Petri qua pri-
mum sedit Antiochia.

Ex Epist. S. Gregorij Papæ,
ad Eulogium Episcopum
Alexandrinum.

Ex Lib. 6. Epist. 37.

Quis nésciat sanctam Ecclésiam in Apostolórum Príncipis soliditatē firmatam ; qui firmitatem mentis traxit in nōmine , ut Petrus à Petrá vocatetur : cui veritatis voce dicitur , Tibi dabo claves regni cœlorum. Cui rursus dicitur : Et tu aliquando convérsus confirmia fratres tuos . Iterumque ; Simon Joánnis amas me : Pasce oves meas. Itaque cùm multū sint Apóstoli ; pro ipso tamen principátu , sola Apostolórum Príncipis sedes in authoritatē conváluit : quæ in tribus locis unius est. Ipse enim sublímavit.

mávit sedem in qua etiam
quiéscere, & præsentem vi-
tam finire dignátus est?
ipse decorávit sedē in qua
Evangelistam discípulum
misit; ipse firmávit sedem:
in qua septem annis quam-
vis discessúrus, sedet.

*Non dicitur Psalm. Le-
vávi, nec Litanía sed post
Psalmū pénitentialem &
orationem pro peccatis si-
dicanda sicut fit Procesio.
Rx. Tu es Petrus, & su-
per hanc petram edificábo
Ecclésiam meam; & portæ
inférni non prævalébunt ad-
versus eam: * Et tibi dabo
claves regni cœlórum.*

*Ad ij. Benedict. Antiph.
Ego pro te rogávi Petre, ut
non deficiat fides tua; &
tu aliquando convérsus
confirma fratres tuos.*

Orémus. Oratio.

Deus, qui Apóstolo tuo
Petro, collátis clávi-
bus regni coeléstis, ligán-
di atque solvēndi Pontifi-
cium tradidisti concéde;
ut intercessiónis ejus auxí-
lio a peccatórum nostró-
rum nóbis liberémur.
Qui vivis.

DIE XXII. vel XXIV. FEB.
in anno Bisextili.

In Vigilia S. Mathei Apost.

In Quadragesima nihil
fit de Vigilia nisi in Missa.
DIE XXIV vel XXV. FEB.
in anno Bisextili.

In festo sancti Mathie
Apostoli.

Duplex Minus.

Omnia dicuntur de Com-
muni Apostolorum prater
Orationem & Lectiones.
Orémus. Oratio.

Deus qui beatum Má-
thiam Apostolorum
tuborum collégio sociasti;
tribue quæsumus, ut ejus
interventióne: tua circa
nos pietatis semper víscea
sentiámus. Per Dóminum.

*Hac Oratio dicitur etiam
ad Laudes, ad Tertiam, &
ad secundas Vesperas, & sic
sit quando ponitur Oratio
propria nisi aliter notetur.*

In primo Nocturno.

De Actibus Apostolorum.
Lectio j. Cap. i.

In diébus illis exiugens
Petrus in médio stratum
dixit. (Erat autem turba
hóminum simul: ferè cen-
tum viginti.) Viri fratres,
opórtet impléri Scripturæ
quā prædictis Spíritus san-
ctus per os David: de Ju-
da qui fuit dux ebrum qui
comprehendérant Jesum,
qui connumerátus erat in
nobis?

nobis? & sortitus est sor-
tem ministérii hujus. Et
hic quidem possedit agrum
de mercéde iniquitatis; &
suspensus crepuit médius?
& diffusa sunt omnia ví-
cera ejus.

R. Tollite jugum. viij.

Lectio iij.

ET notum factum est
omnibus habitantibus
Ierusalem: ita ut appella-
retur ager ille lingua eó-
rum Haceldamach, hoc est
ager sanguinis. Scriptum
est enim in libro Psalmó-
rum; fiat commoratio eó-
rum deserta, & non sit qui
inhabitet in ea: & Episco-
pátum ejus accípiat alter.
Opórtet ergo ex his viris
qui nobiscum sunt congre-
gati in omni tempore quo
intrávit & exivit inter nos
Dóminus Jesus; incipiens
à Baptismate Joánnis us-
que in diem qua assump-
tus est à nobis? testimoniū
Resurrectionis ejus nobis-
cum fieri unum ex istis.

R. Ecce ego. viij.

Lectio iii.

ET statuerunt duos, Jo-
seph qui vocabatur Bár-
sabas, qui cognominatus
est justus: & Máthiam. Et
orantes dixerunt. Tu Dó-

mine qui corda nosti óm-
nium; ostende quem élé-
geris ex his duobus unum
accípere locum ministérii
hujus & Apostolátus? de
quo prævaricatus est Ju-
das, ut abíret in locum
suum. Et dedérunt sortes
eis; & cécidit sors super
Máthiam: & annumerá-
tus est cum undecim Apó-
stolis.

R. Cum steteritis. viij.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti joánnis
Chrysóstomi.

Homil. 3. circa medium.

Lectio iv.

ET statuerunt duos; Jo-
seph qui vocabatur Bár-
sabas, qui cognominatus
est justus: & Máthiam.
Quidni plures? Ne major
animorum perturbatio fie-
ret? néve res in multos
distraherétur. Quin nec té-
merè illum antepónit; sed
ut osténdat sēpe numéro,
eum qui præclárus apud
hómines sit? apud Deum
inferiorem esse. Et verò
precántur omnes ac dicūt;
Tu Dómine qui nosti cor-
da ómnium? osténde. Tu,
inquiunt: non nos. Aptè
cordium cognitórem ap-
pellant; indè enim? non
ab.

ab exteriōribus erat faciēnda elec̄tio. Itā certi erant fore ómninō, ut unus creātur. Neque dixerunt, Eli-ge; sed, Ostende elec̄tum, hoc est, quem elegisti sc̄ientes ómnia esse à Deo præfinita & prædestinata.

B. Ego vos elegi. x.

Lectio v.

ET dedérunt sortes eis; necdum enim se dignos arbitrabántur, ut rem ipsi sibi permittent: idēo exīgunt signo álico edocēti. Ad hæc verò, si ubi nec preces erant, nec viri admodūm probi; tantum sortes valuit, cò quod recto ánimo fieret seper Jona: multò magis hic explévit chorūm ac perfecit credī-
nem. At nec alter dñluit: neque eam Apóstoli de-
fēctus suos occultāsset. Cum nequidem de ipsis
Principib⁹, sint vériti dicere álio loco, indignatio-
ne commōtos esse: idque non semel sed s̄apiūs. Hos
figitur & nos imitēmur. Non jam ómnibus loquor:
sed his tantū, qui sacram
ámbiunt Principētū. Si
Dei esse electionem credis,
ne indignēris; illi enim
indignari. & adversus il-

lum irritarīs? ille namque est qui élégit Si autem clé-
git ille, tu vero audes illi
indignari? hoc idem ac
Cain facis:

R. Constitues. xj.

Lectio vi.

EGO verò non hoc dico: sed quod propensiōri Deus consilio: rerum exī-
tus ut cōmmodum est, só-
leat dispónere. Fit enim
crebrò ut qui mod̄stus at-
que honētis prædictus mó-
ribus es: non sis idōneus.
Rursus, est tibi vita incul-
pata, ac mores liberáles:
cæterūm in Ecclēsia non
his tantū opus est. Quia
de aliis qui álius ad áliud
app̄sistis; non vides quan-
ta his de rebus divina Scri-
ptūra locuta sit. Verūm,
dicam quām ob causā:
remulanda res facta sit.
Non tanquam ad Princi-
patum ac Praefectūram fra-
trum accédimus: sed velut
ad honōrem & réquiem.
Etenim si novisses debere
Episcopum cunctis impén-
sum esse; ómnium portare
ónera; esse véniam áliis si
irascantur, illi verò nul-
quām; áliis peccantibus
non leve quid, suppētere
quò excusētur; nihil illi-
jam

jam ad excusationem reli-
ctum esse : haudquáquam
ad sacrum Principátum fe-
stínasses , haudquáquam
accurrísses.

R. Ni mis honoráti. vii..

In tertio nocturno.

Lectio sancti Evangeliū :
secundūm Marthæum.

Lectio viij Cap. i.i.

IN illo tempore : Respón-
sens Jesus dixit. Consi-
teor tibi Pater Dómine
cœli & terræ ; quia ab-
scondisti hæc à sapiéntibus
& prudéntibus : & revelá-
sti ea párvulis. Ita Pater :
quóniam sic fuit plácitum
ante te. Et reliqua..

Homilia sancti Augustini

Episcopi.

Serm. 10. de Verb. Domini.

Venite ad me omnes
qui laboratis. Quare
enim omnes laborámus,
nisi quia sumus hómines
mortáles ; frágiles ; infir-
mi ; lútea vasa portántes;
quæ faciunt invicem angú-
stias ? Sed si angustiántur
vasa carnis dilaténtur spá-
cia charitatis. Quid ergo
dicit ; Venite ad me om-
nes qui laboratis , nisi ut
non laboretis ? Dénique
promissio ejus in promptu
est : quóniam laborantes

vocávit. Quærerent fortè
qua mercéde vocati sunt ?
Et ego vos , inquit, refi-
ciam. Tóllite jugum meū
super vos , & díscite à me
non mundum fabricare ;
non cuneta visibilia & in-
visibilia creare ; non in ipso
mundo mirabilia facere ; &
mortuos suscítare : sed ,
Quóniam mitis sum , & hú-
milis corde.

R. O quam pulchri. xiv.

Lectio viii.

Magnus esse vis à mi-
nimo incipe. Cogitas
magnam fabricā construe-
re celstíudinis : de funda-
mento priùs cogita humili-
tatis. Et quantum quis-
que vult & dispónit super
impónere molem aedificiū ;
quantó erit majus aedi-
ficiū : tantò altius fodit
fundamētum. Et fabrica-
quidem cum constrúitur ;
in supérna consúrgit : qui
autem fodit fundamētum,
ad ima deprimitur. Ergo
& fabrica ante celstíudi-
nem humiliatur : & fasti-
gium post humiliatiōnem
erigitur.

R. Qui sunt isti. xiv.

*Nona Lectio legitur de
Homilia Ferie occurrentiis.*

R. Via munda. xv. Te Deū.

DIE

DIE XXVII. FEBRUAR.
S. Baldomeri Subdiaconi. Lug-
dunensis. & Confessoris.

Letto iij.

Baldomérus apud Lug-
dunum in juventute
fabrum ferrarium agens;
in pietatem, & curam pau-
peruin totam operam con-
jecit: usque adeo ut instru-
menta artis, cum aliud nec
suppetebat in egenos di-
straheret. Ejus perpetua
vox erat ad omnem occu-
sionem; & cujusvis operis
principium: in nomine
Domini Deo gratias sem-
per. In his Religiosis exer-
citiis; Dei amore mirè ac-
census: annos non paucos
exegit. Cum autem aliquando in vico Auditaco orá-
ret: a beato Viventio sancti Justi Abbate deprehénsus est, velut aurum sub
púlvore latens; pannosi sub
homunculi spécie: sapién-
tiā quae de celo est, exí-
miam occultare. Quare Uivēntius in cœnobio suo
domicilium sancto viro
constituit; ubi crescente in
dies sanctitatis fama: sa-
cro Subdiaconatus honore
a Gaudérico Lugdunensi
Præsale licet invitus deco-
ratus est. Quo in gradu cō-

suétum orationis & pió-
rum opérum studium in
dies auxit & cumulávit;
quoisque immaculatam
animam, circa annum
Christi sexcentésimū quin-
quagésimum: fælici mor-
te Deo redderet.

FESTA MARTII. DIE VII. MARTII.

In festo S. Thome Aqui-
natii Confessoris & Eccle-
siæ Doctoris. Semidupl. mī-
nus, sive ix. Lectionum.

Omnia de Communi Con-
fess. non Pontificis præter
ea qua hic sunt propria.

Orémus. Oratio.

Deuſ qui Ecclésiam tuā
beati Thomæ Cofel-
loris tui, mirā eruditōne
clarissimas & sancta opera-
tione fecundas! Da nobis
quæsumus; & quæ dōcuit
intelléctu conspicere: &
quæ egit imitatione com-
plēte Per Dóminum.

Hac oratio dicitur ad
Vesperas Laudes & ter-
tiam & sic semper quando
adest Oratio propria & ad
Procesiones vel sextam &
nonam dicuntur orationes
qua in Communi pro his
Officiis assignantur nun-
quam ordine mutato nisi
expressè aliter notetur.

In primo Nocturno.

Ex libro Sapiéntiae.

Lectio i. Cap. 7.

Optávi & datus est mihi sensus ; & invocáyi, & venit in me spíritus Sapiéntiae ; & præpóslui illam regnis & sédibus ? & divítias nihil esse duxi in comparatióne illius. Nec cōparávi illi lápidem pretiosum ; quóniam omne aurum in comparatióne illius aréna est exígua : & tanquām lutum aestimábitur argéntum in conspéctu illius. Super salútem diléxi illam ; & propósui pro luce habére illam : quóniam inextinguibile est lumen illius.

R. Euge serve. cix.

Lectio ii.

VEnérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa : & innumerabilis honéstan̄ per manus illius. Et lætátus sum in ómnibus ; quóniam antecedébat me ista sapiéntia : & ignorábam quóniam horum ómniū mater est. Quam sine fictiōne dídicī ; & sine invidia commúnico : & honestatē illius non abscondo. Infinítus est enim thesáurus homínibus ; quo

qui usi sunt , partícipes fāti sunt , amicitiæ Dei : propter disciplinæ dona commendáti.

R. Justus germinabit. cix.

Lectio iii.

QUæcūmque sunt absconsa & improvisa dídicī : ómnium enim ártifex dócuit me sapiéntia. Est enim in illa spíritus intellegéntiæ , sanctus ; únicus ; múltiplex ; subtilis ; disér-tus. Móbilis, incoinquinátus, certus ; suávis , amans bonum : acútus , quem nihil vetat. Benefáciens, humánus , benignus ; stábilis, certus , secúrus omnem ha-bens virtutem : ómnia pro-spíciens ; & qui cápiat omnes spíritus : intelligibilis, mundus, subtílis. Omníbus enim mobílibus mobílior est sapiéntia : attingit autem ubique propter suam munditiam.

R. Stola jocūditatis. cx.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

THomas Landúlphi Cómitis Aquinátis ac Theodóræ Neapolitánæ filius ; quintum annum agens : Cassinátibus Mónachis pietate ac littéris imbuéndus tráditur. Indè Neápolim

Neápolim studiorum cau-
sâ missus; infra pubertatis
annos: hábitum cérdinis
sancti Domíñici invito pa-
tre suscepit. Lutétiam Pa-
risorum idcirco mittitur;
sed in itinere iussu fratrum
per vim raptus, in castrum
quoddam deductus est: ubi
cum à fratribus, tum à so-
rribus variè exagitatus
quo sanctum mutaret pro-
positum; eárum alteri per-
suásit: ut contémptis sacer-
culi pompis sacris se virgí-
nibus adjúngeter. Mulie-
rem quoque impudicam,
quæ ad labefactādā ejus
castitatem introducta füe-
rat: titiōne fugávit; quo
ex témpore nullos cum fœ-
minis vóluit habére sermó-
nes: nisi quos nécessitas
vel utilitas exigeret.

R. Aúdiām Dómine cx.

Lectio v.

E Castro per fenestrām
post biennium emissus
Neápolim redúcitur; unde
Romam, póstea Lutetiā à
Joánnē Teutónico Ordi-
nis Generálī ductus: tum
Colóniam Agrippinā mis-
sus; ut sancto Albérto Ma-
gno: doctóre uteretur. Lu-
tetiā revocátus; Post pu-
blicè prælētam Theoló-

giam: gradum magistérii
juvenis licet obtinuit. Nā-
quam se lectiōni aut scrip-
tiōni dabat nisi post ora-
tionem; ad quam in expo-
nēdis difficiliōribus Ser-
pturæ locis jesūnūm adhi-
bēbat: dicere solitus; quid-
quid sciret, non tam se stú-
dio aut labōre suo peperis-
se: quām Divinitū traditū
acepisse. Nullum pe-
nē fuit scriptorū genus in
quo non esset diligētissime
versatū; ac ne ex rerū sub-
tiliōrum inquisitiōne affe-
ctus rep̄sceret collatiōnes
Patiū assiduè p̄volvebat.
R. Dómine quinque. cxj.

Lectio vi.

DElatum sibi à Cleme-
nte Quarto Archiepi-
scopátum Neapolitanū
humiliter recusavit. Missus
à Gregorio Décimo ad
Conciliū Lugdunēse se-
cundūm; in itinere morbo
corrēptus divērit in Mo-
nastry Fossæ novæ Or-
dinis Cisterciensis in Diœ-
cesi Terracinnensi: & in ipso
ingréssu mortem vicinam
esse præsentiens, ait; Hæc
réquies mea in sacerdūli
sæculi: hic habitabo quóniam
elégi eam. Tum rogátus
à fratribus: expōsuit Cán-
tica

rica Canticorum. Deficiéntibus paulatim viribus; priusquam sacrum Viaticum susciperet? Ego, inquit, de Sanctissimo Cörpore Dómini nostri Iesu Christi, & aliis Sacraméntis multa docui; multa scripsi in fide Iesu Christi, & sanctæ Românæ Ecclésiæ; cuius correctioni cuncta subjicio, cuncta suppôno. Recépto deinde ipso eodem vivifico Sacraménto; atque aliis Sacraméntis Ecclésiæ débitâ veneratiōne suscéptis: anno ætatis quinquagésimo, Christi verò millésimo ducentésimo septuagésimo quarto, obdormivit in Dómino.

R. Super salutem. cxj.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangeli: secundum Matthæum.

Lectio viij. Cap. 5.6.

IN illo tempore? Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ; quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra; nisi ut mittatur foras? & conculcetur ab hominibus. Et reliqua.

Homilia sancti Thomæ Aquinatis.

Opus. de offic. Sacerdotis.
Circa instructiōnem pópuli duo sunt necessaria, scilicet doctrina, & vita pura; ut dôceat pópulum verbo & opere ædificet exēmple. Debet enim frēquenter expónere verba Scripturæ, Sanctorum Patrum exēmpla; prout juxta congruitatēm témporis & moris viderit expedire ad cognitionem veritatis; & per exēmpla suæ conversatiōnis & vitæ ædificare auditores; & approbare quod dicit in cordibus auditórum. Ad quod designandum, in vestimentis Sacerdotis tintinnábula inserita dicuntur; ut audiatur sónitus quando ingreditur sanctuarium in conspectu Dómini; ut non moriatur. Quia contra se iram iudicis cœlestis erigitur nisi vita Sacerdotis simul cum linguae sónitu uniformiter clamitet.
R. Notas mihi fecisti. cxij.
Lectio viij.
Ex sola negligētia quā habet Sacérdos ad subditos; damnatur. Sic protrepa Heli Sacérdos in se sanctus fuit; sed quia filios non eruditivit in omni disci

disciplina & correptione:
superius cecidit, & mortuus est. Nec iterum sufficit doctrina sine vita; si enim Sacerdos malevit sit: perdit fructum doctrinae. Quia cum ipse sit criminosus: non habet frontem corripiendi criminis. Laici enim de facili corruptiuntur per exempla malevit Sacerdotis; ex hoc continentur verbum Dei: & ex pravis exemplis peccantes fiunt. Tot enim Sacerdotes digni sunt mortibus: quot ad perditionis exempla subditos transmitten. Ergo patet, quia Sacerdos debet utrumque habere: puritatem vitae & doctrinam. Dominus noster Jesus Christus, qui est filius omnium bonorum; tales faciat nostris temporibus Sacerdotes: quales descripti sunt.

R. Iustum deduxit. cxiii.

Nona Lectio de Homili.
Feria occurritus.

R. Beatus vir cxiiij.

DIE XII. MARTII.

In festo S. Gregorij Pape,
Confessori & Ecclesie Doctri.
Semiduplo majus.

Omnia de Communi Con-

fessoru Pontificis prater ea
qua sequuntur.

Oremus. Oratio.

D eus qui animas famulas
tui Gregorii aeternae
beatitudinis premia contulisti: concende propitius: ut qui peccatorum nostrorum pondere preminimus: ejus apud te precibus sublevemur. Per Dominum.

In primo nocturno.

Ex Libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 46.

F uit Magnus secundum
nomen suum. Maximus
in salutem electorum Dei;
expugnare insurgentes ho-
stes: ut conqueretur ha-
reditate Israe. Quam glo-
riam adcepit est in tollendo
manus suas; & jactando
contra civitates rom-
pentes? Quis ante illum sic
restitit? Nam hostes ipse
Dominus perduxit. Invo-
cavit Altissimum potente
in oppugnando inimicos
undiique: & audivit illum
magnum & sanctus Deus.

R. Euge serue. cix.

Lectio ii.

I n lege Domini congre-
gationem judicavit: & in
fide sua probatus est Pro-
pheta. Cionitus est in ver-
bis suis fidelis; quia vedit
Deum

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Gregórius Magnus Goriani Senatoris Románi filius, adolescens Philosophiæ operam dedit; & Urbana Præfectúra functus patre mortuo: ex propriis facultatibus sex in Sicilia Monasteria, septimum Romanum sancti Andreæ nomine, in suis ædibus ad Clivum Scauri extitit; ubi sub Valentione Abbate Mönachi vitam professus: postea Abbas fuit. Evocatus inde à Pelágio secundo Pontifice, Diaconus ordinatur; nec multò post Constantíopolim mittitur: Sedis Apostolicæ respónsa facturus. Ea in Urbe Eutychium Patriarcham, qui scripsérat contra veram & contrectabilem corporū resurrectionem, ita convicit; ut & Imperator Tibérius Constantinus ejus librum in ignem conjécerit: & Eutychius ipse paulò post cum in morbum incidisset; instante morte, pellem manus suæ tenens, multis præsentibus dixerit: Confiteor quia omnes in hac carne resurgémus.

R. Dómine quinque. lxxxij.

B b

Deum lucis: & invocávit Dóminum omnipotētem. In oppugnando hostes circumstantes uníquie: in oblatione Agni inviolati. Et intónuit de cælo Dñs; & in sónitū magno auditam fecit vocem suam; & contrívit Príncipes Tyriorum: & omnes duces Philistii. Et ante tempus finis vitæ suæ & sæculi, testimónium præbuit in conspectu Dómini, & Christi. pecúnias & usque ad calceamenta non accépit: & non accusávit illum homo.

R. Jurávit Dóminus. lxxij.

Lectio iy. Eccl. 47.

In omni opere dedit confessionem Sancto: & excelsio in verbo gloriæ. De omni corde suo laudávit Dóminum, & diléxit Deū qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiā. Et stare fecit cantores contra Altare, & in sono eorū dulces fecit modos. Et dedit in celebratiōnibus decus, & ornávit tēmpora usque ad consummatiōnem vitæ; ut laudarent nomen sanctum Dómini: & amplificarent manū, Dei sanctitatem.

R. Pósui adjutorium. lxxx.

Pars Vernis.

Lectio v.

Romam reversus, Pelágio pestiléntia sublato; ómnium votis Póntifex eligitur: totisque licet víribus rénitens consecrátur. In Epistola Synodica quam promóte tunc scripsit ad Patriáchas, proféssus est se sicut sancti Evangeli quátor libros; sic suscipere quátuor Concilia: Nicænū nemp̄; Constatinopolitánū Ephésinum; & Chalcedonénse. Quintum quoque páriter venerári; quas illa Concilia pérsonas respúunt, se respúcie: quas venerátur amplésti. Statuit Cléricos ex Cánquum præscripto vitam ágete. Et licet Summus torius orbis Póntifex pondus diéi & aestus portaret; Clericulós tamen ad laudes Dei cantandas: efformáre, spíus non est dignátus. Quem quidem cantandi modum omnes Ecclésiæ ambiérunt. Unde cantus Gregoriáni fama ubique & utilitas; cuius in Prima hac Lugdunensi Ecclésia viguit jam dudum: cum intemeráta majestate antiquitas.

B. Justus geriminabit.
Ixxij.

Lectio vi.

Státuit ut in Missa Kyrie eleison dicéretur. Scripsit ad Theodebertum & Theodorícum Reges, ut Synodum in Gálliis congregárent; in qua constiueréntur: Ne ullus pro Ecclesiástico ordine aliquid unquam daret, aut recíperet, nec quisquam de laicis ad Sacerdétium: drepéntē transíret. Prohiberéntque ne in suo regno Judæi Christiána mancipia possiderent. Magnam Británniam, missis Augustino & aliis Monachis ad fidem addúxit; unde Angliae Apóstolus: à Beda vocátus est. Admirabília sunt quæ dixit, fecit, scripsit, & decretivit; innúmeris præsértim molestiis, inter bellorum turbines: maximisque pódagræ doloribus vexatus. Dénique exáctis in Pontificatu cum summa humilitate & sanctitate annis tredécim cum sex mensibus: anno Domini sexcentésimo quarto ad cœlestem Beatitudinem vocátus est.

B. Stola jocunditatis.
Ixxxij.

In tertio Nocturno.

Lectio

Léctio sancti Evangélij :
secúndum Marcum.

Lectio viij. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit
Iesus discípulis suis. Vi-
dete, vigiláte & oráte : nef-
cítis enim quando tempus
sit. Sicut homo qui pére-
grè proféctus, reliquit do-
mum suam ; & dedit servis
suis potestatem cujúsque
óperis : & janitóri præcépit
ut vigelet. Et réliqua.

Homilia sancti Gregorij

Papæ.

Homil. 17. in Evangel.

Nullum puto, fratres
charíssimi, ab áliis ma-
jus præjudícium, quám à
Sacerdótibus tolérat Deus;
quando eos, quos ad alio-
rum correctionem pósuit :
dare de se exémpla pravi-
tatis cernit. Quando ipsi
peccámus : qui compéscere
peccáta debúimus. Plerúm-
que quod est grávius : Sa-
cerdótes, qui própria dare
debúerant, etiam aliena di-
ripiunt; plerúmque si quos
humíliter, si quos conti-
nenter vivere conspíciunt?
irrident. Consideráterogo,
quid de grégibus agátur :
quando lupi pastóres fiunt.
Hi enim custódiam gregis
fuscipliunt; qui infidiari

gregi Domínico non mé-
tiunt : contra quos Dei
greges custodíri debuérunt.
Nulla animárum lucra
quærimus ; ad nostra quo-
tidie stúdia vacámus ; ter-
réna concupíscimus : hu-
mánam glóriam inténta
mente captámus.

R. Cibávit illum. lxxxvj.

Lectio viij.

Quómodo obscurátum
est aurum; inutátus est
color óptimus ; dispérsi
sunt lápides Sanctuárii : in
cápite ómnium plateárum.
Aurum quippe obscurátū
est : quia Sacerdótum vita
quondam per glóriam cla-
ra ; nunc per actíones infa-
mas : osténditur réproba.
Color óptimus est mutá-
tus ; quia ille sanctitatis
hábitus per terréna & ab-
jécta ópera : ad ignomínia
despectiónis venit. Lápides
verò Sanctuárii intrínsecùs
habebántur; nec sumebán-
tur in Summi Sacerdótis
córpo ; nisi cum Sancta
sanctórum ingrédens : in
secréto sui condítoris ap-
parebat. Nos ergo sumus
fratres Charíssimi, nos su-
mus lápides Sanctuárii :
qui apparére debémus sem-
per in secréto Dei ; quos

numquam necesse est foris cōspici : id est numquam in extrāneis actib⁹. Sed disp̄ersi sunt lāpides Sancti arii in cāpite ómniū plate ium ; quia hi qui per vitam & orationem int̄us semper esse debuerant per vitam repróbam foris vacant. Ecce jam penē nulla est sacerd̄i actio quam non Sacerd̄otes administrent.

R. Justum deduxit. lxxxvij

*Nona Lettio de Homilia
Feria occurrentis.* R. In
média. xcix.

DIE XIX. MARTII.
In festo S. Ioseph Confessoris.

Duplex.

*Omnia de Communi Con-
fessoris non Pontificis præ-
ter ea qua sequuntur.*

Ad Magnificat. Antiph.
Jóseph fili David noli ti-
mere accípere Mariam cō-
jugem tuam, quod enim in
ea natum est, de Spíritu
sancto est.

Orémus. Oratio.

Stua Sponsi, quæsumus
Dómine méritis adjuvē-
mur ; ut quod possibilitas
nostra non obtinet : ejus
nobis intercessione doné-
tur. Qui vivis.

Ad 1. Processionē. R. Ap-

páruit Angelus Dómini. ut
infra in j. Noct. Oratio. A-
dœsto Dómine. ut in com-
muni Conf. non Pontificis.
Ad 2. Process. R. Tolle
púerum. ut infra. Oratio.
Intercéssio nos.

In primo Nocturno.

De Libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 48.

Fecit quod placuit Deo;
& fortiter ivit in via
David patris sui : quam
mandávit illi Prophéta
magnus & fidélis in con-
spéctu Dei. In diébus ipsius
retro rédiit sol : & addidit
Regi vitam. Spíritu ma-
gno, vidi ultima : & con-
solátus est lugétes in Sion.
Memória ejus, in composi-
tionem odoris facta : opus
pigmentárii. In omni ore
quasi mel indulcabitur; ne-
mo natus est in terra ut
Joseph, qui natus est ho-
mo Princeps fratrum; fir-
mamentum Gentis; Rector
fratrum : stabiliméntum
populi.

R. Appáruit Angelus Dó-
mini, Joseph in somnis di-
cens, ne timéteris accípere
Mariam cōjugem tuam :
Quod enim in ea natum
est, de Spíritu sancto est.

X. Ecce virgo in útero ha-
bbit

bebit, & páriet Filium, & vocábitur nomen ejus Em-mánuél. Quod enim.

Lectio iiij. Eccl. cap. 26.

MUléris bonaé beátus vir: númerus enim annórū illíus duplex. Múlier fortis obléctat virum suum: & annos vitæ illíus in pace implébit. Pars bona, múlier bona: in parte timéntium Deum; dábitur viro: pro fastis bonis. Grá-tia muléris sédulæ dele-ctábit virū suū: & ossa illíus impinguábit. Disciplína illíus datum Dei est. Múlier sensáta & tícita: non est immutátio eruditæ ánimæ. Grátia super grátiam' mú-lier sensáta & pudoráta. Oinnis autem ponderáto. Non est digna continéntis ánimæ.

R. Tolle píerum & ma-trem ejas & vade in ter-ram Israél: * Defuncti sunt enim qui quærebant áni-mam púeri. X. Appáruit Angelus Dómini in som-nis Joseph in Ægypto di-cens: Surge & áccipe pú-erum & matrem ejus, & va-de in terram Israél. De-functi sunt.

De Libro Sapiéntiæ.

Lectio iij.

Cap. 8.

Propósui ergo hanc ad-dúcere mihi ad convi-véndum; sciens quóniam mecum communicábit de bonis: & erit allocútio-cogitationis & tædii mei. Habébo propter hanc clari-tátem ad turbas: & ho-nórem apud seniòres. Præ-téreà habébo per hanc, im-mortalitátem: & memóriam ætérnam his, qui post me futuri sunt, relínquam. Intrans in domum meam cōquiéscam cum illa: non enim habet amaritúdinem conversátio illíus; nec tæ-dium conyictus illíus: sed lætitiam & gaúdium. Et in amicítia illíus delectatio bona; & in opéribus má-nuum illíus honéstas sine defectiōne; & in certámi-ne loquélæ illíus sapiéntia: & præcláritas in commu-nicatione sermónū ipsius. R. Justus germinábit sicut lílium: * & florébit in ætérnum ante Dóminum.

X. Et erit quasi olíva gló-ria ejus, & odor ejus ut Lí-bani. Et florébit. Glória Patri. Et florébit.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

Bb 3

*Hom. 2. super Missus est
prope finem.*

Lectio iv.

Quis & qualis homo fuerit beatus Joseph, conjice ex appellatioне ; qualicet dispensatoria : meruit honorari à Deo. Ut pater Dei & dictus & creditus sit. Conjice & ex proprio vocáculo ; quòd augmentum non dubites interpretari : quis & qualis homo fuerit iste homo Joseph. Simul & meinento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto ; & scito ipsius istum non solum vocábulum suisse sortitum ; sed & castimoniā adéptum : innocētiā assecutum & gratiā.

R. Audiam Dómine. cx.

Lectio v.

Si quidem ille Joseph fraternal ex invidia venditus & ductus in Ægyptum, Christi venditionem præfiguravit ; iste Joseph Herodiánam invidiā fugiens Christum in Ægyptū portavit. Ille domino suo fidem servans ; dominat noluit commiscéri : Iste dominam suam Dómini sui matrem Virginem agnoscens

cens & ipse continens fidéliter custodivit. Illi data est intelligentia in mystériis somniorum : Illi datum est cónscium fieri atque participem cœlestium Sacramentorum.

R. Dómine quinque. cxj.

Lectio vij.

Ille frumenta servavit non sibi , sed omni populo ; iste panem vivum à cœlo servandum accépit tam sibi : quam toti mundo. Non est dúbium ; quin bonus & fidélis homo fuerit iste Joseph : cui mater desponsata est Salvatóris. Fidélis, inquam , servus & prudens , quem constituit Dóminus suæ matris solatum ; suæ carnis nutritum : solum déniue in terris magni consili coadjuvare fidelissimum.

R. Super salutem. cx.

In tertio nocturno.

Lectio sancti Evangeli : secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

Cum esset desponsata Mater Jesu María Joseph ; antequam convenerint : inventa est in utero habens de Spíitu sancto. Et reliqua.

Homil. S. Petri Chrysólogi.

Sermone

Sermone 145.

Quómodo justus Joseph qui concéptū Sponsæ duxit non discutere ; suspécti non exquirit causam pudoris ; conjúgii famam non vindicat : sed requirit. Vóluit occútē dimittere eam. Hoc pio magis videtur convenire quām justo. Sed humáno iudicio non Divino. Peres Deum neque pietas sine iustitia est : neque sine pietate iustitia. Cœlesti sensu ; sine bonitate æquitas : sine æquitate bónitas non habéunt. Virtutes si separátæ fuerint : dilabuntur. Æquitas sine bonitate sævitia est : & iustitia sine pietate crudelitas. Joseph ergo mérito justus ; quia pius : & pius quia justus. Dénique dum pietatem cōgitat, crudelitatem caruit ; dum causas témperat iudicium custodivit ; dum vindictam differt, crimen evásit : dum réfugit accusatorem fugit sententiam.

R. Notas. cxij.

Si post Pascha celebretur, tria Responsoria tertii Nocturni, ut in communi Confessorum Tempore Paschali.

Lectio viij.

AEtus negótii novitáte percúlsus ; stabat Sponsa prægnans, sed Virgo ; stabat plena pígnore : sed non vacua pudore. Stabat de Concéptu sollicita : sed de integritaté secúra. Stabat vestita matérno múnere : sed non honore virginitatis exclusa. Sponsus quid fáceret ad ista ? Accusáret crímine ? Sed erat ipse innocéntiae testis. Culpam diceret ? Sed erat ipse custos pudoris. Urgéret adulterium ? Sed erat ipse virginitatis assértor. Quid fáceret ad ista ? cōgitat dimittere ; quia non póterat vel foris pródere : vel justus quod evénerat conticére.

R. Justum dedúxit. cxij.

Nona Lectio de Homilia Feria occurritis si celebretur in Quadragesima.

Lectio ix.

COgitat dimittere & dicit Deo totum ; quia quod homini diceret : non habébat. Et nos fratres ; quóties res turbat ; fallit sp̄cies ; facit color negótij intérra nescire ; declineimus iudicium : subtrahamus vindictam. Senten-

Bb 4

tiam fugiāmus ; dicāmus cēde quæsumus ; ut cujus
Deo totum; ne dum fācile festa venerāmur ejus quo-
innocēntum gestimus in
pœnam? ipsi nobis nōxiām
sentētiām proferāmus. Di-
cénte Dōmino! In quo ju-
dicio judicavéritis judicá-
bitur de vobis. Certè si
nos tacuérimus, clamábit
Deus ; respondébit Ange-
lus ; qui Joseph, ne inno-
cētia n deséreret ? sic præ-
vénit.

R. Beatus vir. cxij.
Te Deum.

Ad Benedictus, Antiph.
Mīssus est Gābriel Angelus
ad Mariam Vírginem de-
sponsatam Joseph.

Ad Magnificat, Antiph.
Tolle puerū, & matrem
ejus, & vade in terram
Istaël.

*Post Vesperas Process. de
Festo sequenti.*

D I E X X. M A R T I I.
Sancti Joachim Patris Bea-
tae Mariae Virginis. Se-
miduplex. majus.

*Omnia de communi Con-
fessoris non pontificis prater
ea que hic sunt propria.*
Oratio.

D Eus qui præ omnibus
Sanctis tuis beatum
Joáchim genitricis filij tui
patrem esse voluisti : con-

cēde quæsumus ; ut cujus
festa venerāmur ejus quo-
que perpétua patrocinia
sentiāmus. Per.

In primo Nocturno.
De libro Ecclesiastici.

Lectione i. Cap. 1.

RAdix sapiētiæ cui re-
velata est ? & astutias
illius quis agnōvit. Disci-
plina sapiētiæ cui revelá-
ta est & manifestata ? &
multiplicationem ingrēssus
illius quis intelléxit ? unus
est altissimus créator om-
nipotens ; & Rex potens &
metuēndus nimis ? sedens
super thronum illius &
dóminans. Deus ipse creá-
vit illam in Spíritu sancto ;
& vidit & dinumerávit &
mensus est ? & effúdit il-
lam super ómnia ópera sua

& super omnem carnem
secundūm datum suum &
præbuit illam diligētibus
se. Timor Dómini glória
& gloriatio & latititia & co-
róna exultatiōnis.

R. Euge serve. cix.

Lectione ij. Cap. 6.
Fili à juventute tua ex-
cipe doctrinam ? & us-
que ad canos invénies sa-
piētiām. Quasi is qui arat
& sēminat accéde ad eam
& sustine bonos fructus
illius.

Illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis: & citò edes de generationibus illius. Quam áspera est nimirum sapientia indóctis hominibus; & non permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit justi in illis: & non demonstrabuntur projicere illam. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus; & non est multis manifesta: quibus autem cognita est permanet usque ad conspectum Dei.

R. Justus germinabit.
cix.

Lectio iiij.

Audi fili; & accipe consilium intellectus: & ne abjicias consilium meū in iuste pedem tuum in cōpedes illius: & in torquebus illius collum tuum. Subjice húmerum tuum & porta illam: né acédieris vinculis ejus. In omni animo tuo accéde ad illam; & in omni virtute tua conserva vias ejus: invēstiga illam & manifestabitur tibi. Et cōtinens factus ne derelinquas eam; in novissimis enim invēnies réquiem in ea: & convertetur tibi in oblati-

nem. Et erunt tibi cōpedes ejus in protectiōnem fortitudinis; & bases virtutis & torquebus illius: in stolam gloriæ. Decor enim vitæ est in illa; & vincula illius alligatúra salutáris; stolam gloriæ indues eam: & coronam gratulatiōnis superpones tibi.

R. Stola jocunditatis. cx.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joannis Damasceni.

*Orat. I. de nat. Virg. Mariae
Lectio j.*

Quóniam futurū erat genitrix & virgo ex Anna gigneretur; natura gratiæ germen: antevertente mímine ausa est. Verum infuctuosa mansit: donec grátia fructum germinaret. Si quidem oportébat eam primogénitam in lucem edi, quæ omnium creaturarum primogenitum in quo omnia coagmentata sunt: paritura erat. Optat beatum joachim & Anna: vobis omnis creatura adstricta est. Per vos enim donum omnium donorum præstantissimum creatóri obtulit; castam matrem: quæ sola creatore digna erat.

R. Audiám Dómine. cx.

Lectio vii.

Exulta jóachim quóniam
Ex filia tua; puer natus
est nobis & vocáatur no-
men ejus magni consili:
hoc est salútis tótius mundi
Angelus. Pudore affi-
ciáatur Nestórius ac manum
ori impónat. Puer hic Deus
est. Quonam igitur modo
ea Dei génitrix non sit;
quaé péperit. Si quis san-
ctam Dei genitricem non
confitétur? à deitáte re-
mótus est. Mea non est
haec oratio? quamquam
aliéqui mea. Hanc enim
máxime Theológicam hæ-
reditátem à Theologo Pa-
tre Gregorio accépi. O
beátum par jóachim ac
Anna, ac profécto ex ven-
tis vestri fructu immacu-
lati agnoscímini; quem-
admodum Christus quo-
dam loco dixit: ex fructi-
bus eórum cognoscéatis eos.
Ut Deo gratum erat ac di-
gnum ea quaé à vobis orta
est: vitæ vestræ ratione
instituístis. Castè enim ac
sancte múnere vestro sun-
sti: virginitatis thesáurum
produxisstis.

R. Dómine quinque. cxj.

Lectio iij.

O Castissimum rationá-
lium túeturum par-
joáchim & anna; vos ca-
ritátem quam natúrae lex
induit servántes: ea quaé
natúram súperant conse-
cuti estis. Dei enim ma-
trem: vírginem mundo
peperíslis. Vos piè ac san-
ctè in huinána conversati-
natúra; Angelis superió-
rem ac nunc Dóminam
angelórum filiam in lu-
cem extulístis. O specio-
sissima puélla atque dul-
cissima. O lilium inter spi-
nas ex nobilissima ac má-
xima regiá ortum radice?
nempe davidica. O rosa
quaé ex Spinis hoc est ju-
daciis orta es. Ac divina
flagrantia: cuncta perfudi-
sti. O filia Adæ: ac Dei-
mater. Beátæ ulnæ quaé te-
gestavérunt. Beata lábia:
quibus castis tuis ósculis-
fui concéssum est.

R. Super salutem. cxj.

In tertio Nscturno.
Lectio sancti Evangélij:
secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. i.

Liber generationis Iesu
Christi filij David. Fi-
lij Abraham. Abraham
génuit Isaac: Isaac autem
génuit

génuit Jacob. Jacob autem génuit Judam: & fratres ejus. Et réliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. in id. Evangelium.

DE divina generatiōne nunc Sermo est: sed de hac inferiōre, quae in terra facta est, quæque testibus celebrat̄ur innūmeris. Quin & de hac ipsa

prout accépta sancti Spíritus grácia licuerit effari: ita profecto narrábimus, Neque hanc enim perspície satis explicare possibile est: quippe cum sit étiam ipsa. Máxime stupescénda Non ígitur exīqua te aliqua audire, cum hanc generatiōnem audis; sed totam in te mentem exfúscita: & continuò totus horréscet cum Deum audiéris venisse super terram usque à Deo enim istud mirábile erat, & nulli ante prorsus audítum; ut étiam angeli in chorūm earum rerum grácia collecti, totius orbis nōmine propter ista gloriā concínerent: faustāmque attollerent exclamationēm; & prophetae porro ante eum admiratiōne prædicerebant: quo-

niam super terram viſus est: & inter homines conversátus est.

Si post Pascha celebretur tria ultima responsaria ut in communi pro confessorib⁹ tēpore Paschali, sin autem in quadragesima tria ultima responsaria de communi Confessoris non pontificis..

Lectione viij.

Duo sunt quæ páriunt quæstiōnem. Unum quæ causa sit ut in generatiōnum catálogo virgo sileátur; álterum verò quæratione Joseph memorétur: cui certè nihil cura Christi generatiōne est cōmūne. Vidétur enim & usum abundare: & álterum deesse. Quid ergo dicimus? quod utique pri- mū illud necesse fácerit in memorari: quemadmodum ex David virgo de scénderit. Unde hoc ita quæ discimus? audi Gá- briel missum à Dómino; ad virginem despósitam viro, cui nomen Joseph: ex domo & familiâ David. Quid ígitur vis audire manifestiūs; cum ex domo & familiâ David virginem esse audieris? Unde patet

quod inde útique erat etiā de' quam unde lex p̄aecl.
Joseph Faērat quippe in
lege p̄aeceptum: ex divér-
sis tribubus nō licetie usur-
pāri conjūgūm.

Lectio ix.

Non erat mos apud
habræos generatiō-
num catálogum per fœ-
minas téxere. Ut ergo &
morem custodiāret; neve
in ipso statim principio vi-
deretur antiqua destruēre:
& nobis Vírginem cértius
indicāret; paréntes ejus ré-
ticens atque majóres: de
Joseph generatiōne non
tacuit. Sive enim hac se
cūset in vīrgine? novitatis
non effugillet invidiam; sive
Joseph reticulisset: non
novissémus ex quibus vir-
go majóribus procreata
esset. Ut ego & nos disceré-
mus quā esset María; vel
unde orta: & consuetudo
legis permanéret immóbi-
lis; generatiōnum catálo-
gum usque ad sponsum
ejus perdúxit: ac de domo
iūlū David esse monstrá-
vit. Hoc enim declaráto,
illud quoque páriter ostén-
dit: quod scilicet inde es-
set & virgo; quia útique
dequāquam justus iste pa-
reatur uxōrem sibi aliūn-

perfectionis documentis instituebat. Hinc fere omnium Monachorum in occidente pater. Prophetiæ dono plurima vidit: mortemque suam prædixit & in Ecclésia inter filios novus Jacob Patriarcha eis benedicens: in cœlum evolavit.

DIE XXV. MARTII.
In Festa Annuntiationis Beatae Mariae Virginis.

Duplex maior.

AA Vesp. Aña. Benedicta tu. cum reliquis de Land. Psalmi de B. Maria, ut in ejus parvo Officio.

Capitulum. Isaiae. Cap. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel: býtyrum & mel comedet; ut sciat reprobare malum & elígere bonum. ¶ Beátam me dicent omnes generatiōnes.

R. Quia fecit mihi magna qui potens est.

Ad Magnificat, Antiph. Ave María grácia plena, Dóminus tecum: Benedic tu in mulieribus. Duplicitur.

Orémus. Oratio. Deus, qui de beatæ Ma-

riæ Virginis útero

Verbum tuum, Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: præsta suppli-cibus tuis; ut qui verè eam Dei Genitricem crédimus: ejus apud te intercessiōni-bus adjuvémur. Per eum-dem Dóminum.

Procesio ad S. Mariam. R. viij. Missus est Gábriel;

Aly. Magnificat, Aña. Ecce concípies in útero & páries Fílium: & vocábis nomen ejus Iesum: hic erit magnus & Fílius Altissimi vocábitur.

Orémus. Oratio. Gratiā tuam Dómi-ne méntibus nostris infunde; ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnatiōnem cognóvimus: per Passiōnem ejus & crucem ad Resurrectiōnis gloriā perducámur. Per eum-dem Dóminum.

Si hoc festum post Dominicam de Passione evenerit dicitur Glória Patri. in omnibus locis in quibus solet dici in alio tempore.

Si transferatur ad Fériam ij. post octavam Paschæ, in fine Antiphonarū, Versicul. In uit. & Respons. dicitur. Alleluia, quod in aliis Festis observandū.

Ad

Ad Completorium. Ave maris stella. clxxiv.

Ad Matutinum Invitatorium. Ave María gráta plena Dóminus tecum. Psalm. Venite. Duplic.

In primo Nocturno.
Antiph. Ave María gráta plena Dóminus tecum; benedicta tu in mulieribus.
Psal. Dñe Dñs noster. exciij. A. a. De cœlo véniet dominator Dóminus & in manu ejus honor & impérium.
Psal. Consérva me Démine. A. a. Véniet Dóminus & non tardábit & illuminábit abscondita te nebrárum, & manifestábit se ad omnes Gentes. Psal. Dómini est terra.

X. Spécie tua, & pulchritúdine tuâ. R. Inténde próspere, procede & regna.

De Maia Propheta.

Lectio j. Cap. 7.
Et adjécit Dóminus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, sive in excésum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audite ergo domus David; numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia

moléstii estis & Deo níco? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce Virgo concípiet; & páret Filium; ac vocábitur nomen ejus Emánuel. Bútyrum & mel cōmedet; ut sciat reprobáre malum? & eligére bonum.

R. Non auferétur sceptrū de Juda & dux de fémore ejus; donec véniat qui mirténdus est. Et ipse erit: expectatio Géntium.*

X. Pulchriores sunt oculi ejus vino & dentes ejus lacte candidiōres. Et ipse erit.

Lectio ij. Isa. cap. 11.
Et egrediétur Virga de radice Jessé, & flos de radice ejus ascéndet. Et requiéscet super eum Spiritus Dómini; Spíritus sapientiae & intellectus, Spíritus consilii & fortitudinis; Spíritus scientiæ & pietatis. Et replébit eum Spíritus Dómini. Non secundum visionem oculorum judicábit; neque secundum auditum autiūm árguet; sed judicábit iustitia páuperes, & árguet in aequitate pro mansuétis terre. Et percúriet terram virga oris sui; & spíritu labiorum

labiórum interficiet ím-
pium. Et erit justitia cíng-
gulum lumbórum ejus? &
fides cinctórum renum
ejus.

R. Oriétur stellá ex Jacob; & consúrget homo de Israél & confrínget omnes duces alienigenánum. * Et erit omnis terra posséssio ejus. **X.** de Jacob erit qui dominétur & perdat reliquias civitatis. Et erit..

Lectione iiiij. Isa. cap. 35..

Lætabitur desérita & in-
via ; & exultabit soli-
túdo? & florébit quæst. lí-
lium. Gérminans germi-
nabit, & exultabit lætabán-
da? & landans ; glória Lí-
bani data est ei; decor Car-
meli, & Saron ipsi vidébüt
glóriam Dei : & decórem
Dei nostri. Confortáte ma-
nus dissolútas? & génuia
debília. roboráte. Dícite
pusillánimes confortámi-
ni ; & nolite timére ; ecce
Deus vester. ultiónem ad-
dúct retributiónis? Deus
ipse véniet & salvábit vos.
Tunc aperiéntur Cœli cæ-
tórum ? & aures stolidórum
patébunt. Tunc saliet sicut
cervus claudus ; & apérta
erit lingua mutérum: quia
vissæ sunt in deserto aquæ,

& torténtes in solitúdine.
Et quæ erat árida erit in
stagnum: & sítiens in fons
tes aquárum.

R. Descéndet. Dóminus.
sicut pluvia in v. illus.* O-
riétur in diébus ejus justi-
tia & abundántia pacis:

X. Et dominabitur à mari
usque ad mare, & à flumi-
ne usque ad términos or-
bis terræ. Oriétur. Glória
Patri. Oriétur.

In secundo Nocturno.

Aña. Ecce in nubibüs cœ-
li Dóminus véniet in po-
testáte magna. **Psal.** Eru-
ctávit cor meum. **A**ña. Su-
per solum David; & super
regnum ejus sedébit in æ-
ténum. **Psalm.** Magnus
Dóminus. **A**ña. Egredié-
tur virga dē radice Jesse
& replébitur omnis terra
glória Dómini, & videbit
omnis caro salutare Dei.
Psalm. Fundaménta.

X. Adjuvábit eam Deus
vultu suo. **R.** Deus in mé-
dio ejus non cōmovébitur.

Sermo sancti Gregórii
Néocæsariensis Episc.

Orat. 2. in S. Maria. Virga.

Annuntiat.

Ecclesiast.

O Peræ p' tium est Frat-
tres Charíssimi, ut hæc:
devotissimæ

devótius festivitatem celebremus : quod illa universum orbem gáudio lætitia-que repléverit. Celebrémus igitur nos eam in Psalmis & Hymnis : ac canticis spirituálibus. Celebrávit olim & Israél : sed in ázymis ac lactúcis agréstibus; de quibus ait Prophéta : Convértam festivitátes eórum in dolóres & luctum, & gáudium eórum in mœstiam. Nostrum porrò luctum, Dóminus noster per fructus pœnitentiae in gáudium se conversúrum, affirmávit. Híbuit quidem etiam primum Testaméntum justificatióñi cultus ut in próavo Abráhamo; sed in dolóribus carnális cruciátus per Circumcisónem : ad usque tempora completionis. Lex enim data est ad correptionem ; nobis autem grácia ac véritas : per Jesum Christum donáta. Omníum nobis bonótum orígo extitit ; Mariæ, quæ plena gratiá est, Annuntiatio : laudatissima Salvatóris per carnet dispensióne.

R. Virgo Israél revertere ad civítates tuas : Usquē-
quò dolens ayertéris : Ge-

nerábis Dóminum Salvatórem, oblationem novam in terra. * Ambulábunt homines in salvatióñem. Revertétur Jacob & quiéscet : prosperábitur & non erit qui extérreat. Ambulábunt.

Letio v.

BEniguíssimus autem Dóminus, cernens quæ formáverat hóminē, mortis addictum ímpério; non in finem, quem ad imáginem técerat, aversátus est : sed per singulas eum ætates, quin visitáret, numquam déstitut. Ac olim quidem Pátribus conspéctus; in lege prædicátus ; in Prophétis assimilátus : qua mundo paránda iálus, dispensatióñem præsignabat. At ubi venit plenitudo temporum gloriósi ejus adventus ; Archángelum Gabriélem ad Mariam Virginem : qui núnctium deférret, præmisit. Hic vero è supérnis illis Potestati- bus ; quas mortális nullus eloquátur , ad Virginem sanctissimam véniens; quæ primùm his eam veribis. Ave gratiá plena, compellávit : ac salutávit. Quo quidem verbórum sono ad eam

eam factō ipsa mox audiōne, in Vīrginīs immaculatissimum templum, Spīritus sanctus intrāvit: ingressūque suo mētem cum membris sanctificāvit. Stetit ex adverso natūra procul cum stupore; dum naturae Dōminūm præter natūram, quin supra natūram: rem mitam in corpore regnante in videret. R. Radix Jesse, & qui exūrget judicāre Gentes in eo Gētes sperābunt. * Et erit nomen ejus benedictum in secula. X. Et benedicētur in eo omnes tribus terræ: omnes Gentes magnificābunt eum. Et erit.

Lectio vij.

Sanctissima autem Virgo conservābat omnia verba hæc, cónferens in corde suo; ut quæ scilicet omnium vas miraculórum ac receptáculum esset. Tua sane laus, ô sanctissima Virgo, omnēm prorsus laudem excedit; ob eum scilicet qui ex te Deus car nem induit: ac homo natu se est. Tibi omnis cælestium, ac infernorum natūra: convenientem cultum ac veneratiōnem adhibet. Tu enim verè thro-

nus Cherūbicus facta es. Tu in summis spiritális régiae áxibus, lucis splendore corúscas; ubi æternus clarificātur Pater: cuius naēta es obumbrāntem virtutem. Adorātur Filius, quem carne peperisti; laudum canticis celebrātur Spīritus sanctus: qui magni Regis ortum tuo in utero operatus est. Tuā óperā, ô gratiā plenā: Trinitas sancta ac consubstantialis in mundo cognoscitur. Dignare, ut nos quoque perfēcte gratiæ tuæ unā tecum simus partícipes: in Christo Iesu Dōmino nostro.

¶. Ecce radix Jesse ascendet in salutem populorum, ipsum Gentes deprecabuntur. * Et erit nomen ejus gloriósum. X. Multiplicabitur ejus impérium & pacis ejus non erit finis. Et erit nomen. Glória Patri. Et erit nomen.

In tertio Nocturno.

Antiph. Ecce Virgo concípet & páriet Fílium; & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Psalm. Cantáte Dōmino. j. Aña. Ne tímeas María; invenisti gratiam apud Deum: Ecce concípies.

concipies & páries Fílium
Psalm. Dóminus regn-
vit exúctet. *Ana.* Ecce
ancilla Dómini fiat mihi
secundum verbum tuum.
Psalm. Cantate Dómino.
X. Speciosa facta es. R. Et
suavis in deliciis tuis sancta
Dei génitrix

Léctio sancti Evangélii:
secundum Lucam.

Lectio vii.

IN illo témpore: Missus
est Angelus Gábriél à
Deo in civitátem Galileæ,
cui nomen Názareth, ad
Virginem despósatam ví-
to; cui nomen erat Joseph;
de domo David: & nomen
Vírginis María. Et réliqua.
Homilia sancti Petri Chry-
sólogi Episcopi.

Serm. 2. in Annuntiat.

Serm. 142.

Audistis hódie, fratres
Charissimi! Angelum
cum muliere de hominis
reparatióne tractantem.
Audistis agi, ut homo cùr-
sibus eisdem, quibus dilá-
plis fuerat ad mortem,
rediret ad vitam. Agit cum
María Angelus de salutē?
quia cum Héva Angelus
égerat de ruína. Audistis
Angelum de carnis nostræ
limo? Templum divinæ

Majestatis arte ineffabili
constru'ntem. Audistis in
terrís Deum; in cœlis hó-
minem? Sacraménto in-
comprehensibili collocáti.
Audistis inaudita ratione
in uno corpore? Deum
hominémque miscéri. Au-
distis frágilem nostræ cat-
nis natúram; ad portán-
dam totam Deitatis gló-
riam? Angelica exhorta-
tióne roboráti. Dénique
ne tanto pónderi cœlestis
fábricæ in María subtilis
nostræ corporis aréna suc-
cumberet; & in Vírgine
totius généris-humani por-
tatúra fructum, virga ré-
nus frangerétur; sugatúra
metum vox Angeli mox
præcessit, dicens? Ne clá-
meas María.

R. Ecce Virgo concipiet,
& páriet Fílium dicit Dó-
minus, & vocábitur nomen
ejus: * Admirabilis, Deus,
Fortis. X. Factus est prin-
cipátus ejus super huic-
rum ejus, & vocábitur no-
men ejus. Admirabilis.

Lectio vii.

Concipies & páries Fí-
lium. Non dixit tibi?
non dixit tuum. Quare?
Quia sanctum vocábitur
Fílius Dei. Virgo, te grá-
tia

via matrem præsttit : non
natūra. Genitrīcem te dici
pietas vóluit: quod non si-
nébat intégritas. In tuo
concéptu, in tuo partu cre-
vit pudor ; auēta est cāsti-
tas ; intégritas roboráta
est ; est solidáta Virgini-
tas : omnes perseveravére
virtutes. Virgo sibi salva
sunt ómnia ; quid dēdistis
si Virgo. Quómodo Ma-
ter ? si Sponsa , Génitrix
quómodo ? Ille , quo tibi
aucta sunt ómnia : nil mi-
nuit, Virgo. Virgo, concí-
pit ex te auctor tuus ;
tua ex te óritur origo ; in
tuo gérmine est Génitor
tuus ; in tua carne est Deus
tuus , & ipse lucem mundi
per te cœpit : qui lucem
mundo dedit.

R. Missus est Gábriél An-
gelus ad Máriam Vírginē
desponsátam Joseph nún-
tians ei verbum ; & turbáta
est in sermone ejus : Ne tí-
meas María invenisti grá-
tiam apud Dóminum :
* Ecce concípies & páries,
& vocábitur Altíssimi Fí-
lius. R. Ave María grácia
plena Dóminus tecum. Ec-
ce concípies.

Nona Lectio de Homilia
Ferie occurrentis si cele-

bretur in Quadragesima.
Lectio ix.

R Espóndit María ; Ecce
ancilla Dómini : fiat
mihi secundum verbum
tuum. Quae vocatur ab
Angelo Domina ; ipsa se
cognoscit : & confitetur
ancillam. Quia devotus
ánimus ínfulis beneficio-
rum crescit ad obséquium ;
augétur ad grátiam ; non
ad arrogántiam prósilit :
non ad supérbiam pertu-
mescit. Fiat mihi secún-
dum verbum tuum. Quae
credít verbo : mérito con-
cipit Verbum. In princi-
pio erat Verbum ; & Ver-
bum erat apud Deum ; &
ad totam rem pervenit : que
secrétum fidei conscéndit
auditu. Quantum peccat
Hæréticus ; qui post cau-
sam non credit : cùm tan-
tum hanc credidisse cón-
spicit ante causam ?

R. Ave María grácia ple-
na Dóminus tecum Spíritus
sanctus supervéniet in-
te, & virtus Altíssimi obú-
brabit tibi. * Quod enim
ex te nascétur sanctum vo-
cabitur Fílius Dei. R. Be-
nedicta tu in mulieribus &
benedictus fructus ventris
tui. Quod enim.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes. Aña. Benedícta tu in muliéribus & benedictus fructus ventris tui. *Psal.* Dóminus regnávit. cum relia de Dominic. *Antriph.* Dabit ei Dóminus sedem David Patris sui, & regnabit in domo Jacob in eternum. *Aña.* María autem conservábat ómnia verba hæc cónferens in corde suo. *Aña.* Roráte cœli désuper & nubes pluant justum, aperiáut terra & gérminet salvatōrem. *Aña.* Expectétur sicut plávia elóquium Dómini & descéndat sicut ros super nos Deus noster.

Capitulum. Isai. 7.

Ecce Virgo concípiet & páriat Filium, & vocábitur nomē ejus Emánuel! Bútynum & mel cómedet; ut sciat reprobáre malum & eligere bonum.

X. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.

R. Et concépit de Spíruto sancto. *Ad Bened. Aña.*

Misíus est Gábriél Angelus ad Maríam Vírginem desponsátam Joseph.

Oremus. Oratio.

Dósus qui de beatæ Maríæ Vírginis útero

Verbum tuum, Angelo nuntiante carnem suscipe-re voluisti: præsta supplí-cibus tuis; ut qui vere eam Dei Genitricem crédimus: ejus apud te intercessió-nibus adjuvémur. Per Dó-minum nostrum.

Processio ad sanctam Ma-riam. R. ix. Ave María, ut suprà.

Ad ii. Benedictus, Aña. Benedícta tu. Qua est pri-ma de Laudibüs.

Oratio. Omnipotens semperne Deus, qui hunc diem, ut infrà ad Sextam.

Ad Tertiam, Capitulum, Ecce Virgo concípiet. ut suprà.

R. Spécie tua & pulchritú-dine tua. **X.** Inténde pró-sperè, procéde & regna. Spécie. Glória Patri Spécie tua. **X.** Adjuvábit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in médio ejus non com-movébitur.

Oremus. Deus qui de Beátæ. ut suprà ad Laud. Ad Sextam.

Capitulum. Isai. 11. Grediéntur Virga de ra-dice Jesse; & flos de-quicet super eum Spíritus Dómini.

R. Adjū-

R. Adjuvábit eam Deus
vultu suo. X. Deus in mé-
dio ejus non commovébi-
tur. Adjuvábit eam. Gló-
ria Patri. Adjuvábit eam.
X. Diffusa est grátia in lá-
biis tuis. R. Propterea be-
nedíxit te Deus in ætérnū.

Orémus. Oratio.

O Mnípotens sempitér-
ne Deus, qui hunc
diem per incarnationem
Verbi tui ex beata María
Vírgine consecrásti : da
pópulis tuis in hac cele-
britate consórtium ; ut qui
tuā gratiā sunt redempti :
tuā sint adoptiōne secúri.
Per eundem.

Ad Nonam.

Capitulum. Luc. i.

D Abit illi Dóminus
Deus sedem David
patris ejus ; & regnabit in
domo Jacob in ætérnum :
& regni ejus non erit finis.
R. Diffusa est grátia in lá-
biis tuis. X. Propterea be-
nedíxit te Deus in ætérnū.
Diffusa est. Glória Patri.
Diffusa est.

X. Audívit & lætata est
Sion. R. Et exultavérunt
filiæ judæ.

Oratio. Grátiam tuam.
ut in primis Vesp.

Ad Vesperas, Antiphon-

na, & Psalmi ut in primis
Vesperus. Capitulum. Ecce
Virgo concípiet. ut suprà.
X. Beátam me dicent om-
nes generationes. R. Quia
fecit mihi magna qui po-
tens est.

Ad Magnificat, Antiph.
Beáta es María quæ credi-
disti ; perficiéntur in te
quæ diéta sunt tibi à Dó-
mino. Oratio. Deus, qui
de beátæ Mariæ. ut suprà
ad Laudes.

Processio ad sanctam Ma-
riam. R. Missus est.

Ad ij. Magnificat, Aña.
Ne tímeas María invenísti
gratiā apud Deum ; ecce
concípies & páries Fílium.
Oratio. Gratiā tuam.

Hac Processio non fit in
Majori Ecclesia, quando
Festum S. Nicetii Feria ij.
post octavam Pascha eve-
niens, transfertur ad Fe-
riam iij. propter Festum
Annuntiationis, quia tunc
post Vesperas B. Mariæ, di-
cuntur iterum Vespera ad
S. Nicetum.

Ad Complet. Hymn. Ave
maris stella. clxxxiv.

FESTA APRILIS.

DIE II. APRILIS.

In festo sancti Nicetii Epis-
copi Lugdunensis.

Semis

Semiduplex maius.
Omnia de Communi Con-
fessoris Pontificis prater ea
que hic sunt propria.

Orémus. Ora:io.

Deus, qui ánimæ famu-
li tui Nicetij, aeterna
beatiu: dinis præmia con-
tulisti? concéde propitijs;
ut qui peccatórum nostri ó-
rum póndere prémitur?
eius apud te præcibus su-
blevémur. Per Dóminum.

In majori Ecclesia, quan-
do Festum S. Nicetii Fe-
ria secunda post octavam
Pascha evenerit, sive Fe-
ria tercia, quarta, vel
quinta, tunc iterum di-
cuntur Vesperæ, apud san-
ctum Nicerium, transfer-
ter autem in Feriam ter-
tiam, si Feria secunda eve-
nerit propter Festum An-
nuntiationis ut superius
dictum est.

In primo Nocturno.

De Libro Ecclesiastici.

Lett o i. Cap. 51.

Cum adhuc júnior es-
sem, priùsq[ue]m ober-
rarem? quæsivi sapiéntiam
palam in oratione mea.
Ante templum postulábam
pro illa? & usque in novissi-
mis inquiráram eam. Et
efflóruis tanquam præcox

uva! lätatum est cor meū
in ea. Ambulávit pes meus
iter rectum? à juventute
mea investigábam eam. In-
clinavi modicè aurē meā?
& excépi illam. Multam
invéni in méipso sapié-
ntiam? & multū profeci
in ea. Rx. Euge serve.xc.

Lectio ij.

Danti mihi sapiéntiam,
dabo gloriā. Consiliatus sum enim ut fáce-
rem illam; zelatus sum
bonum? & non confundi-
dar. Colluctata est áнима
mea in illa? & in faciendo
eam confirmatus sum. Ma-
nus meas extēdi in altum?
& insipiéntiam eius luxi.
Animam meam diréxi ad
illam? & in agnitione in-
véni eam. Posedi cum ipsa
cor ab initio? propter hoc
non derelinquar.

Rx. Jurávit. xc.

Lectio ij.

Dedit mihi Dóminus
linguam mercédem
meam? & in ipsa laudábo
eum. Appropinquáte ad
me indócti? & congregáte
vos in domum disciplinæ.
Quid adhuc retardatis? Et,
quid dicitis in his? Animæ
vestræ sitiunt vehementer.
Apérui os meum, & locú-
tus

Tus sum : Comparate vobis sine argento; & collum vestrum subjicite jugo ; & suscipiat anima vestra disciplinam : in proximo est invenire eam. Videte oculis vestris ; quia modicum laboravi : & inveni mihi multam requiem.

R. Posui adjutorium. xcj.

In secundo nocturno.

Lectio iv.

Nicetius vergente ferè saeculo quinto Lugdunensem rexit Ecclesiam. Vir erat totius sanctitatis ; conversationis sanctissime ; charitatis eximiae. Florantis Senatoris & Artémiae filius. Divinis & liberali bus disciplinis eruditus : plurimum in utrisque profecit. In ea aetate nihil infantia nisi morum candorem & mansuetudinem : agnoverit. Mundi victoriam ex ipso Nicetij nomine natus ; hunc hostem & illécebris blandientem ; & minis terrentem : ubique devicit. Castitatis ita rigidus custos ; ut nedum pueralis ab blandiri ; ne mulierem aspicere ; ne verbum hujus virtutis severioribus regulis minus congruum nec proferre nec audire nisi

censor strenuus passus sit : etiam in laico ordine constitutus. Desuncto patre , jam Clericus in domo paterna residens , cum reliquis famulis manu propria laborabat ; & illud studebat , ut omnes pueros ut primum vagitum infranctae relinquentes loqui ceperissent : & litteras doceret , & Psalmis imbuieret.

R. Domine quinque. xciv.

Lectio v.

Factus annorum triginta ad Sacerdotium provocatus ; novo fulgore ita resplenduit : ut dum in urbe Parisiaca ægrotaret sanctus Sacerdos Lugdunensis Antistes ; & eum præbenevolentia inviseret Rex Childebertus ; ad Regem ex conscientia potius , quam ex carnis aut sanguinis revelatione. Sanctus præsul hunc sermonem habuit. Rogo , ut Nicetius Presbyter nepos meus Lugdunensi Ecclesiæ substituat Episcopus : est enim amator castitoniæ ; dilectorque Ecclesiæ ; in elemosynis valde devotus : & quæcumque servos Dei decent & operibus gerit & móribus. Respóndit Rex : Fiat voluntas

voluntas Dei. Et sic pleno Regis & populi suffragio Episcopus Lugdunensis ordinatus fuit. In eo munere ita mansuetum se exhibuit ut si laesus fuisset statim remittebat per se, aut per aliud insinuabat veniam deprecari. Basiliūm Presbyterum ab eo missū, aliquid postulandi causā ad Armentarium Cōmitē; eique hujus Cōmitis contemptorū responsū ex impetu referentem durè objurgavit. Cui indulgens, Rogo, ait, dilectissimi fratres, ut ne verba iniuria; multò magis contra mansuetudinem periculis plena; aures meas unquam verberent.

R. Justus germinabit. xciv

Lectio vij.

Alténi cantūs in Ecclēsia Lugdunensi décōrem & majestatēm auxit. Sagittariū Vapincensem, & Saloniū Ebredunensem Episcopos malè in Episcopátū se gerentes liberè arguit; & non resipiscētes, ita effecit ut cōacta Lugduni Synodus eos à sede dimoveret. His & aliis signis declaratus in trādidit illis bona sua. Et populis; vigésimo secundo uni dedit quinque talenta;

Episcopátus sui anno! sexagenario major die secunda Aprilis in Domino obdormivit. Eius corpus multis cláruit miraculis; & de ejus tumulo ita scribit sanctus Gregórius Turonensis ejus nepos Charissimus & comes individuus. Miserorum ibi catenae rumpintur; cæci illuminantur; dæmones effugantur; Sanitati redduntur Paralyticī; perfidientes accessus febriū liberantur; & leétulum in quo sanctus quietescere solitus erat, multis etiam miraculis adornari testatur. Horum beneficiorum métores Lugdunenses, in ejus Praefulvis nomine Ecclēsiam dedicarunt; & Canonicorum Collégio & Parochianorum grege celebrem.

R. Stola jocunditatis. xcvi.

In tertio nocturno.

Lectio sancti Evangeliū: secundū Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

In illo tempore! Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam perigrinè proficisciens; vocavit servos suos; & alii signis declaratus in trādidit illis bona sua. Et alij

álīj autem duo ; álij verò unum ? unicuique secundūm pròpriam virtutem. Et reliqua.

Homilia S. Euchérij Lugdunensis Episcopi.

Homil. in illud Evangel. de Comm. Confessor.

Dicit fidélis servus quinque mihi talenta tradidisti , id est quinque còporis sensus. Visam mihi dedisti : operatus sum in eo ? & multos illuminavi. Quæ vidi ostendi ; quæ intellexi dòcui ; non celávi, non abscondi ea quæ tum meis oculis revelare dignatus fuisti ? hábeo igitur hoc talentum multiplicatum. Dedisti mihi & auditum ; in hoc quoque operatus sum ? & multis alij aures apérui. Tuorūmque secretorum verba eos audire & intelligere dòcui. Hoc enim talentum Dóminus requirerbat , cùm diceret : Qui habet aures audiendi audiat. Itemque. Vobis datum est nosse mystérium regni Dei ; cæteris autem in Parabolis , ut videntes non videant ; & audiéntes non intelligant. Gustum quoque mihi dedisti quo tuæ dulcédinis saporem in-

telligens, dico : Quam dulcia fáucibus meis elóquia tua super mel & favum ori meo. Et in hoc quidem operatus sum : aliósque mecum ad gustandum invitávi.

R. Cibavit. xcviij.

Tempore Paschali tria ultima Responsoria tunc propria.

Lectio viij.

Sed audiámus, quid huit Dóminus respónderit : qui ei quinque talenta duplicita obtulit. Euge serve bone & fidélis ; quia super pauca fuisti fidélis , supra multa te constituam : intra in gáudium Dómini tui. Euge namque , vox gaudentis est. Sed nota , quòd pauca Dóminus reputat : quæ in hoc mundo meliora habémus. Qua in re illius regni divítias inæstimabiles esse osténdit ; de quibus Apóstolus ait : Quæ oculus non vidit ; nec auris audívit ; nec in cor hominis ascéndit : quæ præparávit Deus diligéntibus se. Parva igitur sunt hæc talenta ; illis divitiis comparata : si quidem eas quales sunt per hæc neque videre , neque audire , neque

Pars Verna.

Cc

ad plenum cogitare possimus. Quis enim illud cogitare potest? Quis illud cogitare valeat; quod in cor hominis non ascendet? Intra in gaudium Domini tui. De hoc enim gaudio Psalmista ait: Beati qui habitant in domo tua Domine, in saeculum saeculi laudabunt te.

Bz. justum deduxit. xcviij.

Si evenerit in Quadragesima nona Lectio de Homiliis F.rie occurrentis.

Lectio ix.

ET quid malo servo dicat? etiam audiamus. Num fuit conveniens, ut meam pecuniam numinulariis committeres; cum metam fortem esse cognoveras; ut non solum mea, verum etiam aliena mihi vindicare valeam. Quia in re nullam te excusationem habere manifestum est. Hæc autem pecunia; verba vitae æternæ sunt nosvero. Nummularii quibus se committit? Si tamen in ea negotiantes otiosam esse non patientur. Hanc autem cum usura Dominus recipit; quia multi fidèles cum fructu boni coperis eam acquirunt. Nusquam est au-

tem ubi Dominus non seminaverit; nusquam est, ubi gratia seminarem non sparserit; quia propter hoc, quod in omnem terram exivit sonus Apostolorum; omnibus hominibus rationem & intellectum; memoriam & ingenium latitus est. Constat igitur hunc malum servum adversus eum esse mentitum; de quo Dominus subinfernens ait. Tollite ab eo talentum; & date ei, qui habet quinque talenta.

Bz. In medio Ecclesiæ. xcix.

DIE IV. APRILIS.

In festo sancti Ambrosij Episcopi & Ecclesie Doctoris. Semid. majus. Omnia de Communi Confessoris Pontif. preter ea qua sequuntur.

Orémus. O atio.

Deus qui populo tuo æternæ salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti; præsta quæsumus; ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris; intercessorem habere mereamur in celis. Per Dominum nostrum.

In primo nocturno.

Ex Libro Ecclesiastici.

Lectio.

Lectio i. Cap. 37.

CUm viro sancto assidue
duus esto: Quemcūmque
cognōveris observān-
tem timōrem Dei; & qui,
cūm titubáveris in tene-
bris: condolébit tibi. Cor-
boni consilij státue tecum:
non est enim tibi áliud
pluris illo. Anima viri San-
cti enúntiat aliquándo ve-
ra: quam septem circum-
spectóres sedéntes in excél-
so ad speculándum. Et in
his ómnibus deprecáre Al-
tíssimum: ut dírigat in ve-
ritáte viam tuam.

R. Euge serve. xc.

Lectio ii.

ANte ómnia ópera
A verbum verax præcé-
dat te: & ante omnem ac-
tum consilium stábile. Ver-
bum nequam immutábit
cor: ex quo partes quátuor
oriúntur; bonum & malū;
vita & mors: & dominá-
trix illarum est assidua lin-
gua. Est vir astútus mul-
torum eruditior: & animæ
suæ inútilis est. Vir peritus
multos erudívit: & animæ
suæ suavis est.

R. Jurávit. xc.

Lectio iii.

ES T sápiens animæ suæ
sápiens: & fructus se-
sus illius laudábilis. Vir sá-
piens plebem suam étudit:
& fructus sensus illius fidé-
les sunt. Vir sápiens implé-
bitur benedictiōibus: &
vidéntes illum laudábunt.
Vita viri in númerō dié-
rum. Dies autem Israël
innumerábiles sunt. Sapiēs
in pôpulo hæreditábit ho-
norem: & nomen illius
erit vivens in ætérnum.

R. Posui adjutórium. xcj.

In secundo nocturno.

Lectio iv.

Ambrósius, patre Am-
brólio Galliarum Præ-
fecto in Gálliis natus; libe-
rálibus disciplinis Romæ
excultus: in auditório
Præfecturæ Prætoriæ sum-
ma cum laude causas dixit.
Póstea ligutiæ & Æmiliæ
à probo præfècto præposi-
tus; venit mediolánum:
ubi mórtuo Auxéntio Epi-
scopo Ariáno, Cathólici
& Hærétici de successore
deligéndo inter se dissidé-
bant. Quare, cūm ingrés-
sus Ecclésiam Ambrósius;
multa ad sedándam sedi-
tionem præclarè dixisset:
derepente púero Ambro-
sium Episcopum procla-
mante; univérsi pôpuli vox
erúpit: Ambrósium Epí-

scopum depositentis. Recu-
fante illo , & tantum onus
váriis artibus, atque etiam
fuga declinante ; ardens
populi studium ad Valen-
tiniánum Imperatórem de-
latum est , cui gratissimam
fuit à se deléctos júdices :
ad sacerdotium postulári.
Probo etiam id jocundum
fuit ; qui Ambrósio profi-
ciscénti , quasi vaticinans
dixerat . Vade ; age non ut
jūdex : sed ut Episcopus.
Itaque Ambrósius baptizá-
tus ; erat enim Catechú-
menus : sacrisque initiátus;
ac servatis omnibus ex in-
stituto Ecclésiae ordinum
grádibus : octavo die con-
secratus est.

B. Dómine quinque.xciv.

Lectione v.

FACILIS erat omnibus ad
eum áditus. Litigán-
tium causas summa patien-
tia & aequitáte dígitimébat;
lapsorū confessiones épti-
mus Pastor excipiebat : at
que ut refert Paulinus ejus
vitae scriptor ; Quoties illi
aliquis ob percipiéndam
penitentiam , lapsus suos
confessus esset ita flebat :
ut & illum flere compelle-
ret. Clerum intra frugali-
tatis límites continuit;

plúrimos Ariános aliósque
Hæréticos convértil ad fidem : imprimis Ecclésiae
lumen Augustinum Christo péperit. Multa passus
est a Justína Valentiniáni
junioris matre ; quam Ariá-
ni sedúxerant : eique ne
ullæ iis Basilicæ Mediolá-
ni traderéntur , fórtiter
obstítit. Eo témpore insti-
tútum est , ut Antiphónæ,
Hymni , & Psalmi juxta
morem Orientálium caneréntur ; ne pia plebs excubans in Ecclésia & cum
Epíscopo mori parata :
miceroris tædio contabés-
ceret.

B. Justus germinabit.xciv.

Lectione vi.

Egit apud Valentiniá-
num juniorēm : ne
Symmacho Urbis Præfecto
aram victoriæ instaurandi
saceret potestatē ; Missus
ab eodem ad máximum in-
terfectōrem Gratiáni : se
ab ejus communione se-
m̄vit. Theodósium Im-
peratōrem propter cædem
Thessalonicæ factam : in-
grēssu Ecclésiae prohibuit.
Cui cùm ille obténderet ,
David quoque regē adul-
terum & homicidam fuí-
se ; respóndit Ambrósius :
Qui

Qui secūtus es errāntem, sequere pœnitēntem. Quare Theodósius sibi ab eo impósitam pùblicam pœnitētiā humiliter egit. Et quod priváti erubescébant, non erúbuit Imperátor. Scripsit ad sanctum Justum Lugdunénsem Episcópum Commentárium in Acta Apostolórum; & eum Præsulem; in Concilio Aquileánsi contra Ariános, hábuit coadjutórem fidelissimum. Demum pro Ecclésia máximis labóribus curisque perfundētus; multis libris etiam egregiè cōscriptis; morbo corréptus est. Ei Honorátus Vercelkén sis Episcopus, Corpus Dómini óbtulit; quod ubi accépit, emisit spíritum; anno Christi trecentésimo nonagésimo septimo, quarta die Aprílis.

R. Stola jocunditatis. xcv.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélij: secundum Matthæum.

Lectio viij. Cap. 5.

IN illo témporte! Dixit Iesus Discípulis suis: vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit; in quo salietur: Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósij Episcópi.

Libro de Dignitate Sacerdotali.

IN grémio quasi Consacredótum pósitus ipsos álloquar Sacerdótes. Audíte me beatissimi Patres; & si dignum dúcitis: sanctissimi fratres. Audíte me stirps Levítica; germen Sacerdotále; propágō sanctificáta: duces & rectóres gregis Christi. Audíte me rogántem vos páriter & treméntem; & cōmodis, & commonitionibus sollícitè consuléntem; & honórem Episcopátus demóstrare voléntem: ut cùm honóris vobis prærogatiā monstrarévero; mérita, etiam cōgrua requirámus: nec falli possimus in opere, qui cognoscimus veritátēm in corde. Dignum est enim ut dignitas sacerdotális priùs noscátur à nobis; & sic deinde servéatur à nobis: ut Psalmógraphi sententia queat repelli à nobis. Homo, cùm in honóre esset: non intellexit.

R. Cibávit. xcviij.

Tempore Paschalitria ultima Responf. tunc propria.

Lectione viij.

Dignè noscámus quid sumus, & quod sumus professione; actiōne pótius quām nōmine demonstrémus? ut nomen cōgruat actiōni; actiō respóndeat nōmini? ne sit nomen ināne, & crimen immáne. Ne sit honor sublímis? & vita defórmis. Ne sit Deíca professio? & illícita actiō. Ne sit reli-giósus amictus? & irreligiósus provéctus. Ne sit gradus excélsus? & defórmis excessus. Ne habéatur in Ecclésia cáthedra sublímior? & consciéntia sacer-dótis reperiáatur humilior. Ne locutiōnem Simulémus columbinam? & mentem habeámus caninam. Ne professiōnem monstrémus ovínam? & ferocitātem habeámus lupinam. Ne dignè nobis per Prophétā respondeáatur à Dómino; Pópulus hic lábiis me ho-norat? cor autem eórum longè est à me.

R. Justum dedíxit Dómi-nus. xcviij.

Si evenerit in Qua-dragesima nona Lectione de Homilia Feria occur-sentis.

Lectione ix.

Ergo si lux est Ecclésie Episcopus à Dómino ordinátus, ita ut imperitiæ ténébras prædicationis suæ elóquio rutilante consciéntias illúminet; Cur ipse palpabilibus ténébris tené-tur obstictus? Et non so-lum quia ipse dum malè agit, dignè perit; insuper & álios secum dignè perdit. Si enim meruísti salis possidére sapórem; ut insipiéntium possis corda condíre; cur infatuátus tali vitió; immundis te porcórū conculcandum pédibus præbuísti; ita ut nec alios nec teipsum possis condí-re oculórum étiam in cör-pore officium ut est in Ecclésia; voluntárius ap-petísti; ut rélikum per te corpus ducátum lucis ha-béret; nunc quadam lippi-tudine & calígine vitió-rum obtenebrátus; nec teipsum luci idóneum præ-bes; & áliis adímis lumen. De quibus óculis in Evan-géllo dicitur; Si óculus tuus simplex fuerit totum corpus tuum lúcidum erit. **R.** In medio. xcix.

DIE XI. APRILIS.
In festo sancti Leonis Papa-



Confessoris. Trium Lectionum.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis. iij. Lect.

Novem Annas & novem Psalmini de Communi & sic in omnibus festis iij. Lect. etiam Tempore Paschali. In Quadragesima, nihil dicitur nisi Lectio & Oratio ad Missam.

Orémus. *Oratio.*

E Xaudi quæsumus Dómine preces nostras, quas in beati Leónis Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deférimus: & qui tibi dignè méritu simulári; ejus intercedéntibus méritis; ab ómnibus nos absolve peccátis. Per Dóminum nostrum.

Dua prima Lectiones de Scriptura occurrente.

Lectio iij.

*L*eo primus, Etrúscus, Leo tempore præfuit Ecclésiae; quo Rex Hunnorum Attila cognométo flagellum Dei? Itáliam inválit. Cui cùm Romam, ardénti furóre raperétur. occurrit Leo: cuius divina eloquéntia, persuasum est Attilæ, ut regredéretur. Qui interrogátus à suis, cur præter consuetudinem

Tam humíliter Pontifici obtemperasset; Respóndit, se astántem quemdam áliū illo loquénte, sacerdotáli hábitu véritum esse: stricto gládio minitátem mortem, nisi Leóni obedíret. Contra nestoriános & Eu-tichiános Concilium Chalcedonense indíxit; & ejusdem Consilij decretá: sua authoritaté firmávit. Multas ædes Sacras, & Sacra eárum vasa restituit. Stáuit ut in actiōne mysteriū diceréatur; Sanctum Sacrifíciū: immaculátam hystiam. Multa luculénter scripsit. Et tertio idus Aprilis obdormivit in Dño.

DIE XIV. APRILIS.

In festo sanctorum Tiburtii, Valeriani & Maximi, Martyrum. iii. Lectionum.

Si in Quadragesima even-nerit nihil dicitur nisi Lectio, & oratio ad Missam.

Omnia de communi Martýrum trium Lectionū tem-pore Paschali prater ea que sequuntur.

Orémus. *Oratio.*

*P*ræsta quæsumus omni potens Deus; ut qui sanctorum tuorum Tiburtii, Valeriáni & Máximi

Solémnia cólimus : eórum
étiā virtutes imitémur.
Per Dóminum.

Dua prima Lectiones de
Scriptura occurrente cum
duobus Responsoriis de
Commun. Martyr.

Lecciónis iij.

Vn nobili génere ortus ,
Alexandro Sevéro Impera-
tore , horrátu beáte Cæci-
liae vīnginis ; quam sibi pari-
nobilitate uxórem despón-
derat : unā cum Tibúrtio
fratre à sancto Urbano Pa-
pa baptizátur . Quos ubi
Præfèctus Urbis Almá-
chius Christiános esse co-
gnovit : & património pau-
péribus distribútō , Chri-
stianórum córpora sepelí-
re ; accérslitos gráviter re-
prehéndit , atque ubi Chri-
stum Deū constánter con-
fiténtes , deos autem démo-
niórum inánia simulá-
era prædicantes videt : vir-
gis cædi jubet . Sed cùm
verbéribus cogi non pos-
sent ut Jovis simulácrum
veneraréntur ; imò fortes
in fidei veritatē permané-
rent : ad quartum ab Urbe
lápiderum secúri feriúntur .
Quorum virtutem admirá-
tus Máximus Præfècti cu-

biculárius , qui eos ad sup-
plicium perdúxerat Chri-
stiánum se esse professus
est , cum multis præterea
Præfècti ministris qui pau-
lò post plumbatis contúsi ,
omnes ex diáboli ministris .
Christi Dómini Mártyres
evasérunt .

DIE XVIII. APRILIS.
In festo S. Gebnini Episcopi
Lugdunensis.

Trium Lectionum.

Orémus. *Oratio.*
Deu s , qui animæ fá-
muli tui Gebúni æ-
térnæ beatitudinis præmia
contulísti : concéde propí-
tius ; ut qui peccatórum
nostrórum póndere prémi-
mur : ejus apud te précibus .
sublevémur . Per Dñm .

Omnia de Communi Con-
fess . Pontificis trium Le-
ctionum præter Lectionem .

Lecciónis iij.

Gebuínus vir sanctitáte
piæclárus primū Lin-
gonénsis Ecclesiæ Archidiáconus ; in Archiepisco-
pum Ludgunésem éléctus
est ab Episcopis in Augu-
stodunénsi Concilio co-
áctis : quo suum Antistitím
fuerat comitátur . Ad hanc
sui electionem veheménter
indóluit : & cùm clausis
Conciliij,

Conciliis óstiis nullus fugae locus patéret ; aliquándiu látuit tandem invítus Episcopus consecrátus est. A Gregorio septimo, Primatus, quo jam ante illum potiebántur Præsules Lugdunénses super Provincias quátuor ; Lugdunésem; Rhomagénsem; Turenénsem; ac Senonénsem: confirmationem accépit. Ejus Consilio Vindelinus Forésii Comes Saviniaéense Monastérium copiosissima donatióne auxit. Sancti Rufi Canónici Lugdunum tunc primò advenientes ; aedicula non longè ab Arari in ea Urbis parte, quæ ob nemorosum locum olim desérta vocabatur : etiam beatæ Mariæ sacrâ, ab eo donáti sunt. Sancti Petri Matisconensis Ecclésiam extrúxit ferè, & locupletávit. Multa ob animi vigórem Ecclésiae suæ splendórem & inconcussa jura constánter passus. Obiit die décima octáva Aprilis: anno Domini millésimo septuagesimo nono. Ejus corpus in Ecclésia sancti Irenæi cónditum ; pópuli religiōne frequentátur: & multis mi-

raculis claréscit.

DIE XXII. APRILIS
In festo S. Ipipodii Martyris
Lugdunensis.

Trium Lectionum.
Omnia de communi unius
Martyris trium Lectionū,
tempore Paschali prater
sequentes Lectiones.

Post Vesperas iterum à
majori Ecclesia Vespera ad
Sacellum huic sancto Mar-
tyris sacrum prope Petram-
scissam.

Prima Lectio de Scriptura
occurrente.

Lectio iij.

Pipódius Lugduni ex pa-
trénibus fidei & nobilitá-
te claríssimis natus ; cum
sancto Alexandro juníore
enutritus : adhuc juvenis
sub Antonino Aurélío in
eádem Urbe passus est. A
mancípio accusátus quod
Christiánus esset ; aliquándiu látuit propè Petram-
scissam, in religiōlæ cuiusl-
dam víduæ tugúrio : ubi
nunc sacellum in ejus ho-
nórem constrúctum cérti-
tur. Ibi tandem deprehéni-
sus cum scio Alexandro ;
in cárcerem detrusus : re-
vinctis post tergum máni-
bus ad júdicem adductus
est. A quo licet ab Alexán-

dro avulsus; cum nec blan-
ditiis moveri nec minis
strangi potuisset; & multa
coram iudice in Idolorum
vanitatem liberè fuisset
prolocutus; ore contuso;
confractis dentibus; equu-
leo suspénditur. Et in eum
tanquam Deictum blasphem-
um; tumultuante omni
pópulo; eductum extra tri-
bunal iudex gladio raptim
feriri jubet. Eius corpus in
Ade sancti Irenai sepúl-
tum; ibidem multis mirá-
culis coruscavit. Et púlve-
rem ex eo lectum; multis
infirmis medelam fuisse te-
statur sanctus Gregórius
Turonensis.

Sermo S. Euchérii Lugdu-
nensis Episcopi.

De sanctis Martyribus Pi-
podio & Aleandro.

Lectio iij.

Magni quidem est
publicis atque com-
múnibus dare vota solem
nitatibus; sed excelléntior
quædám festivitas judicán-
da est alumnis exultáre vir-
tutibus. Et ideo indigená-
rum mártirum cultus &
honor speciáliter patron&
iū sicut peculiare dat gaú-
dium; ita próptimum requi-
rit afféctum. Etenim si pe-

regrinas palmas extraneas
que victorias & coronas ac
transmarinos triúmphos
tanta nos opórtet sedulitá-
te venerari; ut quod alienum
est locis, nostrum fa-
ciámus officiis? & illud
quod non inclúditur sepúl-
chris; sit commune suffrá-
gii. Quantò nos impén-
sius convénit in eórum ce-
lebritatē servere stúdio, ex-
cubáre famulátu; quibus
multiplicem debet religio
devotionem: Ecclesia ho-
norem; pátria charitátem.
Ut sicut eórum per unius
paréntis grémium jure na-
scendi cognáti sumus; ita-
nobis erga eos pietatis &
gratiae privilégium vindicá-
cémus; atque ad eos fidei
devotione prius accédá-
mus; ut quorum esse cives
gratulámur in terris; cum
his in municipátum habére-
mereámur in ecclis.

DIE XXIII. APRILIS.

In festo S. Georgii Mart.
Semiduplex maius.

Omnia de communi unitus
Martyris tempore Paschalès
prater ea que sequuntur.

Orémus. Oratio.

Deus, qui nos beatí
Georgii Mártiris méritis & intercessione lae-
tificas

tificas concéde propitiū; ut qui tua per eam beneficia póscoimus dono tuā gratiæ consequámur. Per Dóminum.

In primo Nocturno.

Letiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Andree Cretensis Episcopi.

Encomio in sanct. Martyrem Georgium.

Lectio iv.

Geórgius pátriam hárbituit Cappadocum regiōnem; nutrīcēm verò Palestínām; à próavis Christiánus; juvenili ætāte; sapiéntiā canus; corde rectus; utróque adverſus inipectatēm turgens vegetusque pietatis Mártir, ita armórum à púero certaminibus clarus; tantaque diligēntia & absolutione, béllica excultus fortitudo: ut & militaris ordinis Tribunátum fidei suæ cōmíssum accéperit. Cumque dignè eo múnere defungendo, atque in multis sæpè strénue agéndo multam demum rei béllicæ peritiā comparáisset; majorēmque gradum appéteret; majorem nimium assécūtus

est. Quippe accéptis ópibus, si quæ paréntum successione obvénérant; accurrít ad eum qui id témporis Impérii habénas moderabátur: eique, simile quidpiam accidit, atque olim filio Cis. Ille enim cùm ásinas quereret; terrestre regnum invénit: hic, mundáni honóris gradum exquirēns, regnum cœlorum sortitus est.

R. Gaudete justi. lix.

Lectio v.

Omminántes Imperatores; ut si quis Christum nomináisset, is dirè absúmptus, períret: eo, iniquam, spectáculo, Divino efférvens spíritu Geórgius; contremiscéntibus rēnib; quemádmodū Machabeo illi, affectusque furóre tecundūm judicium: ac lenis instar fórtiter rúgiens; terribilique aspéctu minas infringens; interpellansque, médius eórum insiliit; clara se voce Christiánūm prædicans: pietatisque ingenuitatēm quanta esset manifestè osténdens. O vere Deo afflátum ánimum; quem sibi divinus amor ita devicíset: quique totus excessíset Deo. O beatissima

Vocem; quam pro nōminis sui ratione ceu Christi arvum Geórgius, accépta de cœlo seménte, édидit; multoque témpore benè in corde excultam: perféctam cóngruo témpore Dómino réddidit. Vocem, inquam; quam suscipiens aér sanctificátus est, Angeli cœlo plausu excepérunt: Ar-chángeli faultis omnibus sunt prosecuti.

R. Ecce vicit leo lix..

Lettio vj.

ATqui non serinóne tantum cum adversariis congréssus est, sed & re ipsa, pari prudéntia ac efficacitáte conflixit. instar nimítum fortis pugilis, corporis páriter spirituque robur & fortitudinem, non solùm feriéndis adversariis osténtans; verùm etiam plagis illátis obfirmatè feréndis: ut áltero paterétur, áltero repercúteret. Illi sanc-tè corpus dirè virgis cæ-dabant; ipse patiéntia sic strénue superábat: ut iij ipso magis cruciaréntur, dum quod in votis erat, mínimè obtinebant. Dénique jubent sanctum vestem pércliti: Cumque vestis plumbi instar, ad eórum

ináne propósitum arguéti-dum; deflexísset spe de-cépti, ad ália torménta convérsti sunt. Dénique variis illis gravibúsque tor-méntis, patiéntiae suæ ró-bore fórtiter superátis: cut-siisque crépidis clavis infixis cōfécito; tandem gládio tráditus; ac secúri percús-sus; morte corporáli impé-dita animæ morte: sanguine victor efféctus est.

R. Dignus es. ix.

In tertio Nocturno.

Lectio viij. & viij. de Homilia in Evangelium. Ego sum vitis vera. Ix. ut in Communi Martyrum tempore Paschali.

Pro Sanctis Fælice Pres-bytero, Fortunato & Achilleo Diaconis Martyribus Lugdunensisibus. Lectio ix..

Fælix Lugdunensis Pre-sbyter, Fortunatus, & Achilleus Diaconi Lugdu-nenses; à sancto Irene-Valéntiam, propè ripam Rhôdani, ad prædicandum verbum Dei missi: multis-miraculis & eximiárum-virtútum splendóre clarue-runt. In ea Urbe, in exíguo tugúrio, ex quo & civitátem excurri-re; & à cívili-bus adiri possent, oratiō-nis.

nis gratiā latitantes : tertiā cūciter cīvium partem baptizarūt. Sed à Cornelio duce deprehēnsi ; ac clade Lugdunēnsium Martyrum fristrā in terrōrem præmoniti : carcere primō conclusi sunt. Hic cōlēstib⁹ visis Ferreōli & Ferrusioñis , suōrum sub Irenæ disciplina Vesuntiōne in Evangeliō collegārum : de martyrio proximo certiores facti sunt. Ad Præsidem addūcti, Fœlix Præsbyter tanquam sociorum omnium os : fōrūtūtē contra idōla dissēruit. In carcere iterum inclūsi ; indē ab Angelo circa medianam noctem edūcti ; & ab eo eadē idōla iussi comminūtē : Mercūrii & Saturni simūlaca audācter fregērunt. Dēnuō comprehēnsi , ac diutissimē verberati ; crurib⁹que confrāctis ; circa rotarū vertiginem stricti , sumum quoque in equulei suspensiōne perpēssi : ad extrēmum glādio consummati sunt.

R. Filiae Jerusalēm. lxij.

DIE XXIV. APRILIS.
In festo Sanctorum Alexandri & Sociorum Martyrum Luzdunensium.

Trium Lectionum.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, tempore Paschali. iiiij. Lect.

Prima Lectio de Script. occurrente.

Lectio ij.

A Lexānder , secundus Aeo nōmine Lugdunēnsis Martyr ; natiōne Græcus , & cum Iipipōdīo amicitia conjunctus ; altero ab ipso die passus est eo tempore quo post primam Lugdunēsem persecutiōnem , extinctum serè Christianū nomen Lugdūni Ethnici crēderent : decimā mēnsibus post crientissimā sub Antonino Aurēlio Christianōrum Lugdunēnsium strag m. A mancípio Christianæ Religiōnis insimulatus , & Christi mōnito aufugiens ; in vico propè Petram-Scissam cum amico Iipipōdīo lātnit : ubi deprehēnsus & sine discussiōne carcere mancipātus , post tridū Præsidi oblātus est. Cumque se Christianū liberē profiteretur ; primū verberationē ádeo dilaniatus est : ut cratē solūta costarū , patefactisque viscērib⁹ interiōra corporis panderēntur. Deindē in cruce

eruere confixus sp̄itu emi-
st. Passi sunt cū eo triginta
quātuor Martyres Lugdu-
nēses teste Adōne & Uluār-
do. Ejus corpus primū à
Christiānis in valle , colli-
civitatis superposito & vē-
pribus óblio possum est.
deinde pace Ecclēsiae data;
in sinistro sacello ad san-
ctum Irenaeum tumulatū;
magna Lugdunēsium ve-
neeratione & miraculis cla-
rum fuit.

Sermo sancti Euchérīj Lug-
dunēsis Episcopi.
De sanctis Iipodio & Ale-
xandro Martyribus.

Lectio ij.

DUplīcia Iipodij &
Alexandrī trophæa-
Ecclēsiae nostræ fides inter-
jecta bīuid distinctione cō-
celebrat ; non adventitiis
festa reliquiis ; sed inteme-
ratis pātrij sinus festa mo-
numentis. Et quidem beatī
Martyres quorum pretiō-
sus pulvis per divētas us-
quequāque regiōes in
populōrum disseminatū
salutem; plenum quocūm-
que loci cultum de honō-
re Dei impēnsa sibi reli-
giōne suscipiunt ; & quan-
tō celebratū fuerit fide-
ditiori : tantō erit eis grā-

tia celebritatis accēptiōs.
Sed absque dūbio multō
eis , grātius ; multō jocūn-
dius est si eos ibi potissi-
mum seruor excolat pietā-
tis : ubi super eos furor in-
cubuit passiōnis. Si illic eis
suppliatiōnura sacrificia
deferantur : ubi in Dei sa-
crificium proc̄buērunt. Si
illic eis vota fundat præ-
dicānda postéritas : ubi in-
nocēntem sanguinem ferā-
lis profūdit immānitas. Si
dēnique eos illic Christiāni
nominis inimicus ubi crē-
didit interemptos : illic vi-
deat consecratos. Dūcius ,
inquam,eis probātur obsē-
quium ; si ibi eos laudum
concēlebret benedictio :
ubi super eos tribulatiō-
num desēvit magnitudo.
Si indē invocēntur ad suf-
frāgium : undē primo re-
surrectionis signo evoca-
būntur ad præmium.
DIE XXV. A PRILIS.
In festo sancti Mares Apo-
stoli & Evangelista...
Semiduplex .

Majus.

Omnia de communi-
Apostolorum & Evan-
gelistarum tempore Par-
schali prater ea qua se-
quentur.

Orēmus

Oremus. Oratio.

Deus, qui beatum Mar-
cum Evangelistam
tuum, Evangelicæ prædi-
cationis gratia sublimasti;
tribue quæsumus; ejus nos
semper & eruditio[n]e pro-
ficere; & oratione defen-
di. Per Dominum.

In primo Nocturno. Le-
ctiones de Ezechiele ut
in communi Evangelista-
rum. xxvij. Responsoria
ut in primo Nocturno in
communi Apostolor. Tem-
pore Paschali.

In secundo Nocturno.

Ex Libro S. Hieronymi
Presbyteri, de Scriptori-
bus Ecclesiasticis,

Lectio iv.

Marcus discipulus &
Intérpres Petri; juxta
quod Petrum referéntem
audierat; rogatus Romæ
à siatribus, breve scripsit
Evangélium. Quod cum
Petrus audisset; & probá-
vit; & Ecclæsiæ legéndum
sua auctoritatē dedit. Af-
súmpto itaque Evangelio,
quod ipse conficerat, per-
réxit in Ægyptum; & pri-
mus Alexандriæ Christum
annuntians, constituit Ec-
clæsiam tanta doctrinæ &
vitæ continéntia; ut om-

nes sestatores Christi ad
exemplum sui cogeret.
R. Ego vos elegi. xxxiiij.
Sermo sancti Petri Damia-
ni, de sancto Marco
Evangelista.

Lectio v.

Talis sub Marco Ale-
xandrina fuit Ecclesia,
qualis & Jerosolymæ fuis-
se sub Apostólica legitur
disciplina; ut néminem
paupertatis indigentia pré-
meret; nullis eorum divi-
tiis abundaret; sed dum
unicuique prout opas erat
necessitas administrata sup-
péteret; locum inter eos
querela, murmurque non
haberet. Significat ergo

Philo disertissimus Judæi-
tum; inter nova tunc nat-
centis fidei cunabula, ac té-
neram (ut ita loquar) Ec-
clæsiæ lactentis infantiam;
quosque sub Marci regími-
ne constitutos; sobrietatis
simul ac pudicitiae déditos,
orationibusque, & jejuniis
vehementer intétos. Quos
útique beatus Evangelista,
non modò miraculorum
plerumque prodigiis; non
modò sanctæ prædicatio-
nis erudiébat eloquiis; sed
ad spirituális vita rectitu-
dinem eximiis etiam pro-
picio;

prix continéntia ac pietá-
tis provocábat exémplis.
R. Ego sum vitis. xxxiiij.
Lectio vij.

Est Marcus velut sidus
autéum toto orbe præ-
clárum? ac célébri totius
Ecclésia: veneratiōne con-
spicuum. Hoc itaque sidus,
dilectissimi, præ oculis júgi-
ter habeámus; hujus imi-
témur exéplum; si inter
spum ósos mundanæ vorá-
ginis fluētus? cùpimus evi-
tare naufrágium. Hinc ma-
re tumidum s̄eviat; illinc
venti suréntes impugnēt, si
ab hoc s̄idere mentis aciem
noꝝ avérteramus? procellá-
rum inundántium ímpetus
nō tinébimus. Ad hoc ita-
que sidus sagenam mentis
noꝝ certi cursús línea
dirigat: ad hoc omne la-
bóris nostri remígium ten-
dat. Mórtuus est autem
sanctus Evangelista octávo
Nerónis anno: & sepultus
Alexandrīæ, succedente si-
bi Aniano.

R. Gaudéte justi. xxxiiij.

In tertio Nocturno.
Homilia S. Gregori Pape in
Evangeliū designávit Dó-
minus ut in Comm. Evangelistarum. xxx Responso-
ria ut in iii. Nocturno in

Communi Apostolor. tem-
pore Paschali.
Pro sancto Rustico Episco-
po Lugdunensi.
Lectio ix.

Rusticus sive Rusticius
Lugdunensem Ecclé-
siam rexit anno quadri-
gétimo nonagésimo pri-
mo. Comes & copiárum
dux apud Lugdúnū; in-
eádem Urbe Forénsibus
étiam præfuit, ut id tém-
poris mos erat: sed élctus
Episcopus mira charitá-
te enítuit. Epiphánium Tici-
nensem Episcopū à Theodo-
rico Gothórum Rege
missum ad Gundebaldum
Burguadíorū Regem, tunc
Lugdúni imperántem; in-
géniti Urbanitaté excepisse
scribit Ennódius: in vita
sancti Epiphánii, dicens.
Lugdúnum ingressus est
Epiphánius, ubi Rusticus
Episcopalem cáthedram:
tunc possidebat; homo quā
& in sacerdotali tituli præ-
figuratiōne Sacerdótē sem-
per exhibuit: & sub præ-
texta fori, gubernatiōnem
gessit Ecclésia. Hujus Præ-
fatis consilio; Siagria nō-
bilis foemina thesauros
suis tam larga manu in ca-
ptivórum liberatiōnem ef-
fudit

fudit : ut quadringéntos re , exclamâvit ! Ursicína
una die liberarit. Eum Epiphánius virtutum ómnium
epitome vocat ; & in eo se
peritiam, velut in diversorio lúcidæ domus inclusisse : scribit sanctus Avitus
Viennensis Episcopus.

R. Jam non dicam. xxxij.

Te Deum.

DIE XXVIII. APRILIS.

In festo S. Vitalis Martyrus.

Trium Lectionum.

Omnia de Communi unius
Martyris trium Lectionū
tempore Paschali.

Orémus. Oratio.

P Ræsta quæsumus omni-
potens Deus ; ut inter-
cedente beáto Vitale Már-
tyre tuo & à cunctis ad-
versitatibus liberérmur in
córpore : & à pravis cogi-
tationibus mundémur in
mente. Per Dóminum.

Dua primæ Lectiones de

Scriptura occurrente.

Lectio iij.

V Itális miles , sanctó-
rum Gervásii, & Protásij pater ; unà cum Paulíno
Júdice Ravénnam in-
gréslus ; cùm vidísset Ursí-
enium médicum ob Chri-
stiánæ fidei confessiónen-
dum ad suppliciū , paú-
lulum in tormentis tituba-

médice , qui álios curáre
sólitus es , cave ne te mor-
tis æternæ jáculo conficias.
Qua voce confirmátus Ur-
sicinus : martyrium fórti-
ter subívit. Quare Paulínus
incénsus Vitalem compre-
hendi jubet ; & equúleo
tortum ; atque in profún-
dam fóveam demersum :
lapídibus óbrui. Quo facto,
quidam Apóllinis Sacé-
dos , qui Paulínus in Vi-
tálem incitárat , -oppréssus
à dæmóne , clamáre cœpit :
Tu me nímium Vitális in-
céndis ; & illo æstu jactá-
tus : se præcipitávit in flu-
men.

DIE XXIX. APRILIS.

In festo sancti Petri Mar-
tyrus. Trium Lectionum.

Omnia de Communi unius
Martyris. Trium Lectionū
tempore Paschali.

Dua prima Lectiones de
Scriptura occurrente.

Lectio iij.

P Etrus Verónæ parénti-
bus Manichæórum hæ-
resi inféctis natus ; ab ipsa
penè infántia : contra hæ-
reses pugnávit. Puer annó-
rum septem , cùm scholas
frequentáret ; aliquándo à
pátru o hæréтиco interro-
gátus .

gitus, quid tandem in iis
didicisset? Christianæ fidei Symbolum se didicisse respóndit. Neque ullis um-
quam patris, patruive blā-
ditatis, aut minis: à fidei
constántia dimovéri pô-
uit. Magno virtútum splé-
dore in religióne elixit;
corpus & animum ab omni
impuritate ita custodi-
vit: ut nullius mortíseri
peccati labē se inquinátum
unquam sénserit. In salú-
te animarum procuránda
assiduè versabatur: pecu-
liatis grátia dono hæréti-
cos áriter confutábat.
Tanto fidei ardóre incén-
sus erat; ut pro ea morte
subire optáret: eamque à
Deo grátiam enixè preca-
rétur. Illum Como Me-
diolánum redeúntem, ím-
pius sicárus semel arque
iterum in capite gladio
vulnerávit; jamque penè
mórtuus, Symbolum fidei
quam infans virili fortitú-
dine confessus fuerat: in
ipso suprémo spíritu pro-
nuntiávit.

FESTA MAII.

D I E I. M A I I.
In festo Sanctorum Philip-
pi & Iacobi Apostol.

Duplex minus.

Omnia de Communi Apo-
stolorum, tempore Pascha-
li prater ea qua hic sunt
propria.

Ad Magnificat, Antiph.
Non turbetur cor vestrum;
nequa formidet: Créditis
in Deum, & in me crède:
In domo Patris mei man-
siones multæ sunt, alleluia,
alleluia. Duplicatur.

Orémus. Oratio.

D eus qui nos ánnua
Apostolorum tuórum
Philippi & Jacóbi solem-
nitáte lætificas: præsta
quæsumus; ut quorum
gaudémus méritis instrú-
mur exémplis. Per Domi-
num nostrum.

In majori Ecclesia Pro-
cessio ad sanctam Crucem
in sacello sancti Iacobi.

¶ Virtute magna reddé-
bāt Apóstoli testimoniū
Resurrectionis Iesu Chri-
sti Dómini nostri, alleluia,
alleluia.

Ad j. Magnificat, Antiph.
Ego sum via, véritas, &
vita; nemo venit ad Pa-
trem nisi per me, alleluia.

Orémus. Oratio.

E xaudi nos Deus salu-
taris noster; & Apo-
stolorum tuórum nos tuere
præsidiis: quorum dona st̄
fides,

fideles esse doctrinis. Per
Dominum nostrum.

In aliis vero Ecclesiis
sunt duas Processiones con-
suta, ut notantur in Com-
muni Apostolorum tempo-
re Paschali.

In primo Nocturno.

Si hoc tempore contingat
legi ex Epistola sancti Ia-
cobi, pro Scriptura occur-
rente tunc leguntur Letti-
nes quae has die e venerint;
sunt autem non legatur ex ea
Epistola, tunc legantur
prima Lectiones hujus Epis-
tola que poruntur in Do-
minica iv. post Pascha.

In secundo Nocturno.

Letio i.

Philippus Bethsaïde na-
tus, unus ex duodecim
Apóstolis, qui primum à
Christo Domino vocati
sunt; à quo cùm accepis-
set Nathanaël, venisse Mes-
siam in lege promissum: ad
Dóminum deduxerat. Est.
Quam verò Christus eum
familiariter adhiberet, il-
lud facile declarat; quod
Gentiles salvatorem vidé-
re cupientes ad Philippum
accesserunt: & Dominus
cùm in solitudine homi-
num multitudinem pásce-
re vellet, sic Philippum af-

satus est. Unde emému-
panes ut manducent hi?
Is, accépto Spíritu sancto;
cùm ei Scythia ad prædi-
candum Evangelium obti-
gisset? omnei ferè illam
gentem ad Christiánam fi-
dem convértilt. Postrémò
cum Hierápolim Phrygiæ
venisset; pro Christi nô-
mine cruci affixus? lapi-
dibusque óbrutus est, Ka-
lendis Maii. Ejus corpus
ibidem à Christiánis se-
pultum? póstea Romam
delatum in Basílicâ duo-
decim Apostolórum, unà
cum corpore beati Jacóbi
Apóstoli conditum est.

Ego vos elegi. xxxiiij.

Letio v.

Acóbüs frater Dómini,
cognomento justus; ab
meunte etate vinum & si-
ceram non bibt; carne
abstinuit; numquam ton-
sus est; nec unguento, nec
bálneo usus. Huic uni licé-
bat ingredi in Sancta San-
ctorum. Idem lineis vés-
tibus utebatur; cui étiam
affiduitas orandi ita callū
génibus obdúixerat? ut du-
rítie, caméli pellei imita-
réatur. Eum post Christi
Ascensionem Apóstoli Je-
rosolymótum Episcopum
crea.

creaverūt ad quem etiam Princeps Apostolorum misit qui nuntiaret se ē cárce ab Angelo eductum fuisse. Cum autem Jerosólymis controvérsia esset orta de lege & circumcisio-ne ; Jacobus in Concilio Petri sententiam secutus, ad fratres hábuit conciōnē; in qua vocatiōnem Géntium probávit : fratribusque abséntibus scribēdum esse dixit, ne Géntibus jugum Mosáicæ legis impónerent. De quo & lóquitur Apóstolus ad Gálatas : álbum autem Apostolorum vidi néminem nisi Jacobum fratrem Dómini. Rx. Ego sum vitis. xxxiiij.

Lectio vi.

Tanta autem erat Jacobí vitæ sanctitas : ut simbriam vestimenti ejus certātim homines cūperent attingere. Demum nonaginta sex annos natus, cùm triginta annis illi Ecclesiæ sanctissimè præfueret ; Christum Dei Filium constantissimè prædicans, lapidibus primū appetitus; mox in altissimum templi locum adductus : inde præcipitatus est. Qui confractis cruribus, jacens

semivívus, manus tendebat ad cœlum : Deumque pro illorum salutē deprecabatur his verbis ! Ignoscere eis Dómine, quia nesciunt quid faciunt. Qua in oratione, gráviter ejus capite fullónis fuisse percusso; animam Deo redidit séptimo Nerónis anno : & juxta templum ubi præcipitatus fúterat sepultus est. Unam scripsit Epistolam : quæ de septem Cathólicis est.

R. Gaudéte justi. xxxiiij.

Iu tertio nocturno.

Léctio sancti Evangelij : secundum joannem.

Lectio vii. Cap. 14.

In illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Créditis in Deum : & in me crèdite. In domo Patris mei māsiōnes multæ sunt. Si quominus dixisset vobis : quia vado parare vobis locum. Et reliqua. Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. 61. in Ioannem.

Erigenda est nobis, fratres, ad Deum major intențio ; ut verba sancti Evangeli, quæ modò in nostris auribus sonuerunt : etiam

etiam n̄cētē cāpere utcūm-
que possimus. Ait enim
Dóminus Jesus : Non tur-
bētur cor vestrum. Crēdi-
tis in Deum : & in me
crēdite. Ne mortem tan-
quam hōmīnes timērent,
& ídeò turbaréntur : con-
solātūr eos etiam se dicens
Deū. & in me crēdite. Cón-
sequens est enim , ut si in
Deum crēditis ; & in me
crēdere debeātis : quod
non esset cónsequens si
Christus non esset Deus.
Rx. Ecce vicit. xxxiiij.

ptiōri : non cantábit gal-
lus donec ter me Neges.
Rx. Dignus est. xxxiij.

Lectio ix.

TAnquam ergo essent
ab illo peritūi : mé-
rito turbabántur. Sed cum
audiunt ; in domo patris
mei māsiōnes multae sunt:
Si quō minus dixissem vo-
bis locum: à perturbatiōne
recreatūr. Certi ac fidēntes
étiam post pericula tenta-
tiōnum se apud Deum cum
Christo esse mansūros.
Quia & si álius est álio fór-

Lectio ix.

TAnquam ergo essent ab illo peritūri? mérito turbabántur. Sed cum aúdiunt; in domo patris mei mäsíónes multæ sunt? Si quò minus dixíssem vobis locum: à perturbatióne recreáatur. Certi ac fidéntes etiam post pericula tentatiónum se apud Deum cum Christo esse mansúros. Quia & si álius est álio fórtior; álius álio sapiéntior; álius álio jústior; álius álio sanctior? in domo patris mei mäsíónes multæ sunt. Nullus eórum alienábitur ab illa domo: ubi mansió nem pro suo quisque accepturus est mérito.

R. Jam non dicam. xxxij.
Te Deum.

R. Ad Benedictus, Antiph.
Tanto tempore vobiscum
sum

Sum & non cognovisti me
Philippe qui videt me videt
& patrem meum, alleluia,
alleluia.

DIE II. MAII.

In festo sancti Athanasi
Episcopi & Ecclesie do
ctoris. ij. Læctionum.

Omnia de communi, con
fessoris Pontificis trium
Læctionum.

Orémus, Oratio.

EXAUDI quæsumus dô
mune proces nostras
quas in beati Athanasi confes
soris tui atque Pon
tificis solemnitate deséri
mus; & qui tibi digne mé
rituit famulári: ejus interce
dantibus méritis ab omni
bus nos absölue peccátis
Per Dóminum nostrum.

Dua prima Læctiones de
Scriptura occurrente.

Læctio iij.

AThanásius Alexandrí
nus primum Diácono
nus; ad Nicenum Concí
lium Petrum hujus urbis
Episcopum ob singularem
& insolitam doctrinam
comitatus: huic succedit
in Episcopatu; in quo qui
Ariūm in illo Concilio
primo generáli debellárat:
Arianorum invidiam &
odium in se concitatavit.

Exilium, calumnias, inju
rias, mortis minas, & insid
ias ab eis sustinens: ni
hil contra hac omnia nisi
patiētiam zelum & con
stantiam minimè; unquam
labefactatam: objecit. A
Constantio Imperatore se
de expulsus; in Gallia lá
tuit. Concilijs Sardicensis
& Jerosolymitani autho
ritate restitutus; & sem
per ad mortem & insidias
varias quæsitus: aliquando
in sepulchro paterno;
in angulis; in petra? lati
tate coactus est. Denum
sub Valente suæ Ecclesie
redditus; eam exemplis
fovens, sermonibus nu
triens; universamque Ec
clésiam scriptis illustrans;
viam ad cœli corónam
amplissimam, sibi tutò pa
ravit. Obiit Alexándriæ;
postquam per quadraginta
annos: hujus urbis Eccl
esiæ rexisset.

DIE III. MAII.

In festo Inventionis sanctæ
Crucis Duplex minus.
In Ecclesia sanctæ Crucis
Duplex prima Classis cum
octava & sic in omnibus
Ecclesiis Festum Patroni
nisi in Quadrag. evenerit
tunc enim nulla sit octava.

Ad

Ad Vesperas Antiphona. Quis mihi det, cum reliquis de Ludiibria Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica & loco ultimi Psalmus. Laudate Dominum omnes.

Capitulum.

Michi autem absit glo-
riari nisi in Cruce
Domini nostri Iesu Christi;
per quem mihi mundus
crucifixus est: & ego mun-
do.

X. Notas facite in po-
pulis.

R. Ad inventiones ejus, al-
leluia, allel. allel.

Ad Magnificat, Antiph.

Crucem tuam adorá-
mus Domine & san-
ctam Resurrecciónem tuā
laudámus & glorificámus
ecce enim propter crucem
venit gaúdium in univér-
so mundo, alleluia.

Orémus. Oratio.

Deus qui in præclara
salutifera Crucis In-
ventione Passiónis tuæ mi-
tacula suscitásti; & concéde
ut vitális ligni pretios æter-
næ vitæ suffrágia conse-
quámur qui vivis.

Ad Processionem.

R. ix. Nos autem.

Ad ij. Magnificat, Antiph.

Sicut Móyses exaltávit ser-
péntem in déserto ita exal-
tári opórtuit filium hó-
minis ut omnis qui cre-
dit in ipso non péreat sed
habeat vitam æternam,
alleluia.

Orémus. Oratio.

Deus qui unigéniti Fí-
lii tui Dómini nostri
Iesu Christi prétioso sán-
guine humanum genus re-
dimére dignátus es: concé-
de propítius; ut qui ad ado-
rándam vivificam crucem
advéniant à peccatórum
suórum nexib⁹ liberén-
tur. Per eundem Dómi-
num.

Ad Completor. Hymn.

Pange lingua gloriósi
Præclum certaminis
Et super Crucis trophæum,
Dic triúmphum nobilem
Quáliter redémptor orbis
Immolátus vicerit.

De paréntis protoplásti
Fraude factore cónsolens,
Quando pomi noxiális
Morsu in mortem cónvruit
Ipse lignum tunc notávit
Dámma ligni ut sólveret,
Crux fidélis inter omnes
Arbor una nóbilis
Nulla sylva talem profert
Fronde flore gérmine
Dulce lignū dulces clavos
Dulce

Dulce pondus sustinet.
 Flectere ramos arbor alta
 Tensa laxa viscera;
 Et rigor lentescat ille
 Quem dedit nativitas
 Ut superni membra Regis
 Miti tendas stipite
 Sola digna tu susti
 Ferre saeculi pretium
 Atque portum preparare
 Nauta mundo naufragio
 Quam sacer crux perduxit,
 Fons Agni corpore.

Gloria & honor Deo
 Usque quaque altissimo
 Una Patri filioque
 Inclito Paracito
 Cui laus est & potestas
 Per aeterna secula.

Ad Matutinum, Invitatorium. Alleluia Christum crucifixum adoramus alleluia.

Psalmus. Venite exultemus.

In primo Nocturno.

Antiphona. Aspice in auctrem fidei & consummatorem Jesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crux, alleluia.

Psalmus. Beatus vir qui non abiit. 3.

Antiphona. O crux benedicta quae sola susti digna portare regem celorum & Dominum, alleluia.

Psalm. Quare fremuerunt. 3.
Antiphona. Quam eum inveneris habebis in novissimis spem & spes tua non peribit, alleluia.

Psalmus. Domine quid multiplicasti. 4.

X. Per signum crucis.
 XI. De inimicis nostris libera nos Deus noller, alleluia, allel. allel.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio i. Cap. 3.

QUICUMQUE ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. Scriptum est enim: maledictus omnis: qui non: perinanserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum; manifestum est: quia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea vivet in illis. Christus nos redemit de Maledicto legis: factus pro nobis maledictum. Quia scriptum est, maledictus omnis: qui pendet in ligno. Ut in gentibus benedictio Abraham sit in Christo Iesu ut pollinationem Spiritus accipiamus per fidem.

X. Dulce

B. Dulce lignum dulces clavos dulce pondus sustinuit. Quæ digna fuit portare pretium hujus faculi, alleluia. **X.** Hoc signum Crucis erit in cœlo cum Dóminus ad judicandum véniterit. Quæ digna fuit.

De Epistola ad Philip-
penses.

Lectione iij.

Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Jesu qui cum in forma Dei esset ; non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo ? sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens ; in similitudinem hominum factus : & habitu inventus ut homo. Humiliavit semet ipsum ; factus obediens usque ad mortem : mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum ; & donavit illi nomen : quod est super omne nomen. Ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium ; terréstrium ; & infernorum : & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris.

R. Per signum Crucis , de inimicis nostris , alleluia.

Pars Verna.

Libera nos Deus noster, alleluia , allel. **X.** Salva nos Christe Salvátor per virtutem Crucis Libera nos.

De Epistola ad Colossenses.

Lectione iij.

In Christo inhábitat omnis plenitudo divinitatis corporáliter ; & esis in illo repléti : qui est caput omnis Principátus & potestatis. In quo & circumcisi esis circumcisio non manu facta ; in expoliacione cōporis carnis : sed in circumcisio Christi. Cōsepulti ei in baptismo. In quo & resurrexisti per fidem operatioñis Dei : qui suscitavit illum à mortuis. Et vos cum mortui esstis in delictis, & præputio carnis vestrae convivificavit cum illo donans vobis omnia delicta ; delens quod adversus nos erat chirographum decreti : quod erat contrariū nobis ; & ipsum tulit de medio affigens , illud Crucis : & expoliās Principátus & potestates ; traduxit confidénter palā triūphans illos in semetipso.

R. Ecce vicit leo de tribu Juda radix David. Aperte librum & sölvere septē

D d

signacula ejus, allelúia, allelúia, allelúia. ¶ Et unus de seniöribus dixit mihi ne fléveris dignus est Agnus qui occisus est. Aperire librum. Glória Patri. Allelúia, allelúia, allelúia.

In secundo nocturno.

Antiph. Delens advérsum nos chirographum tulit de medio affigens Crucifixum.

Psalm. Cum invocáre. 174

Antiph. Nescit homo prétium ejus nec invenitur in terra suáviter viventium, allel. *Psalm.* Verba mea. 71. *Antiph.* Vidétur ab his qui diligunt eam & invénit ab his qui querunt illam, allelúia, allel. *Psalm.* Dómine Dñs noster quam admirabile. 6. ¶ Adorámus te Christe & benedicimus tibi. Rx. Quia per sanctam Crucem tuam redemísti mundum, allelúia, allelúia, allelúia.

Ex Epistola sancti Paulini

Episcopi ad Séverum.

Lectio iv.

HEléna venerabilis ut venit Jerosólymam diligenter, & piè locis illis, & circa omnibus divinorum curiòsa insigniorum; & oculis haurire gestiens fidem quam prius aūibus lit-

terisque percéperat? Cunctum Dómini studiosissime inquirere adorsa est. Et ipso omnium & terris & aūimis opertórum conscio & teste Deo; fidelis mulier sanctum Spíritum per affectum méritu quo aspirante? cum rem ab humana conscientia diutius remotam frustra diligens requisiasset? de loco tantum passionis certior fieri studebat. Itaque non solum de Christianis doctrina, & sanctitate plenos viros; sed & de Judæis peritissimos ut propriæ qua miseri gloriantur impietatis judices exquisivit. Et accitos in Jerosólymam congregavit. Tunc omnium una de loco testificatione confirmata; jussit illico urgente sine dubio concepta revelationis instinctu? & in ipsum locum éperam fonsis accingi. Parataque mox cívium paritor & militari manu? brevi labórem istius molitionis hau- sit. Et contra spem omnium; sed secundum ipsius tantum reginæ fidem? alta egestione reseratis terræ finibus abditæ Crucis arcana patuerunt.

Rx. Levabit

R. Levabit Dóminus si-
gnum , allelúia in natióni-
bus procul, allelúia. Con-
gregans dispérsos Ifraél ,
alleluia. **X.** Et erit Dómi-
nus nominátus in signum
æténum. Cóngregans.

Lectio v.

Sed cum tres páriter
Cruces ut quondam fi-
xæ Dómino & latrónibus
stéterant repértæ fuissent;
gratulátio repertárum? cœ-
pit ánxia dubitatione con-
fundi. Justo piórū metu;

ne fórlitā aut pro Cruce
Dómini patíbulum Latró-
nis eligerent? aut salutare
lignum , pro stípite Latró-
nis violárent. Respexit pias
fidéliter æstuántium curas
Dóminus ; & ipsi potissi-
mum quæ tam piæ sollici-
tudinis Princeps erat : hu-
jus Concílii lumen infúdit;
ut aliquem recens mórtu-
um ? inquiri & infétri
jubéret. Nec mōra. Verbum
factum ? cádaver illátum
est. Depónitur jacénti ima-
de crúcibus; adinovétur &
áltera? sed reórūm ligna
mors sprévit. Postremo
Dóminicam crucem pro-
dit resurréctio, & ad salu-
taris ligni tactum morte
profuga funus excússum,

& corpus erectum est. Tre-
mesactisque vivéntibus ste-
tit mórtuus ; & funéribus
ut Lázarus quondam víncu-
lis expedítus' illico in-
ter spektátore suos rediví-
vus incéssit.

R. O magnum pietatis
opus allelúia, mors mórtua
tunc est. * Cum Crucis in
ligao mórtua vita fuit, al-
lelúia, allelúia. **¶.** In Cru-
ce mors Christi damnávit
crímina mundi. Cum
Crucis.

Lectio vi.

Ergo Crux Dómini tot
opérta ætátibus; & Ju-
dæis in témpore passiόnis
abscónrita ; neque génti-
bus in ædificatione fan-
teriam sine díubio ad ipsam
fabricam egeréntibus re-
velata ; nonne divína ma-
nu látuit ? ut tunc inveni-
rétur cum religiósè quere-
réatur. Ita ut Crucem Chri-
sti décuit experiménto re-
surrecciónis invénta & pro-
bata ? Crux Christi est. Di-
gnóque mox ambitu con-
férat, condita in pas-
siōnis loco basílica quæ
auratis corúscā laqueáti-
bus arcáno positam sacrá-
rio Crucem servat ; quam
Episcopus urbis hujus quot

annis cum Pascha Dómini agitur : adorándam pôpulo Princeps ipse venerântiū promit. Neque præter hanc diem qua Crucis ipsius mystérium celebrátur ; ipsa quæ Sacramentorum causa est : quasi quoddam sacræ solemnitatis insigne profertur, nisi interdum religiosissimi postulent ; qui hac tantum causa illuc peregrinatî advenerint : ut sibi ejus revelatio quasi in pretium longinquæ peregrinatiōnis deferatur.

R. Per tuam Crucem salvos Christe redemptor qui mortem nostram moriendo destruxisti. Et vitam resurgendo reparasti, alleluia. **X.** Miserere nostri Jesu benignè qui passus es clementer pro nobis. Et vitam. Glória Patri. Alleluia.

In tercio nocturno.

Año. Adorámus te Christe, & benedicimus tibi quia per Crucem tuam redemisti mundum, alleluia. **Psal.** Consérva me. 11.

Año. Reconciliat nos Deo per Crucem interficiens iniurias in semetipso, alleluia, alleluia. **Psal.** Dómine in virtute tua. 18.

Antiph. Invénta una pretiosa margarita dedit omnia sua & comparavit eam alleluia. Dñi est terra. 33. **X.** Omnis terra adore te Deus, & psallat tibi, **R.** Psalmum dicat Nómini tuo Dómine, alleluia, alleluia.

Lectione sancti Evangelii secundum Joánnem.

Lectione vij. Cap.3. **N** illo tempore erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nōmine. Princeps iudaorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei. Rabbi scimus quia à Deo venisti Magister ; nemo enim potest haec signa facere quæ tu facis ? nisi fuerit Deus cum eo. Et reliqua.

Homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

In id Evangelium.

Sicut Moyses exaltavit Serpentem in deserto. Hoc à superioribus temótius vindetur : re ipsa tamē & ipsum coheret. Ubi enim maximū in homines beneficium quod baptismo prestatur dixerat ; subiungit & illius causam : nec ea quicquam minorem nempe per Crucem. Ut profecto etiam Paulus

Paulus ad Corínthios loquens? duo hæc simul beneficia jungit ita dicens. Numquid, Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nōmine Pauli bapiſzati estis. Duo enim hæc ómnium maximā ineffabilem produnt ipsius dilectionem; quod tum mortuus sit pro inimicis? tum per baptisma integrant eis peccatorum véniam largitus sit. Sed quanam grátiā manifestè se crucifigendum non apéruit; sed ad véterem figuram auditóres amandávit. Primum quidem ut véterum cum novis necessitudinē; neque hæc illis quicquam adversari intelligerent. Deinde ut intelléegas? non invitum ad passionem venisse; ac præterea ut nōveris nullam inde ipsum acceptum labem? multisque ab eo parandam salutem.
R. Dignus es Dómine accipere librum & aperire signacula ejus. Quoniam occisus es & redemisti nos Deo in sanguine tuo, alleluia. **X.** Et fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes & regnabunt super terram. Quoniam.

Lectio viii.

VIdes crucis cauſam ex que illa partam salutem. Vides ut figura veritati consentiat. Illic Judæi mortem evascre, at temporaliē: hic aeternam fidèles. Illic serpētum mortuis suspensus serpens? Hic spiritalis draconis plagas Iesus cruci affixus sanavit. Illic corporeis hisce oculis cōtuentes curabantur? Hic qui videt mentis oculis peccatorum sarcinam omnem ponit. Illic as suspensum in serpentis effigiem efformatum erat. Hic corpus dominicum spiritus opera fabricatum. * Illic serpens cum mordebat tum sanabat? ita hic quoque mors perdiderat Morsque à Deo salutē præstat. Ac quidem exītij auctor serpens virus habebat qui autem præstabat sanitatem? ea carebat. Sic quoque hic mors namque perimens virus habebat? Dóminus vero ab omni peccato uti veneno serpens æneus? immunis erat.
R. Alleluia ómnia quæ sunt in cœlo & quæ in terra alleluia. * Restaurantur in cruce, alleluia. **X.** Lon-

gitudo & latitudo sublimitas & profundum. Restaurantur.

Pro sanctis: Alexandro, Eventio & Theodulo Martyribus ac iuvenal' Episcopo & Confess.

Lectio ix.

Alexander Romanus Adriano Imperatore, regens Ecclesiam magnam partem Romae nobilitatis ad Christum convertit. Is constituit ut tantummodo panis & vinum in mysterio offerretur; vinum autem aqua misceri jussit. Propter sanguinem & aquam quae ex Iesu Christi latere profluxerunt. Et in Canone Missæ addidit ut aqua benedicta sale admixto; perpetuo in Ecclesia asservaretur; & in cubiculis adhiberetur ad fugandos demones. Sedit annos decem; menses quinque; & dies viginti. Vitæ sanctitate & salutariibus institutis illistris; Martyrio coronatus est una cum Eventio & Theodulo. Presbyteris. Sepultusque est via numerata. Tertio ab urbe lapide eodem in loco ubi se-

cūri percussus fuerat. In eundem diem incidit beata mors sancti Juvenalis Narniensis Episcopi; qui cum plurimos in ea urbe sanctitate & doctrina Christo pepérisset; clarus mirabilis in pace quietus. Ibique honorifice sepultus est.

In Ecclesia & Parochia sancta Crucis hac nona Lectio non dicitur sed doctava in duas dividitur in loco Asterisco notato.

R. Nos autem gloriari opòrtet in cruce Domini nostri Iesu Christi in quo est salus vita & resurreccio nostra. * Per quem salvati & liberati sumus, alleluia, alleluia, alleluia. **N.** Absit mihi gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Per quem. Te Deum laudamus.

A D L A U D E S.

Antiph. Quis mihi det ut Invéniam te foris & apprehéndam te, alleluia.

Psalmus. Dominus regnabit. cum reliquis de Dominica.

Antiph. Mihi absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, alleluia, alleluia.

Antiph. Circuibam ego quarens:

quærens ut mihi illam as-
sumérem , allelúia , alle-
lúia , allelúia.

Antiph. Animam meam
diréxi ad illam & in agni-
tione invéni eam, allelúia,
allelúia.

Antiph. Congratulámini
mihi quia invéni drach-
mam quæ periérat, allel.

Capitulum.

Michi autem absit glo-
riári nisi in Cruce
Dómini nostri Jesu Chri-
sti ; per quem mihi mun-
dus crucifixus est : & ego
mundo.

X. Hoc signum Crucis
erit in cœlo.

R. Cum Dóminus ad judi-
candum vénérerit , allelúia,
allelúia, allelúia.

Ad Benedictus, Antiph.
O Crux gloriæfa , ô Crux
adoranda , ô lignum pre-
tiósum & admirabile si-
gnum per quod diabolus
est yictus & mundus Chri-
sti sanguine est redemptus,
allelúia.

Orémus. *Oratio.*
Deus , qui in præclára-
salutiferae Crucis In-
ventione passiónis tuæ
miracula suscitasti : cōcéde
ut vitális ligni prétio: atér-
na vita sustrágia consequá-

mur. Qui vivis.

Ad Tertiæ Capitulum.

Mihi autem absit. ut sup.

R. Hoc signum Crucis erit
in cœlo , allelúia, allelúia.

iij. **X.** Cum Dóminus ad
judicandum vénérerit. Allel.
allel. Glória Patri. Hoc si-
gnum. **X.** Per signum cru-
cis de inimicis.

Oratio. Deus qui præclára
salutiferae Crucis inven-
tione. ut sup. ad Laud.

Ad Sextam, ad Capitul.

Humiliávit semetipsū;
factus obediens usque
ad mortem : mortem au-
tem crucis.

R. Per signum Crucis de
inimicis nostris, allel. allel.
iij. **X.** Líbera nos Deus no-
ster, allelúia, allelúia. Gló-
ria Patri. Per signum.

X. Adorámus te Christe.

Orémus. *Oratio.*

Deus qui unigéniti Fí-
lii tui pretioso sanguine
vivificare Crucis vexil-
lum sanctificare voluisti :
cōcéde quæsumus; eos qui
ejusdem Crucis gaudent
honore tua quoque ubique
protectiōne gaudere. Per
eumdem.

Ad Nonā, Capit. 1. Cor. 10.

Prædicámus Christum
crucifixum Judæis qui-

dem scándalum géntibus
autem stultitiam; ipsis au-
tem vocatis Judæis atque
Græcis Christum Dei vir-
tutem atque sapiéntiam.

R. Adorámus te Christe
& benedicimus tibi , alle-
luia. allelúia. *iij.* *X.* Quia
per sanctam Crucem tuam
redemísti mundum , allel.
allel. Glória Patri. Adorá-
mus te. *X.* Omnis terra
adóret te & psallat tibi
Deus, *R.* Psalmum dicat
nómini tuo Dómine , alle-
luia, allelúia, allel.

Orémus. Oratio.

A Desto nobis Dómine
Deus noster ; & quos
sanctæ Crucis letati fecisti
honore: ejus quoque perpé-
tuis défende præsidiis. Qui
vivis.

*Ad ij. Vesperas Antiphone Psalmi Capitulum vi
in j. Vesperis.*

X. Qui me invénerit invé-
net vitam.

R. Et háuriet salutem à
Dómino , allelúia , alle-
luia, allelúia.

Ad Magnificat. Antiphon.
O Crux splendídior cun-
ctis astris mundo celebris
hóminibus amabilis sán-
ctior univérsis quæ sola
fueristi digna portare talén-

tum mundi dulce lignum;
dulces clavos , dulcia fe-
rens póndera istam consér-
va catérvam in tuis hódie
láudibus congregátam , al-
lelúia; allelúia, allel.

Ad Processionem.

R. Crux benedicta nitet
Dóminus qua carne pepē-
dit , atque cruore suo vúl-
nera nostra lavit, allel. all.
Oratio. Deus qui unigé-
ni. ut suprà ad Sextam.

DIE VI. MAII.

In festo sancti Ioannis ana-
te Portam-Latinam.

Semidup. majus.

*Omnia de Communi Apo-
stolorum tempore Paschali
prater ea que sequuntur.*

Orémus. Oratio.

D Eus qui cónspicis
quia nos undique
mala nostra pertúbant
præsta quæsumus ; ut béati
Joánnis Apóstoli tui
intercéssio gloriósa nos
protégat. Per Dóminum.

Ad primam Processionem.

R. Pretiosa. xxxij.

Orémus. Oratio.

B Eati Joánnis Apóstoli
tui quæsumus Dómine,
supplicatione placátus ; &
véniam nobis tríbue : &
remédia sempitérna con-
cédere. Per Dóminum.

Ad

Ad secundam Processio-
nem. Rx. Virtute magna.
xxxij.

Orémus. *Oratio.*

BÉATI APÓSTOLI TUI JOÁN-
NIS DÓMINE PRÉCIBUS
ADJUVÉMUR; UT QUOD POSSÍ-
BILITAS NOSTRA NON OBTINET;
EJUS NOBIS INTERCESSIÓNÉ
DONÉTUR. PER DÓMINUM
NOSTRUM.

In primo Nocturno legi-
tur initium Epistola pri-
mae Beati Ioannis ut in
Dominica infrà Octavam
Ascensionis, nisi eo tempe-
re legatur de librō Apoca-
lypsis, vel de ejus Episto-
la, tunc enim ponun-
tur Lectiones eo die occur-
tentes.

In secundo Nocturno:
Ex Libro sancti Hieronymi
Presbyteri contra Jo-
vinianum..

Lectio iv.. Libr. I.

JOÁNNES APÓSTOLUS UNUS
EX DISCIPULIS DÓMINI;
QUI MINÍMUS NATU TRÁDITUS
FUÍSE INTER APÓSTOLOS; &
QUENAM FIDES CHRISTI VÍRGI-
NEM REPÉRERAT; VIRGO PER-
MÁNSIT. ET ÍDEO PLUS AMÁ-
TUR À DÓMINO; & RECÚM-
BIT SUPER PECTUS JESÙ; &
QUOD PETRUS QUI UXOREM
HABUÉRAT, INTERROGÁRE NON

audet; ILLUM ROGAT: UT IN-
TERROGET. ET POST RESURRE-
CTIóNEM NUNTIÁNTE MARÍA
MAGDALENA; QUOD DÓMI-
NUS RESURRÉXISSET: ÚTERQUE
CUCURRIT AD SEPÚLCHRUM.
SED ILLE PREVÉNIT. CUMQUE
ESSENT IN NAVI: & PISCATÉN-
TUR IN LACU GENEZÁRETH: JE-
SUS STABAT IN LITTÓRE; NEC
SCIÉBANT APÓSTOLI QUEM VI-
DÉRENT: SOLUS VIRGO VÍR-
GINEM AGNÓSCIT. ET DICIT
PETRO: DÓMINUS EST. FUIT
AUTEM JOÁNNES & APÓ-
STOLUS. ET EVANGÉLISTA: &
PROPHÉTA. APÓSTOLUS: QUIA
SCRIPSIT AD ECCLESIAS UT MA-
GÍSTER. EVANGÉLISTA: QUIA
LIBRUM EVANGÉLIJ CÓNDidit;
QUOD EX CÉPTO MATTHÆO
ALIJ EX DUODECIM APÓSTOLIS
NON FECERUNT. PROPHÉTA VI-
DIT ENIM IN PATRIOS INSULA-
IN QUA FÚERAT Á DOMITIÁ-
NO PRÍNCIPE OB DÓMINUM
MARTYRUM RELEGÁTUS; APO-
CALYPSUN: INFINITA FUTUORUM
MYSTÉRIA CONTINENTEM. HO-
DIE AUTEM ROMÆ MISSUS
IN SERVÉNTIS ÓLEI DÓLIMUM:
PURIOR & VEGETIOR EXIVIT
QUAM INTRÁVERIT.

Rx. Ego vos élegi. xxxij.
Ex Sermóne sancti Am-
brósij Episcopi

Libr. I, de Virginibus.

Dd 5

Lectione v.

Vivisces vos, ô Virgines! ille qui relictis suis omnibus secutus est Dóminum. Secutus est Petrus? Secutus est Joánnes. Vide quid pescátor etiā iste Joánnes profecerit; dum in mari lucrum suum querit? vitam invénit. ómniū lembum des'ruit? Deum répetit. Scalmum reliquit? verbum invénit. Lina laxavit? fidem vinxit. Plicavit retia? hómines elevavit. Mare sprevit? cœlum acquisivit. Hic ergo pescátor dum turbato agitur salo-mobili; montes statione mutantes? fundavit in pétra. Atruámus igitur pescationis artem frequéntius; ut plenius de virtute eredámus. Fuerit minister ignobilis? ut sit Evange lista nobilior. Paupertate egens? at virtute locuplétior. Vilis ad honórem viderit? sed pretiosus. ad fidem.

Rx. Ego sum vitis. xxxij.

Lectione vi.

Quanto minus créditur pescatori? tanto, amplius créditur, quia non sua, sed divína sunt quæ locutus est. Obscuriter ple-

beia conditio expectatió-nem aufert sapiéntiae sc-
cularis. Opinióne auget sapiéntiae spiritális. Qui legem non didícit; & ultra legem loquitur? ab eo accipit, à quo ipsa lex ve-nit. Quæ tam repen-tina dignitas. Vidéte qua-lis iste pescátor sit. Móyles quidem terréna ómnia; hic mundanæ sapientiae al-titudinem supergressus? usque ad cœlum & sidera prudéntia mentis ascéndit. Piscatóris istius mens non: nubibus caligátur; non temp̄ribus inclúditur; non mystériis natúræ excludi-tur; sed omnem corporalem matériam sup̄gressa verbum apud Deum vidit? & quod verbum ipsum Deus effet: aspexit.

Rx. Gaudete justi. xxxij.

In tertio nocturno.

Léctio sancti Evang élii? secundum Matthæum.

Lectione vii. Cap. 20.

In illo tempore? Accéssit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis ad-drans? & petens áliquid ab eo. Et dixit ei dicit ut sé-deant hi duo filii mei; unus ad dexteram tuam? & unus ad

ad sinistram in regno tuo.
Et reliqua.
Homilia sancti Basili Se-
leuciensis Episcopi.
In id. Evangelium.

Vis mulieris fidem cér-
nere; supplicationis;
quare tempus? quando
libellum supplicem offert
quod postulationis tem-
pus. Crux erat parata; pas-
sio imminebat; instructus
erat judæorum exèrcitus;
Dóminus de morte sermo-
cinatur; Discípuli pavó-
re exanimantur; ante pas-
sionem passionis sermone
cohorrescunt; auribus per-
celluntur; animo pertur-
bantur. Ac tunc mater in-
currit secans Apostolorum
chorum; regiam afféctans
potestátem; & Thrónum
filiis rogans. De passione
sermo; & regno inhias. Sine
Discípulos vacare timéris
sine suas in periculum cu-
ras partiri. Unde tibi di-
gnitatis ámbitus; quid eó-
rum quae dicuntur, fiunt
ve te commóvit ad regni
postulationem? Passiónis
memória; Crucis expecta-
tio; talia te quærere pró-
pulit. Video inquit passió-
nem; animo tamen resur-
rectiōnem prospicio video

figi crucem; at cerno ca-
lum aperiri. Video clavos;
ted thronum etiam cogito.
R. Ecce vicit leo. xxxij.

Lectio viij.

Quid ergo salvátor,
omissa matre; filios
alloquitur. Potestis biberé
cálicem quem ego bibitur
sum; aut baptísmo quo
ego baptizári. Mater reg-
num postuláverat; obté-
nu facile arbitráta; sperá-
batque fore ut quod am-
biébat ex sola postulatione:
rogántibus obvéniret. At
Christus Dóminus mo-
dum regni adipiscéndi fi-
lios dúcuit; potestis bibe-
re cálicem; ac si dicat; est
thronus labórum fructus;
non item rogatiōnis mu-
nus. Potestis baptizári;
Passio via est. Pietatis cau-
sa suscépti labores; Ii re-
gnū parant; non nudam
quædam postulatio. Mor-
tis imitatio? Regni ju-
ra conciliat. Si dignitatem
amas; passionis te sócium
exhibe. Videare unā cruci-
fixus; inque regni conselū
spectabéris. Terrénis cœlestia
coëme. Potestis baptizári. Quod ad laudem filiis
poscis; desidérium passiō-
nem trahit.

R. Dignus es. xxxiiij.

Lectio ix.

Non est meum dare vobis; quid ita quod donum accipientis meriti sit: Non solum facultatis dantis. Thronus laborum præmium: non profusa liberalitatis munus. Ex meritis sedes: non ex studio flagitiantis. Ostende quam dignus sis, ac vide meam potestatem; dum peccator delicta lugeat: ægritudinem levo ac debitum dimitto. Dumi plorat meretrix: remissionem dono. dumi publicanus peccatus tu-dat: errata non recolo. Leproso curationem querente: virtutem profero. Volo mundare. Excitando è tumulto mortuum: potestatem ostendo. Lazare veni factas. Cæcis oculorum lumen datum iiii sperantibus ac credentibus secundum fidem vestram fiat vobis. Regni autem thronum quis petat: ac regnum querat, atque ad dexteram sedere percipiatis. Passiōnis meæ cālicem scisitor: virtutis sudores ac pietatis: contéstor ac laudo. Horum merces: est meus conséllus. His di-

gno; quos invenero meum est dare. Vocat enim dantis potestatē! Accipientis méritum atque gratiā.

R. Jam non dicam. xxxiiij. Te Deum laudamus.

Ad Benedictus, Antiph.
Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes judicantes duodecim tribus Isræl, alleluia.

Ad Sextam.

Oratio. Beati Joannis Apóstoli tui.

Ad Nonam.

Oratio. Beati Apóstoli tui Joannis.

DIE IX. MAII.

In festo sancti Gregorii Nazianzeni Episcopi & Confess. ac Ecclesie Doctor. Trium Lectionum.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

Trium Lectionum.

Orémus. Oratio.

Deuus, qui populo tuoxiérne salutis beatum Gregórium ministrum tribuisti: præsta quæsumus; ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris: intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Domum nostrum.

Dua prime Lectiones de Scriptura.

Scriptura occurrente.

Lectio iii.

Gregórius nóbilis Cáp-
padox ex singulári di-
vináque scíentia cognó-
mēto Theólogo ; Athé-
nis, cum beáto Basilio stu-
dens ; ómnibus disciplínis
sed sacrís præcipue erudí-
tus fuit. Ambo igitur in
cœnóbiis vivéntes ; cum
doctrína & sanctitáte flo-
rént ; ad prædicandum
Evangélium vocáti, plúri-
mos Christo filios pe-
perérunt. Gregórius pri-
mùm Sasimórum Episco-
pus creátus est ; Deinde
Nazianzénam Ecclésiam
administrávit. Tum Con-
stantinópolim ad eam re-
géndam Ecclésiam accersi-
tus ; post purgátam hæ-
résibus civitatem ; quod
summum ómnium amó-
rem merebátur ; multórum
in se concitávit invídiam.
Ortā igitur inter Episcopos
seditiōne ; sponte cedens
Episcopátū ; Naziánzum
revérsus est. Cumque huic
Ecclésiae Eulálium præfi-
ciéndum curásset ; totum
se ad contemplatiōnem &
scriptiōnem divinárum re-
rum convértit. Scripsit
multa, & soluta oratiōne,

& versibus mira pietatē &
eloquēntia ; Omnes facile
sicut vitæ laude : sic & ora-
tionis gravitáte supéravit.
Consubstantialitatis Fílii :
fuit acérrimus propugná-
tor. Demùm virtútibus
plenus, & senio conféctus,
Theodósio imperánte : ad
cœlestem vitam migrávit.

D I E X. M A I I.

*In Feste sanctorum Gor-
diáni & Epimachi Marty-
rum. Trium Lectionum.*

*Omnia de Cōmuni Mar-
tyrum, trium Lectionum,
tempore Paschali.*

Orémus. Oratio.

Da quæsumus omnípo-
tens Deus ; ut qui bea-
tórum Mártirum Gordiá-
ni atque Epimachi soléni-
nia cólimus ; eórum apud
te intercessióne adjuvá-
mur. Per Dóminum.

*Dua prima Lectiones de
Scriptura occurrente.*

Lectio iii.

Gordiánus Judex, cum
ad eum Januárius Pre-
tbyter ut condemnarétur,
sub Juliano Apóstata du-
ctus esset ; ab eódem in
Christiánā fidē instrúctus,
cum uxore & quinquagí-
ta tribus áliis ex eádem fa-
mília Romæ baptizátur.

Quare

Quare Praefectus, relegato dignos reddat obsequio;
Januário, Gordianum à Per Dóminum.
Clementiano Vicario in-
cludi jubet in cárcerem:
qui postea eundem Gordia-
num vinculum catenis ad se
accessum; cùm à fidei
proposito deterre non
posset: plumbatis diu ca-
sum, capite plecti impe-
rat. Cujus corpus ante
Apollinis templum cán-
ibus objectum; noctu à
Christianis via Latina se-
pelitur in eádem crypta in
quam reliqua beati Epí-
machi Mártir translite-
fuerant ab Alexandria: ubi
is diu propter Christi con-
fessióinem constrictus, in
cárcere postremò combú-
sus: Martyrio; coroná-
tus est.

DIE XII. MAI.

In festo Sanctorum Pan-
cratij, Nerei & Achillei
Mártirum.

Trium Lectionum.

Omnia de Communi
Mártirum, trium Lectione-
num tempore Paschali-

Orémus. Oratio.

SEmper nos Dómine san-
ctorum Mártirum tuó-
rum Pancratij, Nerei & A-
chillei siveat quæsuumus
beata solemnitas: & tuo

Dua prima Lectiones de
Scriptura occurrentes.

Lec̄cio iij.

Pancratius in Phrygia,
nobili génere natus;
pues quatuordecim anno-
rum Romam venit: Dio-
cletiano & Maximiano Im-
peratoribus. Ubi à Ponti-
fice Romano baptisatus, &
in fide eruditus; ob ean-
dem paulo post compre-
hensus: cum diis sacrifi-
care renuisset; Vixli for-
titudine datus cervicibus:
illūstrem Mártirii cor nā
consecutus est. In eundem
diem incidit passio Sancto-
rum Neréi & Achillei fra-
trum; qui cum Euníchī
esse Flávia Domitilla:
cum ipsa ob præclaram fi-
dei confessionem, primū in
Póntam insulam rele-
gantur. Postmodum gra-
vissimis verbib⁹ cæli; &
deinde equuleo & flammis
cruciati: Cum constanter
assisterent, se à sancto Pe-
tro Apóstolo baptizatos;
Diis sacrificare non posse:
secuti percutiuntur. Quo-
rum cūpora Rōnam de-
lata: via Ardeatina sepul-
ta sunt.

DIE

DIE XXV. MAII.

*In festo sancti Urbani
Papa & Martyris.**Trium Lectionum.**Omnia de Communi unius
Martyris, trium Lectionum,
tempore Paschali.**Orémus. Oratio.*

DA quæsumus omnípotens Deus ; ut qui beáti Urbáni Mártyris tui atque Pontíficis natalitia cónimus : ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

Quæ prima Lectiones de Scriptura occurrente.

Lectio iii.

URbánus Románus, Alexándro Sevéro Imperatóre, doctrinâ & vita sanctitáte multos ad Christi fidem convértit ; in illis Valériánum, beátæ Cæciliæ sponsum, & Tiburtium Valériáni fratrē : qui póstea martyrium forti ánimo subiérunt. Hic de bonis Ecclesiæ attribútis scripsit his verbis : *Ipsæ res fidélium, quæ Dómino offerintur, non debent in alios usus, quam Ecclesiasticos ; & Christianorum fratrum, vel indigéntium, convérti ; quia vota sunt fidélium, & prætia peccati*

tórum : ac patrimónia páuperum. Sedit annos sex, menses septem, dies quátuor ; ac Martyrio coronátus ; sepultus est in cœmetério Prætextati : Octavo Kaléndas Júnij. Ordinationibus quinque habitis mense Decembri, creávit Presbyteros novem ; Diaconos quinque : Episcopos per divérsa loca ostendit.

FESTA JUNII.

DIE II. JUNII.

In festo Sanctorum Pontini, Primi Lugdunensis Episcopi, & Sociorum quadraginta septem Martyrum Lugdunensium, seu Athanacensium.

Duplex minus.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum præter ea, qua hic sunt propria.

Si hoc Festum ante Vigiliam Pentecostes evenerit omnia de Communi plurimorum Martyrum. tempore Paschali, præter ea qua hic sunt propria. Infine autem Antiphonarum & Respons. qua hic notari additur, Alleluia.

Orémus. Oratio.

Deus, qui nos concédis Sanctórum Mártyrum

Mórum Pothini & Sociórum ejus Natalitia célébre: Da nobis in ætérna Beati- tudine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

Processio ad S. Porthinum in Capella S. Thome, in majori Ecclesiâ.

Re. viij. Sancti tui, Dómine. Ad ij. Magnificat, Antiph. Ibi sunt Sancti, qui pro Testamento Dei sua cōporta tradidérunt, & in sanguine Agni lavérunt stolas suas.

Oratio. Praesta, quæsumus omnipotens Deus.

Post Processionem, iterum Vespera à Clero Majoris Ecclesia ad S. Nicetium.

Ad Matutinum.

In primo Nôcturno.

Lectiones de Scriptura occurrence.

In secundo Nôcturno.

Ex Epistola Ecclesiârum Viennensis & Lugdunensis ad Ecclesiâs Asiac & Phrygiæ.

Apud Euseb. Cesar. Hist. Eccles. l. 5. c. 10.

Lectio iv.

IN Gâllia Due præ cœtēris insignes prestantes que Urbiuum Mâtres celebrantur; Lugdunum ac Vienna, quarum utrâm-

que pérmeat Rhôdanus; universam Regionem præcipiti cursu circumfluens. Nobilissimæ horum locorum Ecclesiæ commentarij de Passione Mártirum suorum ad Ecclesiâs Asiac Phrygiæque miserunt, ea, quæ apud se gesta erant hoc modò cōmemorântes. Servi Christi, qui apud Viennam & Lugdunum Gâlliae degunt, Fratribus per Asiam & Phrygiam constitutis; qui eâdem nobiscum Fidei & Spem habent Redemptionis: Pax & Grâta, & Glória à Deo Patri, & Christo Jesu Dómino nostro. Gravitatems ipsam armaturam, & gentium adversus sanctos furorēm ac râbiem; quaque & quanta beati Mártires perpessi sunt: nec nos exprimere dicendo, nec quisquam scribendo complésti accuratè possit. Omni siquidem virim impetu; in nos irruit adversarius: nihil quippe intentatum reliquit. Sed grâta Dei pro nobis adversus Diabolum pugnâvit, & infra nimis quidem servâvit, viros autem illi oppôsuit

pōsuit Columnárum instar, firmos ac stábiles, qui for-
titúdine sua univérsu-
dæmónis impetum in se-
metípsos pertráhere valé-
rent.

Lectio v. Post multa;
Beatissimus autem Po-
thinus, qui Episcopátum
Lugdunénsis Ecclesiæ
administrábat, nonagená-
rio major, & córpore ad-
modum infirmo, ob præ-
sentem quidem córporis
imbecillitátem ægrè Spíri-
tum trahens; cæterùm præ-
cupiditáte imminétiis Mar-
tyrij mirábili alacritáte áni-
mi firmátus: étiam i pse ad
tribúnal ferebátur. Córpo-
re quidem partim ob Se-
nectútem, partim vimorbi
pénitus exhausto ac solú-
to; ánimam verò adhuc
rétinens: ut per eam Chri-
stus triúmpháret. Perlátus
igitur à milítibus ad tribú-
nal; prosequéntibus ipsum
Magistrátibus civitatis, &
univérsa plebe variis eum
acclamatióibus impetén-
te: tanquàm ipse Christus
esset, egrégium réddidit
testimónium. Interrogá-
tus verò à Præside, Quis
nam esset Christianórum
Deus? Respóndit: Si dignus

fueris: cognósces.. Post
hæc ábsque ullo humani-
tatis respéctu raptátus; at-
que innúmeris plagis af-
féctus est. Cùm iij quidem
qui própiùs adstábant cál-
cibus & pugnis illum con-
tumeliósè appéterent; nec
ullam ejus artáti reverén-
tiam exhibérént: Qui verò
lóngius distábant, quid-
quid ad manū erat, in ipsū
conjecterent; quippe hoc
modò injútiā Deórum
suórum ultúros: se arbitra-
bántur. Exinde vix adhuc
spirans in carcerem pro-
jectus est, tandemque post
bíduum, ánimam exhalá-
vit.

Ex sancto Gregório Toro-
nensi, & sancto Adóne
Viennénsi.

Deglória Martyrum lib. I.

In Martyrologio.

Lectio vj.

Quadraginta octo Mar-
tyrum Nómina, qui
apud Lugdúnum passi di-
cúntur: hæc sunt.. Pothí-
nus Episcopus; Zachariás.
Présbyter; Epágatus, Ma-
carius, Alcibiádes, Síl-
vius, Primus, Ulpius, Vi-
talis, Comínius. Ostuber,
Philóminus, Géminus,
Júlia, Albína, Grata, Ro-
gata,

gata , Æmilia , Potamia ,
Pompéja , Rhódana , Bi-
blis , Quarta , Materna ,
Elpes , quæ & Amnas . Hi
autem bestiis tráditi sunt :
Sanctus , Maturus , Atta-
lus , Alexánder , Ponticus ,
Blandína . Hi sunt qui in
cárcere spíritum reddidé-
runt ; Ariosteus , Coriolius ,
Zózimus , Titus , Július ,
Zóticus , Apollónius , Ge-
miniánus , Júlia , Aufónia ,
Æmilia , Jannica , Pom-
péja , Domna , Justa , Tró-
phima , Antónia : & Beá-
tus Pothinus Episcopus .
Quorum Sancta cōpora
Jūdex iniquis igni tradi-
præcepit , atque in Rhod-
anum púlveres jussit spar-
gi . Sed divino admónitu
Christiáni , sacros cíneres
in eodem loco miraculo
cōservátos colligénes sub
sancto Altári condidérunt .
Harum reliquiárum festi-
vitátem cives Lugdunénsis
Urbis , ómnibus undequá-
que lètanter accurrénti-
bus , per descénsum flumi-
nis , cum hyannis & canticis
gratulatiōnis concele-
brantes ; Missarumque so-
lémnia in Apostolórum
Ecclésia , ubi sancti cíneres
cōrūm cōnditū servántur .

Dómino festivè reddétes
ex antiquórum traditione ,
ipsam diem Miraculórum
appellant . Locus , in quo
passi sunt , Athénæum vo-
catur : ideq̄ue dicuntur
Mátyres Athanacénses .

In tertio Nocturno .
Lectio sancti Evangeli⁹ :
secundum Lucam .

Lectio viij . Cap. 12 .
IN illo tempore : Dixit
Iesus Discipulis suis , Di-
co vobis amicis meis , ne
terre amini ab his , qui oc-
cidunt corpus ; & post hæc
non habent amplius : quid
fiant . Ostendam autem
vobis quem debeatis ; ti-
mère , cum qui postquam
occiderit : habet potestá-
tem mittere in gehennam .
Et teliqua .

Homilia sancti Euchérij ,
Episc. Lugd .

De sancta Blandina Martýre Lugdunensi .

AGnoscamus , Charissi-
Ami ; circa Ecclésiam
nostram uberiorem Divinórum
múnierunt largitá-
tem . Exultant singulárum
Urbium populi , & si unius
saltē Martyris reliquiis
muniāntur ; ecce nos pō-
pulos Martyrum possidé-
mus . Gáudeat terra nostra
nūtrix .

Mutrix Cælestium Miliū, & tantarum parens fœcunda virtutum. Ecce prophanus hostis nequaquam eitantum prodesse potuisse obsequio: quantum profuit gladio. Nam, sicut Sacratissimi præsentis, Diéi manifestant Festa; quantum contra eam iniquitas abundavit: tantum in ea gratiæ nunc & benedictiōnis exuberat. Legimus in Bethléem ab Herode, dum Christum perséquitur, mília felicium extinta esse puerorum; dicente Propheta: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Ita hæc beata Parens, & trium phalium illistris Patria Lugdūnum tantorum dives pignorum méritis; & si ad momētum oculis inspiciētum orbāri visa est: nequāquam tamen indiget consolari. Nec plorat filios suos; quia in vidēndis luctibus dum pérderet: acquisivit.

Lectio viii.

FIduciāliter inter hæc tecum, ô Bethleem, Terra Juda, quæ candidatam Plebem imbellis infantiæ Deo offerre merui-

sti; dignè, inquam, tecum, ô Bethléem, Lugdūnum nostrum certaret: & super Divinis circa ultraque beneficiis, velut collato tecum sermone conténderet, ita dicens. O Bethléem, in Martyrum nostrorum titulis, tu numero fortasse præcedes: ego mérito. Intuis interféctio fuit, confessio non fuit: In meis collectatio Passiōnis. Intuis sola fuit opportunitas & occasio felicitatis. Te éxitus ditavit Benedictiōne: me virtus. Tu in sanguine Parvulorum potuisti videre pereūntes: non potuisti expectare certantes. Te coronavit Innocentia Moriētum: me gloria Triumphantium. Tu obtulisti annis Párvulos: ego etiam méritis consummatos. Triumphantum tuum sexus unus: meum uterque promeruit. Mea pugna palnam de mundi principe etiam in foeminis reportavit. Chorus meus in pueris Innocentes suos habere potuit: Chorus tuus Blaudinam meam habere non potuit. Lectio ix.

PRæstítit inter ista Di-vina Providentia ut in tantis

tantis Patriæ Sacrificiis sentire non possint.

éiam Pónifex non de-

éset. Rapitur ad ímpiam

quæstionem grandævus &

plenus diérum Beatus Pa-

ter noster Pothinus, Ec-

clésie hujus Antistes; &

pro eruditiónis, ut crédi-

mus, mérito, Gregi suo

júngitur, ac post Domíni-

ci córporis Sacrificium

prophanis Tribunalibus

novam de se Hóstiam

Christo oblatárus infértur.

Senilis infirmitas per injú-

rias & afflictiones furén-

tium ministrórum, ita cé-

lerem sortítur éxitum: ut

eum intelligeres ad tem-

pus illud soli Martýrio re-

servatum.. Felix, cui in

ipso vitæ límine constitú-

to finem suum, non tam

natúræ: cónsigit debére,

quàm gloriæ. Corrobo-

rantur híc piæ mentes tan-

ti Paréntis exémplo; &

parata supplicia non tam

suscipiunt: quàm inva-

dunt. Divérsa multimodæ

crudelitatis génera, novós-

que cruciatus. in semet

Sanctórum péctora invicta

consúmunt; & intoleran-

dum pondus. málorum

comtemnéndo vincunt; &

fentiéndo obtinent: ut

A d Laudes.

Orémus. Oratio.

Deus, qui nos concédis:

Sanctórum.

processio ad S. Pothi-

num in Cælella S. Thomæ

in Majori Ecclesiâ,

R. ij Iste sunt Sancti.

Ad secundum Ben-
dictus, Antiphona. Justó-
rum ánimæ. qua est j. de
Laudibus.

Oratio. Præsta, quæsu-
mus, Omnipotens Deus.

DIE III. JUNII.

In festo S. Liphardi Pres-
byteri & Confessoris.

Trium Lectionum.
Omnia de Communi Con-
fessoris non Pontificis.

Lectio iij.

LIphardus Auréliis or-
tus Claris Natali-
bus; cùm prudéntia & le-
gum cognitione præsta-
ret: Judex creatus est.
Quò in munere summa-
æquitate, sapiéntia & cha-
ritate se habuit. Cùm verò
quadragésimum ágeret an-
num iurgiorum pertæsus,
& vitam pacatiarem áppe-
tens, cœpit Mónachum,
profitéri. Assúmpto Urbí-
cio socio céllulam sibi ex-
vimíibus, in prætrúpta-
colle:

colle contéxuit. Illic in eximia ánni puritaté Christo obsequitus, adversus inimicas potestates, mirâ cibi potusque parsimonia, magnâ vestis asperitate, orationumque assiduitate strenuè dimicabat. His virtutibus insignem & miraculis etiam coruscantem; Marcus Aurelianensis Episcopus Sacerdotio decoravit. Tunc nonnulli abnegato saeculo ejus Disciplina colla submisérunt, quos in Charitatis viscibus suscipiens, sanctissimis institutis ac exemplis informavit; inter quorum preces & suspitia beatum spiritum emisit: Floruit temporibus Clodovæ Regis.

DIE IV. JUNII.
In Feste sancte Blandinae
Virginis & Martyris
Lugdunensis.

Novem Lectionem.
Omnia de Communi
Virginis & Martyris præ-
ter ea, quæ hic sunt Pro-
pria.

Orémus. Oratio.
O Mnípotens sempiter-
ne Deus, qui infirma
mundi eligis, ut fortia
quæque confundas: con-

céde propitius; ut quæ
beatae Blandinæ Virgi-
nis & Martyris tuæ nata-
litia colimus: ejus apud
te patrocínia sentiamus.
Per Dóminum.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura
ocurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Epistola Ecclesiæ
Vienensis & Lugdu-
nensis, ad Ecclésias Asiæ
& Phrygiae.

Apud Euseb. Casar. Hist.
Eccles. l. 5. c. 1.

Lectione iv. Circa medium.

P Er Blandinam Christus
ostendit, quæ vilia,
deformia, contémptaque
homínibus vidéntur; ea
máximo honore affici à
Deo: propter excellé-
tem erga ipsum Charitá-
tem; quæ in virtute po-
tentiaque ostenditur: non
inani spécie gloriátur.
Nam, cùm univérsi tre-
pidarétius, ipsaque illius
temporális Dómina, quæ
& ipsa cum rélikis Mar-
tyribus strenuè pugnábat,
formidáret in primis, ne
illa ob tenuitatem córpo-
ris liberam confessiónem
édere non valéret; tan-
tò ánni róbore firmata
est

R. Dignus es. xxxiiij.

Lectio ix.

Non est meum dare vobis; quid ita? quod donum accipientis mériti sit: Non solum facultatis dantis. Thronus labórum præmium: non profusa liberalitatis munus. Ex méritis sedes: non ex studio flagitiantis. Osténde quam dignus sis, ac vide meam potestátem; dum peccátor délicta lugeat: ægritudinem levo ac débitum dimitto. Dum plorat meretrix: remissionem dono. dum publicanus pectus tundat: erráta non recolo. Leuproso curationem querente: virtutem prófero. Volo mundare. Excitando è tumulto mórtuū: potestátem ostendo. Lazare veni foras. Cæcis oculorum lumen datum iri sperantibus ac credéntibus secundum fidem vestram fiat vobis. Regni autem thronum quis petat: ac regnum quærat, atque ad dexteram sedere percúpiat. Passiōnis meæ cálicem scisitor; virtutis sudores ac pietatis: contéstor ac laudo. Horum merces: est meus conséssus. His di-

gno; quos invénero meum est dare. Vocat enim dantis potestátem? Accipientis méritum atque gratiā.

R. Jam non dicam. xxxiiij. Te Deum laudámus.

Ad Benedictus, Antiph.
Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes judicantes duodecim tribus Isræl, alleluia.

Ad Sextam.

Oratio. Beati Joannis Apóstoli tui.

Ad Nonam.

Oratio. Beati Apóstoli tui Joannis.

D I E I X. M A I I.

In festo sancti Gregorii Nazianzeni Episcopi & Confess. ac Ecclesie Doctor.

Trium Lectiōnum.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis.

Trium Lectiōnum.

Orémus. Oratio.

Deus, qui pôpulo tuo: atérnæ salutis beatum: Gregorium ministrum tribuisti: præsta quæsumus; ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris: intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dóminum nostrum.

Dua prime Lectiones de Scriptura.

Scriptura occurrente..

Lectio iij.

Gregórius nóbilis Cáp-
padox ex singulári di-
vináque scíentia cognó-
ménto Theólogo; Athé-
nis, cum beáto Basilio stu-
dens; ómnibus disciplínis
sed sacris præcipue erudí-
tus fuit. Ambo igítur in
cœnóbiis vivéntes; cum
doctrína & sanctitáte flo-
rérent; ad prædicándum
Evangélium vocáti, plúri-
mos Christo filios pe-
perérunt. Gregórius pri-
mùm Sasimórum Episco-
pus creáitus est. Deinde
Nazianzénam Ecclésiam
administrávit. Tum Con-
stantinópolim ad eam re-
géndam Ecclésiam accersi-
tus; post purgátam hæ-
résibus civitatem; quod
summum ómnium amó-
rem merebátur; multórum
in se concitávit invídiam.
Ortā igítur inter Episcopos
seditiōne; sponte cedens
Episcopátū; Naziánzum
revérsus est. Cumque huic
Ecclésiæ Eulálium præsi-
ciéndum curásset; totum
se ad contemplatiōnem &
scriptiōnem divinárū re-
rum convértit. Scripsit
multa, & soluta oratiōne,

& versibus mira pietate &
eloquéntia; Omnes facile
sicut vitæ laude; sic & ora-
tiōnis gravitáte supéravit.
Consubstantialitatis Fílii;
fuit acérrimus propugná-
tor. Demùm virtútibus
plenus, & senio conféctus;
Theodósio imperánte; ad
coeléstem vitam migrávit.

DIE X. MAI.

In Feste sanctorum Gor-
diani & Epimachi Marty-
rum. Trium Lectionum.

Omnia de Cōmuni Mar-
tyrum, trium Lectionum,
tempore Paschali.

Orémus. Oratio.

DA quæsumus omnípo-
tens Deus; ut qui bea-
tórum Mártirium Gordiá-
ni atque Epimachi solémi-
nia colimus; eorum apud-
te intercessiōne adjuvá-
mur. Per Dóminum.

Dua prima Lectiones de
Scriptura occurrente..

Lectio iii.

Gordiánus Judex, cum
Gad eum Januárius Pre-
sbyter ut condemnarétur,
sub Iuliáno Apóstata du-
ctus esset; ab eódem in
Christiám fidé instrúctus;
cum uxore & quinquagín-
ta tribus áliis ex eádem fa-
mília Romæ baptizáture-

Quare

Quare Præfæctus, relegato
Januário; Gordiánum à
Clementiano Vicario in-
cludi jubet in cárcerem;
qui póstea eundem Gordiá-
num vincitum caténis ad se
accersitum; cùm à fidei
propósito deterrere non
posset: plumbatis diu cæ-
sum, capite plesti impe-
rat. Cujus corpus ante
Apollinis templum cāni-
bus objéctum; noctu à
Christiánis viâ Latinâ se-
pelitur in eádem crypta, in
quam reliquiae beati Epí-
machi Mártiris translatae
fuerant ab Alexandriâ: ubi
is diu propter Christi con-
fessióinem constrictus; in
cárcere postrémò combú-
stus: Martyrio; coroná-
tus est.

DIE XII. MAI.

In festo Sanctorum Pan-
crati, Nerei & Achillei
Martyrum.

Trium Lectionum.

Omnia de Communi
Martyrum, trium Lectionum,
tempore Paschali.

Orémus. Oratio.

SEmper nos Dómine san-
ctorum Mártirum tuó-
rum Pancrati, Nerei & A-
chillei fóvear quæsumus
beata solémnitas: & quo

dignos reddat obséquio:
Per Dóminum.

Dua prima Lectiones de
Scriptura occurrente.

Lectione iij.

PAncratius in Phrygia,
nóbili génere natus;
puer quatuordecim annó-
rum Romam venit: Dio-
cletiano & Maximiáno Im-
peratóribus. Ubi à Ponti-
fice Románo baptisátus, &
in fide eruditus; ob ean-
dem paulò post compre-
hensus: cum diis sacrifi-
cäre renuisset; Virili for-
titúdine datis cervícibus:
illústrem Mártirii cor, nā
consecútus est. In eúndem
diem ícidit passio Sanctó-
rum Neréi & Achillei fra-
trum; qui cum Eunúchii
essent Fláviæ Domítillæ:
cum ipsa ob præclaram fi-
dei confessiómem, primùm
in Póniam ínsulam rele-
gántur. Postmódum gra-
vissimis verbéribus cæsi; &
deinde equíleo & flammis
cruciati: Cum constánter
assérent, se à sancto Pe-
tro Apóstolo baptizátos;
Diis sacrificare non posse:
secúri percutiuntur. Quo-
rum cōpora Romam de-
láta: via Ardeatina sepul-
ta sunt.

DIE

DIE XXV. MAII.

In festo sancti Urbani
Papa & Martyris.

Trium Lectionum.

Omnia de Communi unius
Martyris, trium Lectionis
num, tempore Paschali.

Orémus. Oratio.

DA quæsumus omní-
potens Deus; ut qui
beáti Urbáni Mártyris tui
atque Pontificis natalitia
éolimus: ejus apud te in-
tercessionibus adjuvémur.
Per Dóminum.

Quæ prima Lectiones de
Scriptura occurrente.

Lección iij.

URbánus Románus,
Alexandro Sevéro
Imperatóre, doctrinā &
vitæ sanctitatem multos ad
Christi fidem convértit;
in illis Valériánum, bératae
Cæciliæ sponsum, & Ti-
burtium Valériáni fratrē:
qui póstea martyrium for-
ti ánimo subiérunt. Hic de
bonis Ecclésiae attribútis
scripsit his verbis: Ipsiæ res
fidélium, quæ Dómino of-
serúntur, non debent in
alios usus, quām Ecclesiá-
sticos; & Christianórum
fratrum, vel indigéntium,
convérti; quia vota sunt
fidélium, & prætia pecca-

tórum: ac patrimónia páu-
perum. Sedit annos sex,
menses septem, dies quátuor;
ac Martyrio coroná-
tus; sepúltus est in cœme-
tério Prætextati: Octavo
Kaléndas Júnij. Ordina-
tionibus quinque habitis
mense Decémbri, creávit
Presbyteros novem; Diá-
conos quinque; Episcopos:
per divérsa loca octo.

FESTA JUNII.

DIE II. JUNII.

In festo Sanctorum Po-
thini, Primi Lugdunensis
Episcopi, & Sociorum qua-
draginta septem Marty-
rum Lugdunensium, seu
Athanasium.

Duplex minus.

Omnia de Communi plu-
rimorum Martyrum præ-
ter ea, quæ hic sunt Pro-
pria.

Si hoc Festum ante Vigilia Pentecostes evenerit
omnia de Communi plurimorum Martyrum. tem-
pore Paschali, præter en-
qua hic sunt propria. In-
fine autem Antiphonarum
& Responsi. quæ hic notar-
ur additur, Allelúia.

Orémus. Oratio.

DEUS, qui nos concédis:
Sanctórum Mártyrum

Mórum Pothíni & Sociórum ejus Natalitia célébre: Da nobis in æterna Beati-tudine de eorum societáte gaudére. Per Dóminum.

Processio ad S. Pothinum in Capella S. Thomæ, in majori Ecclesia.

R. viij. Sancti tui, Dómine.
Ad ij. Magnificat, Antiph.
Istí sunt Sancti, qui pro Testaménto Dei sua cörpora tradidérunt, & in sanguine Agni lavérunt stolas liuas.

Oratio. Præsta, quæsumus omnípotens Deus.

Post Processionem, iterum Fesper & à Clero Majoris Ecclesia ad S.-Nicetium.

Ad Matutinum:

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno:

Ex Epistola Ecclesiárum Viennensis & Lugdunensis ad Ecclésias Asiae & Phrygiæ.

Apud Euseb. Cesar. Hist. Eccles. l. 5. c. 10.

Lectio iv.

*I*N Gállia Duæ præ cætériris insignes præstantésque. Urbium Mátres celebrántur; Lugdunum ac Vienna, quartum utrám-

que pérmeat Rhódanus: univerſam Régionem: præcipiti cursu circumfluens. Nobilissimæ horum locorum Ecclésiæ commentárium de Passióne Mártirum suótum ad Ecclésias Asiac Phrygiæque misérunt, ea, quæ apud se gesta erant hoc modè cōmemorantes. Servi Chri-sti, qui apud Viennam & Lugdunum Gálliaæ de-gunt, Fratribus per Asiam & Phrygiam constitútis; qui eámdem nobiscum Fi-dem & Spem habent Re-demptionis: Páx & Grá-tia, & Glória à Deo Pa-tre, & Christo Jesu Dó-mino nostro. Gravitatem ipsam ætumnarum, & gentium adversus sanctos firórem ac rábiem; quæ & quanta beáti Mártyres perpessi sunt: nec nos exprimere dicéndo, nec quisquam scribendo complécti accuratè possit. Omni siquidem výriūm ímpetu; in nos irruit ad-versarius: nihil quippe in-tentatum reliquit. Sed grá-tia Dei pro nobis aduersus Diabolum pugnávit, & infirmiores quidem ser-vávit, viros autem illi op-pósuīt

pōsuit Columnárum instar, firmos ac stábiles, qui fortitudine sua univérsum dæmónis impetum in se metípsos pertrahere valérent.

Lectio v. Post multas
Beatissimus autem Potinus, qui Episcopatum Lugdunensis Ecclesiæ administrábat, nonagenátrio major, & corpore admodum infirmo, ob præsentem quidem corporis imbecillitatem ægrè Spíritum trahens; cæterum præcupiditatem imminētis Martyrii mirabili alacritatē áimi firmátus: etiam ipse a tribúnal ferebátur. Corporé quidem partim ob Senectutem, partim vimorbi pénitus exhausto ac soluto; ánimam verò adhuc rétinens: ut per eam Christus triūmpháret. Perlatus igitur à milítibus ad tribúnal; pro se quentibus ipsum Magistratibus civitatis, & univérsa plebe variis eum acclamatióibus impetente: tanquam ipse Christus esset, egrégium reddidit testimónium. Interrogátus verò à Præside, Quisnam esset Christianorum Deus? Respóndit. Si dignus

fueris? cognósces. Post hæc absque ullo humanitatis respéctu raptáuis; atque innúmeris plagis afféctus est. Cùm iij quidem qui própius adstabant cálcibus & pugnis illum contumeliösè appéterent; nec ullam ejus extati reverétiam exhibérent. Qui verò longius distabant, quidquid ad manū erat, in ipsū conjicerent; quippe hoc modò injúriam Deórum suórum ultúros se arbitrabántur. Exinde vix adhuc spirans in carcerem projectus est, tandemque post bíduum, ánimam exhalavit.

Ex sancto Gregório Toronénsi, & sancto Adóne Viennénsi.

Deglória Martyrum lib. I.

In Martyrologio.

Lectio vij.

Quadraginta octo Martyrum Nómina, qui apud Lugdúnum passi dicuntur: hæc sunt. Pothinus Episcopus; Zacharias Presbyter; Epágatus, Maccarius, Alcibiades, Silius, Primus, Ulpius, Vitalis, Cominius. Octuber, Philóminus, Géminus, Júlia, Albína, Grata, Rogáta.

gáta, Æmilia, Potámia, Pompéja, Rhódana, Bi-blis, Quarta, Matérna, Elpes, quæ & Amnas. Hi autem béstii tráditi sunt: Sanctus, Matúrus, Atta-lus, Alexánder, Ponticus, Blandína. Hi sunt qui in cárcere spíritum reddidé-runt; Aristeus, Cornélius, Zózimus, Titus, Július, Zóticus, Apollónius, Ge-miniánus, Júlia, Ausónia, Æmilia, Jánnica, Pom-péja, Domna, Justa, Tró-phima, Antónia: & Beátus Pothínus Epíscopus. Quorum Sancta cónpora Judex iniquis igni tradi præcépit, atque in Rhodanum púlveres jussit spar-gi. Sed divíno admónitu Christiáni, sacros cíneres in eodem loco miraculo cōservátos colligéntes: sub sancto Altári condidérunt. Harum reliquiárum festi-vitátem cives Lugdunénsis Urbis, ómnibus undequá-que létanter accurrénti-bus. per descénsum flúmi-nis, cum hymnis & cánti-cis gratulatiónis concele-brantes; Missarúmque so-lémnia in Apostolórum Ecclésia, ubi sancti cíneres cónsum cóndicti servántur:

Dómino festivè reddéntes ex antiquórum traditióne, ipsam diem Miraculórum appéllant. Locus, in quo passi sunt, Athænæum vocátur: ideqüè dicúntur Mártires Athanacénses.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangélij: secúndūm Lucam.

Lectio vii. Cap. 12.
IN illo témpore: Dixit Jesus Discípulis suis; Di-co vobis amicis meis, ne terreámini ab his, qui oc-cídunt corpus; & post hæc non habent ampliùs: quid fácient. Osténdam autem vobis quem debeatis; ti-mére, eum qui postquam occiderit: habet potestátem mittere in géhennam. Et reliqua.

Homília sancti Euchérij,
Episc. Lugd.

De sancta Blandina Mart-yre Lugdunensi.

AGnoscamus, Charissí-mi; circa Ecclésiam nostram: uberiórem Divinórum múnierum largitátem: Exultant singulárum Urbium pòpuli, & si unius saltem Martyris reliquiis muniántur; ecce nos pò-pulos Martyrum possidémus. Gaúdeat terra nostra autrix

matrix Cælestium Miliū, & tantarum parens fœcunda virtutum. Ecce prophanus hostis nequaquam eitatum prodesset potuisset obsequio: quantum profuit gladio. Nam, sicut sacratissimi præsentis, Diem manifestant Festa; quantum contra eam iniqitas abundavit: tantum in ea gratiae nunc & benedictionis exuberat. Legimus in Bethleem ab Herode, dum Christum persequitur, milia felicium extirpta esse puerorum; dicente Propheta: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Ita haec beata Parens, & trium phalium illustris Patria Lugdunum tantorum dives pignorum meritis; & si ad momentum oculis inspicientium orbari visa est: nequaquam tamen indiget consolari. Nec plorat filios suos; quia in videndis luctibus dum perderet: acquisivit.

Lectio viii.

Fiduciâliter inter haec tecum, ô Bethleem, Terra Juda, quæ candidatam Plebem imbellis infantia Deo offerre merui-

sti; dignè, inquam, tecum, ô Bethleem, Lugdunum nostrum certaret: & super Divinis circa ultraque beneficiis, velut collato tecum sermone contenderet, ita dicens. O Bethleem, in Martyrum nostrorum titulis, tu numero fortasse præcedes: ego merito. Intuis interfactio fuit, confessio non fuit: In meis collectatio Passio. Intuis sola fuit opportunitas & occasio felicitatis. Te exitus ditavit Benedictio: me virtus. Tu in sanguine Parvulorum potuisti videre pereantes: non potuisti expectare certantes. Te coronavit Innocentia Moriætium: me gloria Triumphantium. Tu obtulisti annis Parvulos: ego etiam meritis consummatus. Triumphantem tuum sexus unus: meum uterque promeruit. Mea pugna palnam de mundi principe: etiam in foeminiis reportavit. Chorus meus in pueris Innocentes suos habere potuit: Chorus tuus Bladynam meam habere non potuit. Lectio ix.

Praestitit inter ista Divina Providentia ut in tantis:

tantis Patriæ Sacrificiis sentire non possint.
étiam Póntifex non de-
ésset. Rapitur ad ímpiam
quæstiōnem grandævus &
plenus diérum Beatus Pa-
ter noster Pothínus, Ec-
clésie hujus Antistites; &
pro eruditiónis, ut crédi-
mus, mérito, Gregi suo
júngitur, ac post Domíni-
ci córporis Sacrificium
prophanis Tribunalibus
novam de se Hóstiam
Christo oblaturus infértur.
Senilis infirmitas per injú-
rias & afflictiones furén-
tium ministrórum, ita cé-
lerem sortitur éxitum: ut
eum intelligeres ad tem-
pus illud soli Martyrio re-
servatum.. Felix, cui in
ipso vitæ límine constitú-
to finem suum, non tám
natúræ: contigit debére,
quàm glóriae. Corrobo-
rantur hic piæ mentes tan-
ti Paréntis exémplo; & ret:
parata supplicia non tám
fusciunt: quàm inva-
dunt. Divérsa multímodæ
crudelitatis génera, novós-
que cruciatus in semet
Sanctórum péctora invicta
consúmunt; & intoleran-
dum pondus málorum
comtemnéndo vincunt; &
fantiéndo obtinent; ut

A d Laudes.

Orémus. *Oratio.*
Deus, qui nos concédis-
Sanctórum..

*Processio ad S. Pothi-
num in Ca:ela S. Thoma
in Majori Ecclesiæ,*
R. ij Iti sunt Sancti.

*Ad secundum Ben-
dictus, Antiphona. Justó-
rum ánimæ. qua eft j. de
Laudibus.*

*Oratio. Præsta, quæsu-
mus, Omnipotens Deus.*

DIE III. JUNII.
*In festo S. Lithardi Pres-
byteri & Confessoris.*

Trium Lectionum.
*Omnia de Communi Con-
fessoris non Pontificis.*

Lectione iij.
L Iphardus Aureliis or-
natús Claris Natali-
bus; cùm prudéntia & le-
gum cognitione praesta-
ti Paréntis exémplo; & ret:
Quò in munere summa
æQUITATE, sapiéNTIA & cha-
ritate se habuit. Cùm verò
quadragésimum ágeret an-
num iurgiòrum pertæsus,
& vitam pacatiórem appe-
tens, cœpit Mónachum
profiteri. Assumpto Urbí-
cio socio céllulam sibi ex
viminibus, in prætúpto
colle:

colle contéxuit. Illuc in eximia ánni puritáte Christo obsequiūtus, adversus inimicas potestátes, mirā cibi potúsque parsimonia, magnā vestis asperitáte, orationūmque assiduitáte strēnūe dimicabat. His virtútibus insignem & miraculis etiam coruscantem; Marcus Autelianensis Episcopus Sacerdótio decorávit. Tunc nonnulli abnegato sæculo ejus Disciplinæ colla submisérunt, quos in Charitatis viscéribus suscipiens, sanctissimis institutis ac exemplis informávit; inter quorum pieces & suspíria beatum spíritum emisit: Floruit tempóribus Clodovæi Regis.

DIE IV. JUNII.
In Feste sanctæ Blandinae
Virginis & Martyris
Lugdunensis.

Novem Lectionem.

Omnia de Communi
Virginis & Martyris præ-
ter ea, quæ hic sunt Pro-
pria.

Orémus. Oratio.

O Mnípotens sempitér-
ne Deus, qui infirma
mundi éligis, ut fortia
quæque confundas: con-

céde propítius; ut quæ
beátæ Blandinæ Virginis & Martyris tuæ natalitia colimus: ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura
ocurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Epistola Ecclesiárum
Vienensis & Lugdu-
nensis, ad Ecclésias Asiæ
& Phrygiæ.

Apud Euseb. Casar. Hist.
Eccles. l. 5. c. 1.

Lectione iv. Circa medium.

Per Blandinam Christus ostendit, quæ vília, deformia, contémptaque homínibus vidéntur; ea máximo honore affici à Deo: propter excelléntem erga ipsum Charitatem; quæ in virtute potentiáque ostenditur: non ináni spécie gloriátur. Nam, cùm univérsi trepidarétius, ipsaque illius temporális Dómina, quæ & ipsa cum reliquis Martyribus strēnūe pugnábat, formidáret in primis, ne illa ob tenuitátem cóporis liberam confessiónem édere non valéret; tanto ánimi róbore firmata est

est Blandína, ut tortóres, qui ínvicem sibi succedéntes, à prima luce usque ad vésperam, omni tormentórum génere, eam excruiciáverant; resoluta nervórum compáge defícerent, seque viétos conféssi; cum nullum tortimenti genus, quod ipsi inférri posset, reliquum habérent: miraréntur, adhuc illam spíritum dúcere, toto corpore lace-rato atque perfóssō. Verum Beáta illa, instar generósi cuiusdam Athlétæ in ipsa confessióne vires atque ánimos resumébat; erátque ei refectio & quies; sensimque omnem præsentis doloris adimébat prolátio horum verbórum. Christiána sum: & nihil apud nos mali géritur. Rx. Dilexísti. cxxx.

Lectio v.

Blandína verò ad palum suspénsa, béstiiis objécta est? Quæ, cùm in Crucis spéciem suspénsa cernerétur; Deoque contentissimè supplicaret, máximam alacritátem addébat certáminibus; Quippe qui in ipso certámine, sub Soróris persona; corporeis

óculis cérnerent illum, qui pro ipsórum salúte Crucifixus idèo fúerat: ut credéntibus in ipsum persuadéret; Quicúmque pro Christi gloria paterétur: hunc Dei vivéntis consótem futúrum. Cúmique nulla tunc béstia corpus illius attigíasset, depósta ex stípite rursùs in carcere in consígitur, in áliud certámen reserváta, ut plúribus prolusiónibus adversário superáto; tortuósi quidem serpéntis condemnationem certam atque inevitabilem reddebat. Fatares verò exémplo suo accénderet. Quippe, quæ tamétsi pusilla infirmaque, & contémpta; Christi tamén, magni illius invictique Athlétæ róbore indúta & adversárium multis vicibus superáasset: & glorióso certámine corónam immortalitatis reportáasset. Rx. A dextris. cxxx.

Lectio vi.

Post omnes, ultimo tandem spectaculórum die Blandína rursùs illáta est: Beáta illa Blandína ómnium postréma, tamquam nóbilis Mater, quæ Fílios ad fórtiter certándum accéderat;

cenderat, & victores ad regem præmisserat, eisdem certaminum cursus, quos Filii confecerant, remetens ad eisdem ire properabat; de exitu suo læta atque exultans, prorsus quasi ad nuptiale convivium invitata: non bestiis objæcta esset. Denique post flagra; post ferarum vellicationes; post sartaginem, reticulo inclusa tauro objæcta est; à quo diu in altum jactata, nihil jam eorum, quæ fiebant, pénitus sentiens, tūm ob spem & comprehensionem eorum quæ credébat bonorum; tum ob familiarem congrifsum; quem cum Christo in Oratione habébat? Tandem & ipsa Víctimæ instar jugulata est: ipsis etiam Gentibus ingenuè fatentibus, nullam umquam apud se fœminam extitisse: quæ tot ac tanta pertulerit.

R. Induit me. cxxxij.

I. tertio nocturno.

Lectio sancti Evangeli: secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

I N illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis. Si-

mile est Regnum cœlorum thesáuro abscónito in agro; quem, qui invénit, homo, abscóndit; & prægaudio illius vadit; & vendit univerſa, quæ habet: & emit agrum illum. Et reliqua.

Homilia sancti Eucherij

Lugdunensis

Episcopi.

De sancta Blandina Martyre Lugdunensi, post medium.

Subjiciuntur Martyribus nostris Lugdunensisibus ignes, sed ad hoc valere cognoscuntur: ut consecrent. Instigantur bestiæ: sed ad prædam suā feritas impasta miratur. Dilacerata vario tormentoruā génere membra sanctificant flammæ: dum pascere nésciunt. Honórant bestiæ: dum savire non norunt. Ubi sunt, qui dicunt veneratiōnem sacris Mártyrum deferēdam non esse corpóribus? Ecce cruentæ feritatis inimicitas, quæ Religiōnis non rēcipit sensum: defert veneratiōnis obséquium, & quæ discretiōnem rationis ignara non rēcipit: ad malorum tamen damnatiōnem, quid honoris Sanctis

Sanctis debeatur, agnoscit. Ac sic supplicii ministerium vel instrumentum: mirò modò meritórum efficitur testimónium. Et dum piététi reveréntiam præstat: profert tacitam de impietate sententiam.

R. Quæ est ista, cxxxiv.

Lectio viii.

Cum ergo, Charissimi, Ecclésia nostra tantis fidei adornétur trophæis; id elaborábat jus iniquitatis: ut seipsum scelerum novitatem superáret. Sacra Cörpera fúneris honore privantes ignibus dabant; & post hóminum mortem contra ipsam pugnabant humanitatem; & cum jam causa perísset furoris: finem non impunébant crudelitati. Sed tamen vellent nollent, Beatitudinis eorum testes erant, quibus etiam mortuis invidébant. Quómodo semper malitia, cum stultitia conjúncta est? Veneranda ossa in cíneres redigébant; quasi verò possest flammis mérita consumi; & virtutes: cum cineribus concremari. Quàm confusa deméntia? Quibus cœlum adquirébant?

his terram negábant.

R. Surge propera. cxxxiv.

Lectio ix.

Nihil ergo fecisti, inaudita sævitia: incássum te extinguere eorum memóriam credidisti, quorum glóriam propagasti. Dispérgis sanctórum púlverem fluéntis Rhodani ne resúigat; sed aquis resurréctio non consúmitur: quæ per grátiam regeneratiōnis etiam aquarum múnere celebratur. Adorandas reliquias Rhodano-tradis; hoc facit vis fluminis in corporis resolutione: quod temporis. Quicquid itaque ex humana substántia avis rapuerit; bestia devoráverit; unda sorbuerit; etiam si tumulo non clauditur: intra mundi grémium continétur. Neque enim reparatio hóminis in ratione terræ, sed in legis natūra, & in reparatóris virtute: consistit. Ipse enim verídico ore testatus est: Ego sum resurréctio & vita.

R. Laudáte Dñm. cxxv.

D I E V I . J U N I I .

In Feste sancti Claudii Episcopi & Confessoris.

Semiduplex majus.

Omnia

Omnia de Communis Confessoris Pontificis, praeter ea, quae hic sunt propria.

Ad primas Vesperas.

Orémus. *Oratio.*

O Mnipotens sempitérne Deus, qui es Sanctórum tuórum splendor mirabilis; qui que hodiérna die Beátum Claudium, Confessórem tuum atque Pontíficem æternæ beatitudinis glória sublimásti: Concéde propítius; ut cuius mérita venerámur in terris: intercessiónis ejus auxílio apud tuam misericordiam muniámur in cælis. Per Dóminum.

Ad primam Processionem.

R. j. *Primi Nocturni.* Euge serve bone.

Orémus. *Oratio.*

Propitiáre, quæsumus Dómine, nobis famulis tuis; per sancti Claudi Confessoris tui atque Pontificis mérita gloriósa: ut ejus piâ intercessione ab omnibus protegámur ad vésis. Per Dóminum nostrum.

Ad secundam Processionem.

Pars Verna.

R. ij. *Primi Nocturni.* Ju- rávit Dóminus.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui sanctam nobis hujus diéi solemnitatem in honore sancti Claudi Confessoris tui atque Pontificis consecrasti: adesto familiæ tuæ precibus; Et dona, ut cuius festa celebrámus: ejus méritis & auxilio sublevémur. Per Dóminum nostrum.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Clatidius Salinénsium in Burgúndia Príncipii génere ortus, puer sacrissimis littéris, & piis operibus deditus fuit. In Clerum Vesuntionensem vigésimo ætatis suæ anno adscriptus; in Officiis Divinis assiduus; tota terè jejúnans Hebdómada, noctesque saepius in cœlestium meditatiōne, ac piorum lectiōne librōrum transīgens: defuncto Beato Protádio, Vestunto Antistite, in ejus locum, audita miraculosa voce,

Ee

Clandium Episcopum exclamante : summo ómnium consensu electus fuit, annos duos supra triginta natus.

R. Domine quinque.xciv.

Lectio v.

Ecclésiam suam parlaude, fructu & aedificatione rexit : magnis pro ea labóribus curisque perfunditus. Interfuit ac subscrípsit Concilio Epaonensi alias Epannénsi in território Viennénsi sub Sigismundo Burgundorum Rege ; cui præfuit sanctus Alcimus & Avitus Viennénsis , adfuerunt que plures álii Episcopi in sacras Tábulas , ob vitæ sanctitatem post óbitum relati : à quibus quadraginta Cánones statuti leguntur ad reparandam in Gállia Ecclesiásticam disciplinam. Post complétos in summa virtutum ómnium praxi, septem annos Regiminis; abdicato sponte Præsulátu, ardenti solitudinis studio : ad sancti Eugéndi Cœnobium Monásticæ vitæ professus est institutum.

R. Justus germinabit. xciv.
Lectio v.

Sanctissimo & gratissimo suo exémplo ita promóvit cæteros Mónachos ad viam perfectiōnis ineúndam ; ut post mortem Sancti Injuriósi Abbátis coáctus fúerit curam suscipere Monastérii. Quod índitum sibi munus ea pietate ac prudéntia gessit ; ut omnes in sui admiratiōnem pértrahens: plúrimi Clericórum ac Nobílium conversiōnis causa ad eum conflúxerint. Regibus Francórum charus : multa ab iisdem tum gregi suo, tún egénis: impetravit solátia. Sui demùm oblítus, Deique solius amóre vivens: sénio confectus, & méritis consummatus; puríssimum efflavit spíritum : vergente ad finem sǽculo sexto. Ejus corpus magnis glóriæ insigniis fulsit, multisque miraculis cláruit & à tot sǽculis ingénti populórum concúrsu, cunctis mirantibus: integrum & incorruptum ad hæc usque témpora cérnitur.

R. Stola jocunditatis.xcv;

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangeli:
secundum Marcum.

Lectio viiij. Cap.6.

IN illo tempore : Dixit Iesus Discipulis suis ; Venite secorsum in desertum locum : & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi , nec spatum manducandi habebant. Et reliqua.

Homilia sancti Eucherii

Lugd. Episcopi.

*Epiſtolā seu Opusculo de
Laude Eremi.*

OQuam jocundae sunt sitiēntibus Deum dēviae saltibus solitudines : Quam amēna sunt quærentibus Christum illa secrēta , quæ longè latēque , natūra excubante porrēcta sunt : Silent omnia ; tunc in Deum suum lēta mens quibūdam silēntii stīmulis excitātur , tunc ineffabili bus vegetātur excēsibus. Nullus interstrēpens illic sonus , nulla , nisi forte cum Deo vox est : Solus ille admodūm suavis sonus silēntium secrēta statōnis int̄venit , interpellatque illum plācidæ quietis statum strēpitū.

quiēte dulcior , & sanctus modestissimæ conversatiōnis tumultus. Tūc hymnis suaviter resonātibus excēlsa ipsa ferventes Chorū pulsant ; atque his in cœlum pervenitūr.

R. Cibavit. xcviij.

Lectio viiij.

FRemit frustrā tunc circumvēniens adversariūs , tamquām intra óvibus septis Lupus. Invisi sanē spatiōsa deserti lētantium Angelōrum Chorus , & per illam Jacob scalam commeātes , Erēnum frequēntia abditæ visitaōnis illūstrant : Ac ne invanum vīgent , qui custodiunt civitātem , peculiariūs Christo propugnatōre munitur ; Qui tamquām murōrum objectu , ita Erēmi ámbitu hostes suos submovet , ut adoptīva Deo Gens quantūm secrēti spatiis expōsita , tantūm hōstibus suis clausa sit. In illo quoque meridie Sponsus rēcubat , habitatorēsque deserti , charitatē vulnerati , contemplantur eum , dicēntes : Invenimus , quem dīligit anima nostra.

*R. Justum deduxit.
xcviij.*

Lectio ix.

Non est infructuosum, ut creditur, Erémi solum, nec infœcunda aréntis saxa desérti. Illic mûltiplex germen, & centénos incola fructus recóndit: Non fâcile illuc jacta sémina secus viam dêcidunt, quæ volucres absúmant; nec in petròsa fâcile dilabuntur; quæ non habéntia altitudinem terræ astuent & arélicant. Neque in spina fâcile fûgiunt, quæ jam adúltis séntib⁹ obruâtur. Uberi illuc messem provéntu colónus metet; prodúcitur in his saxis seges illa, per quam étiam ossa pinguescunt. Inveniuntur étiam illuc Panis vivus, qui de cœlo descéndit. Errumpunt in illis rúpibus fontes irrígi, & aquæ vivæ, quæ non satiândis solùm, verùm étiam possunt sufficere salvândis. Hic interiôris hóminis paſlus & volúptas: hic incultum desértum mirâ amœnitâ jocundum est, eadēque corporis est erénius, & animæ Paradíſus. *R. In medio. xcix*

A D L A U D E S,
Et ad Tertiam.

Oratio. Omnipotens sem-

piterne Deus, qui es Sanctorum. ut suprà. 849.

Ad Sextam.

Oratio. Propitiare, quæsumus. 849.

Ad Nonam.

Orat. Deus, qui sancta. 849.

Ad Vesperas.

Oratio. Omnipotens sem-piterne Deus, qui. 849.

D I E I X. J U N I I.

In festo Sanctorum Primi & Feliciani, Fratrum Martyrum.

Trium Lectiōnum.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum.

Lectio iiij.

Primus & Feliciánus. Fratres in persecutiōne. Diocletiáni, & Maximiáni. accusati Christiánæ Religiónis, in cárcerem conjiciuntur, ubi ádfuit eis Angelus, qui eos consolaretur? Post aliquot dies ad Promótum. Præsidem adducti, cum Christiánam fidem acerrimè tuerentur, alter ab altero separati sunt. Ac primùm variè tentata est constântia Feliciani, qui triduo affixus stípiti manibus & pédibus, absque cibo & potu pepéndit, Dei laudes continuò decántans? Deinde flagellis cæsus, &

in custódia reclúsus est. Postmodùm Præses vocá-
tum ad se primum, sic af-
fátur: Vides, quantò sit
prudéntior te frater tuus,
qui obsecútus Imperatóri-
bus, nunc apud ipsos est
honorátus? Cui primus;
Quid fratri meo evénerit,
Angelo novi? Tunc Præ-
ses, excandéscens jussit
eum fustibus cædi, & liquá-
tum plumbum in os ejus
infundi; tandemque in
Amphitheátrum ambo
duci, ubi duo leónes, in
eos immíssi, ad eórum pe-
des prostráti sunt. Quo mi-
ráculo percússi, penè mille
quingénti viri in Christum
credidérunt. Quibus rebus
vehémenter permótus Præ-
ses eos secúri pércti præ-
cédit.

DIE X. JUNII.

*In Feste sanctorum Basili-
idis, Cyrini, Naboris &
Nazarii Martyrum.*

Trium Lectionum.

*Omnia de Communi plu-
rimorum Martyrum.*

Lectio iij.

Basílides, Cyrínus, Na-
bor & Nazárius, Ro-
máni Milites, nóbiles gé-
nere: Cùm in persecutió-
ne Diocletiáni & Maxi-

miáni Christunt Dei Fi-
lium prædicárent, ab Au-
rélio Urbis Præfecto com-
prehénsi, & ut Diis sacris-
carent admóniti, ejus iussa
contemnéntes detrusi sunt
in cárcerem; quo iis orán-
tibus, súbito clarissima lu-
ce collustráto, Marcéllus
custódiae Præpósitus, illo
cœlesti splendore percú-
sus, aliisque plúrimi Christo
credidérunt. Verùm, pó-
stea è cárcere ab Impera-
tóre Maximiano emíssi, cù
ejus neglécto império unū
Christum Deum in ore
habérent, scorpiónibus cæ-
si, iterum conjiciúntur in
vincula! Unde séptimo die
edúcti, & ante pedes Imperatóris
constitúti, cùm in irrisióne inánium Deó-
rum persisterent, secúri se-
riúntur. Quorum córpora
feris objécta, nec ab illis
taeta, à Christiánis hono-
rifícè sepulta sunt via Au-
rélia.

DIE XI. JUNII.

In Feste S. Barnabæ Apost.

Trium Lectionum.

*Omnia de Commun: Apo-
stolorum.*

Orémus Oratio.

Quæsumus omnípo-
tens Deus, ut Beatus
Bár nabas

DUO FESTA OMISSA quæ facile à quolibet suis locis inserentur.

DIE XXVII. APRILIS.

*In festo sancti Remigij
Lugdunensis Episcopi.
ij. Lectionum.*

*Omnia de Communi Con-
fessoris Pontificis. ij. Lectio-
num Tempore Paschali ad
Matut. novem, Antiph. &
novem Psalmi de Commu-
ni ut in aliis omnibus Fe-
stis. ij. Lectionum.*

Orénius. *Oratio.*

Deus qui animæ famuli tui Rémiгij eternæ beatitudinis præmia contulisti : concéde própitius; ut qui peccatórum, nostrorum pondere prémimur : ejus apud te précibus sublémemur. Per Dóminum. *Lectio ij.*

Remigius quem máxime venerabilem Lothárius Imperátor Ludo-víci Pij filius in rescripto in grátiam Ecclésiæ Lugdunénsis, cui præerat luculentiori testimónio appellat: hujus sedis dignitatem hoc ævo tenuit & multum pietate & eruditio-ne sua auxit. Plúrima

scripsit inter quæ commentarij in Epistolas sancti Pauli célebres memorantur. Hic Ecclésiam sancti justi ab Ecclésia sancti Irenei disjunxit dicitur, ut déinceps non essent amplius unum corpus : sed dúplici cípiti subjacerent. Ecclésiam sancti Justi Abbátiæ titulo insignivit. Quæ postea Archiépisco-po Lugdunénsi in prædiū cessit. Demum cum multa pro sua Ecclésia & suorum salúte labores suscepisset : obdormivit in Dómino vergente ad finem sǽculo nono.

DIE II. MAI.

I N F E S T O

*Sancti Mamerti Episcopi,
& Confessoris. ij. Lect.*
*Omnia de Communi Con-
fessoris Pontificis. ij. Le-
ctionum.*

Orémus. *Oratio.*

Clamantes ad te quæsumus Dñe dignanter exaudi : ut sicut ad preces beati Cōfessoris tui atque Pontificis Mámerti popu-

Io in afflictione pósito pé-
petcisti ; ita & nobis ejus
intercessione : in omni tri-
bulatione succúrras. Per
Dóminum. *Lectio iij.*

MAmertus quinto sæ-
culo Viénnensem Ec-
clésiam post Simplícium
rexit. Vir erat summæ &
eruditiónis & pietatis.
Pópulo suo in afflictione
labóranti tempóribus val-
de calamitosis compá-
tiens : nihil non movit ut
ipsi rémedium aliquod
subministráret. Jejuniis
précibus, eleemósynis Deū
placare conátus. Cum in-
céndia crebra , terræ mo-
tus assídui ; nocturni só-
nitus sparsi per aërem ig-
nes, prodigiósum quod-

dam ac ferale minitá-
rentur ; invictus antistites
Mamérthus inter tot cala-
mitátes Deum semper
orans ; publicas supplica-
tiones Rogatiónum Vi-
gilia Paschæ ánimo con-
cépit : inquit Ado Vién-
nensis Episcopus. Et quas
jam alia Ecclésiae , teste
Augustíno observabant
públicas preces , tríduo
ante Ascensióne Dómi-
ni primus in Gallia instí-
tuit. eas concilium Aure-
lianense primùm præcepit.
In iis Rogatióibus in-
quit Sidónius jejunátur ;
orátur ; psallitut ; flétur.
tandem Mámertus mirá-
culis clarus in Dómino
obdólinivit.



COMMU

COMMUNE SANCTORUM.

P A R S V E R N A .

I N V I G I L I I S

Apostolorum.

Officium fit de Feria, ut dictum est in rubricis generalibus, duæ primæ Lectiones de Scriptura occurrente, tertia verò de Homilia Sequenti, nisi aliud Evangelium cum Homilia in propriis locis notetur.

Lectio sancti Evangeli: secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem: sicut diligèxi vos. Majorem hanc dilectionem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis quæ ego præcipio vobis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Ex trattatu 83. in Ioannem circa finem.

Hoc est mandatum meum: velut non sit

Pars Verna.

aliud. Quid putamus, fratres mei? Nuinquitnam solum ejus de ista dilectione mandatum est, quâ diligimus invicem? Nonne est aliud magis, ut diligamus Deum? Aut verò de solâ nobis dilectione mandavit? ut alia non inquiramus. Tria certè commendat Apôstolus dicens; manent autem Fides, Spes, Cháritas, tria hæc: major autem horum est Cháritas. Et si in charitate, hoc est, in dilectione concluduntur duo illa præcepta; major tamen dicta est esse non sola. De fide igitur nobis quam multa mandata sunt, quam multa de spe: quis potest cuncta colligere, quis enumerando sufficere. Sed intueamur quod ait idem Apôstolus: Plenitudo legis cháritas. Ubi ergo cháritas est, quid est quod possit deesse? Ubi autem non est, quid est quod possit

prodésserit? Dáxmon credit: grátias. X. In omnem ter-
net díligit. Nemo díligit: ram exívit sonus eórum.
qui non credit. Frustra Rx. Et in fines orbis terræ
quidem; sed tamen potest, verba eórum.

Spesare véniam qui non
dilit: nemo autem po-
test desperare qui dilit.
Itaque ubi dílectio est, ibi
necessáriò fides & spes?
& ubi diléctio proximi, ibi
necessáriò étiam diléctio

Dei. Tu autem. Rx. Deo
grátias.

*Responsor. de Feria. Ad
Laudes & Horas dicuntur
magna Preces.*

C O M M U N E
Apostolorum & Evange-
listarum.

*Ad Vesperas Antiph.
Hoc est præceptum meum.
cum reliquis de Laudibus.*

*Psalmus. Dixit Dóminus.
eum reliquis de Dominicis,
& loco ultimi dicitur
Psalmus. Laudáte Dómi-
num omnes gentes.*

*Capitulum. Ephes. 4
Jam non estis hóspites
& advenæ, sed estis ci-
vies Sanctórum & domé-
stici Dei; superædificati
supra fundaméntum Apo-
stolorum & Prophetarum;
ipso summo angulári lá-
pide Christo Iesu. Rx. Deo*

*Ad Magnificat. Aña.
Tollite jugum meum su-
per vos quia mitis sum &
húmilis corde, jugum enim
meum suáve est, & onus
meum leve. Oratio pro-
pria.*

*Post Vesperas fiunt dua
Processiones, in quibus di-
cuntur responsoria sequen-
tia, & orationes, nisi ali-
ter in proprio noterur.*

*Ad primam Processionem.
Rx. Tollite jugum meum
super vos dicit Dóminus:
& discite à me quia mitis
sum & húmilis corde; *
jugum enim meum suáve
est, & onus meum leve.*

Orémus. *Oratio.*
*E Xáudi nos Deus salu-
taris noster; & Apo-
stolorum tuorum nos tué-
re præsidiis: quorum do-
násti fidèles esse doctrinis.
Per Dóminum.*

*Ad secundam Processio-
nem. Rx. Ecce ego mitto
vos sicut oves in médio
lupórum dicit Dóminus: *
Estote ergo prudéntes si-
cut serpentes, & simplices
sicut columbæ.*

Orémus.

Orémus.

Oratio.

Prótege Dómine pôpulum tuum; & Apostólorum tuórum patrocínio confidéntem perpétua defensióne consérva. Per Dóminum.

Ad Completor. Hymnus.

Attérrna Christi mítura
Et Mártyrum victórias,
Laudes feréntes débitas,
Lætis canámus méntibus.

Ecclesiárum Príncipes,
Belli triumpháles duces,
Cælestis aulæ mítiles,
Et vera mundi lúmina.

Terróre victo sæculi,
Pœnísque spretis cörporis:
Mortis sacræ compendio,
Vitam béatam possident.

Tradúntur igni Mártyres,
Et bestiárum dentibus;
Armáta sævit úngulis,
Tortóris insáni manus.

Nudáta pendent víscera,
Sanguis sacrátus fünditur:
Sed pémanent immóbiles
Vitæ perénnis grátia.

Dévota Sanctóriū fides,
Invícta spes credéntium,
Perfecta Christi Cháritas,
Mudi triúmphat princípē.

In his patérrna glória,
In his volúntas Spíritus:
Exultet in his Filius,

Cœlum replétur gáudio.

Te nunc redémptor

quæsumus,

Ut Mártyrum consórtio,

Jungas precátes sérvulos,

In sempitérrna sæcula.

Amen.

Ad Matutinum. Invitat.

Regem Apostolórum Dóminum, veníte Adorémus.

Psalm. Veníte exultémus.

In primo Nocturno. Aña.

In omnem terram.

Psalmus 18.

Cœli enárrant glóriam
Dei: * & ópera mánuum ejus, annúnciat fir-maméntum.

Dies diéi eríctat verbū: *
& nox nocti, indicat sciéntiam.

Non sunt loquélae neque
sermónes: * quorum non
audiántur, voces eórum.

In omnem terram exívit
sonus eórum: * & in fi-nes orbis terræ, verba eórum.

In sole pósuit tabernácu-lum suum: * & ipse tan-quam sponsus, procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam: * à sum-mo cœlo, egréssio ejus.

Et occúrsus ejus usque
ad summum ejus: * nec

est qui, se abscondat, a ca-
lore ejus.

Lex Dómini immaculá-
ta, convertens áimas : *
testimónium Dómini fi-
déle, sapiéntiam præstans
párvulis.

Justitiae Dómini rectæ
lætificantes corda : * præ-
céptum Dómini lícidum,
illúminans óculos.

Timor Dómini Sanctus,
pémanet in sæculum sæ-
culi : * judicia Dómini
vera, justificáta in semet-
ípsa.

Desiderabília super au-
rum, & lápidem pretiósrum
multum : * & dulcióra su-
per mél, & favum.

Etenim servus tuus cu-
stodit ea : * in custodién-
dis illis, retribútio multa.

Delícta quis intellégit : *
ab occúltis meis munda
me : * & ab alienis parce,
servo tuo.

Si mei non fuérint do-
minati, tunc immaculótus
ero : * & emundábor, à
delicto maximo.

Et eru nt ut compláceant
elóquia oris mei : * & me-
ditatio cordis mei, in
conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, &
redémptor meus.

Glória Patri. Aña. In
omnem terram exívit so-
nus eorum, & in fines or-
bis terræ verba eórum.

Aña. Clamavérunt.

Psalmus 33.
Benedicám Dóminum
In omni témpore : *
semper laus ejus, in ore
meo.

In Dómino laudábitur
ánima mea : * áudiant
mansuéti, & læténtrur.

Magnificáte Dóminum
mecum : * & exaltémus
nomen ejus, in idípsum.

Exquisívi Dóminum, &
exaudívit me : * & ex ómnibus
tribulatióñib⁹ meis,
erípuit me.

Accédite ad eum, & illu-
minámini : * & fácies ve-
stræ, non confundéntur.

Iste pauper clamávit, &
Dóminus exaudívit eum : *
& ex ómnibus tribulatió-
níbus ejus, salvávit eum.

Immittit Angelus Dómi-
ni in circúitu timéntium
eum : * & erípiet eos.

Gustáte & vidéte quóniam
suávis est Dóminus : * beá-
tus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum om-
nes Sancti ejus : * quóniam
non est inópia, timéntibus
eum.

Divites

Dívites eguérunt & esúriéront : * inquiréntes autem Dóminum , non minuéntur omni bono.

Veníte filij audíte me : * timórem Dómini, docébo vos.

Quis est, homo , qui vult vitam : * díligit dies, vi-dére bonos.

Próhibe linguam tuam à malo : * & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo & fac bonum : * inquíre pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super ju-stos : * & aures ejus ad preces eórum.

Vultus autem Dñi super faciéntes mala : * ut perdat de terra , memóriam eórum.

Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos : * & ex ómnibus tribulatióni-bus eórum, liberávit eos.

Juxtà est Dóminus his qui tribuláto sunt corde: * & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes ju-stórum : * & de ómnibus his, liberábit eos Dñs.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum : * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum pessi-

ma: * & qui odérunt ju-stum, delinquent.

Rédimet Dóminus áni-mas servórūm suórūm : * & non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Glória Patri. Aña. Clamavérunt justi , & Dómi-nus exaudívit eos.

Aña. Constitues eos Prín-cipes. Psalm. 44.

E Ruftávit cor meum Verbum bonum: * dico ego, ópera mea regi.

Lingua mea cálamus scribæ, velóciter scribéntis.

Speciósus forma, præ fi-liis hóminum: * diffusa est grátia in lábiis tuis : * pró-ptéreā benedíxit te Deus, in ætérnum.

Accíngere gládio tuo, super femur tuum, potentissime.

Spécie tua , & pulchritú-dine tua: * inténde próspe-rè, procéde & regna.

Propter veritátem , & mansuetúdinem , & justi-tiam : * & dedúcet te mi-rabíliter, déxtera tua.

Sagíttae tuæ acútæ: * pó-puli sibi te cadent, in cor-da inimicórum regis.

Sedes tua Deus in se-cu-lum sæculi : * virga direc-tiōnis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam &

odisti iniquitatem: * propter ea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae, praesortibus tuis.

Mirra & gutta & cäisia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filiae regum, in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, * circundata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: * & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum: * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiae Tyri, in munilibus: * vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus, filiae regis ab intus: * in fimbriis aureis, circumambita varietatibus.

Adducentur regi Virgines post eam: * proximae ejus, afferentur tibi.

Afferentur in laetitia, & exultatione: * adducentur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos principes super om-

nem terram.

Memores erunt nominis tui: * in omni generatione, & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: * & in seculum seculi.

Gloria Patri. Aña. Constitues eos principes super omnem terram, memoires erunt nominis tui Dñe.

X. Non sunt loquelae neque sermones.

R. Quorum non audiatur voces eorum.

Pater noster. Et ne nos inducas, &c.

Deprecatio. Exurge Dñe. Suscipe, &c.

Benedictio. Adjutor & propitiator, &c..

Lectiones de Scriptura positæ in Communi Sanctorum leguntur in primo nocturno, quando notantur in proprio Sanctorum per annum & quando contingit fieri Officium de aliquo Sancto illis diebus, in quibus in Officio Feria non ponuntur tres Lectiones de Scriptura, & quando aliquod Festum solemniter celebratur.

De Epistola prima beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

Lectio

Lectio i. Cap. 4.

Sic nos existimet homo
ut ministros Christi? &
dispensatores mysteriorum
Dei. Hic jam queritur in-
ter dispensatores? ut fidé-
lis quis inveniatur. Mihi
autem pro minimo est, ut
a vobis iudicer; aut ab
humano die? Sed neque
meipsum judico. Nihil
enim mihi cónscius sum,
sed non in hoc justificatus
sum: qui autem iudicat
me, Dóminus est. Itaque
solite ante tempus judicá-
re, quoadúsque véniat, Dó-
minus; qui & illuminabit
abscondita tenebrarum, &
manifestabit consilia cór-
dium: & tunc laus erit
unicuique à Deo. Tu au-
tem Dómine miserere no-
stru. Rx. Deo grárias.

Rx. Tóllite jugum meum
super vos dicit Dóminus,
& discite à me quia mitis
sum & húmilis corde: * Ju-
gum enim méum suáve
est, & onus meum leve.

X. Et inveniétis réquiem
animábus vestris. Jugum
enim. *Benedictio.* Bene-
dictiónibus suis.

Lectio ii.

Hæc autem fratres,
transfigurávi in me

& Apóllo, propter vos, ut
in nobis discátis; ne supra
quām scriptum est? unus
adversus alterum inflétur
pro álio. Quis enim te dis-
cérnit? Quid autem habes,
quod non accepísti? Si au-
tem accepísti; Quid glo-
riáris quasi non accéperis?
Jam saturáti estis; jam dí-
vites facti estis; sine nobis
regnátis; & útinam regná-
tis? ut & nos vobiscum
regnémus. Puto enim
quod Deus nos Apóstolos
novíssimos osténdit tan-
quam morti destinátos;
quia spectáculum facti su-
mus mundo: & Angelis,
& homínibus. Tu autem.
Rx. Ecce ego mitto vos si-
cuit oves, in medio lupó-
rum dicit Dñs: * Estote
ergo prudéntes sicut ser-
pentes & simplices sicut
colúmbæ. X. Cavéte au-
tem ab homínibus, tradent
enim vos in conciliis, & in
synagógis suis flagellábunt
vos. Estote ergo.

Benedictio. Cœlestem be-
ne dictiōnem.

Lectio iii.

NOs stulti propter Chri-
stum, vos autem pru-
dentes in Christo; nos in-
firmi, vos autem fortes:

vos nobiles , nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & siti mus, & nudi sumus; & colaphis cædimur, & instabiles sumus : & laboramus, operantes manib⁹ nostris. Maledicimur & benedicimus; persecutionem patimur & sustinemus; blasphemamur & obsecramus ; tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus : omnium peripsema usque adhuc. Non ut confundam vos , haec scribo sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia Pædagogorū habeatis in Christo : sed non multos patres. Nam in Christo Jesu : per Evangelium ego vos genui. Tu autem. R. Cum steteritis ante reges & præsides ; nolite cogitare , quomodo aut quid loquamini: * Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. X. Ponite ergo in cordibus non præmeditari quemadmodum respondeatis. Dabitur. Glória Patri, Dabitur. In secundo nocturno. Aña. Príncipes populorum.

Psalmus 46.

O Mnes gentes plaudite manib⁹ : * jubilate

Deo, in voce exultationis.

Quóniam Dóminus , excelsus terribilis: * Rex magnus super omnē terram.

Subjecit populos nobis: * & gētes sub pēdib⁹ nostris.

Elégit nobis hæreditatem suam : * sp̄ciem Jacob quam diléxit.

Ascéndit Deus in Júbilo : * & Dñs in voce tubæ.

Psállite Deo nostro Psál lite: * Psállite regi nostro, Psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus : * psállite sapienter.

Regnabit Deus super gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populorū congregati sunt cum Deo Abraham : * quóniam Di fortis terræ , vehementer elevati sunt.

Glória Patri.

Aña. Príncipes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. Aña. Dedisti. *Psalmus 60.*

E Xaudi Deus deprecatiōnem meam: * intende oratiōni meae.

A finibus terræ, ad te clamaui, dum anxiarétur cor meum : * in petra exaltasti me.

Deduxisti

Deduxisti me, quia factus es spes mea: * turris fortitudinis, à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in saecula: * protegar in velamento, alarum tuorum.

Quoniam tu Deus exaudisti orationem meam: * dedisti hereditatem, timentibus nomen tuum.

Dies super dies Regis adiicies: * annos ejus, usque in diem generationis, & generationis.

Permanet in eternum in conspectu Dei: * misericordiam & veritatem ejus, quis requiriет.

Sic Psalmum dicam nomini tuo in saeculum saeculi: * ut reddam vota mea, de die in die.

Gloria Patri.

Aña. Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum Domine.

Aña. Annunciarunt.

Psalmus 63.

Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor: * à timore inimici, eripe animam meam.

Protexisti me à conventu malignantium: * à multitudo operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: * intenderunt arcum rem amaram: * ut sagittent in occultis immaculatum.

Subitò sagittabant eum & non timebunt: * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos: * dixerunt, quis videbit eos.

Scrutati sunt iniquitates: * defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: * & exaltabitur Deus.

Sagittae parvulorum fatae sunt plagae eorum: * & infirmatae sunt contra eos, linguae eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: * & timuit omnis homo.

Annunciaverunt opera Dei: * & facta ejus intellexerunt.

Letabitur justus in Domino, & sperabit in eo: * & laudabuntur omnes recti corde. Gloria Patri.

Antiph. Annunciarunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt.

X. Constitues eos principes super omnem terram.

R. Memores erunt nominis

nis tui Dómine. *Depreca-*
tio. Osténde nobis Dómi-
 ne misericórdiam tuam.
Benedictio. Deus Dei fi-
 lius, &c.

Sermo sancti Bernárdi
 Abbatis.

Sermo 3. de SS. Petro &
& Paulo, circa finem.

Lectio iv.

Meritò fratres, Apó-
 stolis sanctis attribuit
 mater Ecclésia, quod in sa-
 piéntiæ libris légitur; Hi
 sūt viri misericórdiæ, quo-
 rum justitiæ oblivióneni
 non accepérunt: cum sé-
 mine eórum pérmanent
 bona. Viros enim miseri-
 córdiæ fuisse Apóstolos;
 id est, plenos misericórdiæ,
 seu viros misericórdiæ da-
 tos Ecclésiæ univérsæ sci-
 mus. Quòd viri isti, nec si-
 bi vixére; nec sibi mórtui
 sunt, sed ei qui pro ipsis
 mórtuus est: magis autem
 nobis ómnibus, propter il-
 lum. Quantum enim prò-
 dedit nobis eórum justitia;
 quando ipsa quoque, sicut
 osténsum est, tantum pro-
 fuere peccata? Pro nobis
 facit eórum vita; eórum,
 doctrina? etiam & mors
 ipsa. Eténim in conversa-
 tióne continéntiam; in

prädicatióne sapiéntiam;
 in passióne suâ patiētiam;
 nobis beáti Apóstoli con-
 tulérunt. Quantum usque
 hódie conférre nō cessant
 misericórdiâ pleni: quod
 est sanctarum fructus ora-
 tionum. Tu autem. Rx. Ego
 vos elégi de mundo: * Ut
 éatis, & fructum afferátis,
 & fructus vester máneat.
 x. Non vos me elegistis
 sed ego elégi vos, & pósui
 vos. Ut éatis. Benedict. È-
 téram.

Lectio v.

Omnis justitia tépida;
 omnis transitória: omnis véndita erit in obli-
 viónem coram Deo. Sed
 non ita Apostolórum justi-
 tiæ; quod ex eo satis appá-
 ret quod séquitur: Cum
 sémine eórum pérmanent
 bona. Manent enim usque
 hódie in nobis Apostoló-
 rum vestígia; & eorum
 religio quia ex Deo est:
 non potest dissólvi. Vester
 Israéliti populi, quadra-
 ginta annis in desérto per-
 severavérunt integræ; mul-
 tò magis Apostolórum ve-
 stes: super juméntum Sal-
 vatóris impólitæ. Cum sé-
 mine, inquit, eórum. Quod
 est semen? quia séquutus
 adjúngit

adjungit. Hæreditas sancta: nepotes eorum. Idem profecto & semen sunt: & nepotes. Tu autem.

R. Cōstītues eos príncipes super ómnem terram, mēmores erunt nōminis tui Dñe: * In omni progénie & generatiōne, x. Propterea populi confitebuntur tibi in æternū, & in sēculū, sēculi. In omni &c. *Benedictio.* Gratia Spīritus sancti.

Lectio vij.

Meministis credo, (scientibus enim legem loquor;) meministis, inquam, legális mandati: ut súscitet frater supérstes, semen fratri defuncto sine semine. Quis sine sémine? singuláriter, ait, ego sum: donec tránseam. Ideóque resúrgens. Vade, inquit: dic fratribus meis. Ac si dicit; fratres sunt: faciant quod fratres. Ergo per Evangélium ipsi nos genuerunt; non tamen sibi, sed Christo: quia per Evangélium Christi. Hinc est quod moleste tulit Paulus, quosdā eorum dici, à quibus géniti fuérant per Evangélium; indignans adver- sūs eos qui dicébant: Ego

sum Pauli; ego sum Ce- phæ; ego Apollo: Christi magis omnes, & fieri volens, & dici. Itaque semen Apostolórum sumus per prædicatiōnem; sed per adoptiōnem, & hæreditatē: semen Christi, & Apostolórum nepotes. Tu autem. R. Ni mis honorati sunt amici tui Deus, ni mis confortatus est princi-pátus eorum: dinumerábo eos, * Et super arénam multiplicabuntur. x. Con-fitébor tibi quia terribili-ter magnificátus es, mira-bilia ópera tua. Et super. Glória Patri. Et super.

In tertio Nocturno. Aña.
Exaltabuntur,

Psalmus 74,

Consitēbimur tibi De*: Cōconfitēbimur, & invo-cábimus nomen tuum,

Narrábimus, mirabilia tua: * cùm accépero tem-pus, ego justítias judicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui hábitant in ea: * ego confirmávi cólumnas ejus.

Dixi iniquis nolite in-squé ágere: * & delinquiéntib⁹, nolite exaltare cornu,

Nolite extollere in altum cornu vestrum: * nolite

loqui aduersus Deum, ini-
quitatem.

Quia neque ab Oriente,
neque ab Occidente, ne-
que à desertis montibus: *
quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat & hunc
exaltat: * quia Calix in
manu Domini, vini meri,
plenus mixto.

Et inclinavit ex hoc in
hoc: * verumtamen sex ejus
non est exinanita: * bibent
ex eo omnes peccatores
terre.

Ego autem annunciaro
in seculum: * cantabo Deo
Jacob.

Et omnia cornua pecca-
torum confringam: * &
exaltabuntur cornua justi.

Gloria Patri. *Ana.* Exal-
tabuntur cornua justi, al-
leluia. *Ana.* Lux orta est
justo. *Psalm. 96.*

Dominus regnabit exul-
tet terra: * laetentur
insulae multae.

Nubes & caligo in circui-
tu ejus: * iustitia & judi-
cium, correptionis sedis ejus.

Ignis ante ipsum praece-
det: * & inflammabit, in
circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus
orbis terrae: * vidit & com-
mota est terra.

Montes sicut cera fluxer-
unt à facie Domini: à fa-
cie Domini, omnis terra.

Annuntiaverunt caeli ju-
stitiam ejus: * & viderunt
omnes populi, gloriā ejus.

Confundantur omnes
qui adorant sculptilia: * &
qui gloriāntur in simulā-
chris suis.

Adorate eum omnes Au-
geli ejus: * audivit & la-
tata est Sion.

Et exultaverunt filiae Ju-
dae: * propter iudicia tua
Domine..

Quoniam tu Dominus al-
tissimus super omnem ter-
ram: * nimis exaltatus es,
super omnes Deos.

Qui diligitis Dominum,
odite malum: * custodit
Dominus animas sancto-
rum sanctorum: * de manu
peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo: * &
rectis corde laetitia.

Laetamini iusti in Domi-
no: * & confitemini me-
moriae, sanctificationis ejus.

Gloria Patri. *Ana.* Lux
orta est justo alleluia, re-
ctis corde laetitia, alleluia.
Ana. Custodiabant.

Psalmus 98.
Dominus regnabit, ira-
cantur populi: * qui
sedet

sedet super Cherubim, mo-
veatur terra.

Dóminus in Sion ma-
gnus : * & excélsus super
omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo
magnó, quóniam terríbile
& sanctum est : * & honor
regis, judícium díligit.

Tu párasti directíones : *
judícium & justítiā in
Jacob, tu fecísti.

Exaltáte Dóminum Deū
nostrum : * & adoráte sca-
bellum pedum ejus, quó-
niam sanctum est.

Móyses & Aáron in sa-
cerdótibus ejus : * & Sá-
muel inter eos qui ívo-
cant nomen ejus.

Invocábant Dóminum,
ipse exaudiébat eos : * in
colúmna nubis loquebátur
ad eos.

Custodiébant testimónia
ejus : * & præcéptum quod
dedit illis.

Dómine Deus noster tu
exaudiébas eos : * Deus tu
propítius fuiisti eis : * & ul-
eiscens in omnes , adin-
ventiōnes eórum.

Exaltáte Dñm Deum no-
strum : * & adoráte in mon-
te sancto ejus : * quóniam
sanctus Dóminus Deus no-
ster. Glória Patri.

Año. Custodiébant testi-
mónia ejus , & præcépta
ejus allelúia.

v. Annunciaverunt ópera
Dei. Rx. Et facta ejus in-
tellexérūt. Deprecatio. Ad-
jutórium nostrum. Benc-
dictio. Redémptor.

Léctio sancti Evangélij :
secúndūm Lucam.

Léctio vii. Luc.6.

In illo tempore : éxiit
Iesus in monte oráre ; &
erat pernóctans in oratió-
ne Dei. Et cùm dies factus
esset ; vocávit discípulos
síus , & elégit duédecim
ex ipsis : quos , & apóstolos
nominávit. Et reliqua.
Homilia sancti Cyrilli Epí-
scopi Alexandríni.

De expositione ejusdem
Evangeliū secundūm
Lucam.

Cum Dóminus noster
Jesus Christus in ora-
tíone pernoctáisset ; arca-
náque, ac quam nullus co-
gitátu assequátur, ratione,
utque solus ipse novit,cùm
Patre qui in cælis est , ac
Deo, collocútus esset : ac
se nobis rei salutiferæ for-
mam exhibuisset ; (décuit
enim quómodò ritè,ac in-
culpatè instituántur pre-
ces !) descéndit de monte,
designátque

designátque orbis Magístros. Ait enim ad illos : Vos estis lux mundi. Hujus Sanctórum Apostolórum promotiónis beátus quoque David méminit, velut ad Christū loquens ; Constituēt eos príncipes super omnem terram : mémores erunt nōminis tui, in omni generatiōne & generatiōne. Nam cùm adhuc essent in corpore ; mémores erāt Christi gloriæ : ut ejus, cùm urbibus, cùm províciis, mýsterium loqueréntur. Tu autem.

R. O quam pulchri super montes pedes annuncian-
tis pacem ! * Annuncian-
tium bona. X. In omnem
terrā exivit sonus eórum ,
& in fines orbis terræ, ver-
ba eórum. Anhūtiántium.
Benedict. Unigénitus Dei
filius. Léctio viii.

AT ubi ad supérnas mansiónes vocáti sunt ; sic nihilominus res ejus narrantur per ea quæ de illo sapientissimè scrip-
tis consignata reliqué-
runt. Ac iij quidem qui in
lege Mosáicā ordinabán-
tur sacerdótes ; Aáron scí-
licet ac sōcij ; ius vestimén-
tis sensibili ritu honesta-

bántur, quæ sacrum ejús-
modi ministérium decé-
rent : divini autem Disci-
puli , spiritálibus donis
conspícui, Evangelicórum
documentórum concrédi-
tum munus iniérunt. Di-
ctum est enim ad illos : In-
firmos curáte ; dæmónes
ejícite ; leprósos mundáte:
mórtuos suscitáte. Ac sa-
nè Christi virtute indútis
univérsum terrárum or-
be in stuporem egérunt.
Tu autem.

R. Qui sunt isti , qui ut
nubes volant , * Et quasi
colúmbæ ad fenéstræ suas.
X. Candidiores nive, nitidi-
ores lacte, rubicundiores
ébore antiquo. Et quasi.
Bened. Ad supérnórum ci-
vium. Léctio ix.

TO terrárum, orbe:
hómines, cùm non es-
sent sui , congregáverat
sátanas ; subisque fécerat
adoratóres: torquem suum
aggravans. At evigilárunt
qui ejus dirípiunt vasa.
Cepit Apostólicæ doctri-
næ verriculum , univérsos
erróre decéptos : orbém-
que illi terrárum Deo ob-
tulérunt. Hos quoque si-
gnificábant : duodecim illi
aquárum fontes in Elim.

Post

Post Marā namque , huc est , post legis occidētis amaritūdinem superātam : venire licet, in Elim : quod est ascēsio. Provēhimur enim à vēteri nostrā infātiā , ad eām quāe ītegrōs sensus habet ; atque ad mensūram occurrētes & tatis plenitūdinis Christi : spiritālium fōntium aquis perfluēmur. Illi porrō duodēno nūmero : sanctōrum nobis Apostolōrum chorū, graphicē depīngūt. Tu autē Rx. Via munda sancta vocabitur, & alienus non trāsibit per eam, sed ambulābunt per eam : * Qui liberati fūerint & Redēmpti à Dōmino. ¶. Convertētur & vénient in Sion cum lande , & lētitia semper̄na super caput eōrum. Qui liberati.

Non dicitur. Glória Patri, quia dicitur Hymnus.

Te Deum laudāmus.

A D · L A U D E S .

Antiphona.

Hoc est praeceptum meum , ut diligātis invicem , sicut diléxi vos. Psalmus. Dōminus regnāvit. cum reliquis de Dñi a. Aña Majōrem charitātem nemo habet , ut ani-

mam suam ponat quis p̄ amīcis suis. Aña. Vos amici mei estis, si feceritis quāe præcipio vobis dicit Dōminus. Antiphona. Beati mundo corde quóniam ipsi Deum vidēbunt.

Antiphona. Vos autem dixi amicos : quia ómnia, quāe audīvi à patre meo nota feci vobis.

Capitulum. Eph. 2. d
J Am non estis hōspites, &c
Jádvenæ , sed estis cives
sanctūrum , & Doméstici
Dei ; superaedificati supra
fundamētum Apostolō-
rum & Prophetārum : ipso
summo angulāri lápide
Christo Jesu.

¶. Nimis honorāti sunt
amici tui Deus. Rx. Nimis
confortātus est principā-
tus eōrum.

Ad Benedictus. Aña.
Vos qui secuti estis me , se-
débitis super sedes : judi-
cantes dñodecimi tribus Is-
raēl , dicit Dōminus.

*Oratio propria, ut supra
ad Vesperas.*

Ad Tertiam, Capitul.
Jam non estis, &c. ut sup.
Rx. In omnem terram exi-
vit sonus eōrum. Repeti-
tur. In omnem terram, &c.
¶. Et in fines orbis terræ
verba

verba eorum. In omnem terram. Glória Patri. In omnem terram. **X.** Constitues eos príncipes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nōminis tui Dómine.

Oratio propria.

Ad Sextam. Capitulum.

Per manus autem Apostolorum : siébant signa, & prodígia multa in plebe.

R. Constitues eos príncipes, super omnem terram.
Repet. Constitues eos, &c.

X. Mémores erunt nōminis tui Dómine. Constitues eos, &c. Glória. Constitues eos. **X.** Nimis honoráti sunt amici tui Deus.
R. Nimis confortátus est principátus eorum.

Orémus. Oratio.

Exaudi nos Deus salutáris noster; & Apostolorum tuorum nos tuére præsidiis : quorum donásti fidéles esse doctrinis. Per Dóminum.

Ad Nonam. Capitulum.

Ià conspéctu concilij; quóniam digni hábiti sunt : pro nōmine Jesu contuméliam pati.

R. Nimis honoráti sunt

amici tui Deus. Nimis honoráti sunt. **X.** Nimis confortátus est principátus eorum. Nimis honoráti sunt, &c.

Glória Patri. Nimis honoráti sunt, &c. **X.** Annunciavérunt ópera Dei. **R.** Et facta ejus intellexérunt.

Orémus. Oratio.

Protége Dómine pòpulum tuum; & Apostolorum tuorum patrocínio confidéntem : perpétua deffensióne consérya. Per, Dóminum.

¶ Ad Vespertas. Aña.
Jurávit Dóminus.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo : * fede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos : * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuę emittet Dóminus ex Sion : * dominare in medio, inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ : * in splendóribus sanctórum : * ex útero, ante luciferum, géni te.

Jurávit Dóminus & non pœnitébit euri: * Tu es Sacerdos in æternum : * se- cundum

cúndum órdinem Melchí-
fedech.

Dóminus à dextris tuis: *
confrégit in die iræ suæ
reges.

Judicábit in natióibus,
implébit ruínas: * conqua-
sabit capita , in terra mul-
tòrum.

De torrénte in via bibet: *
proptéreà exaltábit caput.

Glória Patri.

Aña. Jurávit Dóminus, &
non pœnitébit eum , tu es
Sacérdos in æténum.

Aña. Collocet eum Dñs.

Psalmus 112.

LAUDÁTE púeri Dómi-
num: * laudáte nomen
Dómini.

Sit nomen Dómini bene-
dictum : * ex hoc nunc , &
usque in sæculum.

A solis ortu usque ad
occásium : * laudábilis nō-
men Dómini.

Excélsus super omnes
gentes Dóminus : * & su-
per cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus
noster : * qui in altis hábi-
tat , & humiliá respicit in
cælo , & in terra.

Súscitans à terra íno-
pem: * & de stercore éri-
gens páuperem.

Ut collócat eum cum

princípibus : * cum princí-
pibus pópuli sui.

Qui habitare facit stéri-
lem in domo : * matrem
filiórum létantem.

Glória Patri.

Aña. Collócat eum Dó-
minus , cum princípibus
pópuli sui.

Aña. Dirupísti Dómine.

Psalmus 115.

CRÉDIDI , propter quod
Clocútus sum: * ego au-
tem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu
meo: * omnis homo mēdax.

Quid retríbuam Dómi-
no: * pro omnibus quæ re-
tríbuit mihi.

Cálicem salutáris accí-
piam : * & nomen Dómini
invocábo.

Vota mea Dómino red-
dam coram omni pópulo
ejus : * pretiosa in conspé-
ctu Dómini , mors sancto-
rum ejus.

O Dómine quia ego ser-
vus tuus: * ego servus tuus,
& filius ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : *
tibi sacrificábo hóstiam
laudis: * & nomen Dómi-
ni invocábo.

Vota mea Dómino red-
dā in conspéctu omnis pó-
puli ejus: * in átriis domus
Dómini,

Dómini, in médio tui Je-salem. Glória Patri.

Aña. Dirupísti Dómine víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis.

Aña. Eúntes ibant.

Psalmus 125.

IN converténdo Dómi-nus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáu-dio os nostrum: * & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gen-tes: * magnificávit Dómi-nus, facere cum eis.

Magnificávit Dóminus facere nobiscum: * facti sumus lätantes.

Convérté Dómine cap-tivitátem nostram: * sicut torrens in Austro.

Qui séminat in lácrys mis-
in exultatióne metent.

Eúntes ibant & flebant: * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne: * portán-tes manípulos suos.

Glória Patri.

Aña. Eúntes ibant & flebant, mitténtes sémina sua.

Aña. Confortátus est.

Psalmus 138.

Dómine probásti me, & cognovísti me: * tu cognovisti sessiúnem meā*

& resurrectionem meam.

Intellexísti cogitationes meas de longe: * sémitam meam, & funiculum meum, investigásti.

Et omnes vias meas præ-vidísti: * quia non est ser-mo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognó-visti ómnia, novíssima & antiqua: * tu formásti me, & posuísti super me, ma-num tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortata est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo: * & quò à facie tua fugiam.

Si ascéndero in Caelum, tu illic es: * & si descénde-ro in inférnum, ades.

Si sumpero pennas, meas dilícito, * & habi-távero in extrémis marijs.

Etenim illuc manus tua dedúcet me: * & tenébit me déxtera tua.

Exdixi fórsitan ténebræ conculcábunt me: * & nox illuminatió mea, in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscu-rábuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: * sicut ténebrae ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos:

meos : * suscepisti me , de
útero matris meæ.

Confitébor tibi quia ter-
ribiliter magnificátus es: *
mirabília ópera tua: * & ani-
ma mea cognóscet nimis.

Non est occultatum os
meum à te quod secísti in
occulto : * & substántia
inea, in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vi-
dérunt óculi tui: * & in
libro tuo omnes scribén-
tur: * Dies formabúntur,
& nemo in eis.

Mihi autem nimis hono-
rificáti sunt amíci tui
Deus. * nimis confortátus
est, principátus eórum.

Dinumerábo eos , & su-
per arénam multiplicabún-
tur : * exurréxi , & adhuc
sum tecum.

Si occíderis Deus , pecca-
tóres: * viri sanguinum, de-
clináte à me.

Quia dícitis in cogitatió-
ne: * accípient in vanitáte
civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te
Dómine óderam: * & super
inimícos tuos tabescébam.

Perfécto ódio óderam il-
los: * inimíci facti sūt mihi.

Proba me Deus , & scito
cor meum: * intérroga me,
& cognósce sémitas meas.

Et vide si via iniquitatis
in me est: * & deduc me in
via ætérna. Glória Patri.

Aña. Confortátus est prin-
cipátus eórum, & honorá-
ti sunt amíci tui Deus.

Capitulum. Jám non estis
hóspites. *ut suprà.*

¶ In omnem terram exí-
vit sonus eórum. Rx. Et in
fines orbis terræ verba
eórum.

Ad Magnificat, Aña.
Vos qui Reliquistis ómnia
& secuti estis me: céntu-
plum accipiétis , & vita in
æternam possidébitis.

Oratio propria.

*Ad processionem primum
responsorium officij diei
sequentis.*

I N F E S T I S
Simplicibus Apostolorum,
seu trium Lectionum.

Ad Vesperas.

*Psalmi & Antiphona
de Feria occurrente.*

*Capit. ¶. & Aña ad
Magnificat, ut suprà.*

*Oratio propria Hymnus
id. Completorium. Ætérna
Christi múnera.*

Ad Matutinum.

*Invitatorium. Regem
Apostolórum Dóminum,
Veníte adorémus. Psalm.
Veníte, &c.*

Deinde

Deinde dicuntur novem Aña & novem Psalmi de eodem communis, ordine sequenti.

Aña. In omnem terram.

Psalmus. Cœli enarrant gloriam, &c.

Aña. Clamaverunt.

Psalm. Benedicam Dñm.

Aña. Constitues eos principes.

Psal. Eruerat cor meū.

Aña. Príncipes populorū.

Psalmus. Omnes gentes plaudite.

Aña. Dedisti.

Psalm. Exaudi Deus deprecationem.

Aña. Annunciaverunt.

Psalm. Exaudi Deus orationem. Aña. Exaltabuntur. Psalmus. Confitemur tibi Deus.

Aña. Lux orta est justo.

Psf. Dñs regnavit exultet.

Aña. Custodiébant.

Psf. Dóminus regnavit irascántur.

X. Non sunt loquélæ neque sermones. Rx. Quorum non audiántur voces eórum.

Dua primæ Lectiones de Scriptura occurrente, & ex tribus sunt dua: tertia ut notatur in proprio.

Benedictiones, & Res-

ponsoria, dicuntur secundum Feriam occurrentem. Hoc ordine, videlicet. Feria secunda & quinta. Bened. & Respons. primi Nocturni. Feria tertia & sexta. Bened. & Respons. secundi Nocturni. Feria quarta & Sabbato, Benedict. & Rx. tertij Nocturni. At qualibet die dicitur semper ante quamlibet. Bened.

Depræratio. Exurge Dómine adjúva nos, &c. Suscipe deprecationem nostram, &c. non dicitur Te Deum laudamus,

Ad Laudes.

Antiphona. Hoc est præceptum meum. cum reliquis Antiph. & Psalmis. Capit. & versus ut supra.

Aña. Ad Benedictus. Beati pacifici beati mundo corde quóniam ipsi. Deum videbunt.

Oratio propria.

Dicto. Benedicámus Dómino dicitur Psalmus. Levávi, ut in Psalterio. 72.

Ad Horas.

Omnia ut in eodem Communi ut suprà. Officium terminatur ad Nonam.

Eodem ritu celebratur Officium in omnibus festis Simplicibus & in iis Officiis

cium sumitur de Communi secundum qualitatem festi nisi aliter notetur.

Si contingat alicubi fieri octavam de Apostolo, tunc Officium sicut ut infra, & ut dictum est in Rubricis generalibus de octavis. Invitatorium, novem Antiphona, & novem Psalmi, ut in die Festi modo quos supra in festis Simplicibus: duæ prima Lectiones de Scriptura occurrente, ex tribus fiunt duæ, tertia vero ut notatur infra pro qualibet die. Benedictiones & Responsi dicuntur eodem ordine quod notatum est in Festis Simplicibus secundum Feriam occurrit.

Ad Laudes & Horas ut in die Festi. Ad Vesperas, Aña & Psalmi de Feria ut in Psalterio Capit. X. Aña ad Magnificat, ut in secundis Vesperris Festi. Idem ritus servatur infra alias Octavas nisi aliter notetur.

¶ Die secunda infra Octavam.

De Sermone S: Augustini Episcopi.

Sermone 286. de SS. Gervasio & Protasio, circa medium edit. benedict.

Lectio iij.

Trata est via prius spionosa, & pedibus Apostolorum contrita: facta lenior securitas. Quasi semine; sanguine impleta est Martyribus terra: & de illo semine seges surrexit Ecclesiae. Plus asseruerunt Christum mortui: quam vivi. Hodie assentunt; hodie prædicant; tacet lingua: sonant facta. Tenebantur; ligabantur; includabantur; producebantur; torquebantur; urebantur; lapidabantur; percutiebantur; bestiis subigebantur: In omnibus suis mortibus quasi viles irridebantur. Sed pretiosa in conspectu Domini: mors, sanctorum ejus. Tunc in conspectu Domini tantum prestita: modò, & in conspectu nostro. Tunc enim quando opprobrium erat esse Christianum: vilis erat mors sanctorum. In conspectu hominum detestabantur; execrationi habebantur; pro maledictione obijiciebatur: sic moriaris, sic crucifigaris, sic incendaris. Modò ista maledicta: quis fidelis non optat. Tu autem.

¶ Die

¶ Die tertia infra octavā
De sermōne sancti Au-
gustini Episcopi.
Sermone 298. de Sanctis, circa initium edit. bened.

Lectio iij.

Debūimus, quidem tan-
tōrum Mārtirū diem :
hoc est sanctōrum Aposto-
lōrum majōre frequētiā
celebrāre. Si enim cele-
brāmus frequentissimē na-
talitia agnōrum ; quantō
magis debēmus ariētū :
De fidēlibus enim quos lu-
crati sunt Apóstoli prædi-
catione sua scriptum est :
Afferte Dño filios ariētū.
Per angūstias passiōnum ;
per viam spinis plenam ;
per tribulatiōnes persecu-
tiōnum ; ut trānsēant po-
steā fidēles : Apóstolos du-
ces habuérunt. Tu autem.

¶ Die quarta infra octav.
De sermōne sancti Au-
gustini Episcopi.
Serm. 11. de Sanctis edit.
benedict.

Lectio iij.

Contémnite ergo sācu-
lum ; Christiāni con-
témnite sāculū : contém-
nite. Contempserunt Mar-
tyres; contempserunt Apó-
stoli; contēpsit beatus N. :
cujus hodie memoriā ce-

lebrāmus. Dívites esse vul-
tis ; honorati esse vul-
tis ; sani esse vultis ; totum
ille contemp̄sīt : ad cujus
memoriā convenistis.
Quid obsecro & tantū
amatis quod contēpsit ;
quem sic honoratis? Quem
si ista non contemp̄sīset ?
non utique sic honorarē-
tis. Quare te invēnio eā-
rum rerum amatōrē ; qua-
rum venerāris contemp̄tō-
rem ? Certè illum si hac
amāret ? non venerāteris.
Et tu noli amare ; non
enim intrāvit ? & ostium
contra te clausit. Contem-
ne & tu ? & intra post il-
lum. Patet quā intres ?
Christus est jānuia. Et tibi
est ostium apertum : quan-
dō est latus ejus lānceā per-
foratū. Quid inde ma-
nāvit rēcole ? & elige quā
possis intrāre. De lātere
Dōmini pendēntis & mo-
riēntis in ligno; posteā quā
est lānceā perforatū :
aqua sanguisque proflū-
xit. In uno est mundatiō
tua ; in altero redēmptiō
tua. Tu autem.

¶ Die quinta infra octav.
De Sermōne sancti Eu-
chérij Lugdunēnsis
Episcopi.

Homilia

*Homilia in natali Aposto-
lorum sub finem.*

Lectio iii.

Consideráte verò, fra-
tres mei, quanta devo-
tione sanctos Apóstolos
honorare debeámus; quos
ipse Dóminus jam non ser-
vos; sed amícos vocat. De
quibus ipse ait. Quia non
sunt de hoc mundo; sed
de mundo eleéti; mundū
vicérunt, cum príncipe
mundi. Quibus ipse testi-
mónum perhíbet dicens;
Vos estis sal terræ; Vos
estis lux mundi. Vobis da-
tum est nosse mystérium
regni Dei; cæteris autem
in parábolis. Isti sunt illi
duodecim; quorum af-
fluéntiâ omnis terrâ saná-
tur. Venit, inquit, Móyses
& pôpulus in Elim; ubi
erant duódecim fontes
aquárum. Tu autem.

¶ Die sexta infra octav.
De Sermóne S. Euchérij
Lugdunénsis Episc.
Eádem Homilia.

Lectio iii

Isti sunt duódecim horæ
Idiéi; & duódecim portæ,
Cœlestis Hierúsalem.
De quibus dicitur ab O-
riente portæ tres, ab Oc-
cidénte portæ tres, à Me-

ridie portæ tres; ab Aqui-
lone portæ tres. De qui-
bus Prophéta ait. Díligit
Dóminus portas Sion; su-
per ómnia tabernácula Ja-
cob. Et revéra magis díli-
git solas Ecclésiæ portas;
quam ómnia ædificia Sy-
nagogæ. Isti sunt lápides
vivi; qui volvúntur super
terrā. Qui pósiti in ra-
tionálī Summi Pontíficis;
etiam sine voce docent &
prædicant. Prædicant enim
non clamándo; sed signi-
ficándo. Hos semper in pé-
ctore habére debémus; qui-
bus corda nostra & in-
struántur; & muniántur.
Ad hos totus pôpulus res-
piciat; & quid signíficent,
diligénter inquirat. Isti
sunt fundamētum; turre, &
colúmnæ Ecclésiæ. Isti
montes; qui exultavérunt
ut ariétes. Isti cedri Líba-
ni. Isti servi qui venénum
non timébunt; & qui ser-
péntes inteficient. Isti
galli in nocte cantantes, &c
leónes fæviéntes; qui suc-
cinctis rénibus & fortissimi
bestiárum; ad nullus ti-
mébunt occúrsu. Sed
quid dicam? Isti sunt cæli
qui enárrant glóriam Dei,
Tu autem.

¶ Die

SDie septima infra octau.
De Sermóne sancti Au-
gustini Episcopi.
Sermone 295. de Sanctis
edit. benedict.

Lectio iii.

Celebráimus diem fe-
stum : Apostolorum
nobis sanguine consecrá-
tum. Amémus fidem ; vi-
tam ; labores ; Passiones ;
confessiones ; prædicatiō-
nes. Proficimur enim amā-
do : non ista propter car-
nalem lætiam celebrán-
do. Mártires enim à no-
bis quid querunt ? Minus
habent; si adhuc laudes hó-
minum quærunt : nondum
vicérunt. Si autem vicé-
runt; à nobis propter se ni-
hil quærūt: sed propter nos
ipsos quærunt. Dirigátur
ergo, via nostra in conspé-
ctu Dómini. Arcta erat; spi-
nosa erat ; dura erat : tali-
bus tamque multis tran-
seúntibus lenis facta est.
Tránsiit ipse prior Dómi-
nus ; transíerunt Apóstoli;
intrépidi posteà Mártires;
púeri, mulieres, puéllæ. Sed
quis in eis? Ille qui dixit: si-
ne me nihil potestis facere.
Tu autem.

*In die Octava sit Fe-
stum novem Lectionum.*

*Ad primas Vesperas An-
tiph. & Psalmi de Feria
occurr. reliqua ut in die.*

*Ad Matutinum omnia
ut in die exceptis Lectioni-
bus, in primo Nocturno
Lectiones de Scriptura oc-
currente, in secundo &
tertio Nocturno ut infrà,
Ad Laudes & Horas ut
in die. Ad Vespertas Psal.
de Feria occurrente. Ca-
pit. X. & Aña ad Magni-
ficat in die.*

Secunda nocturno.
De Sermóne sancti Ful-
gentij Episcopi.
Ser. in natali Apostolorum.

Lectio iv.

DEléctat tantorum tra-
ctare margaritas san-
ctorum : delectat geminas
intuéri dulcium Piscató-
rum. Nec modus in coló-
re; nec númerus in virtute:
splendor varius, & divérsus
ornátus. Hos lápides si cæ-
cus aspéxit : illuminátus
effúlsit. Si gestávit surdus :
verbo Dómini , claros per-
cépit auditus. Si aspéxit
hos lapides claudus in por-
tâ speciósâ ; cursum recé-
pit : & templum fórtiter
intrávit. Testis est Petrus
ad Tábiham ; qualis sit
splendor harum margari-
tarum :

tatum : quando tantus dxi dicébant ; quómodò exultávit númerus viduárum. Ergo & nos singúli singulos contemblemur. Tu autem,

Lectio v.

Remótum est omne naufrágium ; timor excluditur piratárum : quia barcæ subveniunt dulcium Piscatórum. Tuta sunt lítora : per Apostólica rétia. Petrus in cápite scaphæ cœlestis : triúmphat in lítore. Si Andréam contempléris ; unus est úterus, unus uisus : unus innocens captus. Per Pisces , Piscatórum paupérías tollebátur ; per áimas in capturâ conclusas grátia demonstrátur : & regni cælorum dívitiae publicántur. In Scaphâ Petri quis númerat pisces ? Tu autem.

Lectio vi.

Fiat itaque in solemnitate sanctorum : tam grande convívium. Ecce Matthæus præparat prán-dium ; & Christus pransor ingréditur : cum multitudine peccatórum. Pransor innocens ; & rei convívæ : unde convívij sui societate peccatóres fäceret in suo Sacraménto gaudere. Ju-

cum publicánis & peccatóribus mandúcat ? Nemo peccátor secernit nemo reus avéllitur. Omnes hóspites Christi sunt : com-múne convivium est ómnibus. Præparat prándium gaudiórum , solémnitas Apostolórum ; justus pás-citur de gratiâ : peccátor reficitur de indulgétiâ. Tu autem.

Lectio sancti Evangélij : secundum Lucam.

Lectio vii. Luc.6.

In illo tempore : éxiit Jesus in montem orare ; & erat pernoctans in oratiōne Dei : & cum dies factus esset ; vocávit Discípulos suos , & élégit duodecim. ex ipsis : quos & Apóstolos nominávit. Et reliqua. Homilia S.Cyrilli Episcopi Alexandrini.

De expositione ejusdem Evangelij

Observa quæso modum Ordinationis. Non enim in ángulo : ac occultè factam ait sapientissimus Lucas ; sed colléctis potius quæmplurimis discipulis , turbáque copiosa : ex ómni régione Judææ , & marítimis Tyri , & Sidonis.

b

Hi autem erant idolólatræ; sive in utrámque claudicáentes partem? observántes quidem ex parte Judeórum mores; Idololatriæ tamen crímina? non omnino deseréntes. Facta sicutur ordinatio istis ómnibus præsentibus? ac totius orbis terræ Doctóres constituti sunt. Tu autem.

Lectio viij.

Quo illi múnere probè perfuneti; Judæos quidem à legáli cultu? cultóres verò dæmonum ab erróre gentilitatis, ad veritatis cognitionem revocáunt. Designátis autem, ac creátis sanctis Apóstolis; plurima cāque admiránda signa patravit? dæmónia increpans; ad se acceden-tes ab incurabilibus morbis liberans? divinissimamque suam virtutem osténans. Tu. Lectio ix.

Ut cognóscerent qui uero simul Judæi ac Graci conflúxerant; illos, Apóstolicā dignitatē à Christo insígnitos esse? non tanquam ab homine quodam vulgári; ac qui n̄ hil reliquis præstet? sed qui magis Deus existat. Eo nimínum, quod Ver-

bum factum sit homo? suámque tamen glóriam retíneat. Virtus enim de illo exíbat? & sanábát omnes. Non enim ab álio virtutem mutuábat Chri-stus; sed ipse cùm natúra Deus esset, tametsi caro factus erat: suam in ægrótos virtutem exercens, omnes sanábát. Tu autem.

PRO EVANGELISTIS.

In Festo Evangelista-rum omnia dicuntur de Communi Apostolorum, exceptis Lectionibus & Orationibus, que hic se-quuntur.

Ad primas & secun-das Vesperas, & ad Horam Tertiam.

Oratio. Orémus.

Ecclésiam tuam Dómi-ne benignus illústra; ut beáti N. Evangelistæ il-luminata doctrínis? ad dona perveniat sempitérna. Per Dóminum.

Ad primam processionē, & ad Horam Sextam.

Oratio. Orémus.

Beaati N. Evangelistæ quæsumus Dómine supplicatione placatus; & véniam nobis tríbue? & remédia sempitérna con-céde. Per Dóminum.

Ad

Ad secundam processionē.

¶ ad Horam Nonam.

Oratio. Orémus.

BÉATI EVANGELISTÆ. N.
Dómine præcibus adjuvémur; ut quod possibili-
tas nostra non obtinet e-
jus nobis intercessione
donétur. Per Dóminum.

In Primo Nocturno.

Incipit liber Ezechiélis
Prophetae. Capit. I.

Lectio i.

ET factum est in trigésimo anno, in quarto, in quinta mensis; cùm essem in medio captivorum juxta fluvium Chobar: aperti sunt cæli, & vidi vi-
siones Dei. In quinta men-
sis, ipse est annus quintus transmigrationis Regis
Jóachim: factum est ver-
buin Dómini ad Ezechié-
lem filium Buzi Sacerdó-
tem in terra Chaldæorum;
secus flumen Chobar: &
facta est super eum ibi ma-
nus Dómini. Et vidi, & ec-
ce ventus tûrbinis venie-
bat ab Aquilone; & nubes
magna, & ignis involvens,
& splendor in circuitu
ejus: & de medio ejus, quasi
spécies élætri, id est
de medio ignis.

Tu autem.

Lectio ii.

ET in medio ejus sunili-
tudo quátuor animá-
lium; & hic aspèctus eó-
rum: similitudo hóminis
in eis. Quátuor fácies uni:
& quátuor pennæ uni. Pe-
des eórum pedes recti; &
planta pedis eórum, quasi
planta pedis vituli: & scin-
tillæ quasi aspèctus æris
candéntis. Et manus hó-
mínis sub pennis eórum; in
quátuor pártibus: & fá-
cies, & pennas per quátuor
partes habébant. Jun-
ctæque erant pennæ eó-
rum, alterius ad alterum.
Non revertebántur, cùm
incéderent: sed uniu-
quodque antè fáciem suam
gradiebátur. Tu autem.

Lectio iii.

Similitudo autem vultus
eórum, fácies hóminis
& fácies Leónis à dextris
ipsórum quátuor: fácies
autem bovis à sinistris ip-
sórum quátuor; & fácies
áquilæ désuper ipsórum
quátuor. Fácies eórum, &
pennæ eórum exténtæ dé-
super; duæ pennæ singu-
lórum jungebántur, & duæ
tegébant còrpora eórum:
& unumquódque eórum
coram fácie sua ambulá-

bat. Ubi erat ímpetus spíritus; illuc gradiebantur: nec révertebántur cùm ambulárent. Tu autem.

In secundo nocturno.
Sermo sancti Irenæi Lugdunensis Episcopi & Martyris.

Ex libro 3. a aversus heresi. Cap. 2. Lectio i-

Quóniam quátuor regiones mundi sunt, in quo sumus; & quátuor principáles spíritus; & dif- feniinata est Ecclésia super omnem terram: colúmna autem & firmaméntum Ecclésiæ est Evangélium & spíritus vitæ; cónsequens est quátuor habére eam colúmnas: úndique flantes incorruptibilitátem, & vivificantes hómines § Ex quibus manifésum est, quóniam qui est ómnium ártifex Verbum; qui sedet super Chérubim, & cón- net ómnia: declarátus homínibus, dedit nobis quadriforme Evangélium, quod in uno spíritu contínetur. Quemádmodum & David póstulans ejus ad- véntum ait. Qui sedes su- per Chérubim: appáre. Etenim Chérubim quadri- formia: & formæ ipsórum,

imágines sunt dispositio- nis Filij Dei. Primum ením ánimál inquit, simile Leóni; efficábile ejus, & prin- cipale: & regale significans. Secundum verò, simile Vítulo: sacrificálem, & Sa- cerdotálem ordinatióne signíficans. Tertium verò ánimál habens fáciem qua- si humánam; eum, qui est secundum hóminem ad- véntum: eis manifeste des- cribens. Quartum verò sí- mile Aquilæ volitántis: Spíritus in Ecclésiam ad- volitántis grátiam mani- festans. Tu autem.

Lectio v.

Et Evangélia his con- sonántia: in quibus insidet Dóminus Jesus. Aliud enim illam quæ est à Patre principalem, & ef- ficáblem & gloriésam ge- neratióne ejus enárrat, dicens sic: In princípio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum. Et ómnia per ipsum facta sunt: & si- ne ipso factum est nihil. Propter hoc & omni fidúciâ plenum est Evangélium istud: talis est enim per- sóna ejus. Id verò quod est secundum Lucam; quóniam

niam quidem Sacerdotális charácteris est ? Zachária Sacerdóte sacrificánte Deo inchoávit. Jā enim saginátus parabátur vítulus ; qui pro inventióne minórís filij : incíperet maestári. Mattheus verò ; eam , quæ est secúndum hóminem : generatióne ejus enárrat. Liber dicens , generatiónis Jesu Christi ; filij David : filij Abraham. Et íterū : Christi generatió sic erat. Humánæ formæ ígitur hoc Evangélium ; propter hoc , & per totum Evangelium : humíliter séntiens , & mi-tis homo separátus est. Marcus verò , à Prophético spiritu ex alto adveniénte homínibus , inítiū fecit ; Inítiū , dicens , Evange-lij , quemádmodum scri-ptum est in Isáia Prophé-ta : Volátilem & penná-tam imáginem Evangélij monstrans ; propter hoc ? & compendiósam , & præcur-rentem annunciationē fe-cit. Tu autem . *Lectio vj.*

Prophéticus enim cha-rácter est hic. Et ipsum , autem verbum Dei , illis qui antè Móysem fuérunt Patriárchis , secúndum di-vinitatē & glóriam col-

loquebátur ; his verò qui in lege ; sacerdotálem & ministeriálem aëtum præ-bébat : post deinde nobis homo factus , munus cælé-stis Spíritus in omnem mi-sit terram , prótegens nos aliis suis. Qualis igitur dis-positiō Filij Dei : talis & animálium forma ; & qua-lis animálium forma ; ta-lis & charácter Evangélij. Quadrifórmia autem ani-mália ; & quadrifórmē Evangelium : & quadri-fórmis dispositio Dómini. Et propter hoc quátuor data sunt testamēta húma-no géneri ; unum quiden-tiē Cataclysmum sub Adam : secúndum verò , post Cataclysmū sub Noë ; tértium verò legislatio sub Móyse ; quartum verò quod rénovat hóminem , & recapítulat in se ómnia , quod est per Evangélium : elevans & pennigerans hó-mines in cælestē regnum. His igitur sic se habénti-bas ; vani omnes , & indó-cti , & ínsuper audáces , qui frustrántur spéciem Evan-gélij : & vel plures quām dicta sunt , vel rursus pâuci-ores inserunt persónas Evangélij. Tu autem .

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangeli: secundum Lucam.

Léctio ij.

IN illo tempore: Designavit Dóminus & álios septuaginta duos; & misit illos binos antè faciem suam, in omnem civitatem, & locum: quò erat ipse venturus. Et dicebat illis: messis quidem multa: operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis: ut mittat operários in messem suam. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Papæ.

Hom. 17. in Evangel.

Missis prædicatóribus: quid dicat, audiámus, Messis quidem multa: operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis: ut mittat operários in messem suam. Ad messem multā: operárii pauci sunt, quod sine gravi loqui mōrōre, non pōssumus; quia et si sūt, qui bona áudiant: defunt qui dicant. Ecce mundus Sacerdótibus plenus est; sed tamen in messe Dei: rarus valdē inveniatur operátor; Quia officium quidem Sacerdotiale

suscípimus, sed onus offi- ciij non implémus. Sed pen- sáte fratres mei, pensáte quod dicitur; Rogáte ergo Dóminum messis: ut mittat operários in messem suam. Vos pro nobis pétite ut digna vobis operárii valeámus; ne ab exhortatione lingua tōrpeat; ne postquam prædicatiōnis locum suscépimus: apud justum iúdicem nostra nos taciturnitas áddicat. Sæpè enim pro suā nequitiā: prædicantium lingua re- stríngitur. Sæpè verò ex subjectórum culpā agitūs; ut eis, qui præsunt: prædicatiōnis sermo subtrahá- tur. Tu autem.

Léctio viij.

Ex suā quippe nequitiā: prædicantium lingua restríngitur: sicut Psal- mista ait. Peccatóri autem dixit Deus; Quare tu enárras justítias meas? Et rursum ex vīcio subjectórum vox prædicantium prohi- bétur: sicut ad Ezechiélem Dóminus dixit. Linguam tuam adhærescere fáciamus palátio tuo; & eris mutus, nec quasi vir objúrgans: quia domus exasperans est. Ac si aperte dicat. Idcirco tibi

tibi prædicatiōnis sermo tollitur; quia dum me in suis actibus plebs exasperat; non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex cuius ergo vītio prædicatiōni sermo subtrahatur; non facile agnoscitur. Quia vero pastoris taciturnitas aliquando sibi; semper autem subjēctis nōceat; certissimè scitur. Sed utinam sicut ad prædicatiōnis virtutem non sufficiimus; loci nostri officium innocētiā vitæ teneamus. Tu autem.

Lectio ix.

NAM subditur. Ecce Nego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Multi enim cū regimini cūram suscipiunt: ad lacerandos subditos inardescunt. Terrem potestatis exhibent: & quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia charitatis viscera non habent; Domini vidéri appetunt: patres se esse minime recognoscunt. Humilitatis locum in elationem dominatiōnis immutant; Et si quando extrinsecus blandiuntur: intrinsecus saeviunt. De quibus aliás véritas dicit. Véniunt ad vos

in vestimentis óvium: intrinsecus autem sunt lupi. rapaces. Contrà quæ omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittimur; ut sensu servantes innocētiæ: mortuum malitiæ non habeamus. Qui enim locum prædicatiōnis suscipit; mala inferre non debet: sed tolerare. Ut ex ipsâ suâ mansuetudine iram saevientiū mitigate; & peccatorum vulnera in aliis: ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quem & si quando zelus rectitudinis exigit, ut erga subjēctos saeviat; furor ipse de amore sit, non de crudelitate: quatenus & jura disciplinæ foris exhibeat; & intus paterna pietate diligat: quos foris quasi in sequendo castigat. Tu autem.

AD LAUDES,
Horas & Vesperas omnia ut suprà de Communi Apostolorum. Si contingat celebrari octavā de Evangelistā, tunc officium fit eodem ritu quo de Apostolis suprà & Lectiones infrà octavam sumuntur ut in Communi Apostolorum infra Octavam.

C O M M U N E
Apostolorum & Evange-
listarum Tempore Pas-
chali.

Ad Vesperas. Si sit festum duplex, *Aña.* Hoc est præcepit meum. cum reliq. *Anis & Psalmis* ut sup. in primis *Vesperis* *Apostol.* ij.

Sed in fine omnium *Antiphona* um additur Allel. In duplicibus duplicatur.

Capitulum. *Sap. 5.*

Stabunt justi in magnâ constâtiâ; aduersus eos qui se angustiavérunt: & qui abstulerunt labores eorum. *X.* In omnem terram exi- vit sonus eorum.

R. Et in fines orbis terræ verba eorum. Alleluia, alle- luia, alleluia:

Ad Magnificat, Aña. Ego sum via, véritas, & vi- ta; nemo venit ad Patrem nisi per me, alleluia.

Si non sit Festum duplex Antiph. & Psalmi de Fe- ria occurrente.

Oratio propria.

Ad primam Processionem. *R.* j. Pretiosa in conspéctu, Dómini alleluia: * Mors sanctórum, ejus alleluia.

Orémus. *Oratio,* *Xáudi nos Deus salu- tari noster;* & *Aposto-*

lórum tuórum nos tuére præsidiis: quorum donásti fidéles esse doctrinis. Per.

Ad secundam Process. *R.* ij. Virtute magna redde- bant Apóstoli: Testimónium resurrectionis Iesu Christi Dñi nostri, all. alt.

Orémus. *Oratio.*

Prótege Dómine popu- lum tuum; & Aposto- lorum tuórum Patrocínio confidéntem: perpétua defensióne consérva. Per.

Ad Complet. Hymnus. *Æterna Christi munera.* iiij.

Ad Matutinum, Invit- Alleluia, alleluia, alleluia. in *Semiduplicibus.* Alleluia, alleluia. *In Simplicibus ve-* rò *Invitatorium Feriale.* Alleluia, alleluia, alleluia.

Psal. Venite exultémus. 2. *Aña.* In omnem terram, cum reliquias Antiphonis, *Psalm. & Versic.* ut sup. iiij.

Sed in fine *Antiphona-* rum omnium additur Alleluia. *In fine vero Versicu-* lorum dicitur ter Alleluia.

Lectiones j. Nocturni ut in propriâ notâ tur vel ut sup.

R. j. Pretiosa in conspéctu Dómini alleluia: * Mors sanctórum ejus, alleluia. *X.* Custódit Dóminus ómnia ossa eorum; unum ex his

his non conteretur. Mors
sanctorum.

R. ij. Virtute magna red-
dabant Apóstoli : * Te-
stimónium Resurrectiónis
Jesu Christi Dómini no-
stri, allelúia, allelúia:
¶. In omnem terram exí-
vit sonus eórum , & in fi-
nes orbis terræ. Testimó-
nium.

R. iiiij. Discipl'nam & sa-
piéntiam docébat eos Dó-
minus, allelúia: * Firmavit
in illis grátiam Spíritus sui,
& intelléctu implévit cor-
da eórum , allelúia , allel.
¶. Addidit illis disciplí-
nam , & lege vitæ heredi-
távit illos. Firmávit. Gló-
ria Patri. Firmávit.

*In secundo Nocturno Le-
ctiones ut in Proprio no-
tantur.*

R. iv. Ego vos elégi de
mundo : * Ut eatis , & fru-
ctum afferátis , & fructus
vester máneat allelúia al-
lelúia. ¶. Non vos me ele-
gístis , sed ego elégi vos.
Et pósui vos. Ut eatis.

R. v. Ego sum vitis vera
& vos pálmites: * Qui ma-
net in me & ego in eo ; hic
fert fructum multum. Al-
lelúia , allelúia.
¶. In hoc clarificátus est

Pater meus , ut fructum
plúrimum afferátis , & effi-
ciámini mei discípuli. Qui
manet in me,

R. vij. Gaudéte iusti in Dó-
mino allelúia: * Rectos de-
cet collaudátio, * Allelúia.

¶. Quia rectum est ver-
bum Dómini , & ómnia
ópera ejus in fide: Rectos
decet. Glória Patri. Rectos.

In tertio Nocturno.

*Lectiones ut in Proprio
notantur.*

R. vij. Ecce vicit leo de
tribu Juda radix David:
* Aperire librum , & sólve-
re septem signácula ejus
allelúia , allelúia , allelúia.
¶. Et unus de seniöribus
dixit mihi , ne fleveris ; di-
gnus est agnus qui occísus
est. Aperire.

R. viiij. Dignus es Dómine
accípere librum , & aperire
signácula ejus: * Quóniam
occísus es & redemisti nos
Deo in sanguine tuo, allel.
¶. Et fecisti nos Deo no-
stro regnum, & Sacerdótes,
& regnábunt super ter-
ram. Quóniam.

R. ix. Jam non dicam vos
servos , sed amícos meos;
quia ómnia cognovistis .
quæ operátus sum in mé-
dio vestri allelúia : * Accé-

pote Spíritum sanctum Paráclitum, ille est quem pa-
ter mittet vobis, allelúia.
X. Sicut misit me Pater,
& ego mitto vos; hoc cum
dixisset, insuflávit, & dixit
eis. Accípite.

Te Deum laudámus.

*Ad Laudes, Aña. Allel.
In choro cantatur ad mo-
dulum, Aña. Ego sum via.*

*Sub qua sola dicuntur
quinque Psalmi de Landi-
bus Dominica cum reliq.
ut suprà. Allelúia, allelúia;
allelúia, allelúia, allelúia,
allelúia.*

*Capitulum. Sap. 5:
S*tabunt justi in magnâ
Sconstântiâ; adverſus eos
qui se angustiavérunt: &
qui abſtulerunt labóres
eórum.

X. Nimis honoráti sunt
amíci tui Deus.

X. Nimis confortátus est
principátus eórum, alle-
lúia, allelúia, allelúia.

*Ad Benedictus, Antiph.
Iterum autem vidébo vos,
& gaudébit cor vestrum; &
gáudium vestrum nemo
tollet à vobis Allelúia, al-
lelúia.*

In duplicitibus Duplicatur.

*Ad Tertiam, Capitulum.
Stabunt justi. ut suprà..*

R. In omnem terram exi-
vit sonus eórum, allelúia,
allel. Repetitur. In omnem.
X. Et in fines orbis terræ
verba eórum. Repetitur. In
omnem. Glória Patri. Repe-
titur. In omnem. **X.** Con-
ſtitues eos príncipes, super
omnem terram, **R.** Mé-
mores erunt nōminis tui.
Dómine, Allelúia, allelúia,
allelúia. *Oratio propria.*

*Ad Sextam, Capitulum.
E*cce quómodo compu-
tati sunt inter filios
Dei: & inter sanctos fons
illórum est.

X. Constitues eos prínci-
pes super omnem terram,
allelúia, allel. Repet. Con-
ſtitues eos. **X.** Mémores
erunt nōminis tui Dómine,
Repet. Constitues. Glória
Patri. Repet. Constitues.

X. Nimis honoráti sunt
amíci tui Deus. **R.** Nimis
confortátus est principátus
eórum, allelúia, allelúia,
allelúia..

*Oratio. Exaudi. ut suprà.
Ad Nonam, Capitulum.*

Rom. 8.
Cimis quóhiam dili-
géntibus Deum; ómnia
cooperántur in bonum?
his qui secundùm propo-
situm vocáti sunt sancti.

R. Nimis

¶. Nimis honorati sunt amici tui Deus, Alleluia, alleluia, Repet. Nimis honorati. ¶. Nimis confortatus est principatus eorum. Repet. Nimis honorati. Glória Patri. Repet. Nimis honorati. ¶. Annunciarunt opera Dei. ¶. Et facta ejus intellexerunt, alleluia, alleluia, allel. Oratio. Prótege. ut suprà.

In ij. Vesp. si sit festū Dupl. Aña. Jurávit Dóminus. cum reliquis Antiphonis & Psalmis ut suprà. xvij. & in fine Antiphonarum additur Alleluia.

Capitulum & Versus ut in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiph. Tristitia vestra vertetur in gaudium; & gaudium vestrum nemo tollet à vobis, alleluia, alleluia.

In duplicibus Duplicatur.

Ad Complet. Hymnus.

Æterna Christi munera. iij.

In Festis Apostolorum iij. Lectionum Tempore Paschali, omnia ut suprà; sed ritu quo notatum est in Communi Apostolorum iij. Lect. extra tempus Paschale. Capitulum. Stabunt justi. ¶. In omnem terram, &c. additur ter Alle-

lúia. *Antiph. ad Magnif. Ego sum via. ut sup. xxxij. Respon. ut suprà, secundum ordinem Feria occurrentis, reliqua. ut suprà.*

C O M M U N E

Vnius Martyrus.

Ad Vesperas si fuerit festum duplex, Antiph. Qui me confessus fuerit. cum reliquis de Laudib. Psalm. de Dominica. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominicā, loco ultimi Laudate Dóminum omnes Gentes. si verò non fuerit Festum duplex. Antiphona. & Psalmi de Feria occurrēte.

Capitulum. Jacobi. i.

*B*Éatus vir qui suffert tentationem; quóniam cùni probátus fuerit, accipiet corónam vitæ: quam repromisit Deus diligéntibus se.

¶. Posuisti Dómine super caput ejus.

¶. Corónam de lapide pretioso.

Ad Magnificat, Aña. Iste est qui pro lege Dei sui morti se trádidit, non dubitávit mori, ab iníquis interféctus est: & in æternum vivit cum Christo, agnum sequiūus est, & invásit palinam.

xxxvij Commune unius M ártiris.

Pro Martyre, & Pontifice.

Orémus. Oratio.

Infirmitatem nostram réspice omnípotens Deus ; & quia pondus propriæ actionis gravat : beáti N. Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio, gloriósa nos prótegat. Per Dómum nostrum.

Ad primam Processionem.

R. j. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo ; dicit Dóminus. * Et scribam super eum nomen meum, & nomen civitatis novæ Jerúsalem.

Orémus. Oratio.

Deus qui nos beáti N. Mártyris tui, atque Pontíficis ánnua solemnitate lètificas : concéde propítius ; ut cuius natalitia colimus : dé ejúsdem etiam protectione gaudeamus. Per Dóminum.

Ad secundā Processionem.

R. ij. Puer meus noli timere quia ego sum tecum dicit Dóminus. * Si transieris per ignem, flamma non nocebit te, & odor ignis non erit in te.

Orémus. Oratio.

Deus qui nos concédis beáti N. Mártyris tui atque Pontíficis natalitio-

pérfrui : ejus nos tribus méritis adjuvári. Per.

Pro Martyre tantum.

Oratio I.

Præsta quæsumus omnípotens Deus ; ut qui beáti N. Mártyris tui natalitia colimus : intercessione ejus in tui nōminis amore roborémur. Per Dómum nostrum.

Ad primam Processionem.

R. Qui vicerit. ut suprà.

Oratio II.

Lætetur Ecclésia tua Deus beáti N. Mártyris tui, confisa suffrágii ; atque ejus precibus gloriosis, & devóta permáneat : & secúra consístat. Per Dóminum.

Ad secundā Processionem.

R. Puer meus. ut suprà.

Oratio III.

Adésto Dómine suplicationibus nostris ; ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus : beáti N. Mártyris tui intercessione liberémur. Per Dóminum.

Ad Completorium, Hymnus. **L**ætéra Christi muneris. ut suprà. iiij.

Ad Matutinum, Invitatorium. Regem Mártyrum Dóminum, venite adorémus.

Si verò Festum solemniter celebretur dicitur invitatorium. Regem regum Dóminum venite adorémus, quia ipse est coróna beati N. vel SS. Mártyrum.

Quod quidem invitorium dicitur in omnibus festis Sanctorum & Sanctorum quæ solemniter celebrantur, & in omnibus Officiis de communi potest usurpari. Psalm. Venite exultémus. 2.

*In primo Nocturno.
Antiphona. In lege.*

Psalms 1.

BÉatus vir, qui non abiit in consilio impiorum: * & in viâ peccatorum non stetit: * & in cathedrâ pestiléntiæ, non sedit.

Sed in lege Dómini voluntas ejus: * & in lege ejus meditábitur, die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantatum est, secùs decírsus aquarum: * quod fructum suum dabit, in tempore suo.

Et fólium ejus non defluet: * & ómnia quæcunque faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tanquam pulvis quem pròjicit vètus, à facie terræ.

Ideò non resúrgunt impij in judicio: * neque peccatores, in concilio justorum.

Quóniam novit Dóminus viam justorum: * & iter impiorum peribit.

Glória Patri.

Ara. In lege Dómini suit volúntas ejus, die ac nocte.

Antiphona. Prædicans.

Psalmus 2.

QUARE si emuerunt gentes: * & populi mediati sunt inánia,

Astiterunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum: * advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.

Ditumpámus víncula eorum: * & projiciámus à nobis, jugum ipsorum.

Qui habitat in cœlis irridébit eos: * & Dóminus subsannabit eos.

Tunc loquétur ad eos in irâ suâ: * & in furóre sua conturbabit eos,

Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus: * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me, filius meus es tu: * ego hodie gennui te.

Póstula à me & dabo tibi gentes hæreditatē tuam: *

&

xxxvij Commune unius Martyris.

& possessionem tuam , terminos terræ.

Reges eos in virgâ fereantur : & tanquam vas figuli , confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui iudicatis terram.

Servite Dómino in timore : * & exultate ei , cùm tremore.

Apprehéndite disciplinam : * nequandò irascatur Dóminus , & percáitis de viâ justâ.

Cùm exársent in brevi ira ejus : * beáti omnes qui confidunt in eo.

Glória Patri.
Antiph. Prædicans præcepit Dómini , constitútus est in monte sancto ejus,
Antiphona. Voce mea.

Psalmus 3.

Dómine quid multiplicati sunt , qui trubulant me: * multi insúrgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine suscéptor meus es : * glória mea , & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * & exaudívit

me de monte sancto suo.

Ego dormívi & soporatus sum: * & exurréxi quia Dóminus suscépit me.

Non timébo millia populi circundántis me : * exúrge Dómine salvum me fac , Deus meus.

Quóniam tu percussisti ; omnes adversantes mihi sine causâ : * dentes peccatorum contrivisti.

Dómini est salus: * & super populum tuum , benedictio tua.

Glória Patri.
Aia. Voce mea ad Dóminum clamávi , & exaudívit me de monte sancto suo.

X. Glória & honóre.

R. Coronásti eum Dómine. Pater noster. Et ne nos indúcas , &c.

Deprecatio. X. Exúrge Dómine adjuva nos.

X. Súscipe deprecationem. Domne jube benedicere.

Bened. Adjutor , & propitius , &c.

Lectiones sequentes primi nocturni leguntur in Feste Mart. & Pontif.

In Feste autem Mart. nocti Pont. leguntur quæ inferius posita sunt in communi plurimorum Martyrum.

De

De Actibus Apostolorum.

Leccióne i. Cap. 20.

Atens Ephesum: vocavit majores natu Ecclésiae. Qui cùm venissent ad eum; & simul essent: dixit eis. Vos scitis à prima die, quā ingrēssus sum in Asią, quāliter vobiscum per omnē tempus fui, sérviens Dómino cùm humilitate, & lácrys: & tentatiōni- bus quae mihi accidérunt ex iasidiis Judæorū. Quā-

modò nihil subtráxerim, útilium, quod minus annun- ciarem vobis, & docérem vos pùblicè, & per domos; testificans Judæis, atque Gentilibus, in Deum pœnitentiam: & fidem in Dóminum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce al- ligatus ego spíritu, vado in Jerúsaalem, quae in ea ventura sunt mihi, igno- rans; nisi quod Spíritus sanctus per omnes civitá- tes mihi protestátur, di- cens: quóniam víncula, & tribulatiōnes Jerosólvmis me manent. Sed nihil ho- tum véreor; neque facio ánimam meam pretiosiō- rem quam me, díummodo consúnmem cursum meū:

& ministérium verbi, quod accépi à Dómino Jesu, te- stificati Evangélium grátiæ Dei. Tu autem.

R. Qui vicerit, fáciam il- lum colúnnam in templo meo, dicit Dóminus. [¶] Et scribam super eum nomen meum, & nomen civitatis novæ Jerúsaalem. [¶] Vi- centi dabo ei manna ab- scónsum, & dabo illi cál- culum cándidum. Et scri- bam. *Benedictio.* Benedi- ctionibus suis.

Leccióne ij..

EF nunc ecce ego scio; Equia amplius non vi- débitis fáciem meam vos omnes: per quos transivi prædicens regnum Dei. Quapropter contéstor vos hodiéra die: quia mun- dus sum à sanguine ómnium. Non enim subret- fugi: quomodo annun- tiarem omne consilium Dei vobis. Atténdite vobis, & universo gregi; in qua- vos Spíritus sanctus pósuit Episcopos, régere Ecclésiā Dei: quam acquisivit sán- guine suo. Ego scio, quóniam intrábunt post disci- siónem meam lupi rapaces in vos, non parcéntes gre- gi: & ex vobis ipsis exú- gent.

genti viri loquentes per-
verba: ut abducant disci-
pulos post se. Propter est magis dare, quam acci-
quod, vigilate, memoria
retinentes; quoniam per
triennium nocte & die
non cessavi: cum lacrymis
monens unumquemque
vestrum. Tu autem Domine.
Rx. Puer meus noli timere,
quia ego sum tecum di-
cit Dominus. * Si transie-
ris per ignem flamma non
nocabit te, & odor ignis
non erit in te. x. Quia
ego Dominus Deus tuus
apprehendens manum tuam,
dicensque tibi ne timeas.
Si transieris,

*Benedictio. Caelestem be-
nedit.*

Lectio iii.

ET nunc conimendo
Egos Deo & verbo grá-
tiæ ipsius; qui potens est
ædificare: & dare heredi-
tatem in sanctificatis óm-
nibus. Argentum, & au-
rum aut vestem nullius
concupivi, sicut ipsi scitis;
quoniam ad ea quæ mihi
opus erant, & his qui me-
cum sunt: ministraverunt
manus istæ. Omnia ostendi-
vobis, quoniam sic labo-
rantes, opertet suscipere
infirnos; ac meminisse

verbi Domini Jesu, quod-
niā ipse dixit: Beatus
pere. Et cum haec dixisset;
positis genibus suis: oravit
cum omnibus illis. Magnus
autem fletus factus est óm-
nium; & procumbentes si-
per collum Pauli oscula-
bantur eum; dolentes ma-
xime in verbo quod dixe-
rat: quoniam amplius fá-
ciem ejus non essent visú-
ti. Et deducabant eum ad
navem. Tu autem.

Rx. Bonum certamen cer-
távi, cursum consummávi,
fidem servávi. Ideoque re-
pósta est mihi corona ju-
stitiae. x. Gratiâ Dei sum
id quod sum; & gratia ejus
in me vacua non fuit. Ideó-
que. Glória Patris. Ideá-
que.

In secundo Nocturno.
Aia. Filiij hominum.

Psalmus 4.
Cum invocarem exáu-
divit me Deus iustitiae
meæ: * in tribulatōne di-
latasti mihi.

Miserere mei, & exaudi
orationem meam.
Filiij hominum usquequæ
gravi corde: * ut quid dilí-
gitis vanitatem, & queri-
tis mendacium.

Scitote

Scitote quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : * Dóminus exaudiens me , cùm clamávero ad eum.

Irascimini & nolite peccare: * quae dicitis in cordibus vestris , & in cubilíbus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium iustitiae , & speráte in Dómino : * multi dicunt quis osténdit nobis bona.

Signatum est super nos lumen vultus tui Dómine : * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt,

In pace in idipsum , dörniam & requiéscam.

Quóniam tu Dómine singulariter in spe , consti- tuisti me. Glória Patri.

Ana. Fílij hóminum scítote quia Dóminus sanctum suum mirificávit.

Antiphona. Scuto.

Psalmus 5.

VErba mea áuribus pér- cipe Dómine: * intél- ligere clamórem meum,

Inténde voci orationis mex : * Rex meus , & Deus meus,

Quóniam ad te orábo Dómine : * manè exáudies

vocem meam.

Manè astabo tibi & vidébo : * quóniam non Deus volens , iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malígnus : * neque perma- nébunt injústi, ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operán- tur iniquitatem : * perdes omnes , qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinem, & do- lósum abominabitur Dó- minus : * ego autem in multitúdine , misericordiae tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo.

Dómine deduc me in iustitia tua : * propter inimicos meos , dirige in conspectu tuo , viam meam.

Quóniam non est in ore eorum véritas : * cor eorum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttura eorum : * linguis dolosè agébant : * júdica illos Deus.

Décidant à cogitationibus suis : * secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos : * quóniam irritavéunt te Dómine.

Et

Et lætentur omnes qui sperant in te: * in ætérnum exultábunt , & habitábis in eis,

Et gloriabúntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: * quóniam tu bénédices justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ , coronásti nos. Glória Patri.

Antiph. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronásti eum Dómine.

Aña. In univérsa terra.

Psalmus 8.

Domine Dóminus noster: * quam admirárábile est nomen tuum , in univérsa terra.

Quoniam eleváta est, magnificéria tua super cælos.

Ex ore infantium , & lætentium , perfecísti laudem , propter inimicos tuos: * ut déstruas inimicum , & ultórem.

Quónium vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * Lunam & Stellas , quæ tu fundásti.

Quid est homo quod memor es ejus : * aut filius hóminis , quóniam vísitas eum.

Minuísti eum paulóminus ab Angelis: * glória &

honóre coronásti eum: * & constituísti eum super ópera , mánium tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus: * oves & boves univéras: * insuper, & pécora campi.

Vólucres cæli & pisces maris : * qui perambulan sémitas maris.

Dómine Dóminus noster: * quam admirábile est nomen tuum , in univérsa terra. Glória Patri.

Aña. In univérsa terra glória & honóre coronásti eum.

X. Voce mea ad Dóminum clamávi.

R. Et exaudívit me , de monte sancto suo.

Pater noster.

Deprecat. Osténde nobis Dómine misericordiam tuam.

Benedictio. Deus Dei filius , &c.

De Sermóne sancti Augustíni Episcopi.

Tertio de sancto Vincentio Edit. Benedict.

Lectio iv.

In passióne sancti Mártyris fratres mei , evidenter osténditur, iudex ferox; tortor cruentus : Martyr invictus. In cujus corpore poenit.

pœnis váriis exarato ; jam
torménta defécerant : &
adhuc membra durabant :
Tot convicta miráculis
persistebat impietas ; tot
vexata supplíciis non ce-
débat infirmitas : agnos-
tatur ergo operata divini-
tas. Quando enim corru-
ptibilis pulvis contra tam
immánia torménta durá-
ret ; nisi in eo Dóminus
habitaret ? In his enim
omnibus ille agnoscéndus ;
ille glorificándus , ille lau-
dandus est , qui & in pri-
ma vocatióne dedit fidem :
& in supréma passióne vir-
tutem. Tu autem.

R. Justus germinabit sicut
lilium. Et florébit in æter-
num ante Dóminum.

V. Et erit quasi oliva gló-
ria ejus , & odor ejus ut
libani. Et florébit.

Benedictio. Æternam.

Lectio v.

D Uplicé mundus áciem
prodúcit : contra mí-
litates Christi. Advértite fra-
tres. Dúplicem dixi áciem
prodúcit mundus : con-
tra mílitates Christi. Blan-
ditur enim , ut decípiat:
terret , ut frangat. Non
nos téneat voluptas pró-
pria ; non nos téreat cru-

délitas aliéna : & victus
est mundus. Ad utrósque
áditus occúrrit Christus :
& non víncitur Christiá-
nus. Si considerétur in ista
passióne humána patien-
tia ; incipit esse incredíbi-
lis : si agnoscátur divinæ
poténtia , désinit esse mi-
rábilis. Tanta grassabátur
crudélitas in Martyris cór-
pore ; & tanta tranquilli-
tas proferebátur in voce ;
tantáque pœnárum aspéri-
tas sæviébat in membris ;
& tanta secúritas sonábat
in verbis : ut miro modo
putarémus , illo patiente ,
álium non loquéntem tor-
quéri. Tu autem.

R. Stola jocunditatis in-
duit eum Dóminus : * Et
corónam pulchritúdinis
pósuit super caput ejus.

V. Cibávit illum pane vi-
tæ & intelléctus , & aqua
fapiéntiae salutáris potávit
eum. Et corónam.

Benedictio, Grátia Spíritus
sancti.

Lectio vi.

E T verè , fratres , ita erat :
E prorsùs ita erat : álius
loquebátur. Promísit enim
& hoc téstibus suis Chti-
stus in Evangélio : quos ad
hujusmodi certámina præ-
parabat.

parábat. Sic enim ait, nolite præmeditari quómodò aut quid loquámini? Non enim vos estis qui loquímini, sed spíritus Patris vestri, qui lóquitur in yobis. Caro ergo patiebátur & spíritus loquebátur. Et loquéntे Spíritu, non solum convincebátur impietas: sed etiam confortabátur insírinitas. Clariórem nobis Mártyrem tot tormenta faciébant. Multiplici enim vúlnerum varietáte confóssi; non dexterabat pugnam: sed ácrius iterábat. Tu autem.

R. Cibávit illum Dóminus pane vitæ & intellectus, & aqua sapiéntiæ salutáris potávit eum: * Et inaltávit illum apud próximos suos.
V. In médio Ecclésiæ apéreruit os ejus, & implévit eum Spíritu sapiéntiæ & intellectus. Et inaltávit. Glória Patri, Et inaltávit.

In tertio Noctu. no.

Aña. Justus Dóminus.

Psalmus 10.

IN Dómino confido: * quómodo dicítis animæ meæ, tránsmigra in montem, sicut pascer.

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum: *

paravérunt sagittas suas in pháretrâ. * ut sagittent in obscúros, rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: * Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respiciunt: * pálpebræ ejus intérrogant, filios hóminū.

Dóminus intérrogat iustum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ániam suam,

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis & sulphur, & Spíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, & justítias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus. Glória Patri.

Antiphona. Justus Dóminus justítias diléxit: æquitátem vidit vultus ejus.

Antiphona. Habitábit.

Psalmus 14.

Domine quis habitábit in tabernáculo tuo: * aut quis requiéscet, in monte sancto tuo.

Qui ingréditur sine mácula: * & operátur justitiā.

Qui lóquitur veritátem in corde suo: * qui non egit

egit dolum in lingua sua.

Nec fecit próximo suo malum : * & opprobrium non accépit , adversus próximos suos,

Ad níhilum deductus est in conspéciu ejus malignus : * timéntes autem Dóminum , glorificat.

Qui jurat próxiimo suo & non décipit : * qui pecúniam suam non dedit ad usúram : * & múnera super innocéntem , non acceperit.

Qui facit hæc , non movebitur in æternum.

Glória Patri.

Anaphona. Habitabit in tabernáculo tuo , requiéscet in monte sancto suo.

Aña. Posuisti Dómine.

Psalmus 20.

Dómine in virtute tua lætabitur rex : * & super salutare tuum , exultabit vehementer.

Desidérium cordis ejus tribuisti ei : * & voluntate labiorum eius , non fraudasti eum.

Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis : * posuisti in capite ejus , corónam de lápide pretioso.

Vitam pétuit à te , & tri-

buisti ei : * longitudinem diérum in sæculum , & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutari tuo : * gloriā & magnum decore , impones super eum.

Quóniam dabis eum in benedictionem , in sæculum sæculi : * laetificabis eum in gáudio , cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino : * & in misericordia altissimi ; non commovébitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : * déxtera tua invéniat , omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : * Dóminus in ira sua conturbabit eos : * & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes : * & semen eorum , a filiis hominum.

Quóniam declinaverunt in te mala : * cogitaverunt consilia , quæ non potuerunt stabilire.

Quóniam pones eos dorsum : * in reliquiis tuis præparabis , vultum eorum.

Exaltare Dómine in virtute tua : * cantabimus & psallémus

Psallémus virtutes tuas.

Glória Patri.

Antiphona. Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretiósō. **X.** Justus Dóminus justitias diléxit. **R.** Aequitátem vedit vultus ejus.

Pater noster.

Deprecatio. Adjutórium nostrum.

Benedictio. Redémptor.

Léctio sancti Evangélij se-cundūm Lucam. *Luca 9.*

IN illo témpore : Dixít Jesus Discípulis suis. Si quis vult post me venire; abneget semetipsum : & tollat crucem suam quotí-die, & sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam salvam fádere, perdet illam ; nam qui perdíderit ánimam suam propter me: salvam fáciet illam. Et ré-liqua.

Homilia sancti Gregórij Papæ.

Homil. 32. in Evangelia.

Léctio viij.

Quia Dóminus ac Ré-démptor noster nouus homo venit in mun-dum : nova præcépta dedit mundo. Vitæ c ténim no-striæ véteri in vítiis enutri-ta : contrarietátem oppo-

suit novitatis suæ. Quid enim vetus, quid carnális homo növerat, nisi sua re-tinére; aliéna rapére si pos-set : concupíscere si non posset. Sed cælestis nödi-cus : singulis quibúsque vitiis obviántia ádhicet medicinénta. Nam sicut arte medicinæ cálida frígi-dis, frígida cálidis curán-tur : ita Dóminus noster contrária oppósuit medi-caménta peccátis, ut lú-bricis continéntiam; tená-cibus largitátem, iracúndis mansuetudinem : elátis præciperet humilitátem. Tu autem.

R. Probávit me Dóminus quasi aurum quod per ig-nem tráslit, & vestígia ejus sequútus est pes meus : * Viam ejus custodívi, & non declinávi ex ea. **X.** A-mandátis labiorum ejus non recéssi, & in sinu meo abscóndi verba oris ejus. Viam ejus.

Benedictio. Vnigénitus Dei filius. **Léctio viij.**

Certè cum se sequénti-bus nova mandáta propóneret dixit. Nisi quis renúciáverit ómnibus quæ pòssidet : non potest meus esse discípulus. Ac si aper-

te dicat. Qui per vitam véterem aliéna concupíscitis: per novæ conveñatiōnis stūdium, & vestra largími-ni. Quid verò in hac lectio-ne dicat: audiāmus. Qui vult post me venīre: ábneget semetípsum. Ibi díci-tur, ut abnegémus nostra: hic dicitūr, ut abnegémus nos. Et fortásse laboriósūm non est hómini relínquere sua: sed valdè laboriósūm est relínquere semetípsum. Minus quippe est, abnegáre quod habet: valdè au-tem multum est, abnegáre quod est. Tu autem.

R. Beátus vii qui post au-tum non ábiit, nec sperávit in pecúnia & thesáu-ri: * Fecit enim mirabília in vita sua. **X.** Ideò stabi-lita sunt bona illius in Dó-mino, & Eleemosynas il-lius enárrat omnis Ecclésia sanctórum. Fecit enim. **Benedictio.** Ad supernó-rum cívium. **Lectio ix.**

AD se autem nobis ve-nientibus Dóminus præcépit, ut renuntiémus nostraris; quia quicúmque ad fidei agónem vénimus: Iustámen contra malignos Spíritus súmimus. Nihil autem maligni Spíritus in

hoc mundo próprium pos-sident; nudi ergo: cum nu-dis luctári debémus. Nam si vestitus quisque cum nu-do luctátur; cítiū ad ter-ram dejicitur: quia habet unde teneáatur. Quid enim sunt terréna ómnia; nisi quædam cörperis indu-ménta? Qui ergo contra diábolum ad certámen prόperat; vestiménta ab-jiciat: ne succúmbat. Tu autem.

R. Coróna áurea super ca-put ejus, expréssa signo sanctitatis glória honóris: * Et opus fortitū linis.

X. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcéedinis, posuísti in cá-pite ejus corónam de lápi-de pretioso. Et opus. Glória Patri. Et opus.

Si fuerit Festum Duplex vel in Dominica occurre-rit; dicitur, Te Deum laudámus, & tunc non dici-tur. Glória Patri.

A D L A U D E S,
Antiphona.

Qui me conféssus fü-rit coram homínibus; confrébor & ego eum, co-ram patre meo. **Psalmus.** Dóminus regnávit. cum reliquis de Dominica. 20.

Antiphona.

Antiphona. Si quis mihi ministráverit, honorificabit eum pater meus qui est in cælis: dicit Dóminus, *Aia.* Qui séquitur me non ámbulat in ténebris, sed habébit lumen vitæ; dicit Dóminus. *Aia.* Si quis per me intráverit salvabitur, & páscua invéniet dicit Dóminus. *Aia.* Volo pater ut ubi ego sum ibi sit & minister meus.

Capitulum.

BOnum certámen cer-távi, cui sum consummávi, fidem servávi; in reliquo repósita est mihi coróna justitiæ, quam red-det mihi Dóminus in illa die justus iudex; non sol-lum autem mihi: sed & Ioris, qui díligunt advéntum ejus. Rx. Deo grátias. *V.* Stola jocunditatis.

Rx. Induit eum Dóminus.

Ad Benedictus, Antiphona. Beátus vir qui suf-fert tentatiórem; quóniam cum probátus fúerit accípiet corónam vitæ: quam répromísit Deus diligéntibus se.

Pro Martyre & Pontifice.

· Orémus. *Oratio.*

INfirmitátem nostram rés-pice omnípotens Deus;

& quia pondus pròpriæ actiōnis gravat: beáti N. Mártyris tui atque Pontificis, intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dñm.

*Alia Oratio.**Pro Martyre tantum.*

Præsta quæsumus omnípotens Deus; ut qui beáti N. Mártyris tui na-talitia cólimus: interces-siōne eius in tui nóminalis amóre roborémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Ad Tertiam, Capitulum. Beátus vir qui suffert. *ut suprà.* *Ad Vesperas.* xxxij. Rx. Posuísti Dómine super caput ejus. X. Corónam de lápide pretioso. Glória Patri. X. Glória & honore coronásti eum Dómine. Rx. Et constituísti eum su-per ópera mánuum tuárū.

Oratio.

Pro Martyre & Pontifice. Infirmitátem nostram. *ut suprà in Laudibus.*

Alia Oratio.

Pro Martyre tantum. Præsta quæsumus omnípotens Deus; ut qui beáti. *ut suprà in Laudibus.*

Ad Sextam, Capitulum.

Beátus vir qui invéntus est sine máculâ, & qui post

pōst aurum non abiit, nec speravit in pecúnia & thesauris ; quis est hic & laudabimus eum ? fecit enim mirabilia in vita sua.

R. Glória & honore coronaisti eum Dómine. ¶ Et constituisti eum super opera manuum tuarum, Glória Patri. ¶ Magna est glória ejus , in salutari tuo.

R. Glória & magnum decorem impónes super eum.

Oratio. Orémus.

Pro Martyre & Pontifice.

Deus qui nos beáti N. Mártyris tui atque Pontíficis annuā solemnitate lētificas : concéde propítius ; ut cujus natalitia cólimus : de ejusdem étiam proteccióne gaudemus. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Pro Martyre tantum.

Lætetur Ecclésia tua Deus , beáti N. Mártyris tui confisa suffrāgiis ; atque ejus précibus gloriis , & devota permáneat : & secúra consistat. Per Dóminum.

Ad Nonam, Capitulum.

Bonum certámen certávi. ut suprà in Land.

Pars Verna.

R. Magna est glória ejus in salutari tuo. ¶ Glóriam & magnum decorem impónes super eum. Glória Patri. ¶ Stola jocunditatis. R. Induit eum Dóminus.

Orémus. Oratio.

Pro Martyre & Pontif.

Presta quæsumus omnípotens Deus ; ut intercedente beáto N. Mártyre tuo atque Pontifice, à cunctis adversitatibus liberemur in corpore : & à pravis cogitationibus mudémur in mente. Per Dñm.

Alia Oratio.

Pro Martyre tantum.

Adésto Dómine suplicationibus nostris ; ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus : beáti N. Mártyris tui intercessione libéreremur. Per Dóminum.

A D V E S P E R A S.

In Festis Duplicibus.

Aña. Qui me confessus fuerit. cum reliq. de Landibus. Psalm. Dixit Dóminus. cum reliq. de Dominica. 148. sed loto ultimi. Psalm. Crédidi propter quod locutus sum. xvij. quando verò non est Festum duplex, ad Vesperas

Aña & Psalmi de Feria occurrit Capitulum. Beatus vir qui suffert tentationem. ut suprà. fol. xxxij. ¶ Posuisti Dómine super caput ejus. &c. Corónam de lápide pretióso.

Ad Magnificat, Aña. Hic est verè martyr qui pro Christi nōmine sanguinē suum fudit; qui minas jūdicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriā quæsivit, sed ad cælestia regna feliciter pervenit.

Oratio pro Martyre & Pontifice. Infirmitatem nostram. xliv. Aia Oratio.

Pro Martyre tantum. Præsta quæsumus omnipotens Deus; ut qui beati. xliv.

Ad Processionem primum responsorium Officij diei sequentis oratio convenies.

Ad Cöplet. Hymn. Æterna Christi munera. ut sup. iij.

In Festis unius Martyris iij. Lectionum ad Vesperas Aña. & Psalmi de Feria occurrente Capitul. X. & Aña. Ad Magnificat, ut in secundis Vesp. diei Festi. I.

Ad Completor. Hymnus. Æterna Christi munera.

Ad Matutinum invitatorium, Regem Martyn-

rum Dóminum, Venite adorémus. Psalm. Venite exultémus. Deinde dicuntur novem Antiphona & Psalmi de eodem communi, ritu quo notatum est in communi Apostolorum.

Dua prima Lectiones de Scriptura occurrunt. tertia ut notatur in proprie. Bened. Versus. Responsoria dicuntur ritu quo notatum est in communi Apostolorum.

Ad Laudes. Qui me confessus fuerit. xliv. reliqua ut in eodem communi.

Ad Benedictus, Aña. Qui vult post me venire, dicit Dóminus: abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et dicitur Psalm. Levavi.

Ad horas omnia ut in die Festi.

Si contingat fieri alii cubi octavā de uno Martyre Officium fit infrà octavam, ut in Festis trium Lectionum; ritu quo notatum est in communi Apostolorum; dua prima Lectiones de Scriptura occurrente, tertia ut infrà habetur pro qualibet die. Ad Laudes & horas omnia ut in die Festi, ad Vesperas Psalmi de Feria occurrente,

Te, Capit. X. Antiph. Ad Magnificat, ut in secundis Vesperis diei Festi.

Die secunda infra oct. De Serm. S. Basilij Magni. Homil. de Barlaam Mart.

Lectio iij.

PRIMÙM quidem Sanctórum mors: planctu, ac lachrymis cohonestabatur. Extinctum Jacob, vehementer Joseph deflavit; Mosique morte haud leviter Judæi planxere: Samuélem quoque multis lachrymis ornárint. Nunc verò defunctis Sanctis exultamus: post crucem enim tristium natura cōmutata est. Non jam amplius Sanctorum fúnera planctu proséquimur; sed divinis tripliis circum ipsorum sepulchra: véluti chóreas dúcimus. Somnus enim justis est mors: in pótius, ad vitam meliorē migratio. Hinc sit ut exultent Mártires: dum trucidantur. Desiderium quippe felicioris vitae: jugulationis dolorem extinguit. Martyr non pericula, sed corónas respicit; non plaga horret: sed palmas númerat. Non videt lictores in terra flagellantes; sed

è cælo Angelos cogitat: laetis homínibus acclamates. Non temporánea spectat pericula: sed præmia æterna. Tu autem.

Die tertia infra Octav. De Sermone sancti Joannis Chrysóstomi.

In Laud. S. Barlaam Mart.

Lectio iij.

TUNC maximè sui Mártires honoris sēsum cāpiunt, cum consérvos conspēcerint: suorum naclós societátēm bonorum. Itaque si quis Mártires laudare velit: Mártires imitetur. Si quis religionis athlétas celebrare præcóniis velit: illorum labores æmulétur. Nihil hoc minùs quam pròpria rectè facta: Mártires delebit. Atque ut intelligas tunc eos præcipue sua bona sentire, cum res nostras in tuto pósitas vidérint; remque illam máximo sibi honori dúcere: audi Paulum dicéntem. Nunc vivimus: si vos statis in Dómino. Et quidem Moses illo supérior, dicébat Deo. Siquidem dimittis eis peccatum; dimítte; sin autem: dele me de libro tuo, quem scripsisti. Cælestem hono-

rem non séntio : ob istórum calamitátem. Córporis quædam cohnéxio est ac structúra cætus fidélium ; quid ígitur prodest caput coronári : dum pedes torquéuntur. Tu autē.

Die quarta infra octav.

De Sermónē sancti Joán-nis Chrysóstomi.

Ex Panegyrico in Lucia-num Mart. circa finem.

Hæc nos étiam cum novérimus, pacis té-pore béllicis rebus nos exerceánius ; ut cum belli tempus advénerit? illústre nos quoque trophæum erigáimus. Famem cōtémp-sit martyr ille ; delícias & nos contemnáimus : ac ventris Tyránidem ever-támus. Ut si tempus ad-véniat, quod tantam fortitúdinem à nobis repóscat; in minóribus anteā rebus exercitati : præclári in scémmate compareámus. Coram princípibus ille ac Régibus audácter locúratus est: hoc nos faciámus nunc quoque ; ac si in opulen-tórum & illústrium con-véntibus consideámus : fi-dem cum fidúcia profiteá-mur. Irideámus, illórum erróres : quod si res qui-

dem suas magníficè effér-re, nostras autem deprí-mere aggrediántur ; ne ta-ceámus, neve léviter fer-ámus, sed ipsórum turpi-túdinem detegéntes: inultà cum sapiéntiâ, fiduciá-que res Christianórum láudibus evehámus. Et quemádmodum Imperá-tor in cápite diadéma: sic & nos ubiqüè confessió-nem fidei circumferámus. Non enim illum adeò co-rióna; ut nos fides : ejúsque confessio solet exornare. Non verbis tantum ; sed étiam rebus ipsis id agá-mus : & vitam confessio-ne dignam in ómnibus exhibeámus. Tu autem.

Die quinta infra octav.

De Sermónē sancti Joán-nis Chrysóstomi.

Ex laudat. S. Barlaam Mart. circa finem.

Lectio iij

Quinàmverò fiat nunc, inquis, ut Mártyres imitémuntur : non enim est persecutiōnis tempus. E-quidem etiam novi, non est persecutiōnis tempus : at est Martyrij ; luctárum ejúsmodi tempus non est : at est coronárum. Non per-sequuntur hómines : at persequuntur

persequuntur. Demones. Non vexat tyrannus; at vexat diabolus: tyrannorum omnium invictissimus. Non objecetas prunas conspicis: at accusas cernis cupiditatis flamam. Illi prunas calcarunt: tu naturae pyram calca. Illi cum bestiis pugnaverunt: tu iram immitem ac indomitam belluam fræna. Illi adversus intolerabiles dolores steterunt; tu absurdas, pravasque cogitationes, quæ in corde tuo pululant vince: ita Martyres imitabere. Tu autem.

Die sexta infra octau.
De Sermone sancti Augustini Episcopi.

Sermon. 3. de S. Cypriano edit. Benedicti,

Lectio iij.

IStum nobis festum die, passionis beatissimi N. Martyris fecit; cuius nos victoriae celebritas in istum locum devotissimos congregavit. Sed celebratio solemnitatis Martyrum: imitatio debet esse virtutum. Facile est honorem Martyris celebrare: magnum est fidem atque patientiam martyris imitari. Hoc sic agamus, ut illud

optemus: hoc sic celebrēmus, ut illud potius diligamus. Quid laudamus in fide martyris: quia usque ad mortem pro veritate certavit: & ideo vicit. Blandientē mundum contempsit; sapiēti non cessit: ideo vicit ad Deum accēdit. Abundant in isto saeculo errores & terrores; beatissimus Martyr, errores sapiētiā: terrores patientiā superavit. Magnū est quod fecit; secutus agnum: leonem vicit. Quandō persecutor sapiēbat: leo fremebat. Sed quia agnus sursum attendebatur: leo deorsum calcabatur: qui morte mortem destruxit, ligno pependit; sanguinem fudit: mundum redemit. Tu autem,

Die septima infra octau.
De Sermone S. Euchérii Lugdunensis Episcopi.

Sermon de sancto Genesio.

Lectio iij.

Hodie natale sancti N. celebramus: & meritorum. Beatorum martyrum passiones, natales vocamus dies: quando eos martyrij vita & gloriæ fides dum ingerit morti, genuit æternitati: & perpétua

gáudia brevi dolóre partú-
lit. Meritò planè dicéndi
natáles dies, per quos illi,
qui nati fúerant in hanc
fragilitatis humánæ, mi-
seriam; súbitò renascún-
tur in glóriam: vitæ per-
énnis inítium, de mortis
fine suméntes. Etenim si
istos dies natáles vocá-
mus, quibus in hanc lucem
in delíctis & dolóribus
náscimur ad dolóres; qui-
bus in hunc mundum cum
fletu infantiæ vagiéntes
ingrédimur; omnis homo
quasi futúræ per totam vi-
tam prophéta misériæ:
infelicitátem natúræ pri-
mâ illâ lachrymábili vo-
ce testátur. Si quidem pri-
mo statu vita nascéntium:
qua ad omnem suspécta
curlum: in tribulatióne
ágitur. Justiùs ergò isti ce-
lebrántur natáles, quibus
sancti ex corruptibili luce
in novam illam futúti sæ-
culi véniant claritátem; &
filij hóminum in adopti-
ónem divinæ paternitatis
ascéndunt: & consórtes
paulò antè mortálium, sú-
bitò cives incipiunt esse
Angelórum. Ex eórum nú-
mero erat beátus ille; cu-
jus hódie præclárum glo-

riósi agónis: celebramus
triúmphum. Tu autem.

*In die octava, semid.
majus. Omnia ut in die,
præter Lectiones. Ad Vespe-
ras Antiph. Et Psalmi de
Feria occurrit. Capitulum.
¶ Antiphona, Ad Magni-
ficat, omnia ut in primis
Vesperis diei Festi, reliqua
omnia ut in die Festi.*

*In primo Nocturno Le-
ctiones de Scriptura occur-
rente.*

*In secundo Nocturno.
De Sermóne sancti Joán-
nis Chrysóstomi.
Ex laudat. S. Iuliani Mar-
tyris.*

Lectione iv.

VOciferátus est iste
Martyr cuim Paulo di-
cénte? Deo autem grátiás
qui triúphat nos in Chri-
sto. Quantò afflictiónem
témporis diuturnitaté pro-
tendébat tyránnus: tanto
probatiórem patiéntiam
ejus reddébat. Nam & au-
rum, quo diutiùs cum igni
natúrá versátur, púrius
evádit: quemadmodum &
tum sancti áнима, témpore
examinata magis reful-
gébat; nec áliud quiddam
quam trophæum adver-
sus seipsum & diábolum.

Mártirem

Mártirem circumferébat, eruditatís Gentílium arguméntum ; Christianóram pietatis judícium; virtutis Christi signum máximum incitaméntum & consilíum fidélibus : ut prompto & álaci ánimō in iisdem cérramínibus persevérent ; divinæ gloriæ præcónem : tálium cérraminum disciplinæ magistrum. Cunctos enim ad imitacionem sui non voce tantum suádens; sed factis ipsis : tubâ clariórem mittens vocem, cohortabátur.

Tu autem. *Lectio v.*

Sicutus itaque Martyr. In médium producebávit, & acérba úndique supplicia circumstábant; meus futurórum; labor præsentium; dolor inguénium: éorum quæ expectabátur formido. Tanquam enim belliæ quædam immanes carnífices corpus ejus circunsidéntes; látera effodiébant; carnem derabébant; ossa denudábant: viscera ipsa interióra per vadébant. Attamen cùm euncl a per vestigárent: thesáurum fidei de prædári minimè valuerunt. Enim verò in Regum æráriis,

ubi aurum aliæque copiosæ sunt opes recónditæ: si parítes solum perfóderis; si fores reserávetis; continuo thesáurum objéctum vides: at hic in sancto isto: Christumque continénti templo: contrárium accidébat. Perfodiébant muros carnífices; pectora que dirumpébant: & recónditas opes, nec cernébant, nec rapere pôterant. Tu autem. *Lectio vi.*

Cum corpus Mártiris indequaque scrutaréntur; thesáurum tanien deprehéndere: fideique divítias exauríre non valébant. Tália sunt ánimæ fanéstorū recte facta, quæ nec außerri nec vinci possunt: in ánimæ fortitudine tanquam in ásylo quodam & sacrosáncto loco recóndita: ut nec óculi tyranórum ea cernant, nec manus carníficum rapere possit. Sed licet ipsum cor effódiant, cui præcipue crēdita est ánimæ fortitudo; licet in minita frusta concídant; ne sic quidem opes exhäuserint: sed eas ampliores étiam reddunt. Hujus rei causa Deus est, qui áimas tales inhábi-

tat ; qui verò Deo bellum
inferat , fieri nequit un-
quā, ut viator evādat : sed
necessē est, ut ludibriis há-
bitus , turpitérque superá-
tus abscedat. Tu autem.

In tertio nocturno.

Lectio viij.

Lectio sancti Evangeliū :
secundūm Lucam. *Luc. 9.*

IN illo tempore : Dixit
Iesus discipulis suis. Si
quis vult post me venire ;
abneget semetipsum : &
tollat crucem suam quo-
tidie, & sequatur me. Qui
enim voluerit ánimam
suam salvam facere , per-
det illam ; nam qui perdi-
derit ánimam suam pro-
pter me : salvam faciet il-
lam. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.
Homil. 32. in Evangelia.

Non sufficit nostra re-
linquere : nisi relin-
quamus & nos. Quid est
quod dicimus ; relinquam-
us & nos : Si enim nos-
metipso relinquimus :
quò ibimus extra nos. Vel
quis est qui vadit : si se
déserit. Sed aliud sumus
per peccatum lapsi : aliud
per naturam cōditi ; aliud
quod fecimus : aliud quod
facti sumus. Relinquamus

nosmetipso , quales pec-
cando nos fecimus : & ma-
neamus nosmetipso , quales
per gratiā facti su-
mus. Ecce enim qui supér-
bus fuit ; si convérsus ad
Christum hūmilis factus
est : semetipsum reliquit.
Si luxuriósus quisque ad
continéntiam vitam mu-
tavit : abnegavit útique
quod fuit. Si avárus quis-
que ambire jam dēsit ; &
largiri dīdicit propria, qui
prius rapiébat aliena : pro-
culdúbio semetipsum re-
liquit. Ipse quidem est per
natúram : sed non est ipse
per malitiam. Tu autem.

Lectio viij.

Tunc ergo nosmetip-
sos relinquiimus, tunc
ipso nos abnegamus ; cùm
vitamus quod per vetustá-
tem fūimus : & ad hoc ní-
timur, quò per novitatem
vocámur. Pensémus quó-
modò se Paulus abnegáve-
rat : qui dicebat. Vivo au-
tem : jam non ego. Extin-
ctus namque fuerat sacerdos
ille persecutor : & vivere
caperat pius Prædicátor.
Si enim ipse esset qui
prius : pius profec̄t̄ non
esset. Sed qui se vivere dé-
negat : dicat. Vivo autem
jam

jam non ego. Unde & post sancta verba, quæ per doctrinam veritatis clamat; prout subdit: Vivit vero in me Christus. Ac si aperte dicat; Ego quidem a meipso extinxitus sum: quia carnaliter non vivo; sed tamen essentiāliter mortuus non sum: quia in Christo spiritaliter vivo.

Tu autem. Lectio ix.

Sed jam qui se a virtutis sibi negat; exquirendæ ei virtutes sunt: in quibus crescat. Nam cum dictum est, qui vult post me venire, abneget semetipsum; prout subdit: tollat crucem suam: quotidianè & sequatur me. Duobus etenim modis crux tollitur; cum aut per abstinentiam afficitur corpus: aut per compassiōnem proximi affligitur animus. Pensamus qualiter utroque modo Paulus crucem suam tulerebat: qui dicebat. Castigo corpus meum, & in servitatem redigo; ne forte aliis predicans: ipse reprobis efficiar. Ecce in afflictione corporis audiimus crucem carnis; audiamus nunc in compassione proximi: crucem mentis.

Ait enim. Quis infirmatur, & ego, non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uor? Perfectus quippe praedicator: ut exemplum daret abstinentiæ: crucem portabat in corpore. Et quia in se trahebat darina infirmitatis alienæ: crucem portabat in corde. Tu autem.

C O M M U N E
Martyrum Tempore Paschalium.

Ad Vesperas si fuerit Festum Duplex Antiphona & Psalmi desumuntur ex Communi unius vel plurimorum Martyrum pro qualitate Festi. Sed in fine Antiphonarum additur Alleluia. Si autem non fuerit Festum Duplex, dicuntur Antiphona & Psalmi de Feria occurrente.

Capitulum. Sap. 5.
Stabunt justi in magnâ constâtiâ; adversus eos qui se angustiaverunt: & qui abstulerunt labores eorum.

Lætamini in Dómino & exultate justi.

R. Et gloriari in omnes recti corde. Alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Magnificat, Ann. Filiæ Ierusalem venite &

lviij Commune Martyrum, tempore Pasch.

vidéte Mártires, cum corona quâ coronávit eos Dóminus, in die solemnitatis & lætitiae, allel.all.

Oratio. Si non adsit propria sumitur de Communi unius vel plurim. Martyrum extra Tempus Pasch.

Ad primā Process. j. Resp. Pretiōsa oratio ut in cōmuni unius vel plorimorum Martyrū ad secundā Process. p. q. Disciplinam oratio conveniens. ut suprà.

Ad Complet. Hymnus. Eterna Christi nūnera.

Ad Matutinum, Invit. In Duplicibus. Allelúia, allelúia, allelúia. In Semiduplicibus. Allelúia, allelúia. In Simplicibus vero ceu ij. Lect. Invitatorium. Feriale. Ailelúia, allel. alt.

Psal. Venite exultemus. 2.

Antiphona, Psalmi, & Versiculi, sumuntur ex Communi unius vel plorimorum Martyrum pro qualitate Festi.

Sed in fine Antiphonarum additur semel Allelúia. & in fine Versiculorum additur ter Allel.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura quæ occurrit Tempore Paschali in Officio de Tempore, vel si non

adsint tres Lectiones dicuntur de Communi unius vel plorimorum Martyrum pro qualitate Festi.

*p. j. Pretiōsa in conspéctu Dómini allelúia : * Mois sanctórum ejus allelúia. v. Custódit Dóminus ómnia ossa eórum ; unum ex his non conterétur. Mors sanctórum.*

*p. ii. Disciplinam & sapientiam docébat eos Dóminus allelúia : * Firmávit in illis grátiam Spíritus sui ; & intellectu implévit corda cōrūm, allelúia, allelúia. v. Addidit illis disciplinam, & lege vitæ hæreditávit illos. Firmávit.*

*p. iii. Ego sum vitis vera & vos pálmites : * Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum.*

** Allelúia, allelúia. v. In hoc clarificátus est Pater meus, ut fructum plorimū afferatis, & efficiámini mei discípuli. Qui manet, Glòria Patri. Qui manet,*

In secundo Nocturno. De Sermónē Sancti Ambrósij Episcopi.

Lectio iv. Sermon 74. A Nnuntiémus sanctis Martyribus, Domine Paschæ grátiam ; ut réntur,

dum sepulturæ illius prædicamus reserata claustra: & horum sepulchra reserentur. Dum corpus illius mortuum, dicitur te pénibus venis subito. viguisse; horum quoque membra jam frigida: immortalitatis calore foveantur. Eadem enim ratió Mártires suscitat: quæ & Dóminam suscitavit. Nam sicut viam Passiónis ejus experti sunt: ita experientur & vitæ. Scriptum est enim in Psalmo: Notas mihi fecisti vias vitæ. Hoc utique in resurrectione ex persona dicitur salvatóris; ut qui dám post mortem, ab inferis redit ad superios: incipiat nota habere viam vitæ, quæ antè habebatur ignota. Tú autem.

R. Gaudete justi in Dómino alleluia: * Reclós decet collaudatio alleluia.

P. Quia rectum est verbum Dómini & ómnia opera ejus in fide. Rectos.

Lectio v.

Ignota enim erat ante Christi adventum via vitæ: quæ nullius adhuc resurgentis, fuerat temeraria vestigio. At ubi Dóminus resurrexit; nota

facta: solo attrita est plutimorum. Ve quibus sanctus Evangelista ait. Multa corpora sanctorum surrexerunt cum eo: & introierunt in sanctam civitatem. Unde cum Dóminus in resurrectione sua dixerit, notas mihi fecisti vias vitæ; possumus & nos jam dicere Dómino: notas fecisti nobis vias vitæ. Ipse enim nobis notas fecit vias vitæ: qui nobis sémitam manifestavit ad vitam.. Notas enim mihi fecisti vias vitæ; cum medocuit. fidem: misericordiā, justitiā, castitatem. His eam pervenitur itineribus: ad salutem. Tu autem.

R. Ecce vicit leo de tribu Iuda radix David: * Aperi librum, & solvere scriptum signacula ejus. Alleluia, alleluia, alleluia.

V. Et unus de senioribus dixit mihi; ne fléveris dignus est agnus qui occisus est. Aperire. *Lect. vj.*

Ergo fratres cum sanctis Mártiribus: Paschæ Dómini licet gloriam conferamus. Conferamus inquam: & melius noverint ómnia: tamen nos illici predicemus quemad-

Ix Commune Martyrum, tempore Pasch.

modum de sepulchri grēmio resurrēxit ad sūperos. Illi nobis revélerent : quo pacto de infērni profundo , remeáverit ad sepulchrum. Notum inquām nobis fāciaut quemādmodum in exānime jam corpus & frigidum sese calor insinuáverit ; Spíritus ingéllerit ; sanguis infude rit : & gelatas humōre venas pristini vigóris pulsus agitáverit. Notum inquā nobis fācient, quemādmodum órganum cōporis dissipátum, in priōrem statum nervórum rursus coaptáverit ; resoluta compago ; & harmóniam víscerum Jain siléntem in véterem concéntum Spíritus vivificans animáverit.. Tu autem.

B. Dignus es Dómine accipere librum, & aperire signacula ejus : * Quóniam occisus es , & redemísti nos Deo, in sanguine tuo. Alleluia. ¶ Et fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdótes; & regnábunt super terrā. Quóniam. Glória. Quóniam..

In tertio nocturno.

Lectio, sancti Evangélij : Secundum Joánnem..

Lectio viij.

IN illo tēmpore : Dixit Jesus discípulis suis. Ego sum vitis vera : & pater meus agricola est. Omnen pálmitem in me non feréntem fructum tolleret eum ; & omnem qui fert fructum purgábit eum : ut fructu plus áfferat. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. 81. in Ioannem.

VItem se dixit esse Je sus, & discípulos suos pálmites : & agricolam Patrem. In hac autem letiōne cùm adhuc de seipso qui est vitis ; & de suis palmítibus, hoc est discípulis loquerétur? Manete inquit in me , & ego in vobis non eo modo illi in ipso ; sicut ipse in illis : utrumque autem prodest, non ipsi , sed illis ? Ita quippe in vite sunt pálmites ; ut viti non cónferant : sed inde accípiant, unde vivant. Ita verò vitis est in palmítibus ; & vitale aliméntum subministrat eis : non sumat ab eis. Ac per hoc & manéntem in sé habére Christum ; & manére in Christo :

sto : discípulis prodest , utrūque , non Christo . Nam præciso pálmitate , potest de vivâ radice álius puljuláre ; qui autem præciso est : sine radice non potest vivere . Tu autem .
¶. Beatus vir qui métuit Dóminum allelúia : * In mandátis ejus cupit nimis , allelúia , allelúia , allel . ¶. Potens in terrâ erit semen ejus generatio regnorum benedicétur . In mandátis .

Lectio viij.

Si manseritis in me , inquit ; & verba mea in yobis mánserint : quodcunque volueritis petétis , & fiet vobis . Manéndo quippe in Christo ; quid velle possunt nisi quod convénit Christo ? quid velle possunt manéndo in salvatōre ; nisi quod non est aliénum à salutē : áliud quippe vólumus , quia sumus in Christo : & áliud vólumus quia sumus adhuc in hoc sæculo . De mansióne namque hujus faculi nobis aliquando subrépit ; ut hoc petámus : quod nobis non expedire nescimus . Sed absit ut fiat nobis , si manémus in

Christo ; qui non facit , quandò pétimus : nisi quod expedit nobis Manéntes . ergo in eo ; cùm verba ejus in nobis manent : quodcunque voluerimus pétimus , & fiet nobis . Tu autem .

¶. De ore prudéntis procédit mel allelúia : * Dulcédo mellis est lingua ejus , allelúia , favus distillans lábia ejus , allelúia , allelúia . ¶. Scientia sapientis , tanquam innundatio abundabit & consiliuim illius , sicut fons vitæ permanet . Dulcédo .

Lectio ix.

Tunc enim dicenda sunt verba ejus in nobis manére , quandò facimus quæ præcépit : & diligimus quæ promisit . Quando autem verba ejus manent in memoriâ , nec inveniuntur in vitâ ; non computatur palmes in vite : quia vitam non attrahit , ex radice ad hanc differéntiam valet , quod scriptum est : & memoriâ retinéntibus mandata ejus , ut faciant ea . Multi enim memoriâ rétinent ; & contémnunt : vel etiā derident & oppugnant ea . Ia his .

Ixij Commune Martyrum, tempore Pasch.

His verba Christi non manuent, quia tanguntur & quodammodo non cohaerent. Et ideo illis non erunt in beneficium sed in testimonium. Et quia sic insultant eis, ut non manifestant in eis; ad hoc tentantur ab eis ut iudicentur ex eis. Tu autem.

R. Filiæ Jerusalēm venite & videte martyrem, cum corona quam coronavit eum Dóminus: * In die solemnitatis & lœtitiae, alleluia, alleluia. R. Induit illum Dóminus stolam gloriæ, & coronavit eum. In die Glória Patri. In die.

Si sit Festum Duplex vel in Dñe occurr. dicitur.

Te Deum laudamus. 19.

Et tunc nō dicitur. Glória Patri. Ad Laudes Aña. All. vancatur in choro sub modo Aña. Ego sum via. sub ea Antiph. dicuntur u. Psalmi de Laudibus Dominica. Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, allel. allel. all:all.

Ad Laud. Aña. Alleluia.

Capitulum. Sap. 5.

Stabunt justi in magnâ constâtiâ; adversus eos qui se angustiavérunt & qui abstulerunt labores eorum.

V. Exultent justi in conspectu Dei. R. Et delectentur in lœtitia. Alleluia, alleluia, allel.

Ad Benedictus, Aña.

Justorum animæ in manus Dei sunt, & non tangent eos tormentum malitiæ; quoniam Deus tentavit eos, & invenerit illos dignosse. Alleluia.

Ad Tertiam, Capitul.

Stabunt justi. ut suprà. R. Sancti tui Dómine benedic te, alleluia, alleluia. Repetitur. Sancti tui. V. Gloriæ regni tui dicent & potentiæ tuæ loquentur. Alleluia, allel. Repet. Sancti tui Glória Patri. Repet.. Sancti tui.

V. Exultent iusti. In conspectu Dei. R. Delectentur in lœtitia, Alleluia, alleluia, allel. Oratio unius vel plurimorum Martyrum.

Ad Sextā, Capitul. Sap. 5.
Ecce quomodo compūtati sunt inter filios Dei, & inter sanctos, sors illorum est.

R. Exultent justi in conspectu Dei. Alleluia, allel. Repetitur. Exultent justi. V. Delectentur in lœtitia. Alleluia, allel. Exultent. Glória Patri. Repet. Exultent.

rent. ¶. Lætāmini in Dōmino & exultāte justi.

¶. Et gloriāmini omnes recti corde. Allelūia, allel. allel. Oratio conveniens.

Ad Nonam, Capitulum.

Sicutim quóniam dili-
gēntibus Deum ; ómnia cooperántur in bo-
num : his qui secundūm
propósitum vocati sunt
sancti.

¶. Lætāmini in Dōmino
& exultāte justi. Allelūia,
allelūia. Repet. Lætāmi-
ni. ¶. Et gloriāmini om-
nes recti corde. Allelūia,
allel. Repet. Lætāmini.
Glória Patri. Repet. Læ-
tāmini. ¶. Justi in perpé-
tuum vivent. ¶. Et apud
Dūm est merces eórum:
Allelialall. Oratio, &c.

Ad Vesperas, Antiphona & Psalmi si sit Festum Duplex; sumuntur ex Communi unius vel plurimo- rum Martyrum pro qua- litate Festi.

Si non sit Festum Duplex Antiphon. & Psalmi de Fe- ria occurrente.

Capitulum Versus & Antiphona ad Magnificat ut in primis Vesperis.

Ad Complet. Hymnus. Eterna Christi munera.

In Cōmuni Virginū, Mu-
lierum sanctorū, & Dedi-
cationis Ecclesi & Tempore
Paschali. Officium fit ut
inferius, exceptis iis quae se-
quuntur. Ad Matut. in
Festis Duplicibus Invita-
torium. Allelūia, allel. all.

*In Semiduplicibus. Alle-
lūia, allelūia..*

*In Simplicibus Invit. Fe-
riale. Allelūia, allel. allel.*

*In fine Antiph. & Respon-
sor. additur Allelūia. In-
fine Responsiorum ad
Horas, bis additur, & in-
fine secundi Versiculi post
Responsor. præditum ad
Horas ; ter Allelūia.*

*Ad Laudes, Aña. Alle-
lūia , allelūia , allelūia,.
allel. allel allel. In choro-
cantatur sub modulo Añar
Ego sum via.. Sub qua-
sola dicuntur Psalmi de-
Laudibus Dominicæ. Reli-
qua ut extra tempus Pas-
chale additis ubique Al-
lelītia. ut suprà.*

*In Festo Confessorum.
Tempore Paschali fit simi-
liter & tria Responsoria
dicuntur ut infrà.*

¶. vij. Pretiosa in conspé-
ctu Dōmini, * Mors san-
ctorum ejus, allelūia.

¶. Custódit Dōminus
omnia

Ixiv Commune plurimorum Martyrum.

ómnia ossa eórum , unum
ex his non conterétur.
Mors sanctórum.

R. viij. Beatus vir qui
métuit Dóminum , allel.
* In mandátis ejus cupit
nimis , allelúia , allelúia ,
allelúia. ¶ Potens in ter-
ra, erit semen ejus, gene-
rátio rectórum benedicé-
tur. In mandátis.

R. ix. De ore prudéntis
procédit mel , allelúia.
* Dulcédo mellis sub lin-
gua ejus , allelúia. Favus
distillans lábia ejus , alle-
lúia, allelúia. ¶ Sciéntia
sapiéntis tanquam inun-
datio abundábit & consi-
lium illíus sicut fons vi-
tae pémanet. Dulcédo.

Tria supradict. Resp.
dicuntur semper in Festis
Confess. iij. Lect. Tempore
Páschali qualibet Feria
ocurrant.

C O M M U N E
Plurimorum Martyrum.

Ad Vesperas si sit Fe-
stum dupl. Aña. Justórum
ánimæ. cum reliquis de
Laudib. lxv. Psalmus. Di-
xit Dóminus. cum reliquis
de Dominica. 148. sed loco
ultimi Psalmi. Laudáte
Dóminum omnes Gentes.
153. Si non sit Festum du-

plex , ad Vesperas Antiph.
& Psalni de Feria occurr.

Capitulum. Sap 5.

J Isti in perpétuum vi-
uent ; & apud Dñm est
merces eórum : & cogitatio
illórum, apud Altíssimum.
¶ Justórum ánime in manu
Dei sunt. R. Et non tanget
illos tormentum malí-
tiæ.

Ad Magnificat, Antiph.
Beáti eritis cum vos óde-
rint hómines, & cum sepa-
ráverint vos, & exprobrá-
verint ; & ejécerint no-men-
vestrum tanquam malum
propter filium hóminis:
gaudéte & exultáte , ecce
enim merces vestra multa
est in cælo.

Orémus. Oratio.

D Eus qui nos concédis
Sanctórum Márey-
rum tuórum N. & N. na-
natalitia cólere : da nobis
in ætérna beatitúdine , de-
córumb societáte gaudére.
Per Dóminum.

Ad primam Processionem.
Responsor. Abstérsit Deus
omnem láchrymā ab ócu-
lis eórum , & mors non
erit amplius ; neque lu-
gubris , neque clamor , sed
nec ullus dolor : * Quó-
niam prióra transiérunt.

Orémus.

Orémus. *Oratio.*
PRæsta quæsumus om-
 nípotens Deus ; ut qui
 gloriósos Mártires N. &
 N. fortes in sua Confes-
 sione cognóvimus : pios
 apud te, in nostra interces-
 sione sentiámus. Per Dñm.

Ad secundam Processionē.
Respōnsor. Isti sunt San-
 di, qui passi sunt propter
 te Dómine ; vīndica eos:
 * Quia clamant ad te quo-
 tidie.

Orémus. *Oratio.*
INfirmitátem nostram
 quæsumus Dómine pro-
 pitius rēspice ; & mala
 ómnia quæ justè meré-
 mur : Sanctórum tuórum
 intercessiōne avérte. Per.

Ad Completorium, Hym-
nus. Aetéerna Christi mū-
 nera. fol. iij.

Ad Matutinum, Invitat.
 Regem Mártirum Dñm
 veníte adorémus. *Psalm.*
 Veníte exultémus. 2.

In primo Nocturno.
Aña. Sancti qui sperant.

Psalmus 1.

BÉatus vir , qui non
 bábiit in consilio im-
 piórum: * & in via pecca-
 tórum non stetit: * & in
 cāthēdra pestiléntiæ, non
 sedit..

Sed in lege Dómini, vo-
 lūtas ejus: * & in lege ejus
 meditábitur, die ac nocte.

Et erit tanquam lignum,
 quod plantátum est, secus
 decūrsus aquárum: * quod
 fructum suum dabit, in
 témpore suo.

Et fólium ejus non dé-
 fluet: * & ómnia quæcún-
 que faciet, prosperabūtur.

Non sic ímpij non sic : *
 sed tanquam pulvis, quem
 prójicit ventus , à fácie
 terræ.

Ideò non resúrgent ímpij
 in judício: * neque pecca-
 tóres, in concílio iustórū.

Quóniam novit Dómi-
 nus , viam iustórū : * &
 iter impiórum peribit.

Glória Patri.
Aña. Sancti qui sperant in
 Dño mutábūt fortitudinē
 assúmēt pennas ut áquilæ,
 volábunt & non deficient.
Aña. Ecce merces Sanctó-
 rum. *Psalmus 2.*

Quare fremuétunt gé-
 ces : * & populi me-
 ditati sunt inánia.

Astiterunt reges terræ, &
 príncipes convenérunt in
 unum : * advérsus Dñm,
 & advérsus Christū ejus.

Dirumpámus víncula
 eórum: * & projiciámus à
 nobis,

Ixvi Commune plurimorum Martyrum.

nobis , jugum ipsorum.
Qui hábitat in cælis ir-
ridébit eos : * & Dóminus
subsannabit eos.

Tunc loquétur ad eos , in
ira sua : * & in furore suo
conturbabit eos .

Ego autem constitutus
sum rex ab eo , super Sion
montem sanctum ejus : *
prædicans præceptū ejus .
Dóminus dixit ad me . fi-
lius meus es tu : * ego hō-
die gñui te :

Póstula à me , & dabo
tibi gentes hæreditatēm
tuam : * & possessionem
tuam , térmilos terræ .

Reges eos in virga fer-
rea : * & tanquam vas fi-
gali , confrínges eos .

Et nunc reges intelligi-
te : * erudímini , qui judicá-
tis terram .

Servíte Dño in timore : *
& exultate ei , cū tremore .

Apprehéndite disciplí-
nam : * nequāndò irascatur
Dóminus , & percáatis de-
via justa .

Cum exáserbit in brevi
ira ejus : * bæti omnes , qui
confidunt in eo ..

Glória Patri .

Aña . Ecce merces sancto-
rum copiosa est apud Deū ,
ipſi enim mortui sunt pro-

Christo , & vivunt in æter-
num . Aña . Justi autem .

Psalmus 3 .

Dómine quid multipli-
cati sunt qui tríbu-
lant me : * multi insúrgunt
adversum me .

Multi dicunt ánimæ
meæ : * non est salus ipſi ,
in Deo ejus .

Tu autem Dómine fúscé-
ptor meus es : * glória mea ,
& exáltans caput meum .

Voce mea ad Dóminum
clamávi : * & exaudívit me ,
de monte sancto suo .

Ego dormívi & soporá-
tus sum : * & exurréxi quia
Dóminus , fúscépit me .

Non timébo mília pô-
puli circundantis me : *
exúrge Dómine salvum
me fac , Deus meus .

Quóniam tu percussisti
omnes adversantes mihi
sine causa : * dentes pecca-
torum contrivisti .

Dómini est salus : * & su-
per pôpulum tuum , bène-
dício tua . Glória Patri .

Aña . Justi autem in per-
petuum vivent , & apud
Dñm est merces eórum
¶ Lætámini in Dómino ,
& exultate justi . ¶ Et
gloriámini omnes recti
corde . Pater noster .

Deprec.

Deprec. Exúrge. Súscipe.

Benedictio. Adjútor.

De Epístola B. Pauli Apó-
stoli ad Romáños.

Lectio j. Cap. 8.

Fratres, debitores su-
mus non carni : ut se-
cundùm carnē vivámus.
Si enim secundùm carnem
vixéritis moriémini ; Si
autem spíritu, facta car-
nis mortificavéritis : vivé-
tis. Quicúmque enim spí-
ritu Dei agúntur : ij sunt
filii Dei.. Non enim acce-
pístis Spíritum servitútis
iterùm in timóre ; sed ac-
cepístis Spíritum adoptio-
nis filiòrum : in quo cla-
mámus, Abba, Pater. Ipse
enim Spíritus testimóniū
reddit spíritui nostro : quod
sumus filii Dei. Si autem
filii, & hæredes ; hæredes
quidem Dëi : cohæredes
autem Christi. Si tamen
compátimur : ut & con-
glorificémur. Exístimo
enim quod non sunt con-
dignæ passiónes hujus
temporis : ad futúram
glóriam, quæ revelábitur
in nobis. Nám expectatio
creatúræ : revelationem
filiòrum Dei expéctat.
Tu autem.

P. Abstérisit Deus omnem

láchrymam ab óculis eó-
rum ; & mors non erit
ámplius, neque luctus ne-
que clamor, sed nec ullus
dolor : * Quóniam pri-
ra transíerunt. **V.** Justórum
ánimæ in manu Dei sunt,
& non tanget illos tor-
mentum malitiæ. Quóniam.
Bened. Benedictiό-
nibus suis. *Lectio ij.*

SCimus autem quóniam
diligétabus Deum; óm-
nia cooperántur in bonū e-
iis qui secundùm propo-
sitnm vocáti sunt sancti.
Nam quos præscivit ; &
prædestinávit confórmes
fieri imáginis filii sui : ut
sit ipse primogénitus in
multis frátriis. Quos
autem prædestinávit, hos
& vocávit ; & quos vocá-
vit, hos & justificávit il-
los & glorificávit. Quid
ergo dicémus ad hæc ? Si
Dëus pro nobis, quis con-
tra nos ? Qui etiam pró-
prio filio non pepéravit, sed
pro nobis ómnibus trádi-
dit illum ; quómodo non
etiam cum illò ómnia no-
bis donávit ? Quis accu-
sabit adversus éléctos:
Dei ? Dëus qui justificat ;
quis est qui condémnet ?
Christus Jesus qui mó-
tuus;

Ixvij Commune plurimorum Martyrum.

tuus est, imò qui & resur
rexit ; qui est ad dexteram
Dei : qui etiam interpellat pro nobis. Tu autem.

R. Isti sunt Sancti, qui
passi sunt propter te Dó-
mine; vínđica eos : * Quia
clamat ad te quotídie.

V. Vínđica Dómine sán-
guinem Sanctorum tuó-
rum qui effúsus est. Quia
clamat. Bened. Cælestem
benedictiōnem. Lectio iiij.

Quis ergo nos separá-
bit à charitáte Chri-
sti : tribulatio, an angú-
stia, an fames, an nuditas,
an periculum, an persecu-
tio, an gládius ; Sicut scri-
ptum est : Quia propter te
mortificámur tota die, æst-
imáti sumus sicut oves
occisiōnis. Sed in his óm-
nibus superámus : propter
eum qui diléxit nos. Cer-
tus sum enim ; quia neque
mors, neque vita, neque
Angeli, neque principá-
tus, neque virtutes, neque
instántia, neque futura,
neque fortitudo, neque al-
titudo, neque profundum,
neque creatura ália pote-
rit nos separare à Char-
itaté Dei : quæ est in Chri-
sto Jesu, Dómino nostro.
Tu autem.

R. Beati pacifici, beati
mundo corde, quóniam
ipsi Deum vidébunt : * Et
filiī Dei vocabuntur

V. Beati qui persecutiō-
nem patiuntur propter ju-
stitiam, quóniam ipsorum
est regnum cælorum. Et
filiī. Glória Patri. Et filiij
Dei.

In secundo Nocturno.

Aña. Justus Dóminus.

Psalmus 10.

IN Dómino confido : *
quómodò dicitis ánime
meæ, transmígra in mon-
tem sicut passer.

Quóniam ecce peccató-
res intendérunt arcum : *
paravérunt sagittas suas
in pharetrâ : * ut sagít-
tent in obscuro, rectos
corde.

Quóniam quæ perfecisti
destruxérunt : * justus au-
tem quid fecit.

Dóminus in templo san-
cto suo : * Dóminus in
cælo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem
respiciunt : * pálpebræ
ejus intérrogant, filios
hominum.

Dóminus intérrogat ju-
stum & ímpium : * qui
autem díligit iniquitá-
tem, odit ániam suam.

Pluer

Pluet super peccatóres
láqueos : * ignis & sul-
phur, & spíritus procellá-
rum, pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dómi-
nus & justítias diléxit : *
æquitátem vedit vultus
ejus. Glória Patri.

Aña. Justus Dóminus, ju-
stítias diléxit, æquitátem
vedit vultus ejus.

Aña. Via justórum.

Psalmus 14.

Domine quis habitábit
in tabernáculo tuo : *
aut quis requiéscet , in
monte sancto tuo.

Qui ingréditur sine má-
cula : * & operátur justi-
tiam.

Qui lóquitur veritátem
in corde suo : * qui non
egit dolum, in lingua sua.

Nec fecit próximo suo
malum : * & opprobrium
non accépit, adversus pró-
ximos suos.

Ad níhil dedúctus
est, in conspéctu ejus ma-
lignus : * timéntes autem
Dóminum glorificat.

Qui jurat próximo suo
& non décipit : * qui pe-
cúniam suam non dedit
ad usúram : * & múnera
super innocéntem , non
accépit.

Qui facit hæc, non mo-
vébitur in ætérnum.

Glória Patri.

Aña. Via justórum recta
facta est, & iter Sanctó-
rum præparátum est.

Aña. Sanctis qui in terra
sunt. *Psalmus 15.*

Consérva me Dómine,
quóniam sperávi in
te : * dixi Dómino Deus
meus es tu : * quóniam
bonórū meórū, non eges.

Sanctis qui sunt in terra
ejus : * mirificávit omnes
voluntátes meas , in eis.

Multiplicátæ sunt infir-
mitátes eórum : * posteà
acceleráverunt.

Non congregábo con-
ventícola eórum de san-
guínibus : * nec memor
ero nóminalium eórum, per
lábia mea.

Dóminus pars hæreditá-
tis meæ & cálicis mei : *
tu es qui restitues hære-
ditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi
in præcláris : * étenim
hæreditas mea , præclára
est mihi.

Benedíciam Dóminum
qui tríbuit mihi intellé-
ctum : * insuper & usque
ad noctem , increpáuerunt
me renes mei.

ixx *Commune plurimorum Martyrum.*

Providébam Dóminum, in cōspéctu meo semper: * quóniam à dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc, lætátum est cor meū, & exultávit lingua mea: * insuper & caro mea, requiéscet in spe.

Quóniam non derelíngues ánimam meam in inférno : * neque dabis sanctum tuum, vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vita: * adimplébis me lætitia cum vultu tuo: * delectationes in déxtera tua , usque in finem.

Glória Patri.

Ana. Sanctis qui in terra sunt ejus, mirificavit omnes voluntátes meas , inter illos.

¶. Justus Dóminus, justítias diléxit.

¶. Æquitátem vedit vultus ejus. Pater noster. Deprecatio. Osténde nobis Dómine. Benedict. Deus Dei filius.

De Sermóne sancti Euché-
rui Lugdunénsis Episc.

Sermone de S. Genesio sub
finem. Læctio i-v.

Q Uam pretiósa sunt mártirum vúlnera,
quàm gloriósa certámina;

inter quæ torméntis ví-
vētes, & mórtibus triúm-
phantēs, vexáti in paucis :
benè disponúntur in multis. Coram homínibus af-
flicti ; coram Angelis glo-
rificándi : brevem Deo vi-
tam, sub æternitatis com-
mércio fœneravérunt. Et
ideò sicut aurum in forná-
ce ignis; ita illi in camino
tribulatiónis probati : ful-
gébunt sicut sol. De qui-
bus per bēatum Joánnem
vox divína testatur ; Hi
sunt qui venérunt ex ma-
gna tribulatióne, & lavé-
runt stolas suas, & cándi-
das eas fecérunt in sán-
guine Agni : propter hoc
stabunt in conspéctu throni.
Hos ergo charíssimi
ita mirémur , ut hómines
fuisse meminérimus ; hos
inquam ita mirémur , ut
eos nostri similes novéri-
mus, & sub cádem quâ nos-
sumus , carnis fragilitate
vixisse : & per hoc sequá-
mur inquántum póssumus
fidem illórum , sectémur
ánimi virtútem ; quâ ter-
réna & præsentia respuén-
tes : vim regnis cælesti-
bus intulérunt. Tu autem.
¶. Beáti éritis, cum male-
dixerint vobis hómines, &
perse

persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me. * Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.
 ¶ Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete. Benedic. Aeternam benedictionem.

Lectio v.

Superaverunt illi corporum dolores: nos superemus morum, & cordium passiones. Vicerunt illi tormenta: nos virtus. Illi sacrificare demoniis horruerunt; nos malitia, invidiam, obtristationes, contentiones: tanquam prophana sacrificia detestemur. Ut inter hujus mundi conflictionis virtus; persecutores virtutis: probent esse nos martyres. Persequamur in nobis peccata, & iniquitates nostras. Expugnemus superbiam: debellamus iracundiam. Ipsi in nobis & persecutores partes exequamur, & martyrum; per castigationem vigiliarum,

per contritionem jejuniorum, & per custodiam castitatis: exhibeamus corpora nostra hostiam viventem, sanctam, placentem Deo. Tu autem.

¶ Effuderunt sanguinem sanctorum velut aquam:

* In circuitu Ierusalem, & non erat, qui sepeliret.

¶ Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus caeli. In circuitu. Benedict. Gratia Spiritus sancti. Lectio vi.

Aquiramus nobis non carnis morte, sed carnalis vitae mortificatione martyrium; ut de nobis quoque etiam viventibus dici possit. Pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum ejus. Ergo in quantum fieri potest extinguitur in nobis quicquid peccati est: mortificetur morti quod saeculi est, ut pretiosa perficiatur; in conspectu Domini: mors viventium. Ut animositates, cupiditates, atque praesentium blandimenta rerum; sicut ea mors extorquebat invitit: ita ea nobis veritas fidei, & Dei auferat timor. Ut non necessitas ea a nobis separaret

séparet, sed volúntas; ut
téminum vitiis, ut finem
concupiscéntiis, ac delí-
ctis nostris non intéritus
fáciat: sed proféctus. Tu
autem

Ez. Adoravérút vivéntem
in sæcula sæculórum, mit-
téntes corónas suas, * Ante
thronum Dómini Dei
sui ý: Veniéntes autem
vénient cum exultatióne,
portántes manípulos suos
Ante thronum. Glória Pa-
tri. Ante thronum.

In tertio Nocturno.

Aña. Hæc est generatio.

Psalmus 23.

Domi ni est terra, &
plenitúdo ejus: * or-
bis terrárum, & univérsi,
qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária
fundavit eum: * & super
flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in monte
Dómini: * aut quis stabit,
in loco sancto ejus.

Innocens mánibus &
mundo corde: * qui non
accépit in vanum ánimam
tuam: * nec juiávit in do-
lo, próximo suo.

Hic accípiet benedi-
ctionem à Dómino: * &
misericórdiam à Deo, sa-
lutári suo.

Hæc est generatio quæ-
réntium eum: * quæ rén-
tiūm fáciem Dei Jacob.

Attollite portas prínci-
pes vestras: * & elevámi-
ni portæ æternáles: * &
introíbit rex gloriæ.

Quis est iste Rex gló-
riæ: * Dóminus fortis &
potens: * Dóminus potens
in prælio.

Attollite portas prínci-
pes vestras: * & elevámi-
ni portæ æternáles: * &
introíbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gló-
riæ: * Dóminus virtútum,
ipse est Rex gloriæ.

Glória Patri.

Aña. Hæc est generatio
quæréntium Dóminum,
quæréntium fáciem Dei
Jacob.

Aña. Clamavérunt.

Psalmus.

Benedic Dóminum
in omni tempore: *
semper laus ejus, in ore
meo.

In Dómino laudábitur
ánima mea: * áudiant
mansuëti & läténtur.

Magnificáte Dóminum
mecum: * & exaltémus
nomen ejus, in idípsum.

Exquisívi Dóminum &
exaudívit me: * & ex-
omnibus

ómnibus tribulatióibus
méis, erípuit me.

Accédite ad Deum & il-
luminámini : * & fácies
vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, &
Dñs exaudívit eum : * &
ex ómnibus tribulatióni-
bus ejus, salvávit eum.

Immittit Angelus Dó-
mini, in circúitu timéntiū
eum : * & erípiet eos.

Gustáte & vidéte quó-
niā suávis est Dómi-
nus : * beátus vir qui spe-
rat in eo.

Timéte Dóminum om-
nes sancti ejus : * quóniam
non est inópia , timénti-
bus eum.

Dívites eguérunt & esu-
riérunt: * inquiréntes au-
tem Dóminum , non mi-
nuéntur, omni bono.

Veníte filii audíte me: *
timórem Dómini , docé-
bo vos.

Quis est homo, qui vult
vitam : * díligit dies , vi-
dere bonos.

Prohíbe linguam tuam à
malo : * & lábia tua , ne
loquántur dolum.

Divérte à malo & fac
bonum : * inquiré pacem,
& perséquere eam.

Oculi Dómini super ju-

Pars Verna.

tos : * & aures ejus , ad
preces eórum.

Valtus autem Dómini
super faciéntes mala: * ut
perdat de terra , memó-
riam eórum.

Clamavérunt justi , &
Dñs exaudívit eos : ! * &
ex ómnibus tribulatióni-
bus eórum , liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis,
qui tribuláto sunt corde: *
& húmiles spíritu sal-
vábit.

Multæ tribulatiónes ju-
storum : * & de ómnibus
his , liberábit eos Dñs.

Custódit Dóminus óm-
nia ossa eórum : * unum
ex his, non conterétur.

Mors peccatórum péssi-
ma : * & qui odérunt ju-
stum delínquent.

Redimet Dóminus áni-
mas servórum suórum : *
& non delínquent omnes,
qui sperant in eo.

Glória Patri.
Antiphona. Clamavérunt
justi & Dóminus exaudí-
vit eos. *Aña.* Dedisti.

Psalmus.
Exaudi Deus , depreca-
tióinem meam : * in-
ténde oratióni meæ.

A finibus terræ ad te
clamávi , dum anxiaréturn

d

Lxxiv Commune plurimorum Martyrum.

cor meum : * in petra Léctio sancti Evangélii : exaltásti me. secundum Lucam.

Deduxisti me quia fatus es spes mea : * turris fortitudinis , à facie inimici .

Inhabitabo in tabernáculo tuo in sǽcula : * protégar in velamento , alárum tuárum.

Quóniam tu Deus exaudisti orationem meam : * dedisti hæreditatem timéntibus , nomen tuum.

Dies super dies Regis adjicies : * annos ejus usque in diem generatiónis , & generatiónis.

Pémanet in æternum in conspéctu Dei : * misericordiam & veritatem ejus , quis requíret.

Sic Psalmum dicam nómini tuo , in sǽculum sæculi : * ut reddam vota mea , de die in diem.

Glória Patri.

Aña. Dedisti hæreditatem timéntibus nomen tuum Dómine.

¶. Justi in perpetuum vivent. ¶. Et apud Dóminum est merces eórum.

Pater noster.

Deprecatio. Adjutórium nostrum.

Benedict. Redémptor.

Léctio ij. Cap. 21.

In illo tempore : Dixit Jesus discípulis suis. Cū audiératis prælia & seditiones nolite terreri ; oportet primum hæc fieri : sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis ; surget gens contra gentem : & regnum adversus regnum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Papæ.

Homil. 35. in Evangelia.

Mors justorum bonis in adjutórium est , malis in testimónium ; ut inde pervaeni sine excusatione pereant : unde electi exemplum cipiunt , ut vivant. Nam auditis tot terroribus turbari poterant infirmorum corda ; atque ideo consolatio adjungitur : cum protinus subinfertur. Pónite ergo in cordibus vestris : non præmeditari , quemadmodum respondéatis. Ac si aperte membris suis infirmantibus dicat ; nolite terrixi : nolite pertimescere. Vos ad certamen acceditis : sed ego prælior. Vos verba éditis : sed ego sum qui loquor.

quor. Séquitur. Tradémi-
ni autem à paréribus. Mi-
nórem dolórem mala in-
gérunt : quæ ab extráneis
inferúntur. Plus verò in
nobis ea tormenta sa-
viunt, quæ ab illis pátim-
ur de quorum méntibus
præsumebámus : quia cum
damno córporis : mala
nos crúciant amissæ cha-
ritatis. Tu autem.

R. Sancti tui Dómine mi-
rábile consecuti sunt iter,
servientes præcéptis tuis,
ut inveniréntur illæsi in
aquis válidis, terra apá-
ruit árida : * Et in mari
rubro, via sine impedi-
ménlo. **V.** Sitiérunt &
invocavérunt te, & data
est illis aqua de petra al-
tíssima. Et in mari. **Bene&**
Unigénitus Dei filius.

Lectio viij.

Capillus de cápite ve-
stro non períbit. Scí-
mus fratres quia caro in-
cisa dolet : capillus incí-
sus non dolet. Ait ergo
Martyribus suis, capillus
de cápite vestro non perí-
bit, videlicet apertè dicés:
Cur timétis ne péreat
quod incísum dolet : quan-
do & illud in vobis períre
non potest quod incísum

non dolet. Séquitur. In pa-
tiéntiâ vestriâ possidébi-
tis áimas vestras. Idcir-
cò posséssio ánimæ in vir-
tute patiéntiæ pónitur :
quia radix ómnium cu-
stósque virtútum patien-
tia est. Per patiéntiam ve-
rò possidémus áimas no-
stras ; quia dum nobis ip-
sis domináti discimus :
hoc ipsum incípimus pos-
sidére quod sumus. Patié-
tia verò est : aliéna mala
& quaníni ter pépeti ; con-
tra eum quoque qui mala
irrogat : nullo dolore
mordéri. Tu autem.

R. Anima nostra sicut
passer erépta est, * De lá-
quedo venántium. **V.** Lá-
queus, contritus est, &
nos liberáti sumus. De lá-
quedo. **Benedictio.** Ad su-
pernórum.

Lectio ix. Sub finem.

Sed quia natálem Már-
tyrum hodiérnâ die cō-
linus fratres mei : nequá-
quam nos à virtute eō-
rum patiéntiæ : existimá-
re extráneos debémus. Si
enim adjuvánte nos Dó-
mino virtutem patiéntiæ
servare conténdimus ; &
in pace Ecclésiæ vivimus :
& tamen martyrij pal-
d 2

lxxvij Commune plurimorum Martyrum.

mam ténemus. Duo quip-
pè sunt martyrii génera ;
unum in mente : áliud in
mente simul , & aetione.
Itaque esse martyres pós-
sumus : étiam si nullo fer-
ro percutiéntium trucidé-
mur. Mori quippè à per-
sequénte ; martyrium in
aperto ópere est : ferre ve-
rò contumélias ; odién-
tem diligeré ! Martyrium
est in occultâ cogitatió-
ne. Tu autem Dómine.

R. Laudáte gentes pôpu-
lum Dómini, quia sanguinem
sanctorum suorum
ulciscétur : * Et propítius
erit terræ pôpuli sui. **¶**. Et
vindictâ retríbuet in ho-
stes eórum. Et propítius.
Gloria Patri Et propítius.

Si verò fuerit Festum
Duplex vel occurrerit in
Dominica , non dicitur,
Gloria Patri. Quia dicitur
Te Deum laudamus.

A D L A U D E S .

Antiphona.

Justorum ánime in ma-
nu Dei sunt & non tan-
get illos tormentum ma-
litiae.

Psalmus. Dóminus regná-
vit. cum reliquis de Do-
minica. 20.

Aña Etsi coram homíni-

bus torménta passi sunt ;
spes electórum immorta-
litate plena est. **Aia.**
Tanquam aurum in for-
náce probávit elec̄tos Dó-
minus ; & quasi holocau-
sta , accépit illos. **Aña.**
Spíritus & ánime justó-
rum, hymnum dícite Deo
nostro, allelúia , allelúia.
Aña. Exultábunt Sancti
in glória lætabúntur in
cubilibus suis.

Capitulum. **Sap. 5.**
Justi in perpetuum vi-
vent ; & apud Dóminum
est merces eórum : & co-
gitatio illórum apud Altíssimum.

¶. Exultent justi in con-
spéctu Dei.

R. Delecténtur in læ-
titia.

Ad Benedictus, Antiph.
Fulgébunt justi , & tan-
quam scintillæ in arundi-
néto discurrent ; judicá-
bunt natiónes , & vivant
in ætérnum.

Orémus. Oratio.
Deus, qui nos concédis
sanctorum Martyrum
tuorum N. & N. natalitia
cólere : da nobis in ætérna
beatitudine, de eórum so-
ciété gaudére. Per Dó-
minum nostrum.

Ad

Ad Tertiam; Capitul.
Justi in perpétuum vivént,
ut suprà. ¶ Sancti tui
Dómine benedícent te.
Sancti tui. ¶ Glóriam
regni tui dicent, & po-
téntiam tuam loquéntur.
Sancti tui. Glória Patri.
Sancti tui. ¶ Exultent
justi in conspéctu Dei.

¶ Delecléntur in lætitia.

Oratio. Deus qui nos
concédis sanctórum Már-
tyrum. ut suprà.

Ad Sextam, Capitulum.

Heb. 11.

Sancti per fidem vicé-
runt regna; operáti sunt
justitiam? adépti sunt re-
promissiones.

¶ Exultent justi in con-
spéctu Dei. Repet. Exúltent
justi. ¶ Delecléntur in lætitia. Exultent justi.
Glória Patri. Exultent.
¶ Lætámini in Dómino
& exultáte justi. ¶ Et gloriámini omnes recti
corde.

Orémus. *Oratio.*

Præsta quæsumus om-
nipotens Deus; ut qui
gloriósos Mártyres N. &c
N. fortes in sua confessio-
nē cognovimus: pios apud
te in nostra intercessióne
fentiámus. Per Dóminum.

Ad Nonam, Capitulum.
Sap. 3.

Fulgébunt justi, & tan-
quam scintillæ in arū-
dinéto discurrent; judicá-
bunt natiónes & domina-
búntur pópolis? & regná-
bit Dóminus illórum in-
perpétuum.

¶ Lætámini in Dómino
& exultáte justi. Lætámini.
¶ Et gloriámini om-
nes recti corde. Lætámini.
Glória Patri. Lætámini.
¶ Justi in perpétuum vi-
vent. ¶ Et apud Dómi-
num est merces eórum.

Orémus. *Oratio.*

Infirmitátem nostram
quæsumus Dñe pro-
pitius respice; & ma-
la ómnia quæ justè me-
rémur? Sanctórum tuó-
rum intercessióne avérte.
Per Dóminum.

*Ad Vespasias si sit Festum
duplex, Antiphona.* Justó-
rum ánime. *cam reli-*
quis de Laudibus. Psalmus. Dixit Dóminus. *cum*
reliquis de Dominica. 150.
Et loco ultimi, Psalm. Credidi. 154.

*Si autem non fuerit Fe-
stum duplex, Antiph. Et
Psalmi de Feria occurren-
te. Capitulum. Justi in*

Ixxij Commune plurimorum Martyrum.

perpétuum vivent. ut sup.
¶. Justorum ánimæ in
mana Dei sunt. & Et non
tanget illos tormentum
maliæ.

Ad Magnificat, Aña.
Sancti per fidem vicérunt
regna, operati sunt justi-
tiam, adépti sunt promis-
siones:

Oratio. Deus qui nos
concédis. ut suprà.

Ad Processionem primum
Respons. Officij diei seq.

Oratio conveniens.

Ad Completor. Hymnus.
Æterna Christi múnera.

In Festo plurimorum
Martyr. iij. Lect. ad Vesp.
Aña. & Psalmi de Feria
occurr. Capitul. v. ut sup.
ad Magnificat, Aña. Isti
sunt Sancti qui pro testa-
mēto Dei, sua cōpora tra-
diderunt, & in sanguine
Agni lavérunt stolas suas.

Si verò Festum plurimor.
Mart. iij. Lect. bis in eadem
Hebdom. celebretur. tunc
ad Vesperas secundi Festi,
dicitur ad Magnificat,
Aña. Istorum est enim re-
gnuin cælorum, qui con-
tempserunt vitam mundi,
& pervenérunt ad præmia
regni, & lavérunt stolas
suas in sanguine Agni.

Oratio propria vel de
Communi ad Complet. Hym-
nus. Æterna Christi mún-
era. Ad Matut. Invitat.
Regem Mártyrum Dómi-
num. Novem Antiphona
& novem Psalmi ut sup-
rà, Ritu quo notatum est
in Communi Apostolo-
rum. Versus primi Noctur-
ni. Lætamini in Dómino.
In omnibus Festis trium
Léctionum dicitur simili-
cer Versus primi Nocturni.

Deprecatio. Et Benedic-
tiones, eodem ritu, quo
notatum est suprà in Com-
muni Apostolorum. xx. ad
Laudes. Omnia ut suprà.
Antiphona ad Benedict.
Tradent enim vos in con-
ciliis, & in synagogis suis
flagellábunt vos, & ad re-
gés & præsides ducémini,
propter me, in testimoni-
um illis, & géntibus.

Si verò Festum plurimor.
Martyrum iij. Lect. bis in
eâde Hebdom. celebreitur.
Tunc ad Laudes secundi
Festi, dicitur ad Benedict.
Antiphona. Vestri capíl-
li cápitis, omnes nume-
ráti sunt, nolite tímere
multis paſſeribus meliό-
res estis vos Cetera di-
cuntur ut suprà.

Si contingat celebrari ostavam de pluribus Martyribus. Officium infra ost. fit ut supra in Feste trium Lect. ritu quo notatum est in communi Apostolorum.

Invitatorium, novem Antiph. & novem Psalmi ut in die Festi. Dua prima Lectiones de Script. occurr. Tertia verò ut notatur infra pro qualibet die.

Ad Laudes & horas ut in communi. Ad Vesperas Antiphone & Psalmi de Feria occurr. Capitulum, Versus, & Aña ad Magnificat ut in secundis Vespervis Festi.

Ad Completor. Hymnus de officio Vesperarum. & Eterna Christi munera.

Die secunda infra Oct. De Sermone S. Cypriani Episcopi & Martyris. Lib. 2. Epistolar. epist. 6. Lectio iij.

Quibus ergo vos laudibus prædicem, fortissimi fratres; robur pectoris vestri, & perseverantiam fidei: quo præcōnio vocis exornem. Tolerastis usque ad consummationem gloriæ, durissimam quæstiōnem; nec cessistis suppliciis; sed vobis

pōtiū suplīcia cessérunt. Finem dolōrum, quem tormenta non dābant: corona dedérunt. Laniéna gravior ad hoc diu perseveravit; non ut stantem fidem deiceret: sed ut hōmines Dei, ad Dóminum velocius mitteret. Vedit admirans præsentium multitudo cælestē certamen; certamen Dei; spiritale certamen: prælium Christi. Stetisse servos ejus voce libera; mente incorrupta; virtute divina: telis quidem saceruláribus. nudos; sed armis fidei: credentes armáros. Steterunt torti, torquētibus fortiores; & pulsantes ac laniantes unguis: pulsata ac laniata membra vicérunt. Inexpugnabilem fidem superare non pōtuit sacerdōtis diu plaga repetita; quamvis ruptā compage viscerum, torquerentur in servis Dei: non jam membra sed vulnera. Fluébat sanguis; qui incendium persecutiōnis extingueret: qui flamas & ignes gehennæ, glorioso cruore sopiret. Tu autem.

Die tertia infra Octavam.

De Sermóne S. Ephrem
Ecclésiæ Edessénæ
Diáconi.
Serm. de laudibus sancto-
rum Martyrum.
Lectio iij.

Quibus ergo vos præ-
ticem ô perfécti mili-
tes Christi; aut quómodo
appéllem vos, inclyti at-
que beatissimi viri? Quis
vestræ fidei laudes expli-
cāre sufficiat? Obstupuit
nempe oratórum facún-
dia; Philosophorūmque
sapiéntia? dum cernuntur
mirabilia in Christi fámu-
lis fieri. Judicibus ac Tyr-
ánnis verba defecérunt;
sanctorum Mártyrum cō-
stántiam & alacritátem:
immésamque athletárum
Christi tolerántiam aspi-
ciéntibus. Nam dum lietó-
rum manus eórum mem-
bra torquérent; visceráque
nudárent; non mœréntes
aspexére, non tristes? nec
solùm inter cruciátus gé-
mitum nō edéntes; verùm
lætióre fácie: gáudia xtér-
na testántes. Quippe illis
ea erant torniénta pro ré-
quie: & carnífices obsequi
pótius, quam sævire vide-
bántur. Nos autem fratres;
quam obsecro apud Deum

in die judicij excusatiōnē
habitúri sumus; qui sine
persecutiōnis atrocitáte, &
cruciátibus váriis, charitá-
tem Dei, vitámque no-
stram ita negligimus? ac
tanto córporis somno de-
méri si sumus. Tu autem.

Die quarta infra Octa-
vam.

De Sermóne sancti Augu-
stini Episcopi.

Serm. 335. edit. Bened.
Lectio iij.

Sed nunquid sancti Már-
tyres periérunt: quan-
dò securitátem à Dómino
étiam de capillo accepé-
runt. Perit manus; ubi non
perit pilus? Perit caput;
ubi non perit capillus? Ubì
non perit pálpebra; perit
óculus? Hac ergò acceptâ
magnâ securitáte: impen-
dérunt seípsos. Opéribus
ergo bonis seminémus,
cùm tempus est? dicénte
Apóstolo; qui parce sémi-
nat: parce & metet. Infa-
tigábiles inquit, cum tem-
pus habémus operémur
bonum ad omnes: máxi-
mè autem ad domésticos
fidei. Et iterùm. Bonum,
inquit, faciéntes non defi-
ciámus: tempore enim suo
metémus. Qui defécerit in
sémine;

sémine : non gaudébit in messe. Quare ergo in lá-chrymis; cum ómnia ope-ra bona habére débeant hilaritátem ? Et quidem de Martyribus dici potest: quia cum láchrymis semi-navérunt. Fórtiter enim certavérunt : & in magnis tribulatióibus fuérunt. Tu autem.

Die quinta infra Octavam.

De Sermóne sancti Augu-stíni Epíscopi.

Serm. 335. edit. Benedict. in natali Martyrum.

Lectio ii.

QUÓNAM dies Sanctó-rum Mártyrum est? undē pótius áliquíd delé-ctet nos dícere ; nisi de glória ipsórum ? Adjúvet nos Dóminus Mártyrum. Audívimus paulò antè , beatum Apóstolum præ-dicántem. Quis nos sepa-rabit à Charitáte Christi? Ista vox est , Mártyrum. Tribulatió , an angústia , an persecutió , an fámes , an núditas , an periculum , an gládium? Sicut scriptum est. Propter te mortificá-mur tota die : deputáti sumus , ut oves occisiónis. Sed in ómnibus superá-

mus : propter eum , qui diléxit nos. Hæc est vox mártiryrum , ómnia tolerá-re , & de se nihil præsúnier; illum diligere , qui glo-rificátur in suis : ut qui gloriátur in Dómino glo-riétur. Tu autem.

Die sexta infra octavam.
De Sermóne sancti Augu-stíni Epíscopi.

Sermone 331. edit. Bened. in natali Martyrum.

Optimè dicunt sancti Mártyres in Psalmo, Júdica me, Deus & discér-ne causam meam : de gen-te non sanctá. Discérne, inquit , tribulatióinem meam ; tribulántur , & avári ! Discérne angústias meas, patiúntur angústias , & avári. Discérne perse-cutiónes meas : patiúntur & avári. Discérne mortem meam : pro auro moriúntur , & avári. Quid est, discérne causam meam ? Propter te mortificámu- tota die. Illi propter au-rum : nos propter te. Si-miles pœnæ ; sed discreta causa : ubi ergò est discreta causa , certa est victó-ria. Si ergò causam intuémur ; solemnítates Mártyrum amámus : amámus .

lxxxiij Commune plurimorum Martyrum.

in eis , non passiones , sed causas passionum. Nam si amarémus passiones; multos inventuri sumus : qui pejora patiuntur in causis malis. Sed si causam attendamus: crucem Christi atténdite. Ibi erat Christus , ubi & latrones. Similis pœna : sed dissimilis causa. Unus latro credidit , alius blasphemavit. Dóminus tanquam de tribunali inter ambos iudicavit. Illum qui blasphemavit; in Tártarum dannavit : alium in Paradiso secum constituit. Quare hoc: quia et si æquális pœna : sed impar erat causa. Elígit ergo Mártirum causas: si vultis pervenire, ad Mártirum palmas. Tu autem.

Die septima infra Octavam.

De Sermone sancti Augustini Episcopi.
Serm. 328. edit. Benedict. in natali Martyrum.

Lectio iij.

IN Psalmo diximus Dómino Deo nostro. Pretiosa est in conspéctu Dómini : mors Sanctórum ejus. Pretiosa est mors sanctorum Mártirum : quia

prétium eórum , sanguis Dómini ipsórum. Passus est enim passióne sua: quia erant passúri post ipsum. Præcéssit ipse : & secuti sunt multi. Valde enim erat áspera via ; sed fecit ipsam lenem : quandò ipse antè omnes transivit. Idecæteri non timuerunt transire : quia ipse, prior transivit. Mórtuus est enim, & terruit discípulos suos ; Resurréxit , & abstulit illis timórem: & dedit amorem. Quandò enim mórtuus est Christus; trepidaverunt discípuli : & putaverunt quod périrerit. Quando secuti sunt : ibi vidéte grátiam Dei. Tunc latro credidit : quandò discípuli trepidavérunt. Erat enim unus latro in cruce cum illo ; siveque in illum crédit ut diceret : Dómine in mentem me habe , dum vénoris in regnum tuum. Quis illum docébat , nisi qui juxta illum pendébat? Erat enim illi fixus à latere : sed habitabat in corde. Tu autem.

In die Octavá; Semidup. majus & sic semper dies oct. etiam Apostolorum, & unius Martyris vel plurimorum

Commune plurimorum Martyrum. lxxxij

*Martyrum Tempos
Paschali vel extra Tem-
pus Paschale nisi aliter
notetur omnia ut in die.*

*In primo Nocturno Le-
ctiones de Scriptura occur-
rente.*

*In secundo Nocturno.
De Sermone sancti Ful-
gentij Episcopi.*

Sermone de Martyribus.

Lectio iv.

Deléctat vidére campos ségetum, áurcis maturatis calamis aristárum; & delectabílius libet atténdere campos Ecclésie: Mártirum micántes piantas, de uno cruóre per Agni sanguinem innocéntem. Ségetes étenim sunt passiones Mártirum; juxta cursus aquárum: rigáti fónibus lachrymárum. Nam sic modo beatus Da-víd: Mártirum purpuráta gérmina decantábat. Qui séminant, inquit, in láchrymis: in gáudio me-tent. Ubi séminant in láchrymis; nisi juxta árborem crucis, ubi est fons próximus salvatóris: Inde de látere ejus sanguinis guttæ stillárunt; & plúviâ crudoris & aquæ: semináta est toleráncia Confes-

sórum. De ipso liguo vi-réntis crucis; juxta fontem sanguinis: plantáta virginitas flóruit castitá-tis. Inde plantáta Mártiryrum tolerántia: cœpit sé-minis sui gérmina collí-gere purpurata. Tu autem.

Lectio v.

Nam unde Mártires tolérant; nisi per Do-minicam crucem? Unde Mártires, in quorum córdibus lex Dei est, maledi-ciones non timent hómi-num; nisi quia Christus Dóminus pétulit patiénter impropéria Judæórum? Unde Mártires cárcerum custódias delectábat intrá-re; nisi quia Dóminus du-cens est ad prætoriū Prín-cipis Caiphæ: & nocturnum crudélis prætorijsácerem, non dediti-natus est sustinére. Sed dicébat, tra-ditus sum, & non egrediébar. Unde Mártires de caténis, & vínculis ferreis non curábant; nisi quia Christus Dóminus, tenéri & alligári passus est à Ju-dæis: Quia caténas mortis dirúpit a mórtuis jam se-pultus; qui dixit eis, qui in vínculis sunt, exíte: & qui in tenebris sunt, ut ví-

Ixxiv Commune plurimorum Martyrum.

deant lumen ; & qui dixit
Lazáro post quatríduum
jani sepúlto ? Prodi foras.
Tráditus non egrediebá-
tur foras : quia liber erat,
intùs & foris. Indè Marty-
res álapas non horruérunt:
quia Christus maxíllas
suas , præbuit ad álapas
impiórum. Tu autem.

Lectio vii.

Ista ergo seminatio sán-
guinis Christi ; fecit sé-
mina Mártyrum pullulare
in campo Matris Ecclésiae:
ut dicit David. Qui sémi-
nant in láchrymis: in gáu-
dio metent. Eentes ibant
& flebant, & non stabant;
sed flentes ibant : & ad
æternam pátriam tendé-
bant. Cívitas prolongá-
bat; & illi flebant: ubi de-
siderábant. Sic perrexé-
runt. Quómodò revertún-
tur, Non flentes? sed gau-
dentes ; non adhuc semi-
nantes ? sed manípulos
suos , læta cérvice por-
tantes. Vénient, non oper-
tis capitibus pállio velá-
minis propter cauma ; sed
lux super cápita cōrūm: &
lætitia pretiosa. Venientes
autem vénient cum exul-
tatione , portantes mani-
pulos suos ; quos juxta.

crucem Dómini seminá-
verant : & de ejus resur-
rectiōne feliciùs messuē-
runt ; ei in núbibus occur-
rérunt ; offeréntes ei gér-
mina sua : acceptúri præ-
mia sempitérna. Tu auté-

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélij :
secundum Lucam.

Lectio viii.

IN illo témpore : Dixit
Jesus discípulis suis.
Cum audiéritis prælia &
seditiōnes nolite terreri ;
opórtet primum hæc fieri:
sed nondum statim finis.
Et réliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Sermo 333. edit. Benedict.
in natali Martyrum.

Dominus noster Jesus
Christus, testimoniis, id:
est Mártyribus suis , pro-
humána fragilitate solli-
citid; ne foitè cum confi-
téndo , atque moriéndo
perirent : magnam securi-
tatem dedit dicens. Capíll-
lus de cápite vestro nom:
períbit. Times ergò né:
péreas: cuius capillus nom:
períbit. Si sic custodiuntur
supérflua tua: in quantâ
securitate est anima tua.
Non perit capillus, qui cù:
tundetur,

Tondétur, non sentis; & perit áima per quam sentis? Sanè multa dura eos passúros esse prædixit; ut prædicando fáceret paratióres: diceréntque illi, parátum cor meum. Quid est parátum cor meum; nisi parata volúntas mea? Paratam ergo habent Mártyres voluntátem in Mártyrio: sed præparátui volúntas à Dómino. Illis autem in malis duris, atque áspensis futúris, commémorás: adjécit. In vestra patientia possidébitis ániinas vestrás. In vestra patientiâ, inquit. Non enim esset patientia sua; si non ibi esset volúntas tua. In vestrâ patientiâ. Sed unde vestra: nostrum est: quod à nobis habétur; nostrum est: & quod nobis donátur. Tu autem.

Lectio viij.

DIxit nobis ipse, in vestra patientia; dicamus illi & nos? Patientia mea ab ipso est. Taum fecit donando: noli ingáitus esse, tibi assignando. Nonne in oratione Domínicá dícimus & nostrum esse; quod à Deo est? Quotidie dícimus, Panem nostrum quotidiánum. Jam

dixisti, nostrum; & dicas, da nobis: ecce nostrum, ecce da nobis. Illo dante fit nostrum? si illo dante fit nostrum; nobis superveniéntibus fit alienum? Dicis nostrum, & dicas da nobis; Quid ergo tibi assígnas, quod non tibi ipse dedísti? Quid enim habes quod non accepísti? Dicis nostrum, & da nobis. Agnósce largítorem; confitére te accípere: ut libénter ille dignétur dare. Quid si non egéres; qui mendicas & supérbus es? An non mendicas, qui panem petis? Panis noster æternus Christus? in Patris æqualitaté. Panis noster quotidiánus? Christus in carne æternus sine tempore? quotidiánus in tempore. Tamen ipse est panis, qui de cælo descéndit. Fortes sunt mártires; firmi sunt Mártyres: sed panis confirmat cor hominum. Tu autem.

Lectio ix.

Nunc audiámus Paulum Apóstolum dicentem: cum passioni suæ appropinquáret de corona sibi paratâ præsuméntem. Bonum, inquit, cer-

Ixxxvj Commune Confessoris Pontificis.

támen certávi ; cursum consummávi : fidem servávi. De cætero súperest mihi coróna justitiæ : quā reddet mihi Dóminus in illa die justus iudex. Non solum autem mihi : sed & ómnibus qui díligunt manifestatióne ejus. Reddet, inquit, mihi Dóminus corónam. : justus iudex. Debet ergo quod reddit. Reddet ergo justus iudex. Non enim ópere inspécto potest negáre mercédem : qui opus inspicit. Bonum certámen certávi ; opus est : cursum consummávi ; opus est : fidem servávi , opus est. Súperest mihi coróna justitiæ : merces est. Sed in mercéde tu nihil agis : in ópere non solus agis. Coróna tibi est ab ipso ; opus autem abs te : sed non nisi ipso adjuvante. Tu autem.

*Ad Horas & ad Vesperas
Antiph. & Psal. de Feria
occurrente, cætera ut in se-
cundis Vesperis diei Festi.*

C O M M U N E
Confessoris Pontificis.

*Ad Vesperas. Si sit Festum
Duplex. Año. Euge serve.
cum reliquis de Laudibus.
Psal. Dixit Dóminus. cum
reliq. de Dominica. I. & o. &*

loco ultimi. Laudáte Dñm omnes Gentes. Si verò non fuerit Festum Duplex; Año & Psalmi de Feria occur- Capitulum. Eccli. 44.

Ecce Sacérdos magnus qui in diébus suis plá- cuit Deo ; & invéntus est justus : & in tempore ira- cundiæ , factus est reconciliatio.

X. Justus ut palma florébit. Rx. Sicut cedrus Liba- ni multiplicabitur.

*Ad Magnificat, Año. Ju-
stum deduxit Dóminus ,
per vias rectas: & osténdit:
illi regnum Dei..*

Orémus. Oratio.

Da quæsumus omnípo- tens Deus; ut beáti N. Confessóristi atque Ró- tificis veneranda solémnitas : & devotíonem no- bis áugeat, & saluté. Per.

*Ad primam Processionem:
Rx.. j. Euge serve bone &
fidélis quia super pauca-
fuisti fidélis super multa-
te constitua*: * Intra in-
gádium Dómini tui.*

Orémus. Oratio.

Deus , qui cónspicis- quia ex nulla nostra: virtute subsístimus : con- céde propítius ; ut inter- cessióne beáti N. Confes- soriis:

soris tui atque Pontificis:
contra omnia adversa ma-
niámur. Per Dóminum.

Ad secundā Processionē.
¶. ij. Iurávit Dóminus &
non pœnitēbit eum: * Tu
es Sacérdos in æternū
secundūm órdinem Mel-
chisedech.

Orémus. Oratio.

Xáudi quæsumus Dó-
mine preces nostras:
quas in beáti N. Confessó-
ris tui atque Pontificis so-
lemnitáte deférimus; &
qui tibi dignè mérit fa-
mulári: ejus intercedéntí-
bus méritis, ab omnibus
nos absólve peccátis. Per
Dóminum.

Ad Completor. Hymnus.

Iste Confessor Dómini
sacratus,
Festa plebs cuius célebrat
per orbem:
Hodie lxxtus mérit secré-
ta scándere cœli.
Qui pius, prudens, hú-
milis, pudicus,
Sóbrius, castus, fuit &
quiétus;
Vita dum præsens vege-
távit ejus
Cóporis artus.
Ad sacrum cuius, tú-
mulum frequénter;
Membra languéntum mo-

dò sanitati:
Quólibet morbo fúerint
gravata,
Restituúntur.
Unde nunc noster cho-
rus in honórem
Ipsius, hymnum canit
hunc libénter;
Ut piis ejus méritis juvá-
mur

Omne per ævum.
Sit salus illi, decus at-
que virtus;
Qui supra cœli résidens
cacúmen,
Totius mundi máchinam
gubérrnat,

Trinus & unus. Amen.

Ad Matutinum, Invitat.
Regem Confessórum Dó-
minum. Venite adorémus.

Psalmus. Venite exulté-
mus. 2.

In Duplicib⁹ dicitur se-
quens Invitat. Justus flo-
rébit in domo Dómini
Plantátus: Gaudeámus &
exultémus, in ejus facra
solemnitáte.

Si Festum sit Duplex pri-
ma Classis vel Duplex ma-
jus Invitatorium duplica-
tur sive Repetitur bis ante
& post Psalmum. Venite
exultémus. Si sit Duplex
prima Classis cum Invita-
torio. Duplicantur omnia
Respon

Ixxxvijj Commune Confessoris Pontificis.

Responsoria & Antiphone ad Magnificat & Benedictus. Si sit Duplex majus cum Invitatorio duplican-

tur Aña ad Magnificat & Benedictus. Quia sole dupli-
catur in duplicibus minoribus & non Invitator.

nec Responsoria. Quod ob-
servadū semper est in om-
nibus Festis tam de Com-
muni quam de Proprio hoc
ordine; etiam alibi non Re-
petito. Quando vero post
Vesperas dicitur iterum
Magnificat, tunc Antiphona
nunquam Duplicatur.

In primo Nocturno.

Antiphona. Beatus vir.

Psalmus 1.

Beatūs vir qui non abiit
in consilio impiorū: *
& in via peccatorum non
stetit: * & in cathedrā
pestilentiæ, non sedit.

Sed in lege Domini vo-
luntas ejus: * & in lege
ejus, meditabitur, die ac
nocte.

Et erit tamquam lignum
quod plantatum est, secus
decursus aquarum: * quod
fructum suum dabit, in
tempore suo,

Et folium ejus non de-
fluet: * & omnia quæcum-
que faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: *
sed tanquam pulvis quem
projicit ventus, à facie
terræ.

Ideò non resurgent im-
pij in iudicio: * neque
peccatores, in concilio ju-
storum.

Quoniam novit Dominus
viam justorum: * &
iter impiorum peribit.

Glória Patri.

Aña. Beatus vir qui in le-
ge Domini meditatur, vo-
luntas ejus permanet die
ac nocte; omnia quæcum-
que faciet, prosperabuntur.

Antiphona. Beatus.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt gen-
tes: * & populi medi-
tati sunt inania.

Astiterunt reges terræ,
& principes convenierunt
in unum: * adversus Dñm
& adversus Christū ejus.

Dirumpimus vincula
eorum: * & projiciamus a
nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis ir-
idabit eos: * & Dominus
subsanabit eos.

Tunc loqueretur ad eos in
ira suā: * & in furore suo,
conturbabit eos.

Ego autem constitutus
sum Rex ab eo, super Sion
montem.

Commune Confessoris Pontificis. Ixxxix.

inontem sanctum ejus : *
prædicans præceptū ejus.
Dóminus dixit ad me,
filius meus es tu : * ego hó-
die gñui te.

Póstula à me , & dabo
tibi gentes hæreditatēm
tuam : * & possēsionem
tuam , térm̄os terræ.

Reges eos in virga fér-
rea : * & tanquam vas fi-
guli , confrínges eos.

Et nunc reges intelligi-
te: * erudímini , qui judi-
catis terram.

Servite Dño in timore: *
& exultate ei cū tremore.

Apprehéndite discípli-
nam: * nequāndò irascáur
Dóminus , & pereátis de
via justa.

Cum exárserit in brevi
ira ejus: * beáti omnes qui
confidunt in eo.

Glória Patri.

Aña. Beatus iste sanctus
qui confisus est in Dómi-
no, prædicávit præceptum
Dómini, constitútus est in
monte sancto ejus.

Aña. Tu es. *Psalmus 3.*

Dómine quid multi-
plicáti sunt qui tríbu-
lant me : * multi insúr-
gunt advérsum me.

Multi dicunt ánime
meæ : * non est salus ipsi

in Deo ejus.

Tu autem Dñe suscéptor
meus es : * glória mea , &
exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum
clamávi : * & exaudívit
me , de monte sancto suo.

Ego dormívi & soporá-
tus sum: * & exurréxi, quia
Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pó-
puli circumdántis me : *
exúrge Dómine , salvum
me fac , Deus meus.

Quóniam tu percussí-
sti , omnes adversántes
mihi sine causa : * dentes
peccatórum contrívisti.

Dómini est salus: * & su-
per pópulum tuum, bene-
díc̄tio tua. Glória Patri.

Aña. Tu es glória mea, tu
es suscéptor meus Dómi-
ne ; tu exáltans caput
meum , & exaudísti me de
monte sancto tuo.

¶. Voce mea ad Dómi-
num clamávi. *Ry.* Et exau-
dívit me de monte sancto
suo.

Pater noster.

Deprec. Exúrge Dómine.
Súscipe deprecationem.

Benedictio. Adjutor.

De Epístola príma beáti
Pauli Apóstoli ad Ti-
mótheum. *Cap. 3.*

Lectio

Lectio i.

Fidélis sermo; si quis Episcopátum desiderat. Opórtet ergo Episcopum irreprehensibilem esse; unius uxoris virum; sóbrium, prudéntem, ornatum, pudicum, hospitálem, doctórem; non vino-léntum, non percussórem, sed modéstum; non litigiosum, non cùpidum; sed suæ dómui bene præpósitum; filios habéntem súbditos cum omni castitáte. Si quis autem dómui suæ præssé nescit; quómodò Ecclésiæ Dei diligéntiam habébit? Non neóphytum; ne in supérbiā elásus; in judícium ícidat Diáboli. Opórtet autem illum & testimónium habere bonum; ab iis. qui foris sunt; ut non in op-próbrium incídat, & in láqueum Diáboli. Tu auté. **R.** Euge serve bone & fidélis; quia super pauca fústi fidélis, super multa te constituam: * Intra in gáudium Dómini tui. **V.** Dómine quinque, taliénta tradidisti mihi, ecce ália quinque superluciáti sunt. Intra in gáudium.

Benedictio. Benedictióni-bus suis

De Epístola ad Titum. c. i.

Lectio ii.

Opórtet enim Episcopum sine críniñe esse, sicut Dei dispensatorem; non supérbum, non iracíndum, non vino dedítum, non percussórem, nō turpis lucri cùpidum: sed hospitálem, benígnum, sóbrium, justum, lánctum, continéntem; amplecténtem eum qui secundum doctrinam est, fidélem sermóinem; ut potens sit exhortári in doctrina sana, & eos qui contradicunt argúere. Sunt eni. u multi etiam inobediéntes, vaníloqui, & seductóres; maximè qui de circumcisione sunt; quos opórtet redárgui. Qui universas domos subvértunt; docéntes, quæ non opórtet; turpis lucratiā. Tu autem. **R.** Jurávit Dóminus & non pœnitébit eum. * Tu es Sacérdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **V.** Dixit Dóminus Dómino meo, sede à dextris meis. Tu es Sacérdos. Benedictio. Cælestem benedictiōnem.

Lectio

Lectio iij.

TU autem lóquere: quę
decent sanam doctrinam. Senes ut sóbrii sint:
pudici; prudéntes; sani in
fide; in dilectione; in pa-
tiéntia. Anūs similiter in
hábitu sancto non crimi-
nátrices, non multo vino
serviéntes; benè docéntes;
ut prudéntiā dōceant ado-
lescentias, ut viros suos
ament, ut filios suos dili-
gant: prudéntes, castas,
sóbrias, domūs curam ha-
bentes; benígnas, subditas
viris suis: ut non blasphe-
métur verbū Dei. Júvenes
similiter hortáre, ut sóbrii
sint. In omnibus te ipsum
præbe exémplum bonorū
óperum; in doctrina, in
integritate, in gravitate,
verbum sanum, irrepre-
hensibile: ut is qui ex ad-
véiso est, vereátur, nihil
habens malum dícere de
nobis. Tu autem.

¶. Pósui adjutorium su-
per poténtem, & exaltávi
éléctum de plebe mea:
* Manus enim mea auxi-
liabitur ei. ¶. Invéni Da-
vid servum meum, óleo
sancto meo unxi eum. Ma-
nus. Glória Patri. Manus
enim.

In secundo Nocturno.

Aña. Invocántem.

Psalmus 4.

CUm invocárem exau-
dít me Deus justi-
tiae meæ: * in tribulatió-
ne, dilatásti mihi.

Miserére mei, & exaudi
oratióñem meam.

Fílij hóminum usquequā
gravi corde: * ut quid dili-
gitis vanitatem, & quæti-
tis mendacium.

Scitóte quóniam mirifi-
cavit Dóminus sanctum
suum: * Dóminus exáudi-
et me, cum clamávero
ad eum.

Irascímini & nolite pec-
cáre: * quæ dícitis in cōr-
dibus vestris, & in cubili-
bus vestris, cōpungímini.

Sacrificáte sacrificium
justitiae, & speráte in Dó-
mino: * multi dicunt, quis
osténdit nobis bona.

Signátum est super nos,
lumen vultūs tui Dómi-
ne: * dedisti lætitiam in
corde meo.

A fructu fruméti, vini, &
ólei sui, multiplicáti sunt.

In pace in idipsum, dór-
miam & reqviéscam.

Quóniam tu Dómine
singuláriter in spe, consti-
tuísti me. Glória Patri.

Aña.

xcij Commune Confessoris Pontificis.

Aña. Invocántem exaudívit Dñs sanctum suum, & constituísti eū in pace.

Aña. Lætentur omnes.

Psalmus 5.

VErba mea áuribus pérçipe Dómine: * intellíge clamórem meum.

Inténde voci orationis mex: * Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo Dómine: * mane exáudies vocem meam.

Manè astábo tibi & vidébo: * quóniam non Deus volens, iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus: * neque permanébunt injústi, ante óculos tuos.

Odísti omnes qui ope-rántur iniquitátem: * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sanguinum & dolosum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine misericórdia tuae.

Introíbo in domū tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum, in timore tuo.

Dómine deduc me in iustitia tua: * propter inimícos meos, dirige in con-

spéctu tuo, viam meam.

Quóniam non est in ore cōrum véritas: * cor eōrum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eōrum: * linguis suis dolósè agébant: * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatióni-bus suis: * secundūm multitudinem impietatum eōrum expélle eos: * quóniam irritavérant te Dómine.

Et lætentur omnes qui sperant in te: * in æternum exultábunt & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui diligunt no-men tuum: * quóniam tu, benedíces justo.

Dómine ut scuto bonæ voluntatis tuae, coronásti nos. Glória Patri.

Aña. Lætentur omnes qui sperant in te Dómine, quóniam tu benedixísti justo, scuto bonæ voluntatis tut̄ coronásti eum.

Antiphona. Dómine.

Psalmus 8.

Domine Dóminus noster: * quam admirabile est nomen tuum, in univer-sa terra.

Quóniam eleváta est, magnū

magnificéntia tua super super ópera mánuum tuárum.

Ex ore infantium & laténtium perfecisti laudem , propter inimícos tuos : * ut déstruas inimicum , & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo quòd memor es ejus: * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum.

Minuísti eum paulómi- nùs ab Angelis : * glória & honóre coronásti eum: * & constituísti eum , super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pé- dibus ejus : * oves & bo- ves uniyérsas: * ínsuper, & pécora campi.

Vólucres, cæli, & pisces maris: * qui perambulant, sémitas maris.

Dómine Dóminus no- ster : * quàm admirábile est nomen tuum , in uni- vésra terra. Glória Patri.

Aña. Dómine Dóminus noster quam admirábile est nomen tuum in uni- vésra terra ; quia glória & honóre coronásti sanctum tuum, & constituísti eum,

super ópera mánuum tuárum.

¶. Glória & honóre coro- násti eum Dómine. Pa- ter noster.

Deprecatio. Osténde no- bis Dómine.

Bened. Deus Dei filius. De Sermóne sancti Ber- nárdi Abbátis.

Sermone de S. Malachia.

Letio iv.

Exultat sine dúbjio San-ctus N. : qui in diébus suis plácuit Deo, & invén- tur est justus. In sanctitáte & justitia coram ipso mi- nistrávit; plácuit ministé- rium : plácuit miníster. Quidni placúerit ? Pósuit sine sumptu Evangélium: replévit Evangélio , pá- triam. Levi jugo Christi, in gládio spíritus, éxteras súbdidit natiónes ; usque ad extréma terræ : restí- tuens hæreditátem suam illi. O minístrum fidélem. Nunquid non per ipsum fi- lio est Patérrna adimpléta promissio ; Nunquid hunc olim intuebátur Pater : cum ad filium loquerétur. Dabo tibi gentes hæredi- tatem tuam : & possessió- nem tuam, térmilos terrę. Quàm libens Salvátor re- cipiébat,

xciv *Commune Confessoris Pontificis.*

cipiébat, quod émerat; & émerat prétio sanguinis tui: ignominia crucis, horrore passiónis. Tu autem.
¶. Dómine quinque ta-lénta tradidisti mihi; ecce ália quinque superlucrá-tus sum: Euge serve fidélis, quia super pauca fuí-sti fidélis, super multa te constítuam; * Intra in gáudium Dómini tui.

¶. Labóres mánuum tuá-rum quia manducábis, béatus es, & benè tibi erit. Intra in gáudium.

Bened. Ætérnam benedi-cióinem. *Lectio v.*

Qui quasi unus óm-nium parens: vivé-bat ómnibus. Quasi gallí-na pullos suos; sic fovébat omnes: & in velaménto alárum suárum protegé-bat. Non sexus, non ætas, & non condítio discerne-bántur, aut persónæ; dé-erat némini: expánso óm-nibus grémio pietatis. De quacúnque tribulatióne clamarétur ad eum, pró-priam reputábat; nisi quod in suâ patiens, in aliénâ compátiens erat: plerúm-que & impátiens. Nōnun-quàm siquidem zelo, pto-aliis in álios movebátur;

ut crípiens ínopes, & répri-mens fortes: consúleret proíndè ómnibus in salú-tem. Itaque irascébatur; sed ne non irascéndo, pec-cáret: juxta illud de Psal-mo. Irascímini & nolíte peccáre. Non ira illi; sed ipse ánimo: dominabátur. Erat suímet potens; sanè victor sui: ira superári non pótterat. Ira ejus, in manu ejus. Vocáta veniébat; éxiens, non erúmpens: nutu, non ímpetu ferebátur. Non urebátur illa: sed utebátur. Tu autem.
¶. Justus germinábit si-cut lílum: * Et florébit in ætérnum ante Dóminum.
¶. Et erit quasi olíva, gló-ria ejus. & odor ejus ut Lí-bani. Et florébit. *Bened.* Grátia Spíritus sancti.

Lectio vij.

Sanctus Póntifex, qui in spíritu humilitatis hó-stias pacíficas cælis fre-quenter invéxerat; hodie per semetípsum introívit ad altare: Dei ipse hóstia, & Sacérdos. Migránte Sa-cerdóte; sacrificij ritus in mélius mutátus est: fons lachrymárum siccátus est. Holocáustum omne con-ditum: lætitiâ, & exulta-tiône.

elone. Benedictus Dominus Deus, qui tanti Pontificis ministério visitávit plebem suam; & nunc assúmpto eo in sanctam civitatem tantæ recordatione civitatis, nostram non dñsinit consolari captivitatem. Exultet in Dómino spíritus eus; quod levatus póndere corporeæ molis, nulla jam fæculenta vel terréna matéria, prægravatur: quóminus tota alacritate ac vivacitatem corpoream omnem & incorpoream trajiciens creaturam; pergit totus in Deum: & adhærens illi, unus sit cum eo spíritus in æternum. Tu autem.

R. Stola jocunditatis induit eum Dóminus: * Et corónam pulchritudinis pósuit super caput ejus.

V. Cibavit illum pane viæ & intellectus, & aqua sapiéntiæ salutáris potávit eum. Et corónam. Glória Patri. Et corónam.

In tertio Nocturno.

Aña. Dómine.

Psalmus 14.

Dómine quis habitabit in tabernáculo tuo: * aut quis requiéscet, in monte sancto tuo.

Qui ingréditur sine macula: * & operátur iustitiā.

Qui lóquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolum, in lingua sua.

Nec fecit próximo suo malum: * & opprobrium non accépit, adversus próximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspéctu ejus malignus: * timéntes autem Dóminum, glorificat.

Quis jurat próximo suo & non décipit: * qui pecúniam suam non dedit ad usúram: * & múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, non morbitur in æternum.

Glória Patri.

Aña. Dómine; iste sanctus habitabit in tabernáculo tuo; operátus est iustitiam, requiéscet in monte sancto tuo.

Antiphona. Vitam.

Psalmus 20.

Dómine in virtute tua rextabitur rex: * & super salutare tuum, exultabit vehementer.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei: * & voluntate labiorum ejus, non fraudásti eum.

Quóniam prævenisti eum in

in benedictiōnibus dulcē-
dīnis : * posuīsti in cāpīte
eūs , corōnam de lāpīde
p̄etiōso.

Vitam p̄etiit à te , & tri-
buīsti ei : * longitūdinem
diérum in sāculum : * &
in sāculum sāculi .

Magna est glória eūs , in
salutāri tuo : * glóriam &
magnum decōrem , impō-
nes super eum .

Quóniam dabis eum in
benedictiōnē , in sāculum
sāculi : * lētificābis eum
in gáudio , cum vultu tuo .

Quóniam rex sperat in
Dómino : * & in misericór-
dia Altíssimi , non com-
movébitur .

Inveniātur manus tua ,
ómnibus inimícis tuis : *
déktera tua invéniat , om-
nes qui te odérunt ,

Pones eos ut clíbanum
ignis in témpore vultús
tui : * Dóminus in ira sua
conturbábit eos : * & de-
vorábit eos ignis .

Fruētum eorum de terra
perdes : * & semen eórum ,
a filiis hóminum .

Quóniam declinavérunt
in te mala : * cogitavérunt
consilia quæ non potuē-
runt stabilīre .

Quóniam pones eos dor-

sum : * in reliquiis tuis , p̄e-
parábis vultum eórum .

Exaltáre Dómine in vir-
tute tua : * cantábimus &
psallémus virtútes tuas .

Glória Patri .

Añā. Vitam p̄etiit à te tri-
buīsti ei Dómine ; glóriam
& magnum decōrem im-
posuīsti super eum : posuī-
sti in cāpīte eūs , corōnam
de lāpīde p̄etiōso .

Añā. Hic accípiet .

Psalmus 23 .

Dómini est terra , &
plenitúdo eūs : * or-
bis terrárum & univérsi
qui hábitant in eo .

Quia ipse super mária
fundávit eum : * & super
flúmina , p̄eparávit eum .

Quis ascéndet in mon-
tem Dómini : * aut quis
stabit , in loco sancto eūs .

Innocens mánibus , &
mundo corde : * qui non
accépit in vanum ánimam
suam : * nec jurávit in do-
lo próximo suo .

Hic accípiet benedictiō-
nem à Dño : * & misericór-
diā à Deo salutāri suo .

Hæc est generatio quæ-
réntium eum : * quærént-
ium fáciem , Dei Jacob .

Attóllite portas prínci-
pes vestras : * & elevámini
portæ

portæ æternæ : * & introíbit rex gloriæ.

*Quis est iste rex gloriæ: **
*Dñs fortis & potens : **
Dóminus potēs in prälio.
Attóllite portas príncipes
*vestras: * & elevámini por-*
*tx æternæ : * & introíbit*
Rex gloriæ.

*Quis est iste rex gloriæ: **
Dóminus virtútum , ipse
est rex gloriæ. Glória.
Aña. Hic accípiet benedi-
 cióñem à Dómino, & mi-
 sericórdiam à Deo salutá-
 ri suo ; quia hæc est geae-
 iatio queréntium Dñm.
 ¶. Justus Dóminus, justi-
 tias dñlèxit. ¶. Æquitátem
 vedit vultus ejus. Pater no-
 ster. *Deprec.* Adjutórium
 nostrum. *Bened.* Redem-
 ptor.

Lectio sancti Evangélij :
 secundùm Matthæum.

Lectio vj.

IN illo témpore ! Dixit
 Jesus discípulis suis pa-
 rábolam hanc. Homo pé-
 regrè proficíscens; vocávit
 servos suos: & trádidit il-
 lis bona sua. Et uni dedit
 quinqæ talénta, álij au-
 tem duo; alij verò unum:
 unicuque secundùm prò-
 priam virtútem. Et réli-
 qua.

Pars Verna.

Homilia sancti Gregórii
 Papæ.

Homil. 9. in Evangelia.
Lectio sancti Evangé-
 lij , fratres charíssimi,
 sollícítè consideráre nos
 admonet ; ne nos qui plus
 cæteris in hoc mundo ac-
 cepíssē aliquid cérimur,
 ab auctóre mundi: gráviùs
 inde judicémur. Cū enim
 augéntur , dona : rationes
 etiam crescunt donórum.
 Tantò ergo esse humílior;
 atque ad serviéndum Deo
 promptior quisque debet
 ex múnere : quantò se
 obligatiórem esse conspi-
 cit , in reddénda ratione.
 Ecce homo qui peregrinè
 proficíscitur ; servos suos
 vocat : eisque ad negó-
 tiū, talénta partítur. Post
 multū verò témporis
 positúrus rationem rever-
 titur ; benè operántes pro
 apportáto lucro remúne-
 rat. Servum verò, à bono
 opere torpéntem damnat.
 Quis itaque iste homo est
 qui peregrinè proficíscitur;
 nisi Redémptor noster?
 qui in ea carne quam as-
 sumpserat , abiit in cæ-
 lum. Carnis enim locus
 próprius terra est : quæ
 quasi ad peregrina duci-

tur; dum per Redemptórem nostrum: in cælo collocátur. Sed homo iste perégrè proficíscens servis suis bona sua trádidit; quia fidélibus suis: spirituália dona concésit. Tu autem.
¶. Cibávit illum Dóminus pane vitæ & intelléctus, & aqua sapiéntiae salutáris potávit eum: * Et inaltávit illum apud próximos suos. ¶. In médio Ecclésiæ apéruit os ejus, & implévit eum spíritu sapiéntiae & intelléctus. Et inaltávit.

Benedict. Unigénitus Dei filius.

Longè post præcedentia.

Lectione viij.

NULLUS namque est, qui veráciter dicat. Taléntum mínimè accépi: non est unde ratiónem pónere cogar. Talénti enim nōmīne; cuílibet páuperi étiam hoc ipsum reputábitur: quod vel mínum accépit. Alius namque accépit intelligéntiā prædicationis ministérium debet ex talénto. Alius terrénam substántiam accépit: erogatiónen talénti debet ex rebus. Alius nec intelligéntiam internó-

rum, nec rerum affluéntiam accépit; sed tamen dídicit artem qua páscitur: ipsa ars ei in talénti acceptione reputábitur. Alius nihil horum affecútus est: sed tamen fortas- sè; locum familiaritatis apud dívitem mérit: taléntum proféctò familiaritatis accépit. Si ergo nihil pro indigéntibus lóquitur: pro talénti retentióne damnatur. Habens igitur intelléctum: curet omnínò ne ráceat. Habens rerum affluéntiam; vígiliet: ne à misericórdiæ largítate torpéscat. Habens artē quā régitur; magnóperè stúdeat ut usú atque utilitátē illius: cum próximo partiátur. Tu autem.
¶. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei, & dedit illi sciéntiam Santórum: * Honestávit illum in labóribus suis.
¶. Descéndit cum illo in fóveam, & in vinculis non dereliquit eum. Honestávit. Benedictio. Ad supernórum cívium.

Lectione ix. sub finem.

UT ergò de talénti sui rationibus; redeúnte Dómino

Dómino quisque secúrus sit : cum timóre penset quotidiè , quod accépit. Ecce namque jam iuxta est ut ille qui peregrè profectus est , rédeat. Quasi peregrè quippe abiit ; qui de hac terra in quâ natus est : longè discéssit. Sed profectò revertitur , ut de talentis rationes ponat ; quia si à bonâ actione torpescimus : de ipsis donis quæ contulit , nos distríctiùs júdicat. Considerémus igitur quæ accépimus : atque in eorum erogatione vigilémus. Nulla nos à spirituáli opere terrena cura impédiat ; ne si in terrâ talentum absconditui : talenti Dóminus ad iracundiam provocétur. Piger étenim servus cùm jam judex culpas exáminat , talentum de terrâ levat ; quia sunt plerique , qui nunc se à terrénis desideriis vel opéribus subtrahunt : quandò jam per animadversiónem júdicis , ad æternum supplícum trahuntur. Antè ergo de talenti nostri ponenda ratione vigilémus ; ut cùm jam judex ad feriendum imminet : lucrum nos quod fecimus , excusat. Tu autem.

R. In medio Ecclésiæ apéruit os ejus : * Et implévit eum Dóminus Spíritus sapiéntiæ & intelléctus.
V. Jocunditatem & exultationem thesauri závit super eum. Et implévit. Glória Patri. Et implévit.

Si fuerit Festum duplex vel occurrerit in Dominica dicitur Te Deum laudamus. Et tunc non dicitur Glória Patri.

A D L A U D E S.
Aña. Euge serve bone , in módico fidélis ; intra in gáudiū Dómini tui. *Psal. Dñs regnávit. cum reliquias de Dominica. 20. Antiph.* Fidélis servus & prudens ; quem constituit Dóminus , super familiam suā. **Aña.** Serve bone & fidélis , intra in gáudium Dñi tui. **Aña.** Sacerdotes Dei benedícite Dóminum ; servi Dómini , Hymnum dícite Deo , allelúia. **Aña.** Ecce verè israélita , in quo dolus non est.

Capitulum. Eccli. 44.
Ecce Sacérdos magnus Qui in diébus suis pláecuit Deo ; & invéntus est iustus : & in tempore ita-

Commune Confessoris Pontificis.

cundiæ , factus est reconciliatio.

¶. Stola jocunditatis.

¶. Induit eum Dóminus.

Ad Benedictus, Antiph.
Euge serue bone & fidelis;
quia super pauca fuisti fideli s,
super multa te constitnam, dicit Dóminus.

In Duplicibus. Duplic.

Orémus. Oratio.

Da quæsumus omnípotens Deus ; ut beatitudini N. Confessoris tui atque Pontificis veneranda solennitas : & devotíonem nobis augeat, & salutem. Per Dóminum.

Ad Tertiam, Capit. Ecce Sacérdos magnus. *ut sup.*
¶. Iustum deduxit Dóminus per vias rectas. ¶. Iustum deduxit. ¶. Et ostendit illi regnum Dei. ¶. Iustum deduxit. Glória Patri. ¶. Iustum, &c. ¶. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum. ¶. Stola gloriæ induit eum.

Oratio. Da quæsumus omnipotens Deus. *ut sup.*

Si non adsit propria si enim adsit omittitur.

Ad Sextam, Capitulum.

Non est inventus similis illi qui conservaret legem Excelsi; ideo ju-

rejurando ! fecit illum Dóminus crescere in plenam suam.

¶. Amávit eum Dóminus & ornávit eum. ¶. Amávit eum. ¶. Stola gloriæ induit eum. ¶. Amávit eum. Glória Patri. ¶. Amávit eum. ¶. Iustus ut palma florébit. ¶. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Orémus. Oratio.

Deus qui cónspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus : concéde propítius ; ut intercessione beatí N. Confessoris tui atque Pontificis: contra ómnia adversa muniamur. Per Dóminum.

Ad Nonam, Capitul.

Fungi sacerdótio, & habere laudem in nomine ipsius ; & offére illi incénum dignum : in odorem suavitatis.

¶. Iustus ut palma florébit, sicut cedrus Libani.

¶. Iustus ut. ¶. In domo Dómini plantatus. ¶. Iustus ut. Glória Patri. ¶. Iustus ut. ¶. Stola jocunditatis. ¶. Induit eum Dñs.

Orémus. Oratio.

Exaudi quæsumus Dómine preces nostras : quas

Commune Confessoris Pontificis.

cj

quas in beati N. Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferrimus; & qui tibi dignè meruit famulari ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum.

Ad Vesperas. Si sit Festum Duplex. Aña. Euge serve, cūm reliq. de Laudibus. Psalmus. Dixit Dominus. cūm reliquis de Dominica, & loco ultimi, Psalmus. Meménto Domine David. 159.

Si autem non sit Festum Duplex dicuntur Aña & Psalmi de Feria occurrente, Capitulum & Versus ut suprà in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Aña. Quinque mihi Domine talenta tradidisti; lucratus sū insuper, alia quinque.

Oratio. Da quæsumus omnipotens Deus. ut suprà. Ad Laud. Ad Processionem primum Responsor. Officij diei sequentis.

Oratio conveniens.

Hymnus semper de Officio Vesperarum. Iste Confessor.

In Festo Confessoris Pontificis trium Lectionum omnia ut suprà; ritu quo notatum est in Communi-

Apostolorum trium Lectio- num. Ad Vesperas Antiphona, & Psalmi de Feria occurrente. Capital. Versus Aña ad Magnificat, ut in secundis Vesperis diei Festi Oratio propria vel de Communi & ad Complet. Hymnus. Iste Confessor.

Ad Matutinum, Invit. Regem confessorum Domini. Venite, adoramus. Novem Antiphona & novem Psalmi, ut suprà; Versus primi Nocturni voce mea quod semper obser- vatur in omnibus Festis iij. Lectionum. Benedic. Respons. pro Feria occurrente ritu notato in communi Apostolorum.

Duae prime Lectiones de Scriptura occurrente, ter- tia ut habetur in proprio. Ad Laudes & Horas ut suprà.

Si coningat celebrari octavam de aliquo confesso- sore Pontifice; officium infra octavam fit eodem ri- tu, quo in Festo trium Lectionum. Duae prime Lectiones de Scriptura occur- rente, tercias ut habetur infra pro qualibet die octa- va. Ad Laudes & Horas ut in die festi. Ad Vesperas.

cij Commune Confessoris Pontificis.

Antiph. & Psalmi de Feria occurrente, Capitulum, Versus, Antiph. ad Magnif. oratio ut in secundis Vesperis Festi. Ad Complet. Hymnus de Officio Vesperarum. Iste Confessor.

Die secunda infra Octavā, De Sermōne S. Euchérij

Lugdunēnsis Episcopi. In depositione Sacerdotis.

Serm. 4.

Lectio iij.

BÉATI patris mérita jam in tuto pósita secūri magnificémus; qui gubernáculum fidei viriliter tenens, anchóram spei tranquilla jam statióne compóluit & plenam cælestibus dívitiis, & mércibus navem, optato in littore collocávit. Qui cōtra omnes ímpetūs adversarij; scutum timóris Dei, tāndiū infatigabiliter tenuit; donec ad victoriām perveniret. Quid enim fuit totus vitæ illius cursus: nisi unus cùm pérvigili hoste conficius. Habuistis in eo médicū, quasi cælo lapsū; Cùm quo sánitas fines vestros: immò ipse sanitátum auctor intrávit. Quantis hic ille cæcis à via veritatis errantibus; &

de summa jam rupe pendéntibus, amíssum redidit visum: & illum quo Christus vidétur, reparavit intúitum. Quantórum áuribus surdis, & infidelitatis obduracióne damnatis; ad percipiéndam vocem cælestium mandatórum: pretiosum infúdit audītum; ut vocanti Deo, ad misericordiam respondérent per obediéntiam. Tu autem.

Die tertia infra Octavā. De Sermōne S. Euchérij Lugdunēnsis Episcopi.

Eodem Serm. 4. Lectio iij.

Quantos intrínsecū vulneratos; Angelici oris arte: & orationum potestate curávit. Quantos per longam incúriam, peccati labē solutos, & quādam lepræ contagione perfusos; castigationibus & exhortatiōnibus expiando: Deo in se operante mundavit. Quantórum ánimās viventi in corpore jam defunctas; & delictorum mole obrútas ac sepultas: ad emendatiōnem, tamquam ad lucem revo- cando resuscitavit. Et domini sui admodūm imitator admirandus; jam mortuos

tuos Deo: è contrário morti fecit, vitáli morte, peccáto Nihilominus aliórum óculos, sicut diximus, nunc illuminábat; nunc in áliam partem, ea quæ appetíuerat? salúbriter claudébat Si requirámus quo órdine hoc faciébat; claudébat útique eos docéndo, ne alienum málè vidérent? ne eis res aliena concupis- cibilis apparéret. Tú auté.

Die quarta infra octav.
De Sermónē S. Euchérij
Lugdunénsis Episcopi.

Eodem Serm. 4.

Lectio iii.

SEcundum hæc: animásum nostíarum vñiti- bus; illius viri, unusquisque, virtutis tamquam prétiosos: superducamus colóres. Rápiat sibi de eo alter, gratam spéciem cō- punctiónis; alter pigmén- tum candidissimum: nítidae castitatis. Pallorē ille abstinentiæ; ruborem iste verecundiæ; ille ardéntem in Dei rebus fidem: velut áureo splédo re radiantem. Atque hoc modo spiritália interiórīs sui membra: in corpus plebis suæ tránsferet? & ad unam illius fáciem; omnem exornémus

domum? id est univérsam Christi pingámus Ecclésiam. Ut videns nos, vel de æterni tremóre judícij, vel de futúra beatitúdine cogitantes; illam evangélicam Christi vocem possit assúmere? Pater rogo ut ubi ego sum & illi sint mecum. Ut nos quandóq[ue] ex hoc sæculo migratúros; Patrónus hoster in ædem suam, & in finem suam velut Abraham peculiáris, accípiat: & in illa die in- columes oves suas, latus pastor agnoscat. Tu auté.

Die quinta infra Octav.
De Ser. S. Augustini Epist.
Ser. 46. de Pást. in Ezee. 34.

Lectio iij.

AUDÍTE VOS CUM INTEN- TIÓNĒ: audiámus nos cum tremóre. Et factum est verbum Dómini ad me dicens; Fili hóminis! pro- phétisa super pastóres Is- rael. Hanc lectiōnem cum legeréatur, audívimus: hinc cum vestra sanctitáte ál- quid loqui decrevímus; adjuvábit ipse ut vera dicá- mus: si non nostra dicá- mus. Nam si nostra dicá- mus; pastóres érimus, pas- céntes nos: non oves. Si autem illius sunt quæ di-

cuntur: per quemlibet ipse
vos pascet. Hæc dicit Dó-
minus. Væ Pastóribus Is-
raël qui pascunt se solos;
Nunquid oves pascunt Pa-
stóres? id est non se pas-
cunt Pastóres? sed oves.
Hæc primò causa est qua-
rè arguántur pastóres isti:
quia séipsoſ pascunt non
oves. Qui sunt qui séipsoſ
pascunt? De quibus dicit
Apóstolus; Omnes enim
quaꝝ sua sunt querunt:
non quaꝝ Iesu Christi. Tu.

Die sexta infra octavā.
De Sermóne S. Augustíni
Episcopi.

Eod. Serm. 46.

Lectio iij.

Nos, quos in isto loco,
de quo periculóſa rá-
tio rédditur; Dóminus se-
cundùm dignationem suá,
non secundùm méritum
nostrum constituit: habé-
mus duo quædam. Unum
quod Christiáni sumus:
alterum quod præpóſiti
sumus. Illud quod Christiáni
sumus; propter nos
est: quod autem præpóſiti
sumus, propter vos est. In
eo quod Christiáni sumus:
atténditur utilitas nostra;
in eo quod præpóſiti: non
niſi vœstra. Sunt autem

multi Christiáni; & non
præpóſiti: qui pervénire
ad Deum faciliōre fortáſſe
itínere; & tantò forte
expeditiūs ambulántes:
quantò minórem sárci-
nam portant. Nos autem
excépto quòd Christiáni
sumus; uide rationem
reddémus de vita nostra:
sumus etiam præpóſiti;
unde rationem reddémus
Deo: de dispensatione no-
stra. Tu autem.

Die septima infra Octauam.
De Sermóne S. Augustíni
Episcopi. *Eod. Ser. 46.*

Lectio iij.

Ad hoc istam difficult-
atatem propónimus;
ut compatiēntes nobis:
orétis pro nobis. Véniet
enim dies: quòd cuncta ad-
ducuntur in iudicium. Et
ille dies; si ſeculo longè
est: unicuique homini vi-
tae ſuæ, ultimus propè est.
Tamen utrumque Deus:
latére voluit; & quandò
véniat finis ſeculi: & quan-
dò sit in unoquóque ho-
mine, hujus vitæ finis. Vi-
non timére diem occul-
tum; quandò vénierit: in-
véniat te parátum. Cum
ergo præpóſiti, ad hoc sint,
ut his qui ſubjécti ſunt

cōſu-

cōsuliant; non in eo quod
p̄f̄lunt omnīnō utilitā-
tem suam atténdant: sed
eōrum quibus ministrant.
Quisquis ita præpositus
est: ut in eo quod præposi-
tus sit, gāudeat; & hono-
rem suū quærat; & cōm-
modia sua sola respiciat: se-
pascit non oves. Tu autem.

*In die octava, secund.
majus: ut in die.*

*In primis Vesperis. Añā
ad Magnificat ut in primis
Vesperis Festi. Et sic semper
in j. Vesperis diei Octavæ.*

*Ad Compl. Hymnus. Iste
Confessor.*

*In j. Nocturno Lectiones
de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno.
Sermo S. Euchérij Lugdu-
nensis Episcopi.*

Sermo de S. Maximo.

Lectio iv.

OViram per omnia Deo
dignum. Eminēbat ut
sic dixerim in ipso hábitu,
ánimi fortitudo; in spé-
cie exteriōri ipsam putá-
ries expréssam imáginem
sanctitatis: terribilis incé-
su, reverēdus aspéctu. Cré-
deres quod semper invisi-
bilem illum hostem? ipsa
vultus sui virtute terreret.
Metuēndus severitāte; be-

nignitāte venerāndus: au-
toritatis censuram, humili-
tatis mansuetudine tem-
perabat. Minabatur qui-
dem frontis austéritas: sed
cordis serénitas blandie-
batur. Ac sic conveniente
in uno, diversitate gratiarum;
Paulus apparebat in
vultu? Petrus in Spíritu.
Illius distiictiōnis: hujus
erat pietatis æmulator: ita
ut, cum præsentiam ejus
vix sustinēres: absentiā
ferre non posses. Internō-
rum autem bonorum suó-
rum formas ac spēcies; si-
cūt neīo ad plenum inspi-
cere pótuit; ita nemo suf-
ficit explicare. *Lectio v.*
Sicut lēgimus evangéli-
cam illam ac beatam
mulierem, effracto Alabá-
stro Nardi pretiosi, un-
guentum supra carnem
Dómini profudisse; ita
gloriōsa hujus Pontificis
ánima apéruit inse latén-
tes divítias cœlestiū mū-
nerum? & de armario suá-
vè oléntium virtutum,
arómata sanctificatiōnū,
& gratiarum suarum; su-
prā omnem Ecclésiam,
quę est Christi corpus, ef-
fudit; & ad ipsum caput
membrorum justificatiō-

ne transmisit. Et verè , ut dixit , repléta est univérsa donius Christi : ex odore cœlestis unguénti. Quid dicam ejus voluntátem ? ut fierent ei lácymæ panes die ac nocte ? & pro cibo & potu incessabiliter rumináret ; Quando véniām & apparébo antè faciem Dei ? ut præter vitam nihil esuríret : præter justitiam nihil sitíret.

Lectione vij.

Hujus ergo tanti ac tam præclári Pontificis ? quæso nos discípulos meminérimus , & filios. Rápiat unusquisque quod pólsumus ? de bonis intelléctu paténtis. Hic de hæreditáte ejus, assúmat holoséricam gestórum varietátē pretiosissimam vēstem ; hic mansuetudinis ac simplicitatis occuper taléntum ; ille decus peccatóris , benevoléntiae ac sapientiae monile sibi vindicet ; hic margarítam compunctionis , & thesáurum castitatis invádat. Licet enim ille locupletissimus Christi amicus ; quidquid hábuit , integrum secùm eúlerit ? & nobis tamen si vólamus totum reliquit.

Ita ergo agámus bona illius consecráentes ; ut qui in æternam glóriam suscitándus est , sub fine sacerdórum : rédditus Ecclésiæ per redivíva in nobis mérita jam surrexerit.

In tertio Nocturno,
Lectio sancti Evangélij : secundum Matthæum.

Lectione vii.

IN illo tempore : Dixit Jesus discípulis suis Parabolam hanc. Homo peregrinè proficiscens vocavit servos suos : & trádidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta , álij autem duò ; álij vero unum : unicuique secundum propriam virtutem. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Nazianzéni.

Oratione Apolog.

Referam quę Jesus discípulis suis ad prædicacionem eos mittés præscribit : quoru mne singula explicet , hæc summa est : ut virtute tales sint Pastores , atque ita expediti & modesti , & ut uno verbo dicā , cœlestes ; ut non minùs ob eorum vitam ; & mores quam ob sermonē , atque doctrinam : Evangelium curat.

curat. Mihi verò timor
rem incutiunt etiam Pha-
nis. probris onerati, &
Scribae redarguti; quibus
cum nos virtute longè su-
periores esse debeamus,
quemadmodum nobis prae-
ceptum est: si modo ca-
lorum regnum consequi
cūpimus; turpe profecto
fuerit: si ipsis etiam peccato-
res inveniamur. Tu autem.

Lectio viij.

IN his ego cogitationi-
bus: dies noctesque ver-
sor. Hæc medullas etiam
meas eliquant, & carnes
conficiant; nec me auda-
cem esse sinunt: ac sublata
facie incédere. Hæc ani-
mum meum dejiciunt, &
mentem contrahunt; &
linguae vinculum: injici-
ant: faciuntque, ut non
de præfectura nec de cor-
rigendis & emendandis
aliis cogitem; id quod
exuberantis cuiusdam fa-
cultatis est: sed quod modò
veniente ipse ifam effu-
gere; atque vitij rubigini-
nis: à me aliquid abstergere
queam. Purgarique
prius, deinde purgare: sa-
piēntia instrui; atque ita
deinum alios sapiēntia in-
struere: lux fieri, & alios

illuminare. Ad Deum ap-
propinquare; & ita alios
adducere: sanctificari, &
postea sanctificare; inani-
bus ducatum prestatum: pru-
dētia comite consilium
dare. Tu autem.

Lectio ix.

Quis est qui contraria
hæc omnia; celeritatē
potes: quam securitatem &
utilitatem expōscat. Quis est qui veritatis
propugnatorem, unius diē-
culæ spatio: velut è luto,
stātuam finget. Illius in-
quam qui cum Angelis
stabat; cum Archangelis
glorificabit; ad suprēmum
altare hóstias transmiscebat;
Christo adjutor Sacerdotij;
erit: figuramentum instaurabit;
imagine representabit: superno mundo pro-
creabit. Et ut quod maius
est dicam; qui Deus futu-
rus sit: & alios Deos fa-
cturus. Scio cuius ministri-
simus; & ubi iaccamus: &
quo mittamur. Scio quæ
Dei sublimitas; quæ hu-
mana insimitas: ac tur-
sum potēntia. Cœlum ex-
célsum: terra autem pro-
funda. Tu autem.

*Ad Laudes & Horas ut
in die. Alii Vesperas Annæ &*

cviij Commune Confessoris non Pontificis.

Psalmi de Feria occurr. Capit. Versus Antiph. ad Magnificat, ut in secundis Vesperis Festi.

C O M M U N E
Confessoris non Pontif.
Ad Vesperas, si sit Festum Duplex, Antiph. Euge Serve, cum reliquis de Laudibus, ut infrà Psalmus. Dixit Dóminus-cum reliquis de Dominica. l. 48. Et loco ultimi Psalm. Laudate Dúm omnes Gentes. l. 53. Si non sit festum duplex. Aña Et Psalmi de Feria occurrente.

Capitulum.

Iustus cor suum trádidit ad vigilandum dilúculo; ad Deum qui fecit illum: & in conspécta Altissimi deprecábitur.

¶. Iustus ut palma florébit. ¶. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magnificat, Aña. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei.

Orémus. Oratio.

D Eus, qui nos beáti N. Confessóris tui, ánnua solemnitate latificas: concéde propítius; ut cuius natalitia colimus: per ejus ait te exempla gradiámur.

Per Dóminum nostrum,
Si adsit propria oratio su-
pradicta omnino omittitur.

Ad primam Processionem.

Euge serve bone & fidélis quia super pauca fuisti fidélis super multa te constiuitam: * Intra in gáudium Dómini tui.

Orémus. Oratio.

A Désto Dómine sup-
plicationibus nostris
quas in beáti N. Confessóris tui solemnité dé-
férimus; ut qui nostræ
justitiæ fiduciam non ha-
bémus: ejus qui tibi plá-
cuit, précibus adiuvémur.
Per Dóminum.

Ad secundam Process.
Justus germinábit sicut lí-
lum: * Et florébit in æter-
num ante Dóminum.

Orémus. Oratio.

Intercessio nos, quæ su-
mus Dómine beáti N.
Confessóris tui. commén-
det; ut quod nostris méritis
non valémus: ejus pa-
trocínio assequámur. Per-

Ad Completor. Hymnus.
Iste Confessor. ut in Com-
muni Confess. Panef. lxxvja.

Ad Matutinum omnia
ut in Communi Confessoris
Pontificis, exceptis Letio-
nibus Et Responsoriis.

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 4. & 5.

Justus si morte præoccupatus fuerit: in refrigorio erit. Senectus enim: venerabilis est: non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis: & ætas senectutis, vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus: & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus: aut ne ficio deciperet animam illius. Fascinatio enim: nugacitatis obscurat bona; & inconstancia concupiscentiae: transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explavit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Tu autem.

R. Euge serve bone & fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam: * Intra in gaudium Domini tui.

V. Domine quinque talenta tradidisti mihi ecce alia quinque superlucratus sum. Intra in gaudium.

Lectio ii.

POpuli autem videntes & non intelligentes nec ponentes in precordiis talia; quoniam gratia Dei & misericordia, est in sanctos ejus: & respectus in electos illius. Condemnat autem justus mortuus vivos impios: & juventus celeriùs consummata: longam vitam iusti. Vilebunt enim finem sapientis: & non intelligent quid cogitaverit de illo. Deus: & quare muniérit illum Dominus. Vidébunt & contémnent eum: illos autem Dominus irridébit. Et erunt post hæc decidentes sine honore: & incurvumélia inter mortuos: in perpetuum. Quoniam disrumpet illos inflatos sine voce: & commovet illos à fundaméntis: & usque ad suprimum desolabuntur. Tu autem.

R. Justus germinabit sicut lilium: * Et florébit in eternum ante Dominum. **V.** Et erit quasi oliva gloria ejus & odor ejus ut Líbani. Et florébit.

Lectio iii.

Et erunt geméntes: & memoria illorum peribit.

bit. Vénient in cogitatióne pecatórum subrum tímidi; & tráducent illos ex adverso: iniquitátes ipsórum. Tunc stabunt justi in magna constántia adver- sús eos qui se angustiavé- runt: & qui abstulerunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timore horribili; & mirabúntur in su- bitatióne insperatæ salú- tis: dicéntes intrá se, pte- nitentiam agéntes; & præ angústia spíritus: gemé- res. Hi sunt quos habui- mus aliquádo in derísum: & in similitúdinē impro- périj. Nos insensati: vitam illórum aestimabámus in- sániam: & finem illórum sine honóre. Ecce quomo- dò computati sunt inter fi- lios Dei: & inter sanctos fors illórum est. Tu auté. ¶. Stola jocunditatis in- diuit eum Dóminus: * Et corónam pulchritúdinis pósuit super caput ejus. ¶. Cibávit illi n pane vi- tæ & intelléctus, & aqua sapiéntiæ salutáris potá- vit eum. Et corónam. Gló- fia Patri. Et corónam.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Bernárdi
Abbatis.

Serm. 2. de S. Victore.

Lectio iv.

Gaudéte in Dómino dilectissimi; qui inter continua sue pietatis be- neficia, indúxit hominem in mundo: cuius multi salva- réntur exemplo. Iterum dico Gaudéte; quod factus de médio, appropiavit: Deo: ut multò plures ejus intercessióne salvéntur. Habet ex homínibus: cui- hominum, peccata donet misericors & miserátor: Dóminus. Habet tempus & locum intercedéndi: pius & misericors advocá- tus. Evidem locum quié- tem: & tempus feriátum. In terriis visus est: ut esset exemplo: in cælum levá- tus est: ut esset patrocínio. Hic infórmat ad vitam: illic invitat ad glóriam. Factus est mediátor ad re- gnum: qui fuit incitátor ad opus. Bonus mediátor: qui sibi jam póstulans ni- hil, totum in nos transfér- re desíderat; & supplicá- tis affectuni: & supplica- tionis fructum. Tu auté. ¶. Audiam Dómine vo- cem laudis tuæ: * Et enár- rem univérsa mirabilia tua. ¶. Layábo inter in- nocéntes

notentes manus meas , & circumdabo altare tuum
Dome, Et enarrerem.

Lectio v.

Hodie posito corpore;
quo solo praepediri ab
ingressu gloriæ videbá-
tur : tanto alacrior, quan-
to expeditior ; penetravit
in sancta : similis factus
in gloria sanctoru. Hodiè
de novissimo & humili lo-
co quem sibi ex consilio
salvatoris elegerat ; ipso
summo patrefamilias evo-
cante, verus amicus ascén-
dit supérius : & est illi gló-
ria, coram simul discum-
bentibus. Hodiè despécto
mundo & mundi principe
triumphato ; suprà mun-
dum verè ascéndit : acci-
piens de manu Domini
coronam. Victoriae, Ascén-
dit autem cum immensa
suppelletili. meritorum ;
clarus triumphis : mira-
culis gloriósus. Pausat mil-
les eruditus : & post labores
sudoresque peractæ militi-
æ; locatur feliciter coroná-
natur sublimiter. Tu autem.
Re. Domine quinque tal-
enta tradidisti mihi, ecce
alia quinque superluciatus
sum. Euge serve fidélis
quia super pauca fuisti fi-

délis super multa te con-
stituam. * Intra in gau-
dium Domini tui. v. La-
bores inanum tuarum
quia manducabis, beatus
es, & bene tibi erit. Intra
in gaudium: Lectio vii.

Qui sedet & flavit su-
per flumina Babyló-
nis : sedet modò ad fonte-
vitæ ; & conversatio illi
secùs torréntem voluptá-
tis: cuius impetus lètificat
civitatem Dei. Invénit sibi
fontem hortoru, pütē
aquarum viventium ; &
cum Samaritana potatur
aqua sapientiae salutatis :
ut non sitiat in æternum.
Datur illi de fructu má-
nuum suarum ; & laudant
eum in portis opera ejus :
& gloriantur testimoniis
conscientiae. Conscientiae
dico sūæ : non alterius.
Seder médius Angelorum,
dignus planè eorum con-
sortio: quoru desiderio fla-
grat ; puritate viræ casti-
monia decoratur. Tu autem.
Re. Super salutem & on-
nem pulchritudinem dilé-
xi sapientiam & propósui
pro luce habere illam : *
Venérunt mihi omnia bo-
na páriter cū illa. v. Hanc
amavi & exquisivi à juvén-
tute.

xxij Commune Confessoris non Pontificis.

tute mea, & amator factus
sú formæ illius. Venérunt
mihi. Glória. Venerunt
mihi.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii:
secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit
Iesus discípulis suis. Sint
lumbi vestri præcincti; &
lucernæ ardentes in mani-
bus vestris; & vos similes
homínibus expectantibus
Dóminum suum: quando
revertáatur à nuptiis: ut
cum vénérerit; & pulsáve-
rit: confestim apériant
ei. Et reliqua.

*Hom. S. Petri Chrysologii.
Ex Serm. 22. in Lucam.*

SInt lumbi vestri præcín-
cti, ibi præcingénda est
virtus: ubi voluptas est
compriménda. Nescit ví-
cere vítia cörperis: virtu-
tis cíngulum qui depónit.
Cincti ergo castitatis bál-
theo quod est insigne mi-
litiae Christiánæ; fluxam
carnis detruncémus igna-
viam: & Regis nostri ex-
pectatiōne pervigiles, in-
sōmnes somnum sœculi
nesciāmus. Non dór-
miunt, inquit: nisi cum
malè fécerint. Et lucernæ

ardéntes in manibus ve-
stris. Beati in quorum ma-
nibus bonorum óperum
lucent lucernæ; sic enim
luceat lux vestra coram
homínibus, ut videant
bona vestra ópera: & ma-
gnificent Patrem vestrum
qui est in cœlis. Et ut lu-
cerna ante oculos: opus
bonum in mēntibus sic re-
sulget. Tu autem Dñe.
¶ Notas mihi fecisti Dó-
mine vias vitæ: * Adim-
plébis me lætitia cū vultu
tuo delectatiōnes in déx-
tera tua usque in finem.
¶ Dóminus pars hereditati-
tis meæ & calícis mei tu-
es qui restituisti hereditá-
tem meam mihi. Adim-
plébis. *Lectio vij.*

Ego vos similes homini-
bus expectantibus Dó-
minum suum: quando vén-
iat à nuptiis. Quia sem-
per nuptiis amicæ sunt fa-
ces; lumen testimónio
celebratur cástitas nupti-
arum: sicut enim fregit lu-
cem illícita qui præluminis;
sic multíplici corúscat in
lumine: lícita qui requí-
rit. Et vos similes homi-
nibus expectantibus Dñm
suum: quando véniat
à nuptiis. Hómines sun-
qu

Qui more débitæ servitū-
tis indeféssis excubiis ad-
vēntum sui Dñi præsto-
lantur; qui verò sic ventri
sérviant, ut divinam nél-
ciant servitutē? & de car-
nis voluptatē solliciti; soli-
citūdinem occursūs Do-
míni perdidérunt: hómini-
nes non vocāndi sunt, sed
juméata. Tu autem.

R. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas &
osténdit illi regnum Dei
& dedit illi scíentiam San-
ctorum: * Honestávit illū
in laboribus suis. v. Des-
cendit cum illo infóveanī
& in vínculis non derelí-
quit eum. Honestávit.

Lectio ix.

Ex quo ad dispensandū
sua Ecclésiam Christus
advenit: thalamus ornátur
sponsæ. Et ornátur auro
fidei; argento sapiéntie;
virtútum gemmis; sancti-
tatis velis; verecundiæ ro-
sis; liliis castitatis; pudó-
ris violis: & ad alta cæli
pudicitiæ templum, fasti-
gium virginitatis attollit-
ur. Nec desunt Psalmorū
citharæ; Prophética órga-
na; Apostolorum voces:
totæque symphoniæ cælé-
stium, nuptiatum. Satis

servo somni est; qui tali
& tanto clamore, non ad
célestis Regis nuptias sus-
citatur. Ut cum vénérerit &
pulsáverit confestim apé-
riant ei. Véniens pulsat
corda: benè cónscius ápe-
rit: malè cónscius claudit.
Justa mēs patéscit ad pros-
mīum; injústa quia non
meruit: se præcludit. Vi-
gilémus ergo dilectissimi;
ut beatitudinem quæ sé-
quitur: consequámur Tu
autem.

R. Beatus vir qui post
aurum non abiit nec sperá-
vit in pecuniā & thesáu-
ris: * Fecit enim mirabilia
in vita sua. v. Ideo stabi-
lità sunt bona illius in
Dómino, & eleemosinas
illius enárrat omnis Ecclé-
sia Sanctorum. Fecit enim,
Glória Patri. Fecit enim.

*Si verò fuerit Festum du-
plex: vel occurrerit in Do-
minica, non dicitur Glória
Patri. quia dicitur Te
Deum laudámus.*

A D L A U D E S .
*Antiph. Euge serve bone,
in módico fidélis, intra in-
gádium Dómini tui.
Psalm. Dóminus regnávit;
cum reliquis de Dominica-
Aña. Fidélis servus & pru-
dens*

dens quem constituit Dóminus super familiam.

Añ. Amávit eum Dóminus & ornávit eum. Stolam gloriæ induit eum.

Añ. Beatus ille servus cū vénérat Dóminus ejus, & pulsáverit jānuam; & invénérat eum vigilántem.

Añ. Ecce verē Israëlite in quo dolas non est.

Capitulum. Eccli. 39.

Justus cor suum trádidit ad vigilandum dilúculo; ad Deum qui fecit illum & in conspéctu altissimi deprecábitur.

¶. Stola jocunditatis.

¶. Induit eum Dóminus.

*Ad Bened. A*ñ. Qui major est vestrum erit minister vester quia omnis qui se exaltat humiliabitur dicit Dóminus.

Orémus. Oratio.

Deus, qui nos beáti N. Confessóris tui ánnua solemnitáte létificas concéde propítius; ut cujus natalitia cólinus. Per ejus ad te exempla gradíamur. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam, Capitulum. Justus cor suum. *ut suprà.*

¶. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. Justum dedúxit. ¶. Et osténdit illi

regnum Dei. ¶. Justum dedúxit. Glória Patri. Justum dedúxit. ¶. Amávit eum Dóminus & ornávit eum. ¶. Stolam gloriæ induit eum. Oratio. Deus qui nos beáti N. Confessóris tui. *ut suprà.*

Si adsit propria, supradicta omnino omittitur.

Ad Sextā, Capit. Sap. 10.

Sapiéntia justum dedúxit per vias rectas; & osténdit illi regnum Dei; & dedit illi scientiam sanctarum.

¶. Amávit eum Dóminus & ornávit eum. Amávit eum. ¶. Stolam gloriæ induit eum. Amávit eum. Glória Patri. Amávit eū. ¶. Justus ut palma florébit. ¶. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Orémus. Oratio.

Ad hunc Dómine suplicationibus nostris quas in beáti N. Confessóris tui solemnitáte deférimus; ut qui nostræ justitiae fiduciam non habémus; ejus qui tibi plácuit, precibus adjuvémur. Per.

Ad Nonam, Capitulum.

Eccli. 31.

Béatus vir qui invéntus est sine mácula, & qui post

Commune Confessoris non Pontificis. cxv

post aurum non abiit, nec speravit in pccúnia & thesáuris; Quis est hic & laudábitus eum? fecit enim mirabília in vita sua:

¶. Justus ut palma florébit sicut cedrus Líbani.
Justus ut. ¶. In domo Dómini plantátus. Justus ut. Glória Patri. Justus ut. ¶. Stola jocunditatis.
¶. Induit eum Dóminus.

Orémus. Oratio.

I Ntercessio. nos quæsuumus Dómino beati N. Confessóris tui comméndet; ut quod nostris méritis non valémus: ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Ad Vesperas si sit Festum duplex. Añ. Euge serve cum reliquis de Laudibus. ut suprà. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica. 148. sed loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dóminum omnes gentes. 153. Capitu!um & Vers. ut in primis Vesp.

Ad Magnificat, Antiph. Similábo eum viro sapiéti qui ædificávit domum suam supra petram. Oratio ut in primis Vesperis

Ad Process. primum Respons. Officij diei seq.

Orat. conveniente.

Ad Completorium Hymnus. Iste Confessor.

In Festo Confessoris non Pontificis trium Lectionum omnia ut suprà ritu quo notatum est in communi Apostolorum trium Lectionum. Ad Vespertas Antiphone & Psalmi de Feria occurrente. Capitulum, Versus Antiph. ad Magnificat & Oratio ut suprà. In secundis Vespere.

Ad Comp!. Hymnus. Iste Confessor.

Ad Matutinum Invitat. Regem Confessórum Dóminum Venite adorémus, &c. Novem Antiphona novem Psalmi ut suprà. duæ prima Lectiones, de Scriptura occurrente tercia, ut habetur in proprio. Ad Laudes & Horas ut suprà.

Si contingat celebrari octavam de aliquo Confessore non Pontifice. Officium infra octavam fit eodem ritu quo in Festo trium Lectionum; duæ prima Lectiones de Scriptura occur.

Tertia ut habetur infra pro qualibet die octava.

Ad Laudes & Horas ut in die Festi. Ad Vesperas

Añ.

cxvi Commune Confessoris non Pontificis,

*Ania & Psalmi de Feria
occurrente, Capitulum,
Versus, Ania, ad Magnificat
& Orat. ut in ij. Vesp. Festi.*

*Ad Process. j. Respons. Of.
ficii diei seq. Orat. con-
veniens. Ad Completor.
Hymnus. Iste Confessor.*

Die secunda infra octav. De Serm. S. Gregorij Naz.

In Laud. Athanasi Lect. iij.

Sanctum N. laudans :
virtutem laudabo. Idē
enī nō est illū dícere ; quod
virtutem Láudibus effér-
re quóniam virtutes in se
omnes colléctas tenebat ;
vel ut verius loquar : te-
nēt. Deo quippe omnes vi-
vunt, qui piē religioséque
vixérunt ; etiámli ex hac
vita migrárint. Unde &
Deus ; Deus Abraham, &
Deus Isaac, & Deus Jacob,
dicitur : ut vivéntiū Deus.
non mortuórum. Virtu-
tem autem laudans, Deum
laudabo ; à quo virtus ho-
mínibus est : idque ut per
cognátā illuminationem ;
ad eum adducántur : seu
pótius reducántur. Nam
cúm multa & magna sint
atque adeò tot & tanta, ut
nemo ea sermóne complé-
cti possit ; quæ nos à Deo
partim habémus partim

habitúri sumus : máxi-
mum tamen & humaníss-
mum ; est propénso ad
eum : atque conjunctio.
Nam quod rebus in sen-
sum cadéntibus est sol :
hoc iis quæ ánimō & ra-
tionē intelligúntur est
Deus. Tu autem Dómine.
Die tertia infra octavā. De Sermone S. Gregorij
Naziánzeni. Ibidem.

Lectio ij.

Facite igitur, quicūque
laudum illius præcōnes
ac testes estis ; ut virtutes
illius inter vos partiámi-
ni : ac præclarum certamen
inter vos incáitis ; viri simul
& fœminæ ; adolescentes
& vírgines ; senes ac ju-
nióres : Sacerdótes & pô-
pulus. Solitarij & in sodal-
ítio vivéntes ; qui simili-
citatis & qui exactioris
vitæ studiósí : quorum vita
aut contemplatiōni addi-
cta est, aut actiōni. Hic il-
līns, velut corpore vacán-
tis, ac matériæ expértis ;
in jejuniis atque oratiōni-
bus, assiduitatē ; láudi-
bus vehat, ille insuperábi-
lem in vigíliis ac Psalmó-
diis vigorem. Alius egé-
tium curam, & præsidium :
alius ut vel supérbis &
elatis

elatis restiterit; vel ad hū-
miles se demiscriū narret.
Qui solitāriam vitam
agunt; laudent excitatō-
rem: qui in sodalitiis vi-
vūt; legislatōrem: simpli-
ces ductōrem. Tu autem.

Die quarta infra octav.

De Sermōne S. Ephrēm
Diáconi. *Lectio iij.*

Sancus hic nimírum
verè gressus virtútum;
liber laudum; vita miracu-
lórum: qui in carne grá-
diens, spíritu incedébat;
communémque cum áliis
in terrâ vitam degens: su-
pérrna contemplabátur. Be-
ryllum; plectrum mysticæ
citharæ: régionem sanctó-
rū Angelórum obléctans.
Certus agnus mátricis vi-
tæ; Spíritus sancti agrum
ac hortum illústrans; desí-
dério atque amóre exúltan-
tans: ac florem ex imá-
radice pretiosissimæ Cru-
cis decerpens. Præsepè sa-
crorum dógmatum; lingua
sermónum præmium re-
clárum atque útilium co-
gitatiónum demérgēs se-
ipsum in profundum Scri-
pturárum, & præcláram
indè margarítam háuriens
divinæ vitis ornátus bo-
trus, divinam cælitus dul-

cédinem enuntians, mem-
brána pulchia divinæ sa-
piéntiæ quæ de cælo di-
vinas impressiōnes accé-
pit, óptimus regni supérni
campus: fertiles jultitiæ
fructus Deo prodúcens.

Tu autem.

Die quinta infra octav.
De Sermōne S. Euchérij
Lugdunén sis Episcopi.

Ser. de S. Maximo. Lect. iij.

Quanta ornaménta;
quanta monília vir-
tutum; vobis fabricátus
est Sanctus N. vobis enim
iste Athléta Christi; in illo
agóne sudávit: vobis dum
se extollit fructificávit si-
bi. Illuc screns: vobis colli-
gébat; sibi quærens: vo-
bis néscius acquirébat. Sibi
paratús præcónia: vobis
solutúrus usúram. Vobis
hæc spiritális colúmba; ci-
bum de illa Christi mensa:
& Angélica congregatió-
ne capiébat. Vobis potum
de illo gratiátum fonte sí-
tiens hauriébat; ut quasi
mater sollícita, escas quas
de illo vitæ hórr eo sum-
pserat: in sensus nostros,
pleno de corde transfún-
deret. Vobis prophetica
hæc apis: salútifera in illo
alveário, mella confécit,
Vestrīs

cxvij Commune Confessoris non Pontificis.

Vestrīs profēctībus militāvit; sic lampas magna non sibi accenditūr: sed lumen suum éminūs circumjēcta jaculātur. Speciōsum fundens flāmmeum fulgōrem; & univērtis qui assūstunt integrum: & singulis totum.

Die sexta infra Octav.
De Sermōne S. Euchérīj
Lugdunēsis Episcopi.
Eodem Sermone.

Lectio iij.
Internōrum bonōrū suōrum formas ac spēcies: elaborāvit occultāre, Sanctus N. Ut de ornamētis sanctæ animæ suæ dici accipi possit; omnis glória ejus, filiæ regis ab intūs: in fimbriis àureis circumamicta varietāte. Dignè in fimbriis àureis: quia magis ac magis: in óperum suōrum fulsit extrēmis. Dignè, inquam, in fimbriis àureis: quia pretiōsior seipso: in novissimis fuit. Et sicut hic dixit, in vestimentōrum fine; ita ille in actuum suōrum consummatiōne plus clāruit. Itaque dum in sancta Congregatiōne, Angelicis stūdiis scholam Christi induit: splendēbat omnis

pátria radiāta ac repercūsa suórum luce meritōrum Inter hæc ille scū vellet augeri: nolēbat agnoscī. Quia hæc est natūra iustitiæ; ut quantō studiōsus abscondi optat: tantō clārus innotescat; & occultatio: ipsi prodīo sit.

Die septima infra octav.
De Sermōne S. Bernārdi
Abbatis. *Serm. I.*

Lectio iij.
Sancti N. vita & glória speciālis, non tam ad gloriām, quam ad virtutē prōvocat: omnes qui recte sunt corde. Non recti planè; sed perversi est animi: antē querere gloriām quam exercere virtutem; & velle coronari: qui legitimè non certāverit. Vānum est vobis inquit: antē lucem sūrgere. Ita est: frustrā ad celsitudinem nítitur gloriæ; qui prius: non clāruit virtute. Frustrā fātuæ Virgines sponso óbviām surgunt: quarum lámpades extinguntur; & idēo fātuæ, quia vacuis gloriāntur lampadibus: virtutis óleum non habēntes. Virtus gradus ad gloriām: virtus mater gloriæ est. Fallax gloria; & vana

vana est pulchritudo: quā illa non parturivit. Sola est cui glória jure debetur: & securè impénditur. Tu autem Dómine.

In aie octava; semidu-plex majus, omnia ut in die.

In primo Nocturno Letiones de Scriptura occurrit.

In secundo Nocturno. De Sermone S. Joannis Chrysostomi.

Orat. de sancto Philogono, ante medium.

Lectio iv.

AD hanc beatam réquiem tránsiit beatus N. quænam igitur oratio par sit viri laudibus quem Deus tam felici sorte dignátus est? Non est ulla Sed age, dic mihi; num idcirco silébimus? & cuius rei causâ convénimus? an dicémus nos haud posse magnitudinem gestorum; oratiōne cónsequi? Atqui ob hoc ipsum necesse est dicens; quandóquidē hæc est pæcipua laudum illius pars: quod faciis verba æquiparari non possint. Nam quotum beneficia natūram étiam súperant mortalem; perspicuum est: quod horum laudés, excé-

dunt linguam humánam. Haud tamen ob id aspernabitur officium nostrum; quod pro viñibus præstamus: sed suum imitábitur Dóminum. Siquidem & illi viduæ duos tantum óbolos adjiciénti in gazo-phylacium; non tantum duorum obolórum mercédem sed multò ampliò rem redidit. Tu autem.

Lectio v.

PRoinde quāvis nostræ facultates exiguæ sint: minimique pretij; attamen quæ possumus: offérimus. Ea licet non respóndeant magnitudini meritórum, ániniæ præclári justique N. tamen hoc celsitudinis illius maximū fuerit arguméntum: quod nec pusilla repéllat, sed idem fáciat quod solent dívites. Siquidem illi cùm accéperint à tenúibus exigua quibus nō egēt, sua vicissim appónunt remunerantes eos: qui quod pótérant obtulerint. Itidē & hic cùm accéperit à nobis laudem verbis peractam: quā nequam eget; redonabit nobis per ipsa facta benedictiōnem: quā semper uti possimus. Tu autem.

Lectio

Lectio vij.

UNDE igitur laudatio-nem illius auspicábi-mur? An à magistrátus quem Spíritus illi trádidit grátiā; nam mundáni Ma-gistrátus; nequáquam pos-sunt Christianórum de-monstrare virtútes: quin pótius, frequénter habent accusatióne[m] malícia. Quam ob causam quó-nia & sollicitúdines ami-corum; & circumcusa-tiones; & adulatiónes aliá-que permúlta his fœdió-re: tales magistrátus so-lent conciliáre. Cæterùm ubi Deus suo suffrágio de-signárit áliquem: incor-ruptum suffrágium; aliénum ab omnī suspicione judícium; indubitáta füe-rit delécti cōprobatio: propter ejus qui delégit auctoritatēm. Tu autem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélij:
secundum Lucam.

Lectio viij. c. 12.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis. Sint kumbi vestri præcincti; & lucérnæ ardéntes in má-nibus vestris: & vos sími-les homínibus; expectán-tibus Dóminum suum:

quando revertáratur à nū-priis. Ut cum vénérat; & pulsáverit: conféstim apé-riant ei. Et réliqua.

Hom. S. Augustini Episc.
Serm. 39. de Verbis Domini.

Audástis modò Evan-géliuni quid monué-rit nos: cautos nos fáciens; & volens esse expedítos & parátos: ad expectándum novíssima. Ut post novíssi-ma quæ sunt in hoc sæcu-lo metuénda; succédat ré-quietus: quæ non habet fi-nem. Beáti qui partícipes facti fúerint. Erunt autem tunc secúri: qui modò non sunt secúri; & iterùm tunc timébunt: qui modò timére nolunt. Ad hanc expectatióne[m]; & propter hanc spem: Christiáni fa-ceti sumus. Nonne spes no-stra non est de hoc sæculo? Non amémus sæculum, ab amóre sæculi; hujus vocáti sumus: ut áliud sæculum sperémus & diligámus. In hoc abstinenre nos debé-mus, ab ómnibus illícitiis contupiscéntiis: hoc est lumbos accinéctos habére; debémus & fervére, & lu-cére, in opéribus bonis: hoc est lucérnas ardétes in mánibus habére. Tu auté.

Lectio

Lectio viij.

Lumbos nostros accínctos esse voluit: & lucernas ardentes. Quid est lumbos accinctos; declinata malo: quid est lucerne; quid est lucernas ardentes habere: hoc est, & fac bonum. Quid est quod adjunxit & ait. Et vos similes estote hominibus expectantibus Dñm suum: quandò revertatur a nuptiis. Nisi quod in illo Psalmo sequitur; inquire pacem: & perséquere eam. Hæc tria: Hoc est abstinentia à malo; & operatio boni; & spes præmij æterni: commemorata sunt in actibus Apostolorum. Ubi scriptum est. Quia docebat eos Paulus de continentiâ; de justitiâ: & spe vitæ æternæ. Ad continentiam pertinet; sint lumbi vestri accincti: ad justitiam pertinet; & lucernæ ardentes: ad expectationem Domi ni pertinet; similes estote hominibus expectantibus Dominum suum: quæ est spes vitæ æternæ. Tu autem.

Lectio ix.

Habentes autem ista præcepta & promissa; quid querimus in terrâ:

Pars Verna.

Dies bonos, ubi eos inventire non possumus. Scio enim quia eos queritis; quandò aut ægrotatis, aut in tribulatiōibus estis: quæ abundant in hoc sæculo. Quoniam quandò ætas vergit ad finem; & senex plenus est querelis & nullis gaudiis: inter omnes tribulatiōnes quibus contèritur genas humānum; non querunt homines nisi dies bonos: & vitam volunt longam quam hic habere non possunt. Quia & longa hominis vita tantæ brevitate constringitur ad universi sæculi illius latitudinem; quasi si una gutta: ad universum mare comparetur. Tu autem.

Ad Laudes & Horas omnia ut in die ad Vesperas Aña & Psalmi de Feria occurrente cetera ut in die.

Ad Processionem primum Respons. Officij diei sequentis. Oratio conveniens.

Ad Completorium Hymnus. Iste Confessor.

C O M M U N E
VIRGINUM.

Ad Vesperas si sit Festum Duplex. Aña. In odorem, cum reliquis de Laudibus, cxxij. Psalmi. De beata

f

Maria Virginis. ut in ejus
Officio parvo ad Vespertas,
ut infrà. fol. 2.

Si verò non fuerit Festum
Duplex Antiph & Psalmi
in Feria occurrente.

Capitulum. 2. Cor. 10.

Qui gloriátur in Dó-
mino gloriétur ; non
enim qui séipsum com-
méndat ille probátus est :
sed quem Deus cōméndat.
¶ Spécie tua , & pulchri-
tudine tua.

¶. Inténde prósperè pro-
céde , & regna.

Ad Magnificat, Aña.
Ipsi sum desponsáta , cui
Angeli sérviunt; cujus pul-
chritudinem , sol & luna
mirántur.

Pro Virgine & Martyre.

Orémus. *Oratio.*

Indulgéntiam nobis Dó-
mine béata N. Virgo &
Martyr implóret; quæ tibi
grata semper éxitit , &
mérito castitatis : & tuæ
professione virtutis. Per
Dóminum.

Pro Virgine tantum.

Orémus. *Oratio.*

Exaudi nos Deus salu-
taris noster ; & sicut
de Béata N. Virginis fe-
stivitaté gaudémus : ita
piæ devotionis crudiámur

afféctu. Per Dóminum
nostrum.

Ad primam Processionem.

¶. j. Locútus est ad me
unus ex septem Angelis
dicens veni osténdam tibi
novam nuptam sponsam
Agni: * Et vidi Jerúsalēm
descendéntem de cælo or-
nátam monílibus suis.

Pro Virgine & Martyre.

Orémus. *Oratio.*

Deus qui inter cætera
poténtiæ tuæ mirácu-
la , étiam in sexu frágili
victóriam mártiryj contu-
listi ! concéde propitius ut
qui bératæ N. Virginis , &
Mártiryis tuæ natalítia cō-
limus: per ejus ad te exém-
pla gradiámur. Per Dó-
minum.

Pro Virginè tantum.

Orémus. *Oratio.*

Deus qui nos sanctæ
Vírginis N. annua so-
lemnitaté lxtificas : con-
céde propitius ; ut ejus ad-
juvémur méritis : cujus
castitatis radiámur exémi-
plis. Per Dóminum.

Ad secundam Processionē.

¶. ij. Véniens à Líbano
quam pulchra facta es :
* Et odor vestimentorum
tuorum super ómnia aro-
mata.

Pro

Pro Virgine & Martyre.

Orémus. *Oratio.*

OMnipotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis ut fórtia quaque cōfundas: cōcéde propítius: ut qui beatæ N. Virgínis & Mártyris tuæ solēnia cólimus: ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Pro Virgine tantum.

Orémus. *Oratio.*

SAnctæ Vírginis tuæ N. Dómine supplicatiōnibus trübue nos fóveri: ut cujas solemnitatēm débito celebrámus obséquio: ejus intercessiōnibus com-méndemur: & accendámur exémplis. Per Dóminum

Ad Completoriū, Hymnus.

JEsu coróna Vírginum; **Q**uem Mater illa cóncipit, Quæ sola Virgo párturit, Hæc vota clemens áccipe.

Qui pascis inter lília. Septus chóreis Vírginum, Sponsus decórus glória, Sponsisque reddens præmia.

Quocumque pergis, Vírgines

Sequuntur, atque láudibus Post te canéntes cursitant; Hymnisque dulces per-

sónaut.

Te deprecámur lárgiùs, Nostris adáuge sénibus; Nescire prorsùs ómnia Corruptionis vúlnera.

Laus honor, virtus, glória

Deo Patri, & Fílio Unà cum sancto Spíritu In sempitéra sæcula.

R. Amen.

Ad Matutinum, Invita-torium. Regem Vírginum Dóminum. Veníte adorémus. Psalm. Veníte exultémus 2.

In primo Nocturno, Año. O quam pulchra est.

Psalmus 8.

Domine Dóminus no-ster: * quam admirá-bile est nomen tuum, in univérsa terra.

Quóniam eleváta est, magnificéntia tua super cælos.

Ex ore infantium, & lacténtium, perfecísti laudem propter inimícos tuos: * ut déstruas inimícum, & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos ópera digitórum tuorum: * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo quòd memor es ejus: * aut filius

hominis, quoniam visitas eum.

Minuisti eum paulominius ab Angelis: * gloria & honor ore coronasti eum: * & constitueristi eum super opera manuum tuarum.

Onnia subjecisti sub pedibus eius: * oves & boves universitas: * insuper & pecora campi.

Volucres caeli & pisces maris: * qui perambulant senitas maris.

Domine Dominus noster. * quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Gloria Patri.

Ana. O quam pulchra est casta generatio cum claritate.

Antiphona. Hac est.

Psalmus 15.

Conserva me Domine quoniam speravi in te: * Dixi Domino Deus meus es tu: * quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus: * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum: * postea acceleraverunt:

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor

ero nominum eorum, per labia mea.

Dominus pars hereditatis meae & calicis mei: * tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præclaris: * étenim hereditas mea, præclara est mihi.

Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum: * insuper & usque ad noctem increpauerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper* quoniam à dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc laetatum est cor meum & exultavit lingua mea: * insuper & caro mea, requiesceret in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * neque dabis sanctum tuum, videre corruptionem

Notas mihi fecisti vias vitae, adimplabis me latitia cum vultu tuo: * deletiones in dextera tua, usque in finem.

Gloria Patri.

Ana. Hac est que nescivit thorum in delicto; habebit fructum, in respectione

ne animarum sanctarum.

Antiphona. Quam pulchri sunt gressus tui.

Psalmus 23.

Domi est terra & plenitudo ejus : * orbis terrarum & universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini : * aut quis stabit in loco sancto ejus.

Innocens manibus & mundo corde : * qui non accipit in vanum animam suam : * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * & misericordiam a Deo, salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum : * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras : * & elevamini portæ aternales : * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae : * Dominus fortis & potens : * Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras : * & elevamini portæ aternales & in-

troibit rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae : * Dominus virtutum, ipse est Rex gloriae.

Gloria Patri.

Aña. Quam pulchri sunt gressus tui calceamenti filia principis.

¶. Specie tua & pulchritudine tua.

¶. Intende, prosperè procede, & regna.

Pater noster.

Deprec. Exurge Domine. Suscipe deprecationem.

Benedictio. Adjutor.

Lectio j.

De Epistola prima beati Pauli ad Corinthis.

DE virginibus praecipitum Domini non habeo ; consilium autem, do tamquam misericordiam consecutus a Domino : ut sim fidelis. Existimbo ergo hoc bonum esse ; propter instantem necessitatē quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori : noli querere solutionem ; solutus es ab uxore : noli querere uxorem. Si autem acciperis uxorem non peccasti ; Et si nupserit virgo non peccavit ; tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi

Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres; Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores; tanquam non habentes sint: & qui flent tanquam non flentes: & qui gaudent tanquam non gaudentes; & qui emunt tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. Præterit enim figura hujus mundi. Tu autem.

R. Locutus est ad me unus ex septem Angelis dicens veni ostendam tibi novam nuptam sponsam Agni * Et vidi Jerûalem descendenterem de cælo ornatam monilibus suis.
V. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum. Et vidi.

Benedictio. Benedictiōnibus suis. **Lectio ij.**

Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est sollicitus est quæ Domini sunt: quomodo placet Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi: quomodo placet uxori, & dominus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt: ut sit sancta

& corpore & Spiritu. Quæ autem nupta est cogitat quæ sunt mundi: quomodo placet viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico non ut lâqueum vobis injiciam; sed ad id quod honestum est: & quod facultatem prebeat, sine impedimento: Domini observandi. Tu autem.

R. Veniens à Libano quam pulchra facta es: * Et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata. **V.** Speciosa facta es & suavis in deliciis tuis. Et odor, Bened. Cœlestem benedictionem.

Lectio iiij.

Si quis autem turpem se videri existimat super Virginem sua; quod sit superadulta, & ita opertet fieri: quod vult faciat; non peccat: si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis; & hoc iudicavit in corde suo, servare Virginem suam: bene facit. Igitur & qui matrimonio jungit Virginem suam bene facit; & qui non jungit: melius facit. Mulier alligata est legi *

legi : quanto tempore vir
ejus vivit. Quod si dor-
mierit vir ejus ; liberata
est : cui vult nubat. Tan-
tum in Dómino. Beátor
autem erit ; si sic permá-
serit : secundum meum
consilium. Puto autem
quod & ego Spíritum Dei
hábeam. Tu autem.

¶ Diffusa est grátia in lá-
biis tuis. * Propterea bene-
dixit te Deus in æternum.
¶. Propter veritatem &
mansuetudinem & justi-
tiā & dedúcet te mirabili-
ter déxtera tua. Propterea.
Glória Patri. Propterea.

In secundo Nocturno.
Antiphona. Spécie tua.

Psalmus 44.

E Ructávit cor meum
verbum bonum : * di-
eo ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus
scribæ, velóciter scribétis.

Speciōlus forma præ fi-
liis hóminum : * diffusa est
grátia in lábiis tuis : * pro-
pterea benedixit te Deus
in æternum.

Accíngere gládio tuo
super femur tuum poten-
tíssime.

Spécie tua & pulchritú-
dine tua : * inténde próf-
perè, procéde & regna.

Propter veritatem , &
mansuetudinem, & justi-
tiā : * & dedúcet te mi-
rabíliter , déxtera tua.

Sagittæ tuæ acutæ : *
pópuli sub te cadent , in
corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sa-
culum sæculi : * virga di-
rectiōnis virga regni tui.

Dilexisti justitiam &
odisti iniquitatem: * pro-
pterea unxit te Deus, Deus
tuus óleo lætitiae præ con-
sórtibus tuis.

Myrrha & gutta & cásia
à vestimentis tuis , à dó-
mibus ebúrneis: * ex qui-
bus delectavérunt te filiæ
regum , in honore tuo.

Astitit regina à dext̄is
tuis in vestitu deaurato : *
circundata varietate.

Audi filia & vide, & in-
clína aurem tuam : * &
obliviscere pòpulum tuū,
& domum patris tui.

Et concupíscet Rex de-
còrem tuum : * quóniam
ipse est Dóminus Deus
tuus, & adorábunt eum.

Et filiæ tyri in munib⁹:
* vultum tuum depre-
cabuntur , omnes dívites
plebis.

Omnis glória ejus filiæ
Regis ab intus : * in sim-

briis aureis, circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi Viginis post eam: * proximae ejus afferentui tibi.

Afferentur in laetitia & exultatione: * adducentur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nōminis tui: * in omni generatio-ne & generatione in.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternū: * & in sæculum sæculi.

Glória Patri.

Ana. Spécie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procéde. & regna.

Ana. Adjuvábit eam.

Psalmus 45.

Deus nostrum refugiū & virtus: * adjutor in tribulatiōnibus quæ invenérunt nos nimis.

Propterea non timébimus dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eórum: * turbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum, altissimus.

Deus in medio ejus non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dílculo.

Conturbatæ sunt gentes & inclinata sunt regna: * degit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtutum nobiscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Venite & videte opera Dómini quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella, usque ad finem terræ.

Arcum cónteret & confringet arma: * & scuta cōburet igni.

Vacate & videte quodiam ego sum Deus: * exaltabor in géntibus, & exaltabor in terra.

Dóminus virtutum nobiscum: * suscéptor noster Deus Jacob. Glória Patri.

Ana. Adjuvábit eam Deus vultu suo, Deus in medio ejus non commovébitur.

Ana. Hortus conclusus.

Psalmus 47.

Magnus Dóminus & laudabilis nimis: * in

in civitáte Dei nostri in monte sancto ejus.

Fundáatur exultatione univerſæ terræ : * mons Sion látera aquilónis , cívitas regis magni.

Deus in domib⁹ ejus cognoscetur : * cum suscipiet eam.

Quóniam ecce Reges congregati sunt : * convererint in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt conturbáti sunt & commóti sunt : * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolores ut parturiéntis : * in spíritu vcheinénti, cónteres naves Tharsis.

Sicut audívi in sic vidi- mus in civitáte Dómini virtutum : * in civitáte Dei nostri : * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam : * in médio templi tui.

Secúnduni nomen tuum Deus sic & laus tua in fi- nes terræ : * justitia plena est, déxtera tua.

Lætetur mons Sion & exultent filia Judæ : * propter judicia tua Dñe.

Circumdáte Sion & complectimini eam : * narráte inter ibus ejus.

Pónite corda vestra in virtute ejus : * & distri- buite domos ejus ut enar- ratis in progénie altera.

Quóniam hic est Deus Deus noster in ætérnum & in sacerdote sacerduli : * ipse reget nos in sacerdula.

Glória Patri.

Aña. Hortus conclusus, soror mea ; hortus conclusus, fons signatus.

¶. Adjuvábit eam. Deus vultu suo. *¶.* Deus in médio ejus, non commovébitur. Pater noster. Depre- cat. Osténde nobis. Eene- dict. Deus Dei filius.

Serma sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. I. de Virginibus.

Leđi iv.

Invítat nunc integratís amor, ut aliquid de virginitate dicámus; ne veluti tránsitu quodā præstigiata videátur : quæ principalis est virtus. Non enim idèo laudabilis virginitas; quia in martyribus repéritur : sed quia ipsa martyres fáciat. Quis autem hu- máno eam possit ingénio comprehéndere ; qua nec natura suis inclúsit lé- gib⁹ ; aut quis naturálī voce complédi : quod su-

f **s**

prâ usum natûræ sit. Ecce-
lo accersívit quod imita-
rétur in terris; nec immé-
ritò vivéndi sibi usúm
quæsívit è cœlo: quæ sp̄-
sum sibi invénit in cœlo.
Hæc nubes, aëra, ánge-
los, sideraq; transgrédiens;
verbum Dei in ipso finu-
patris invénit: & toto hau-
sit p̄etore. Nam quis tan-
tùm cùm invenerit relin-
quat boni; Unguémentum
enim exinanitum est no-
men tuum: proptéreà
adolescentulæ dilexérunt
te: & attraxérunt te. Tu
autem:

R. Dilexisti justitiam &
odisti iniquitatem: * Pro-
ptéreà unxit te Deus; Deus
tuus. ¶ Omnis glória ejus
filiæ regis ab intus, in
fimbriis aureis. Proptérea.
Benedict. Aeternam: be-
neditiōhem.

Letio. v..

E Go licet laudationem,
Enon suscepimus virginitatis, sed expressiōnem;
ad rem tamen pertinere arbitror, ut quæ sit ei pá-
tria, quis auctor appáreat:
ac prius ubi sit pátria definiamus. Si enim ibi est pá-
tria; ubi genitale domicí-
lum suu cœlo profecto est

pátria castitatis. Itaque hic
ádvena: ibi incola est.
Quid autem est castitas
Virginalis; nisi expers cō-
tagiōnis intégritas? Atque
ejus auctórē quem p̄fili-
mus existimare nisi imma-
culatum Dei filium; cujus
caro non vidit corruptiō-
nem? Divinitas non est
experta contagionem. Vi-
dete igitur quanta virgi-
nitatis mérita sint. Christus
autem virginem. Christus
ex vírgine; à patre
quidem natus antè sœcu-
la; sed ex vírgine natus,
ob sœcula. Illud natūræ
suæ: hoc nostræ utilitā-
tis est. Illud erat semper;
hoc esse voluit. Spectate,
aliud virginitatis méri-
tum. Christus virgo, vír-
ginis sponsus; & si dici
potest Christus virginæ
castitatis; Virginitas enim
Christi: non virginitatis:
est Christus. Tu autem.

R. A dextris est mihi;
Dñs ne commovear. * Pro-
pter hoc delectatum est
cor meum & exultavit língua
mea. ¶ Conserva me
Dómine quóniam in te
sperávi, dixi Dómino
Deus meus es tu. Propter.
Bened. Gráta Spíritus.

Letio.

Lectio vj.

Audi igitur filia & vi-de & inclina aurem tuam: & obliuiscere pó-pulum tuum & domum patris tui ; quóniam concupivit rex spéciem tuam: quia ipse est Deus tuus. Advénte quantum tibi Spíritus sanctus: Scriptúræ dívinae testificatiōne de-tulerit. Regnum aurum, pulchritúdinem. Argen-tum; vel quia sponsa es regis aetérii : vel quia in-victum ánimum gerens ab illécebris voluptatum; non captiva habéris : sed quasi regina dominaris. Arium ; quia sicut illa matéries examinata igne p̄t̄iōsior est: ita cōporis h̄écies virginális ; Spíritu cōsecrata divino: formæ suæ acquirit augmēntum, Pulchritúdinem verò, quis potest majorem existimā-re : decore ejus, quæ amá-eur à Rege : probatur à Júdice ; dedicatur Dómi-no: cōsecratur Deo. Sem-per sponsa : semper inúpta ; ut nec amor finem habeat : nec damnum pudor. Hæc profécto vera pulchritúdo est : cui nihil deest. Quæ sola merétur

audire à Dómino: tota es formósa: próxima mea: & reprehēnsio non est in te. Tu autem.

R. Induit me Dóminus vestimēto salutis, & indumento lætitiae circūde-dit me: * Et tanquā spon-sam decoravit me coróna.

R. Gaudens gaudébo in Dño & exultabit ánima mea in Deo meo. Et tan-quam. Glória. Et tanquā.

In tertio Nocturno.

Aña. Surge Aquilo.

Psalms. 86.

Fundamenta ejus im-montibus sanctis: * di-ligit Dñs portas Sion, super ómnia tabernacula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de-te, cívitas Dei.

Memor ero Rahab, & Babylónis, scientium me.

Ecce alienigenæ & Ty-rus, & p̄opus Æthyo-pum: * hi fuérunt illic.

Nunquid Sion dicet ho-mo: * & ho-mo natus est: in ea; * & ipse fundávit eam altissimus.

Dóminus narrabit in scriptúris populorum, & principum: * horum qui fuérunt in ea:

Sicut lætantium om-

nium , habitatio est in te.
Glória Patri.

Aña. Surge Aquilo & ven-
tus Auster , perfla hortum
meum , & fluent aromáta
illius. *Aña.* Média nocte.

Psalmus. 96.

Dominus regnávit e-
xultet terra : * lætén-
tur insulæ multæ.

Nubes & caligo in cir-
citu ejus : * justitia & ju-
diciū corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcé-
det : * & inflamnabit in-
circuítu , inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus
orbi terræ: * vidit & com-
móta est terra.

Montes sicut cera fluxé-
runt à facie Dómini: à fa-
cie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli ju-
stitiam ejus: * & vidérunt
omnes populi gloriā ejus.

Confundántur omnes
qui adórant sculptília: *
& qui gloriántur , in si-
mulachris suis.

Adoráte eum omnes áni-
geli ejus: * audívit , & læ-
táta est Sion.

Et exultávérunt filiæ
Iudeæ : * propter judicia
tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus
alíllimus super omnem

terram: * nimis exaltátes
es , super omnes Deos.

Qui diligitis Dóminum
odíte malum: * custódit
Dóminus ánimás sanctó-
rum suórum : * de manu
peccatóris , liberávit eos.

Lux orta est justo : * &
rectis corde lætitia.

Lætámini justi in Dómi-
no : * & consitémini me-
moriæ , sanctificationis
ejus. Glória Patri.

Aña. Média nocte clamor
factus est ; ecce sponsus
venit , exite obviam ei..

Aña. Vírgines prudéntes..
Psalmus. 97.

Cantáte Dómino can-
ticum novum: * quia
mirabília fecit..

Salvávit sibi déxtera
ejus : * & bráchium: san-
ctum ejus.

Notum fecit Dóminus:
salutáte suum; * ante con-
spéctum géntium , reve-
lávit justitiam suam.

Recordátus est miseri-
córdiæ suæ , & veritatis
suæ dómui Istraël.

Vidérunt omnes térmí-
ni terræ , salutare Dei no-
stri : * jubiláte Domino
omnis terra: * cantáte , &
exultáte , & Psallite.

Psallite Dómino in cy-
thara,

chata , in cythara & voce
psalmi: * in tubis ductili-
bus, & voce tubæ cornæ.
Jubilâte in conspœctu re-
gis Dómini : * moveâtur
mare & plenitudo ejus : *
orbis terrarum, & qui há-
bitant in eo.

Flúmina plaudent ma-
nu simul : * montes exul-
tabunt à conspœctu Dómi-
ni: * quóniam venit, judi-
câre terram.

Judicâbit orbem terrá-
rum in justitia: * & pôpu-
los in æquitate.

Glória Patri.

Aña. Vírgines prudéntes
sumpsérunt óleum in vasis
fuis, cum lampádibus.

V. Diffusa est grátia in lá-
biis tuis.

R. Proptéreà benedixit te
Deus in æternum.

Pater noster.

Deprecatio. Adjutórium
nostrum.

Benedictio. Redémptor.

Légió sancti Evangélij:
secundùm Marthæum.

Lectio viij.

*I*n illo témpore. Dixit
Iesus discípulis suis. Sí-
mile est regnum celorum
decem Virgínibus ; que
acciپetes lámpades suas
exierunt óbviām, sponso-

& sponsæ. Quinque autem
ex eis erant fâtre: & quin-
que prudéntes. Sed quin-
que fâtuæ accéptis lam-
pâdibus: non sumpsérunt
óleum secum. Et reliqua.
Homilia sancti Augustíni
Episcopi.

Serm 23. de Verbis Domini.

*I*nténtum me fecit Evâ-
gélium sanctum. Etiam
ipſas Vírgines & ipſas fe-
réntes lampádes; álias di-
xit prudéntes: álias stu-
tas. Unde intuémur; itndē
discérnimus: de óleo. Ali-
quid magnum significat
óleum? valdè magnum.
Putas non châritas est?
Quarendo dícimus: non
senténtiam præcipitamus.
Unde mihi videâtur óleum
châritas. significari: dicam
vobis. Apóstolus dicit;
qñc supereminentiorem
vobis. viam demostro. Su-
pereminentiore via, quâ
demónstrat: ecce si lin-
guis hóminum loquar &
Angelórum; charitatem
autem non hábeam: factus
sum æraméntum sonans,
aut cymbalum tinniens.
Ipſa est supereminenſis via;
id est châritas: quæ mé-
ritò, óleo significatur. Tu
autem.

R. Quæ-

R. Quæ est ista quæ al-
cendit per desértum sicut
vírgula sumi ex aromáti-
bus : * Myrrhæ & thuris,
& univérsi púlveris pig-
mentárii. **V.** Emissiónes
tuæ paradísus malórum
punicórum, eum pomó-
rum fructibus. Myrrhæ.
Benedict. Unigenitus Dei
Fílius,

Lectio viii.

Voluérunt obviām ire
sponso. Quid est ire
obviām sponso? corde ire?
expectare ejus advéntum.
Sed ille tardábat. Dum tar-
dat ille : dormiérum om-
nes. Quid est omnes ! Et
fatuæ & sapiéntes ; dor-
mitavérunt omnes : & dor-
miérunt. Putámus bonus
est somnus iste.. Quid est
somnus iste? ne fortè tar-
dánte sponso ; quóniam
abúndat iniquitas : refri-
gésctet cháritas multórū.
Sic enī intellectúri sumus
istum somnum ? non mihi
placet. Dico quare. Quia
sunt ibi prudéntes ; & úti-
que quandò dixit Dómi-
nus , quóniam abundávit
iniquitas: refrigésctet chár-
itas multórū. Subjécit
& ait. Qui autem perseve-
ráverit usque in finem: hic

salvus erit. Ubi vultis esse
istas prudéntes? Nonnè in
his quæ perseveráverunt
usque in finem. Non ob
áliud protsùs admitterént-
ur intrò: nisi quia perse-
veravérunt usque in fi-
nem. Tu autem Dómine.
R. Surge própera, amica
mea & veni ; jam enim
hyems tránsit, imber ábiit
& recéssit : * Flores appa-
ruerunt in terra. **V.** Vox
tútrugis audita est in te; ra
nostra, fíeis prótulit gros-
sos suos. Flores apparué-
runt.

Benedictio. Ad supernó-
rum cíviunt.

Lectio ix.

NE fortè inquiunt non
sufficiat nobis & vo-
bis, ite pótius ad vendéntes : & emíte vobis. Non
consuléntium, sed irridéntium. est ista respónsio.
Quare irridéntium : quia
sapiéntes erant ; quia sa-
piéntia erat in illis : non
ením sapiéntes de suo
erant. Sed illa in illis erat:
sapiéntia de qua scriptum
est in qnodam libro ; quæ
dicit contemptóribus suis,
cùm vénerint ad mala quæ
illis minata est. Et ego ve-
stræ perditlóni super irri-
débo..

Débo: Quid mirū est, quia sapientes irritidēnt fātuas? quid est irridēre? Ite ad vendēntes & emīte vobis Quæ non solebātis benē vivere; nisi quia vos homines laudābant; quia vobis óleum vēdēbant. Quid est óleum vendēbant? laudes vendēbant. Qui vendēnt laudes nisi adulatōres? quantò magis non acquiescerētis adulatōribus; & intūs óleum portarētis; & propter bonam consciētiā ómuia bona ópera facerētis. Tu autem.

P. Laudāte Dóminum Deum nostrum: * Qui non deséruit sperāntes in se & in me adimplévit misericordiam suam, quam promisit dōmui Israēl.

V. Laudāte Dóminum omnes gentes, & collaudāte eum omnes pōpuli. Qui non deséruit. Glória Patri.

Qui non.

Si sit Festum Duplex vel occurrerit in Dominica dicitur. Tē Deum laudāmus. Et tunc non dicitur. Glória Patri.

A D L A U D E S.

Antiphona.

In odōrem unguentōrum tuorum currēmus;

adolescentulæ dilexērunt te nimis. *Psalmus.* Dóminus regnāvit. cum reliquias de Dominica. 20. *Antiph.* Pulchra es & decōra filia: Jerūsalem, terribilis ut castorū ácies ordinata. *Aña.* Duni c̄ll̄t. Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odōrem suum. *Aña.* Læva ejus sub cāpite meo, & dēxtera illius amplexabitur me, in æternū. *Antiphona.* Revērtere revērtere; Sunamītis, revērtere, revērtere; ut intueāmur te.

Capitulum. 2. Col. 10.

Qui gloriātut in Dómino no gloriétur; non enim qui sc̄ipsum comēndat, ille probátus est; sed quem Deus comēndat. **V.** Audīvit & lētāta est Sion.

P. Et exultavērunt filiae Judæ.

Ad Benedictus, Aña.

Ecce quod cupívi jam vīdeo quod sperāvi jam téneo; illi sum juncta in cælis quem in terris pōsitā tota devotio diléxi.

Orēmus. Oratio.

Indulgētiam nobis Dōmine beata N. Virgo & Martyr implōret; quæ tibi grata.

cxlvij Commune Virginum.

grata semper extitit, &
nárito castitatis: & tuæ
professione virtutis. Per.

Pro Virgine tantum.

Orémus. Oratio.

Exaudi nos Deus salu-
taris noster; ut sicut
de beatæ N. Virginis fe-
stivitate gaudemus: ita
piæ devotionis erudiā-
mur affectu. Per Dñm.

Ad Tertiam, Capitulum.
Qui gloriatur. ut suprà.

R. Spécie tua & pulchri-
tudine tua. Spécie. **V.** In-
ténde prósperè procéde &
regna. Spécie. Glória Pa-
tri. Spécie. **V.** Adjuvábit
eam Deus vultu suo.

R. Deus in médio ejus
non commovébitur.

Oratio. Indulgéntiam. vel
exaudi, &c.

Ad Sextam, Capitulum.
Amulor enim vos Dei
ximulatione; despón-
di enim, vos uni viro:
Vírginem castam exhibé-
re Christo.

R. Adjuvábit eam Deus
vultu suo. Adjúvábit.

V. Deus in médio ejus,
non commovébitur. Ad-
juvábit. Glória Patri. Ad-
juvábit. **V.** Diffusa est
gratia in lábiis tuis.

R. Proptéreà benedíxit te

Deus in æternum.

Pro Virgine & Martyre.

Orémus. Oratio.

Deus qui inter cætera
poténtiæ tuæ mirá-
cula, etiam in sexu frágili
victoriæ Martýrij contu-
listi: concéde propítius; ut
qui beatæ N. Virginis &
martyris tuæ, natalitia
cólimus: per ejus ad te
exempla gradiámur. Per
Dóminum.

Pro Virgine tantum.

Orémus. Oratio.

Deus qui nos sanctæ
Vírgen N. annua
solemnitate lætificas; con-
céde propítius ut ejus ad-
juvémur méritis: cujus
castitatis radiámur exém-
plis. Per Dóminum.

Ad Nonam, Capitulum.
i. Cor. 7.

Mulier innupta, & vir-
go; cogitat quæ Dó-
mini sunt: ut sit sancta
cörpore, & spíritu.

R. Diffusa est grácia in lá-
biis tuis. Diffusa. **V.** Pro-
ptéreà benedíxit te Deus
in æternum. Diffusa. Gló-
ria Patri. Diffusa.

V. Audívit & lætata est
Sion.

R. Et exultavérunt filiæ
Judæ.

Orémus

Commune Virginum. cxxxviij

Orémus. Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, qui infirma mudi éligis ut fórtia quæque confundas : concéde propítius; ut qui beatæ N. Virginis & Mártyris tux, solémnia cólimus : ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Pro Virgine tantum.

Orémus. Oratio.

Sicut et Vírginis tuæ. N. Dómine supplicatiōnibus tribue nos fovéri : ut cujus venerabílem solemnitátem debito celebrámus obséquio ; ejus intercessiōnibus commenedemur : & accendámur exémplis. Per Dóminum.

Ad Vesperas si sit Festum Duplex. Aña. In odárem cum reliquis de Laud. Psalmi, ut in primis Vesp.

Si autem non sit Festum Duplex dicuntur Antiphona & Psalmi de Feria occurrente. Capitul. & Versus ut suprà in j. Vesperis.

Ad Magnificat, Aña. Annulo suo subarrhávit me Dóminus meus Jesus Christus, & tanquā sponsam, decorávit me coróna. Oratio. Indulgéntiam. ut suprà.

Ad Processionem primum Respons. Officij diei sequentis. Oratio conveniens.

Ad Complet. Hymnus. Jesu corona Virginum.

In Feste Virginis triū Lectionum omnia ut suprà. Ad Vesperas Antiphona Psalm. de Feria occurrente. Capitul. Versus, Antiph. ad Magnificat. Annulo suo ut in secundis Vesperis.

Oratio ut suprà.

Ad Complet. Hymnus. Jesu corona Virginum.

Ad Matutinum, Invit. Regem Virginum Dóminum. Venite adorémus.

Novem Antiphona & novem Psalmi ut suprà. Ritus notato in comm. Apostolor. Due prima Lectiones de Scriptura occurrente. Tertia ut haberetur in proprio. Ad Laud. & Horas ut suprà.

Si contingat celebrari oct. de aliqua Virgine; Ofſicium infra octavam fit eodem ritu quo in Feste trium Lectionū. Due prime Lectiones de Scriptura occurrente, tertia ut haberetur infra pro qualibet die oct. ad Laudes & Horas ut in die Festi. Ad Vesperas Antiphona & Psalmi de Feria

xxxvij. *Commune Virginum.*

*Feria occurrente, Capitulū
Versus Aña ad Magnificat,
& Oratio ut in iij. Vesteris.*

*Ad Complet. Hymnus.
Jesu cora Virginum.*

*Die secunda infra O.T.
De Serm. S. Máximi Episc.
Serm. in Natali S. Agnetis.*

Lectio iij.

CUm in toto inundo
Virgineus flos Marix
immarcessibiles corónas
innéctat ; & sceptrígeram
pudóris aulam immaculá-
to consérvet afféctu : eo
usque intégritas perseve-
rávit ad palmam ; ut in
puéllis trophæuni sancti-
tatis arríperet : & per ve-
stigia Matris Vírginis, ad
cælestem thálamum per-
veníret. Hinc est quod á-
nulo fidei N. se afférit sub-
arrhátam : & clamat se,
amóre sponsi constríctam.
O quām imitâbile Virgí-
nibus : Virgo tui amóris,
tradidísti exéplum ; ô
quam sanctum pectóribus
dandum virgíneis : tribuí-
sti respónsum. Contem-
nendo mundi divítias; exe-
crando carnis concupis-
cētias : & solam Christi
pulchritúdinem adamán-
do. Accédite ad puéllam,
puéllæ ; & discite quales

in péctore suo : circa amo-
rem Christi , flamas ac-
cendit. Dicit se amatōri
suo serváre fidem ; & ejus
corpus concupiscere so-
lum: qui pro amóre hómi-
num , mortis non recusá-
vit intérimum. Tu autem.

*Die tertia infra o. Tavā.
De Sermône sanceti Máxi-
mi Episcopi.*

Eodem Sermone.

Lectio iij.

Beatissima N. magnum
de se pudicitiæ exci-
távit exéplum; cùm Vir-
ginitátem prætulit vitæ :
omnémque à se amórem
sceléstum expéllens , tro-
phæum crucis Christi ar-
rípuit. Et tam contra libi-
dines quām étiam contra
supplicia univérsa ; fide-
pótius armata quam ferro:
fórtiter dimicávit , &
vicit. Aspicit déniq' blá-
diéntem , & rēnuit; minán-
tem incéndium : atténdit,
& rider. Nescit amáre áli-
quid quod transit; & dum
nimis virginitátem dili-
git: nec ludibria; nec flam-
mas ; nec supplicia : nec
carnífices méuit. Postré-
mò nec gládium : furéntis
percussoris expávit. Com-
péllitur Virgo ornaménta:
luscipe:

Assumpsere cōrporis ; sed tē-
nuit : quóniam jam sus-
céperat mentis. Et quia
non de elegántiâ cōporis
humáni placére studébat ;
quia timébat de fœditáte
ánimæ Dómino displicé-
re : dabat intùs per fidem
sux menti candórem : pul-
chritúdinem. excolébat
ánimæ ; & quantùm sit é-
bat ut ánimam suam pul-
chram fáceret : tantùm in
cōpore erubescébat se es-
se formosam. Tu autem
Dómine.

Die quarta infra octav.
De Sermóne sancti Augu-
stini Episcopi.
Lib. de sancta Virginita-
te sub initium.

Lectio iij.

CUM ipsa ígitur uni-
vérsa Ecclésia virgo
sit despósata uni viro
Christo ; sicut dicit Apó-
stolus : quantò digna sunt
honóre membra ejus ; quæ
hoc custódiunt étiam in
ipsa carne : quod tota cu-
stódit in fide. Quæ imitá-
tur matrem viri sui : &
Dómini sui. Nam Ecclésia
quoque & mater & virgo
est. Cujus enim integri-
tati consúlimus ; si virgo
non est : aut cujus prolem

allóquimur ; si mater non
est ? María corporáliter
caput hujus cōporis pépe-
rit ; Ecclésia spíritaliter :
membra illius cápitis pa-
rit. In utráque virginitas,
fœcunditátem non impe-
dit : in útraque fœcundi-
tas, virginitatem non adi-
mit. Proindè cùm Ecclésia
univérsa sit sancta & cō-
pore & spíritu ; nec tamen
univérsa sit cōpore virgo,
sed spíritu : quantò sán-
ctior est in his membris,
ubi virgo est , & cōpore,
& spíritu. Tu autem.

Die quinta infra octav.
De Sermóne sancti Augu-
stini Episcopi.

De eodem Libro.

Lectio iij.

HAbeant conjúgia bo-
num suum. non quia
filios prócreant : sed quia
honéstè ; quia licítè : quia
pudice ; quia sociáliter pró-
creant : & procréatos pá-
riter , salúbriter, instánter
edúcant. Quia thori fidem
invicem servant : quia sa-
craméntum connúbij non
violant. Hęc tamen óm-
nia humáni officiј sunt
múnera ; virginális autem
intégritas , & per piam
continéntiam ab omni
concúbitu.

conceúbitu immunitas : Angélica pótio est , & in carne corruptibili incorruptionis perpétuæ meditatio. Cedat huic, omnis fœcunditas carnis : omnis pudicitia conjugális. Illa non est in potestáte : illa non est in æternitaté. Próférdo habébunt magnum aliquid præter cæteros in illa communí immortali- tate : qui habent aliquid jam non carnis , in carne.

Tu autem.

Die sexta infra octav.

Sermo sancti Gregórii Nysséni.

Lib. de Virginitate.

Lectio iii.

Qui Virginitatē nítens , vero sponso adhæret animus ; non à corporeis solum abscedit sórdibus : sed hinc quidem ille puritatem auspicabitur ; simili verò étiam ratione , parique diligētia ad ómnia perténdet ; idque adeò timens , ne quo extra honesti ac officii rationem vergente corde : mali alicujus comércio , adulteræ mentis labem aliquam , ea parte admittat. Verbi grátia , qui Dómino adhæret ani-

mus : ut unus cum eo fiat spíritus ; velut sociális vi- tæ jura professus , ut eum solum , ex toto corde , totaque virtute diligat : nec adulteræ adhærebit ; ne unum cum illâ corpus efficiatur : nec aliud quidquam eórum quæ saluti adverfa sunt , admittet.

Die septima infra octav.

De Sermóne S. Methylene , Patriárchæ Constan- tinopolitáni.

Lib. de Castitate.

Lectio iij.

Christus ipse , ánimis in Virginitatis propó- sito constanter commendans , ait. Sicut lílum in médio spinárum : sic próxi- ma mea in médio filiárum. Lilio cōparans propter puritatem ; fragrantiam suavitatem ; & hilari- tatem recreántis oculos speciei : donum Virginitatis. Verna quippe res Virginitas ; mólliter efflo- rescéntibus , & semper cándidus exhalans calicibus : incorruptionem. Unde & se amáre ipsius foris formam , fatéri non erubescit : dum in sequénti- bus , sic ait. Cor abstulisti nobis soror mea sponsa ;

cqr

cor abstulisti nobis uno ex oculis tuis: in uno ornamento cervicum tuarum. Has, Christus, animabus, quae ad Virginitatis casta accesserunt, laudes canit; omnes uno circumscribens sponsæ vocabulo: quoniam sponsam sponsu nuncupari decet; prorsusque illibatam servari. Instar horti signati ubi omnia cœlestis fragrantiae aromata nascuntur: ut solus veniens ea carpat Christus, incorporeis gemmanta fructibus. Tu autem.

In die Octava semiduplicis maj. Omnia ut in die ad Vesper. Aña ad Magnif. ut in primis Vesperis festi.

Ad Complet. Hymnus. Iesu corona Virginum.

In primo Nocturno Letiones de Scriptura occurr.

In secundo Nocturno. De Sermone S. Gregorii Nysseni.

Libro de Virginitate.

Lectione iv.

Quid in intemerata Mariæ corporali gestu ratione est: ut plenitudo divinitatis in Christo, virginitatis flore elucere; hoc ipsum in omni quoque animo, qui virgi-

nitate fulgeat: ratione prestatur. Cum Dominus non amplius corporali adventu veniam: (Non enim adhuc inquit secundum carnem Christum novimus: sed ita ut spirituali ratione domo pectoris excipiatur; ac unam Patrem suum inducat: ut quodam loco testatur Evangelium. Igitur tanta vis Virginitatis est: ut & in celis apud Patrem spirituum maneat; & cum mundo superioribus potestatibus choros ducat: atque ad humananam ipsa salvatem conetur. Quæ nimis ad humanæ vitae commercium Deum per se ipsa trahat; inque seipsa, ad cœlestium rerum cupiditatem, velut additis penitus hominem erigat: ac velut vinculum humanæ cum Deo necessitudinis existat. Dum res tanto intervällo à se natura dissitas: quæ media intercedit, ad consensum cogit ac concordiam. Tu autem.

Lectione v.

Sublimis desiderii sociam ac adjutricem: ut in divinis litteris appellari solet: virginitatem homini

mini esse dicimus. Ut enim reliquorum studiorum artes quædam; quibus singula quæque, nostris dedita curis, exequamur? adinvéntæ sunt. Sic Virginitatis quoque disciplina mihi ars quædam & facultas divinioris vitæ esse videtur; quæ in carne viventes ad natüræ corpore vacantis, similitudinem compónat. Vitæ enim hujus studium omne ac institutum illud est: ne libidinum insultu animi altitudo in humile trahatur; nevè animus qui sublimia pere ac cælestia contueri debet: ad carnis sanguinisque vicia, affectusque, ac libidines prolabatur. Quo enim modò qui carnis terræ libidi ni cohærēscat: ac qui omnem humánis affectibus cupiditatem addixerit; ad cognatum ac spiritale lumen mentis oculum erexit: cùm ex pravâ ac ineruditâ occupatione, ad terræna luteaque vergat propensè, atque feratur. Tu autem.

Lectio vj.

VIdeturque ejus quæ in futuro ævo fruenda

est, beatitudinis; simulachrum quoddam Virginalis vita existere: multa signa præferens illorum bonorum quæ sunt per spem reposita. Facile verò eorū quæ dicta sunt veritas dilucēscat? orationis accuratio exāmine. Primum quidem; quod qui semel peccato mortuus est: deinceps vivat Deo. Qui non amplius morti fructificet, sed quoad licet, consummata in se carnali vitâ: beatam demum spem & apparitionem magni Dei expēctet; nullo intersticio inter se Deique adventum: per intercæptas generationes reliquo. Deinde quæ in resurrectione eximia futura bona sunt: iis in hac ipsâ vitâ fruuntur. Si enim vita angelis compar, post resurrectionem à Dōmino justis promissa est: hocque Angelicæ natüræ proprium, ut sint à nuptiis immunes; jam promissionis bona accepit? qui sanctorum commixtus splendōribus; vitaque impollutâ: spirituum puritatem imitatur. Tu autem Dōmine.

In

In tertio Nocturno.
Léctio sancti Evangélii?
secundum Matthæum.

Léctio viij.

IN illo tempore? Dixit Jesus discipulis suis. Si-mile est regnum cœlorum decem Virginibus; quæ accipiéntes lampades suas: exierunt obviam, sposo, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ: & quinque prudentes; sed quinque fatuæ accéptis lampadibus? non sumpserunt óleum secum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 22. de Verbis Domini.

VIdéntur mihi quinque Vírgenes; significare quinque: partitam continéntiam? à carnis illécebris. Continéndus est enim animi appetitus, à voluptate oculorum; à voluptate aurium; à voluptate olfaciéndi? gustandi, tangéndi. Sed quia ista continéntia partim coram Deo sit ut illi placeátur interiore gáudio consciétiæ; partim coram homínibus tantum, ut glória humána capiatur: quiaque dicuntur sa-

piéntes, & quinque stu-tæ. Utræquæ tamen Vir-gines; quia utrâque con-tinéntia est? quamvis di-vérso fómitate gáudeat. Lámpades autem sunt, quia mánibus portántur ópera, quæ secundum istam continéntiam fiunt. Tu autem.

Léctio viij.

Sed quinque fatuæ; ac-céptis lampadibus suis: non sumpserunt óleum secum. Multi enim quam-vis de Christi bonitatem plúrimum sperent; gáudiū tamen non habent, dum continénter vivunt? nisi in láudibus hominū. Non ergo habent óleum secum: nam ipsam létitiam, óleo significari ábitror. Propterea inquit unxit te Deus, Deus tuus: óleo létitiæ. Qui autem non propterea gaudet; quia Deo intrínsecus pla-cet: non habet óleum secum. Prudentes autem ac-cepérunt óleum secum in vasis, cum lampadibus suis; id est létitiam óperum bonorum? in corde atque consciétiâ posuérunt. Sic & Apóstolus mo-net. Probet se inquit ho-

mo : & tunc in semetipso
habébit glóriam , & non
in áltero. Tu autem.

Lectio ix.

EUntibus autem ilis
émere : venit sponsus.
Id est inclinántibus se illis
in ea quæ foris súnt : & só-
litis gaudére præsentibus;
quia gáudia interna : non
nóverant. Venit ille qui
júdicat. Et quæ parátæ
erant ; id est quibus bo-
num coram Deo testimó-
niūm consciéntia perha-
bat : intravérunt cum eo
ad nuptias ; id est ubi mū-
da ánima : sempitérno Dei
Verbo fœcundáta, copulá-
tur. Clusa est jánua , id
est recéptis illis , qui sunt
in Angélicam vitā immu-
tandi. Omnes enim resur-
gémus inquit ; sed non om-
nes immutábimur : clau-
sus est áditus ad regnum
cælorum. Non euim post
judícium : fatet precum,
aut meritórum locus.
Novíssimè autem véniant
& reliquæ Vírgines ; di-
céntes Dómine Dómine :
aperi nobis. Non dictum
est quod émerint óleum ;
& ídeò intelligéndæ sunt,
nullo jam remanénte , de
aliénis láudibus & magnis

afflictatióibus redire ad
imploratióne Dei. Sed
magna est ejus severitas
post judícium cujus ante
te judícium ? ineffábilis
misericórdia prærogáta
est. Tu autem.

*Ad Laudes & Horas om-
nia ut in die. Ad Vesperas,
Antiphona & Psalmi de
Feria occurrente.*

*Capitul. Vers Antiph. ad
Magnific. Orat, ut in se-
cundis Vesperis Festi. Ad
Completor. Hymnus. Iesu
corona Vírginum.*

*Ad Processionem i. Resp.
Officij diei sequentis.*

Oratio conveniens.

C O M M U N E
Mulierum sanctarum.
*Ad Vesperas si sit Festum
duplex Antiph. Dum esset
Rex, cum reliquis de Lau-
dibus Psalmi. De beáta
María. ut in eius Officio
parvo ad Vesperas. Si non
sit Festum duplex Anti-
phona & Psalmi de Feria
occurrente.*

Capitulum. Prov. 32.

MUlterem fortem quis
invéniet ; procul &
de últimis finibus prétium
ejus confidit in ea cor viri
sui, & spoliis non indigé-
bit. ¶ Spécie tua , & pul-
chritúdine

chrítudine tua. R. Intén.
de, prósperè procéde, &
regna.

Ad Magnificat, Aña.
Omnis qui se exáltat hu-
miliábitur; & qui se humí-
liat exaltábitur, dicit Dñs.

Orémus. *Oratio.*

EXaudi nos Deus salu-
taris noster; ut sicut de-
béatæ N. festivitáte gau-
démus; ita piæ devotio-
nis; erudiámur afféctu. Per
Dóminum.

Ad primam Processionem.
R. j. Diffusa est grátia in
labiis tuis: * Proptéreà be-
nedíxit te Deus in etérnū.

Orémus. *Oratio.*

PRécibus nostris Dómi-
ne sanctæ N. festa cele-
brámus; præsta quæsumus;
ut quæ peccatórum
nostrórum præpediúntur
obstáculis: illius méritis
reddántur accépta. Per Dó-
minum.

Ad secundam Processionem.
R. ij. Inítium sapiéntiae ti-
mor Dómini, intelléctus
bonus ómnibus faciénti-
bus eum: * laudáto ejus
manet in sæculum sæculi.

Orémus. *Oratio.*

IN sanctæ N. festivitáte
pretiosa, tua Dómine
mirabília prædicátes, vo-

Pars Verna.

ta nostra deférimus: præ-
sta quæsumus; ut sicut
ejus tibi grata sunt méri-
ta: sic nostræ servitútis;
accépta reddántur officia.
Per Dóminum nostrum.

Ad Completorium.

Hymnus.

FOrtem viríli pectóre,
Laudémus omnes fœ-
minam; Quæ sanctitatis glória,
Ubique fulget inclyta.
Hæc Christi amóre saú-
cia,

Dum mundi amórem nō-
xium

Horréscit; ad cælestia
Iter perégit árduum.

Carnē domans jejuniis,
Dulcique mentem pábulo
Orationis nûtriens,
Cæli potitur gáudiis.

Rex Christe virtus fór-
tium

Qui magna solus éfficis;
Hujus precátu quæsumus,
Audi benígnus supplices.

Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nuac & in perpétuum
Amen.

Ad Matutinum.

Invitator. In honórem
beatissimæ N. jubilémus;
& cantémus Dómino.

g

cxlvj Commune Mulierum sanctorum.

Psal. Venite exultemus. 2.

In primo Nocturno.

Aña. O quam pulchra est, casta generatio, cum claritate. *Psalm.* Dómine Dóminus noster. *ut suprà in Communi Virginum.* cxj.

Aña. In die tribulatiōnis meæ Deum exquisivi mānibus meis. *Psalm.* Conserua me Dómine. cxj.

Aña. Deus adjūvat me, Dñs suscéptor est ánimæ meæ. *Psal.* Dómini est terra. *ut suprà.* cxij.

¶. Spécie tua & pulchritudine tua.

R. Intende prosperè, procede, & regna. Pater noster.

Deprec. Exúrge Dómine. Súscipe deprecationē. *Benedict.* Adjutor & propitiator.

De Parabolis Salomónis.

Proverb. 3 i.

Lectio j.

Mulierem fortem quis invéniet? procul & de últimis finibus prétium ejus; confidit in ea cor vivi sui; & spoliis non indigébit. Reddet ei bonum & non malum; omnibus diébus vitæ suæ. Quæsivit lanam & linum; & operata est consilio mānuum suarum; facta est quasi na-

vis institóris; de longe portans panē suum. Et de nocte surréxit; dedítque prædam domésticis suis; & cibaria ancillis suis. Cósiderávit agnum & emit eum; de fructu mānuum suarum, plantavit vīneam. Accinxit fortitudine lumbos suos; & roboravit brachium suum. Tu autem.

R. Diffusa est grátia in lábiis tuis: * Propterea benedíxit te Deus in ætérnum. *¶.* Propter veritatem & mansuetudinem, & justitiam, & dedúcet te mirabiliter dexterā tua. Propterea. *Benedict.* Benedictionibus suis.

Lectio ii.

Gustávit & vidi quia bona est negotiatio ejus; non extinguétur in nocte lucerna ejus. Manū suam misit ad fórtia; & dígitī ejus apprehendérunt fusum. Manū suam apéruit inopī; & palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit dómui suæ à frigóribus nivis; omnes enim doméstici ejus; vestiti sūt duplícibus. Stragulatam vestē fecit sibi; byssus & púrpura; indumentū ejus. Nóbilis in portis

portis vir ejus : quando séderit cum senatóribus terræ. Sindonem fecit & vénididit: & cíngulum trádidiit Chananæo. Tu auté.
 R. Inítium sapiéntiæ timor Dómini , intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * Laudáto ejus manet, in sæculum sæculi.
 V. Dispérsit, dedit paupéribus laudáto ejus.

Benedict. Cælestem benedictionem.

Lectio iij.

Fortitudo & decor in duméntum ejus : & ri-débit in die novíssimo. Os suum apéruit sapiéntiæ : & lex cleméntiæ in lingua ejus. Considerávit sémitas domus sua : & pané otiosa non comédit. Surrexérunt filii ejus ; & beatissimam prædicavérunt : vir ejus & laudávit eam. Multæ filiæ congregavérunt divítias : tu supergréssa es univérsas. Fallax grátia ; & vana est pulchritúdo : mulier timens Dóminum, ipsa laudábitur. Date ei de fructu mánuum suárum : & laudent eam in portis, ópera ejus. Tu autem.
 R. Spem in álio nunquam hábui præter in te Deus

Israël : * Qui irásceris & propitiáris & ómnia pec-cáta hóminum , in tribulatióne dimittis. V. Mé-ménto Dómine , & ostén-de te nobis, in témporte tribulatiónis nostræ. Qui irásceris. Glória Patri. Qui irásceris.

In secundo Nocturno.
 Antiphona. Spécie tua, & pulchritúdine tua, inténde prosperè, procéde & regna.
 Psalmus. Eruat cor meum verbum bonum. ut sup.in Communi Virg.cxiv.
 Aña. Adjuvábit eam Deus vultu suo , Deus in médio ejus , non commovébitur.
 Psalmus. Deus nostrum refúgium. cxv.

Aña. Bonum est sperare in Dómino quam sperare in princípibus. Psalm. Ma-gnus Dóminus & laudábilis , nimis. cxvi.

V. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

R. Deus in médio ejus, non commovébitur.

Pater noster.

Deprecatio. Osténde nobis Dómine.

Benedict. Deus Dei Fílius. De Sermóne sancti Gre-górij Nazianzéni.

In Laudem S. Gorgonia.

Lectio iv.

BÉATA N.pudicitiæ qui-
dem laude adeò præ-
stítit ; adeóque non modò
omnes ætatis suæ mulie-
res sed etiàm véteres quæ
eo virtutis génere florúlf-
se dicuntur, antecélluit; ut
cùm in duo hæc génera
vita nostra omnis divisa
sit : nimírum in matrimón-
nium & cælibátum ; quo-
rum áltérum ut præstán-
tius & divínius : ita ma-
joris quoque labóris & pe-
rículi ; áltérum humílius
quidem & abjectiùs : cæ-
terùm minóri periculo ob-
nóxiūm ; vitatis utriúsque
status incómmodis : quid-
quid in utróque cómmodi-
erat, delégerit , in unúm-
que coégerit. Altérius né-
pè sublimitátem : altérius
securitátem. Fuerítque, ci-
trà superciliūm pudica ;
cælibátus cómmoda ma-
trimónio témperans : ac
re ipsâ osténdens, neutrum
horum suáptè natúrâ tale
esse ; ut nos prorsùs vel
Déo vel in mundo adstrín-
gat : vel ab his pénitùs
nos séparet. Tu autem.
¶. Dilexísti justitiam &
odistí iniquitátem: * Pro-
prérea unxit te Deus, Deus

tuus. ¶. Omnis glória
ejus filia Regis ab intus ;
in fimbriis aureis. Pro-
ptérea. **Beneá.** Æternam
benedíct: **Lectio v.**

NON enim quia carni
conjuncta erat ; idcir-
cò à Spíritu disjuncta est ?
nec quia pro cápite virum
habébat ; idèò primárium
caput ignorávit. Sed mun-
do , naturæque hæc tenus
obsecúta ; ut carnis legi, vel
ei pótius qui hanc carni
legē indíxit satisfáceret :
totam se pósteà Deo con-
secrávit. Enim verò diví-
nus Sálomon in provér-
biis ; fœminam domi ma-
nérein virúmque amán-
tem laudat : quæ honéstè
in domo versátur : ac mu-
liébria officia virili & stré-
nuo ánimo exequitur :
sempérque ad fusum & co-
lum manus obfirmat ; cæ-
teraque ómnia præstat :
quæ ille de honestâ & in-
dústriâ matrónâ prædicá-
vit. Ego verò si ab his re-
bus laudandæ N.argumén-
ta péterem : similiter fá-
cerem, ac si ab umbrâ stá-
tuam laudárem ; aut ab
únguibus leónem : ejéctis
majóribus & excellentiós-
ribus. Tu autem.

R. Deus, in te sperávi;
Dómine non confundar in
æternum: * In tua justitia
libera me & éripe me.
V. Quóniam tu es patien-
tia mea Dómine, Dómine
spes mea à juventute mea:
In tua justitia.

Benedictio. Grátia Spíritus
sancti.

Lectio vij.

Quænam umquam dí-
gnior fuit quæ in pú-
blicum se inférret; quæ-
nam tamen ráriùs visa est
minúsque virórum óculis
pátuit. Quænam óculos
æquè frænávit; quænam
rísium ádeò irrísit: ádeò ut
vel levíter subrisíssle, pro-
pé modum nímiùm ipsi
viderétur. Quæna áuribus
suis jánuas magis impó-
suit; quænam rursùs eas
divino sermóni magis
apertas hábuit: imò quæ-
nam mentem linguæ mo-
deratricem magis præfé-
cit, ad prænuntiandas Dei
justificatiōnes; Quænam
modum ordinémque lábiis
suis magis cōstítuit; unus
illi rubor placébat quem
gignit pudor: unus candor
quem parit abstinentia.
Tu autem Dómine.
A. Parátum cor meum

Deus. parátum cor meum:
* Cantábo & Psalmum dí-
cam Dómino. **V.** Exúrgē
glória mea, exúrgē Psalté-
rium & cythara, exúrgam
dilúculo. Cantábo. Glória
Patri. Cantábo.

In tertio nocturno.

Antiphona. Déxtera Dó-
mini fecit virtutem; déx-
tera Dómini exaltávit me.
Psalm. Fundaménta ejus
in móntibus sanctis. *ut*
sup. in Communi Virg. cxix.
Aña. Surge áquilo & ve-
ni austér, perfla hortum meū
& fluent aromáta illius.

Psalmus. Dóminus re-
gnávit. cxix. **Antiphona.**
Quam pulchri sunt gressus
tui calceaménti, filia prín-
cipis. **Psal.** Cantáte Dó-
mino canticum novum: *
quia mirabília. cxx.

V. Diffusa est grátia in lá-
biis tuis. **R.** Proptéreá be-
nedíxit te Deus in æter-
num. Pater noster.

Deprecatio. Adjutórium
nostrum.

Benedict. Redémptor hu-
máni.

Lectio sancti Eyangélij:
secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore! Dixit
Jesus discípulis suis. Sí-

c^l. *Commune Mulierum sanctorum.*

Simile est regnum cælorum insigne disciplinæ. Tu autem Dómine.
¶ Quæ est ista quæ as-
cendit per desértum, sicut
vírgula fumi; ex aromati-
bus: * Myrrhæ & thuris &
univérsi púlveris pigmen-
tarij. ¶ Emissio[n]es tuæ
Paradísus malorum puni-
còrum, cum pomorum
fructibus. Myrrhæ.

Homilia sancti Petri

Chrysólogi.

De parabolis invente mar-
gar. Et Sagena missa.

Christus Jesus Célestia
terrénis comméndat
exémplis; de præsentibus
sápere dat futura: invisi-
bia, visibilius insímulat
arguméntis. Probant hoc,
similitudines, quas nobis
hodie: Evágélicus clamat
auditus. Simile est regnum
cælorum; hómini negotia-
tori: quærenti bonas Mar-
garitas. Néminem qui hoc
audit: nomen negotiatoris
offéndat: hīc negotiató-
rem lóquitur: qui dat mi-
sericordiam: non qui dat
fœnoris, semper usúram.
Providéntem, ornaménta
virtútum: non irritamén-
ta vitiórum; gravitátem
morum: non lapidum pón-
dera perferéntem. Hone-
statis, non luxus monília
portántem; gestántem non
voluptatis pompam: sed

Simile est regnum cælo-
rum: sagénæ missæ in
mare. Similitudo hæc pro-
dit: cur in apostolátum
piscatóres éligerit Chri-
stus; & captóres píscium:
fécerit hóminum piscató-
res; ut divini Judicij typus;
arte piscatóriâ monstraré-
tur. Pisces congregat ca-
ptura confúsos: sed in va-
sa discréto dat élertos; sic
vocatio Christiána: justos.
& iniustos malos bonosque
congregat; sed bonos
malosque. Eléctio divina
discérrit. Simile est re-
gnum cælorum: Sagénæ
missæ in mare. Ad hujus
sæculi niare: cumens pom-
pâ; elatum vértice; undó-
sum sectis; inscitiâ flú-
ctuans; clamósuum lítibus;
fremens irâ; sævum perfidiâ;

diâ; peccatis naufragum; impietate demersum? misit Piscatores suos Christus. Tu autem.

¶. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine; psallam & intelligam: * In via immaculata quandò vénies ad me. ¶. Perambulabam in innocéntia cordis mei in médio domus meæ, In via.

Bened. Ad supernorum.

Lectio ix.

In consummatiōne sæculi; exibunt Angeli Dei; & segregabunt malos de medio justorum. In consummatiōne sæculi. Qui consummatiōnem sæculi credit; quid de sæculi minoratiōne causatur? qui confidit mansura succedere; habere quid querit transitūra? Fratres; mundus de fine principiū sumit? fine innovatur, non deficit creatura. Sæculum deficit; non Creatori, sed criminis? neque justis; sed peccatoribus finiuntur elemēta. In consummatiōne sæculi; exibunt Angeli; separare justos. Nec quisquam dubitet; sanctis Angelos esse parituros: quibus obsequium suum,

promittit & Christus Christi vox est: præcingā me, & ministrabo vobis. Segregabut malos de médio justorum. Portate justis portate: imò inducias justi date; brevis ista mixtura: longa separatiōne pensabitur. Tu autem.

¶. Stáuit Dominus supra petram pedes meos, & dixerit gressus meos, Deus meus: * Et immisit in os meum canticum novum.

¶. Expéctans expectavi Dominum & respexit me; & exaudivit deprecationem meam. Et immisit. Glória Patri. Et immisit.

Si sit Festum Duplex vel in Dominicā occurrit. dicitur. Te Deum laudamus. Et tunc omittitur. Glória Patri.

AD LAUDES,
Antiphona.

Dum esset Rex in acubitu suo, nardus mea, dedit odorem suum. Psalmus. Dominus regnavit. cum reliquis de Dominicā. 20. Antiphona. In tribulatiōne invocavi Dóminum, & exaudivit me in latitudine. Aña. Sub umbra illius quem desiderabam sedi & fructus

clij *Commune Mulierum sanctorum.*

ejus dulcis gútturi meo.
Aña. Jocundare filia Sion:
exulta satis , filia Jerúsa-
lem, allelúa. *Aña.* Revér-
tere, revértere Sunamítiss;
revértere , revértere , ut
intueámur te.

Capitulum. Proy. 31.
MUlíerem fortem quis
invéniet ; procul &
de últimis finibus prétium
ejus , Confidit in ea cor
viri sui: & spóliis non in-
digébit.
¶. Audívit & létata est
Sion.
¶. Et exultavérunt filiæ
Judæ.

Ad Benedictus , Aña.
Ego autem ad Dóminum
aspíciam , & expectábo
Deum salvatórem meum.

Orémus. *Oratio.*
Exáudi nos Deus salu-
taris noster ; ut sicut de-
beátæ N. festivitaté gau-
démus: ita piæ devotionis,
erudiámur afféctu. Per Dó-
minum.

Ad Tertiam, Capitulum.
Mulíerem fortem quis in-
véniet. *ut suprà.*

¶. Spécie tua , & pulchri-
tudine tua. Spécie. ¶. In-
ténde prósperè, procéde, &
regna. Spécie tua. Glória
Patri. Spécie tua. ¶. Ad-

juvábit eam Deus vultus
suo. ¶. Deus in médio
ejus non commovébitur.

Oratio. Exáudi nos Deus
salutáris noster. *ut suprà.*

Ad Sextam, Capitulum.

MAnum suam apéruit
inopis; & palmas suas
exténdit ad páuperem;
non timébit Dómuī suæ ,
à frigóribus nivis.

¶. Adjuvábit eam Deus
vultu suo. Adjuvábit.

¶. Deus in médio ejus non
commovébitur. Adjuvá-
bit. Glória Patri, Adjuvá-
bit. ¶. Diffusa est grátia
in lábiis tuis. ¶. Proptréa
benedíxit te Deus in æter-
num.

Orémus. *Oratio.*
PRécibus nostris Dómi-
ne, sanctæ N. festa cele-
brámus : præsta quæsu-
mus ; ut quæ peccatórum
nostrorum præpediúntur
obstáculis : illius méritis
reddántur accépta. Per
Dóminum.

Ad Nonam, Capitulum.
MUltæ filiæ congrega-
vérunt divírias, tu su-
pergrésia es univérsas; fal-
lax grátia, & vana est pul-
chritúdo : mulier timens
Dóminum ipsa laudábitur.
¶. Diffusa est grátia in
lábiis

Iábiis tuis. Diffusa.
¶. Propterea benedixit te
Deus in æternum. Diffusa.
Glória Patri. Diffusa.
¶. Audívit & lætáta est
Sion. &c. Et exultaverunt
filii Iudeæ.

Orémus. Oratio.

IN Sanctæ N. festivitate.
I prætiosa, tua Dómine
mirabilia prædicantes, vo-
ta nostra deférimus: præ-
sta quæsumus; ut sicut ejus
tibi grata sunt mérita: sic
nostræ servitutis, accépta
reddantur officia. Per Dó-
minum.

Ad Vesperas si sit du-
plex: Aña. Dum eslet
Rex. cum reliquis de Lau-
dibus. Psalmi. De Béata.
ut in ejus Officio parvo.

Si non sit Festum duplex
Aña & Psalmi de Feria oc-
currente. Capit. & Versus
ut suprà, in primis Vesp.

Ad Magnificat, Aña.
Læva ejus sub capite meo
& dexter illius amplexá-
bitur me in æternum.
Oratio. Exaudi nos Deus
Salutáris noster. ut suprà
ad Laudes.

Ad Processionem, primum
Resp. Officij diei sequentis.

Ad Complet. Hymnu-
Fortem virili pectore.

In festo mulieris sanctæ
trium Lectionum. Omnia
ut suprà, ritu quo nota-
tum est in Communi Apo-
stolorum, trium Lectionum.

Ad Vesperas Antiphona
Psalmi de Feria occuren-
te Capitulum Versus An-
tiph. ad Magnificat. Læva
eius. ut in secundis Vespe-
ris Festi. Ad Completo-
Hymnus. Fortem virili pe-
ctore. Oratio ut suprà. Ad
Matutinum Invitator. In
honorem. ut sup. cxxxij.

Novem Antiphona &
novem Psalmi ut sup. Duæ
prima Lectiones de Scrip-
tura occurrente, tertia ut
habetur in proprio. Ad
Laudes & Horas ut sup.

Si contingat celebrari
octavam de aliqua Mulie-
re sancta, Officium infra
octavam fit eodem ritu
quo in Festo trium Lectionum.
Duæ primæ Lectiones
de Scriptura occurrente,
tertia ut habetur infra
pro qualibet die octava.
Ad Laudes & Horas ut in
die Festi. Ad Vesperas An-
tiphona & Psalmi de Fe-
ria occurrente. Capitul-
Versus, Antiphona ad Ma-
gnificat & Oratio ut in se-
cundis Vesperis diei Festi.

cliv Commune Mulierum sanctarum.

Ad Completorium Hymnus. Fortem virili pectore.
Die secunda infra octau.
De Sermone S. Ambrósij
Episcopi.

Libro de Víduis.

Lectio iij.

Vídua non abstinentia tantum corporis defini-
nitur; sed virtute designá-
tur: cui præcepta non do-
ego sed Apóstolus trábuit;
honorificéntiam non solus
impártior: sed géntium
Doctor prius déculit, di-
cens. Víduas honóra: quæ
verè víduæ sunt. Si qua
autem vídua filios aut ne-
pótes hábet; discat primum
suam domum régere: &
mútuam vicem réddere
paréntibus. Unde & advér-
titur, utrúnque pietatis af-
féctum víduæ inélle debé-
re; ut filios diligat: parénti-
bus déferat. Ità dum ob-
séquium paréntibus repén-
dit; magistérium exércet
in filios: suóque ipsa re-
munerátur officio; cùm id
quod álliis defert: sibi pró-
ficit. Hoc enim inquit; ac-
céptum est coram Deo. Et
ídeò; si cógitas vídua quæ
Dei sunt: debes id sequi
quod Deo placére didicí-
sti. Et suprà quidem san-

ctus Apóstolus; ad conti-
nentiae stúdium víduas co-
hortátus, dixit: eas cogi-
tare quæ sunt Dómini. Tu
autem.

Die tertia infra octau.
De Sermone S. Ambrósij

Episcopi.

Eodem libro.

Lectio iij.

Nec sola tamen cástitas
corporis, víduæ forti-
tudo est: sed magna &
ubérrima disciplína virtú-
tis; quæ in opéribus bo-
nis: testimónium hábeat,
si filios educáverit; si ho-
spítio recéperit; si sanctó-
rum pedes láverit; si tribu-
latiōnem patiéntibus sub-
ministráverit: si postre-
mò, omne opus bonū füe-
rit subsecúta. Vides quām
multas virtútum compre-
hēderit disciplínas. Primò
pietatis officium; secundò
hospitalitatis & humilitá-
tis obséquium; tértiò mi-
sericórdie ministérium, li-
beralitatisque subsídium:
ad summam omnis execu-
tiōnem boni óperis flagi-
tavit. Et ídeò adolescen-
tióres devitáudas putat:
eo quòd non váleant tan-
tæ ópera implére virtutis.
Etenim vicina est lápsibus
adolescén-

adolescētia: quia variārum æstus cupiditatum, fervōrem calētis inflāmat ætatis; bonique Doctoris est: matēriam arcere peccati. Prima enim institutio[n]is est disciplina; culpam avētere: secunda, virtūtem infundere. Tamen cum sc̄iverit Apóstolus; Annam illam ab adolescētiā octogenāriam vīduam, dominicōrum óperum extitisse prænuntiam: non puto quod juniores, revocandas putarit à viduitatis affe[n]tu; máxi[m]e cùm dixerit: melius est nūbere quām uri. Nam útique pro remedio nuptias suās: ut peritura sanetur; non pro electiōne præscripsit: casta & cōtinens, quid sequatur. Tu autem.

Die quarta infra octav.
De Sermōne S. Ambrōsij

Episcopi.

Eodem Libro.

Lectio iij.

Magina planè fœmina; quæ divino judicio: mēruit omnibus antefētri. Ne forte illa sit: quæ de fide suā, ad subsidium hōminum, duo testamenta contulerit. Et

ídeò nulla plus fecit; ne[que] quisquam hōminū, quantitatē pótuit collatiōnis ejus æquāre: quæ fidem cùm misericórdia copulavit. Et tu igitur quæcumque vitam stūdio viduitatis exérces; ne dūbites ad gazophilacium, duo æra deférre: vel fidei plena vel gratiæ. Felix illa: quæ de thesáuro suo, integrum Regis imáginem protert. Thesáurus tuus sapiētia; thesáurus tuus cāstitas, atque justitia est: thesáurus tuus, intellēctus bonus. Qualis ille thesáurus fuit; de quo Magorum viri: aurum, thus, myrrham cùm adorarent Dóminum. protalérunt. Auro, Regis potētiam declarant; Deum thure venerantes; myrrā resurrectionis corporis consitentes. Habes & tu thesáurum hunc: si in te requiras. Habémus enim thesaurum in vasib[us] fictilib[us]: habes aurum quod cōferas. Non enim renitētis metalli pretiū de te Deus éxigit; sed illud aurum: quod judicij die néqueat ignis exūrete. Tu autem.

Die quinta infra octav.

De Sermonē S. Ambrōsij
Episcopi.

Eodem Libro.

Lectio iij.

VIdētis igitur sanctæ fœminæ; quām fœcunda sit vídua prole virtutum; meritorūmque suorum sóbole; quæ perire non possit. Bona igitur vídua égere non novit; & si fessæ fúerit ætatis, & supermæ paupertatis; eruditónis tamen suæ solet habére mercédem. Etsi próximi defúerint; invénit tamen extráneos, qui matrem colant; revereántur paréntem; parvísque alimentórum sumptibus; mercédem cùpiant suæ commendatiónis acquíre-re. Plus enim víduæ répendunt mérita; quām cibus ab ea sumptus im-péndit. Sed tristes vidétur dúcere dies; & lachrymis tempus exígere; hoc beátior; quod perpétua sibi gáudia, exiguis fléti-bus emít; parvísque moméntis; témpora acquírit æterna. Quibus benè díci-tur; Beátæ tristes; ipsæ enim ridébitis. Quis igitur falsas præsentium imágines gaudiórum; futuræ se-

curitatis, præferat vola-ptati? An despicábilis nobis, auctor vidétur; ille domini-nicí córporis auctore-lé-tus: qui cínerem sicut panem manducábat, & potum cum fletu miscébat; ut vespertinis lachrymis: matutinæ sibi, lætitiam redemptiōnis acquíreret. Tu autem.

Die sexta infra octau-
De Sermonē S. Augustini.

Episcopi.

Lib. de Viduitate.

Lectio iij.

Quae autem innuptarū castitatié Deo vovét; ipsam spem subtrahunt; quæ fomes anióris est. Unde facilius concupiscéntia refrænatur; quæ nulla expectatióne succénditur. Contrà quam tamen ní- orétur, ut superétur; ipsa illícita exoptátur ardéntiūs. Deliciæ igitur spiri-tales; deliciis carnálibus; in sancta castitatié succé-dant. Léctio, Oratio, Psal-mus; bona cogitatió; bonórum óperum frequen-tatió; spes futuri sæculi; & cor sursum. Atque de his ómnibus gratiárum áctio Patri lúminum; à quo sine ulla dubitatióne, omne datum;

datum óptimum, & omne
donum perféctum ē scri-
pturâ teste descéndit. Nā
quando pro deliciis nuptá-
rum ; quas in carne viró-
rum habuit : aliárum car-
nálium deliciárum , tan-
quam in solátiū usus af-
súmitur ; quid ego dicam
quæ sequántur mala? Cùm
bréviter Apóstolus díxe-
rit ; vivéntem mórtuam
esse víduam : quæ in delí-
ciis vivit. Tu autem.

*Die septima infra Octav.
De Sermóne S. Augustíni
Episcopi.*

*Eodem Libro.
Leccióne iij.*

IN ómnibus sanè spiri-
tálibus deliciis quibus
fruuntur innúptæ ; sancta
cárum conversátiō cauta
étiam debet esse : ne fortè
cùm mala vita non sit per-
lascíviam ; mala sit fama:
per negligéntiam. Nec au-
diéndi sunt sive yiri san-
cti, sive fœminæ ; quando
reprehénsâ in aliquo ne-
gligétiâ suâ : per quam sit
ut in málani véniant sus-
picioñem ; unde suam vi-
tam longè abélle. sciunt :
dicunt. Sibi coram Deo
sufficere consciéntiam ,
existimatioñem hóminum

non imprudénter solùm,
verūm étiam crudéliter
contemnéntes : cùm occí-
dunt ánimas aliórum sive
blasphemántium viā Dei ;
quibus secundùm suam
suspicioñem : quasi turpis
quæ casta est displicet vita
sanctórum ; sive étiam
cum excusatíone imitán-
tium : non quod vident,
sed quod putant. Proinde
quisquis à criminibz fla-
gitiórum , atque facinor-
um vitam suam custódit:
sibi benè facit ; quisquis
autem étiam famam' & in
álios misericors est. No-
bis enim necessária est vi-
ta nostra : áliis fama no-
stra. Et útique étiam quod
áliis ministrámus miseri-
córdirer ad salítēm : ad
nostram quoque redúndat
utilitátem. Tu autem.

*In die octava, semiduplex
majus omnia ut in die ad
Vesperas Antiph. ad Ma-
gnif. ut in j. Vespérus Festi.
Ad Completorium Hymn.*

Fortem virili peccóre.

*In primo Nocturno Le-
ctiones de Scriptura occur-
runt.*

*In secundo Nocturno.
De Sermóne sancti Gre-
górii Nazianzéni.*

*In Laudem S. Gorgonia.
Leccióne*

Lectio iv.

Ecque domum suam
piis hominibus excipiendis magis proposita habuit; divinisque opibus magis adauxit? Et quod est praestantiūs; quænam pari pudore, tamque sanctis & Deo gratis incéssibus: ad eos excipiendos perrexit. Quænam insuper animum in afflictionibus minùs afflictum præstítit; quænam rursus calamitosis, & ægrotantibus: magis condoluit. Quænam liberaliorem manū egentibus porrrexit. Evidem in illa ornandā; his Jobi verbis: uti non dubitem. Porta ipsius cuivis venienti patébat; nec extra jacebat peregrinus; cæciorum oculus erat: pes claudorum, mater orphanorum. Tu autem Dñe.

Lectio v.

Quodque præclarissimum; non magis studebat optima vidéri: quā reverā esse. Quin potius; in abscondito apud eum qui abscondita intuētur: pietatem luculenter excolébat. Omnia mundi principi eripuit; omnia in tua illa horrea translulit: virilem superasti; atque ostend

nihil terræ, præter corpus reliquit. Omnia cum alterius vitae spe commutavit; has unas opes mortuas reliquit: nempe probitatis imitacionem, atque ejusdem laudis studium. Ac de ipsâ non minus verè quam magnifice prædicari potest; quod virtutes partim imitatae sunt: partim ita gressit, ut eārum ab ipsa exempla peterentur; quodque eas partim invenerit: partim superaverit. Sic enim omnes virtutum numeros absolvit; ut ne mediocriter quidem unam? Sic rursus in unoquoque genere excelluit; ut vel unum solum instar omnium: abunde sufficeret. Tū autem.

Lectio vi.

Osqualidum corpus; & indumentum virtute solâ florens: ô noctes insomnes; & psalmorum cantus, & stationem: ex die in diem desinentem. O nocturnum clamorem; nubes penetrantem: ad Deumque pervadentem. O fœmineam naturam; quæ propter communem salutis certamen: naturam ostend

ostenísti mari & fœminæ nomine? non animos sed corpora sola distingui. O acérbe gustus; & Eva, nostri gêneris, & peccati mater? & tu serpens impôstor; ac mors denique ipsa continétiâ illius, cibique parcitatem devicta. O Christi exinanitio, & servi forma; & passiones? ipsius mortificatione decoratæ. Sed jam operæ prétium est: præmia quoque pietatis adjicere. Tu autem:

*In tertio Nocturno:
Lectio sancti Evangeli? secundum Matthæum.*

Lectio viij.

IN illo tempore? Dixit Jesus Discipulis suis. Simile est regnum celorum; thesáuro abscondito in agro? quem qui invénit homo abscondit; & prægáudio illius vadit, & vendit univerſa quæ habet? & emit agrum illum. Et reliqua.

Homilia sancti Hierónymi Presbyteri.

Exposit. in idem Evang.

Thesáurus iste in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi; aut Deus verbum

est? qui in carne Christi videtur absconditus; aut sanctæ Scripturæ? in quibus repórita est, notitia salvatóris.. Quem cùm quis in eis invenerit; debet ómnia istius mundi emoluménta contémnere: ut illum possit habere quæ réperit. Quod autem sequitur, quem cùm invenerit homo abscondit? idcirco dicitur; non quod hoc de invidiâ faciat? sed quod timore servantis & noléntis pérdere; abscondat in corde suo? quem pristinis prætulit facultibus. Tu autem.

Lectio viij.

ITerum simile est regnum celorum? homini negotiatori. Aliis verbis id ipsum quod suprà dicitur. Bonæ Margaritæ, quas querit institoi: lex & Prophétæ sunt. Audi Marcion; audi Manichee; bonaæ Margaritæ sunt lex & Prophétæ? & notitia veteris instruménti. Unum autem est pretiosissimum Margaritum, scientia Salvatóris; & Sacramentum Passiónis illius? & resurrectionis arcánum. Quod cùm invenerit ho-

mo negotiátor, símilis Pauli Apóstoli: ómnia legis prophetarúmque mystéria, & observatiónes prístinas, in quibus inculpatè vixerat; quasi purgaménta contémnit, & quisquílias: ut Christum lucítaciat. Non quòd in-véntio novæ margarítæ: condemnátio sit véterum margaritárum; sed quòd comparatióne ejus: omnis ália gemma vílior sit. Tu autem.

Lectio ix.

ITerum símile est regnum cælórunt: Sagénae missæ in mare. Impléto Jeremíæ vaticínio, dicéntis: Ecce ego mittam ad vos píscatóres multos; postquam audiérunt Petrus & Andreas; Jacóbus & Joánnes filij Zebedæi: sequímini me & faciam vos píscatóres hóminum, contexuérunt sibi ex véteri & novo testaménto: Sagénam Evangelicórum dógmatum. Et misérunt eam in mare hujus sæculi: quæ usque hodie in médiis flúctibus ténditur; cápiens de saltis & amáris gurgítibus quicquid incíderit: id est & bonos hó-

mines & malos; & óptimos pisces: & péssi-mos. Cùm autem vénérerit consummátio & finis mudi; ut ipse infrà maniféstiùs díllerit: tunc Sagéna extrahétur ad littus; tunc verum secernendórum píscium signum demonstrábitur: & quasi in quodam quietíssimo portu; boni mitténtur in vasta cælestium mansiónum: malos autem torréndos, & exsiccándos, gehennæ flamma suscípiet. Tu auté,

Ad Laudes & Horas, omnia ut in die. Ad Vesperas Antiphona & Psalmi de Feria occurrente. Capitulum Versus Antiph. ad Magnificat. Oratio ut in secundis Vespéricis diei festi. Ad Completorium Hymn. Fortem virili pectore.

Ad Processionem primum Respons. Officii diei seq. Oratio conveniens.

I N F E S T O
Dedicationis Ecclesiæ. Duplicē prima Clāssis.

Ad Vesperas, Antiphonam tuam Dómine, cum reliquis de Laudibus, ut infrà. Psalmi de Dominica. 148. & loco ultimi Psalmi, dicitur Laudate

te Dóminum omnes Gen-
tes. 153.

Capitulum. Apoc. 21.

VIdi civitatem sanctam
Jerusalem novam,
descendentem de cælo; à
Deo paratam: sicut spon-
sam ornatam viro suo.
¶. Domum tuam Dómini-
ne decet sanctitudo.
¶. In longitudinem dié-
rum.

Ad Magnificat, Aña.

Ornaverunt fáciem Tem-
pli corónis áureis; & de-
dicaverunt Altare Dómi-
no: & facta est lætitia
magna in pópulo Allel.

Duplicatur.

In ipso die Dedicationis Ecclesie & per octavam.
¶. Quando varianda est
Oratio, ob concursum Dedicationis alterius Ecclesie.

Orémus. Oratio.

Deus qui iuavisibiliter
omnia contines, & ta-
men pro salúte géneris
humáni signa tuæ poténti-
æ visibiliter osténdis:
templum hoc potentiâ
tuæ inhabitatiónis illú-
stra; & concéde, ut om-
nes qui huc deprecatur
convéniant, ex quacum-
que tribulatióne ad te cla-

niáverint: consolatiónis
tuæ beneficia consequán-
tur. Per Dóminum.

*In Anniversario Dedi-
cationis Ecclesie & per oct.*

Orémus. Oratio.

Deus qui nobis per sín-
gulos annos hujus
sancti templi tui conse-
cratiónis reparas diem; &
sacris semper mystériis
repraesentas incólumes:
Exaudi preces pópuli tui;
& præsta ut quisquis hoc
templum beneficia peti-
turus ingréditur: cuncta
se impetrásse lætetur. Per
Dóminum.

Processio in Presbyterio.

¶. Cùm exiret Jacob de
terra sua, vidi glóriam
Dei & ait: * Quàm terri-
bilis est locus iste, non est
hic aliud nisi domus Dei,
& porta cœli.

Ad ij. Magnificat, Aña.
Hæc est domus Dómini
& porta cœli, & vocabitur
nomen loci hujus, aula
Dei.

Orénius. Oratio.

Deus qui de vivis &
electis lapidibus etér-
num majestati tuæ concé-
dis habitaculum: auxiliá-
re pópulo supplicanti; ut
quod Ecclésiæ tuæ corpo-
rilibus

spiritibus próficit spatiis :
spiritibus amplificetur
augmentis. Per Dóminū.

Ad Completoriū, Hymnus.

Urbs Jerúsalem beáta ,
Dicta pacis vísio ;
Quæ constiútur in cælis
Vivis ex lapidibus ;
Et Angel's coronáta ,
Ut sponsata cómite.

Nova véniens è cælo .
Nuptiali thálamo :
Præparata ut sponsata ,
Copulétur Dómino :
Platæ & muri ejus
Ex auro puríssimo.

Portæ nitent Margarítis
Adytis paténtibus :
Et virtute meritórum
Illuc introdúcitur ;
Omnis qui ob Christi no-
men

Hic in mundo prémitur.

Tunsiónibus pressúris
Expoliti lápides ,
Suis coaptántur locis
Per manus artíficis :
Disponúntur permansúri
Sacris ædificiis.

Glória & honor Deo
Usquequaque altíssimo ;
Unà Patri Filióque ,
Inclito Paráclito :
Cui laus est & potéstas
Per etérra sæcula. Amen.

*Ad Matutinum, Invita-
torium. Præoccupémus fá-*

ciem Dómini in confesiō-
ne sanctórum. Psalm. Ve-
nité. 2. Duplicatur.

*In primo Néturno, Aña.
Tóllite portas príncipes
vestras.*

Psalmus 23.

Domi ní est terra & ple-
nitudo ejus : * orbis
terrárum , & universti qui
hábitant in eo.

Quia ipse super mária
fundávit eum : * & super
flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in mon-
tem Dómini : * aut quis
stabit in loco sancto ejus.

Innocens mánibus &
mundo corde : * qui non
accépit in vanum animam
suam : * nec jurávit in do-
lo próximo suo.

Hic accípiet benedi-
ctionem à Dómino : * &
misericórdiam à Deo sa-
lutári suo.

Hæc est generatio quæ-
réntium eum : * quærén-
tium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas prínci-
pes vestras : * & elevámi
portæ eternales : * & in-
troíbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex glò-
riæ : * Dóminus fortis &
potens ; * Dóminus po-
tens iu prælio.

Attóllite

Attollite portas príncipes vestras: * & elevámini portæ æternáles: * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ: * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri.

Antiphona.

Tóllite portas príncipes vestras & elevámini portæ æternáles.

Ana. Hæc est domus Dómini. *P.almus 28.*

Afférte Dómino filij Dei: * afférte Dómino filios arietum.

Afférte Dómino glóriam & honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminū in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas: * Deus mäjestáris intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: * & confringet Dóminus cedros Líbani.

Et commínuet eas tanquam vítulum Líbáni: * & diléctus quemádmodum filius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: * vox Dómini concutiéntis desértum: * & commovébit Dóminus desértum cades.

Vox Dómini præparántis cervos & revelábit condénsa: * & in templo ejus omnes dicent glóriā.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit: * & sedébit Dús Rex in æternum.

Dóminus virtútum pôpulo suo dabit: * Dóminus benedícer pôpulo suo in pace.

Glória Patri.

Ana. Hæc est domus Dómini & porta cæli, & vocábitur nomen loci hujus aula Dei.

Antiphona. Erit mihi.

Psalmus 41.

Quererat cervus, ad fontes aquárum: * ita desiderat ánimæ mea ad te Deus.

Sitívit ánimæ mea ad Deum fortem vivum: * quando véniam & apparébo, ante fáciem Dei.

Fuérunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotdí die, ubi est Deus tuus.

Hæc

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam : * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad dominum Dei.

In voce exultationis & confessio[n]is, sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea : & quare conturbas me : * spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei & Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est : * propterea membror ero tui de terra Jordani : * & Hermioniim à monte modico.

Abyssus abyssum invocat : * in voce cataraclaram tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam. * & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vita mea : * dicam Deo suscep[t]or meus es.

Quare oblitus es mei, & quare contristatus incendo: * dum affligit me inimicus.

Dum confringuntur ossa mea : * exprobaverunt mihi qui tribulant me, inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus : * quare tristis es anima mea & quare conturbas me ?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei & Deus meus. Gloria Patri.

Ania. Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste vocabitur domus Dei.

V. Adorate Dominum in aula sancta ejus. *R.* Tollite hostias & introite in atria ejus. Pater noster.

Deprec. Exurge Domine. Suscipe. Benedictio. Adjutor, &c.

De libro secundo Paralipomenon. *Cap. 7.* *Lectio i.*

Cum compleisset Salomon fundens preces, ignis descendit de celo & devoravit holocausta, & victimas: & majestas Domini implavit Domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini: eò quod implisset majestas Domini, templum Domini. Sed & omnes filii

lij Israël vidébant descendéntem ignem , & glóriam Dómini super domum; & corruéntes proni in terram super pavimén-
tum stratum lápide , adoravérunt & laudavérunt Dóminum : quóniam bonus, quóniam in sæculum misericórdia ejus. Rex autem & omnis pòpulus immolábant víctimas coram Dómino. Mactávit ígitur Rex Sálomon hóstias boum vigínti duo míllia ; aríetum centum vigínti míllia ? & dedicávit domum Dei Rex & univérsus pòpulus. Tu autem.

Responsoria. Duplicantur.
R. Cùm exíret Jacob de terra sua vidit glóriam Dei & ait: *Quam terribilis est locus iste : non est hic áliud , nisi domus Dei & porta cæli. **V.** Verè Dóminus est in loco isto & ego nesciébam. Quam terribilis. Glória Patri. Sicut erat. Cum exíret.

Benedict. Benedictionibus suis.

Lectio ij.

SAcerdótes autem stabant in officiis suis ; & Levítæ in órganis cármi-

num Dómini : quæ fecit David rex ad laudándum Dóminum ; Qoóniam in ætérnū misericórdia ejus . Hymnos David canéntes per manus suas. Porrò Sacerdótes canébant tubis ante eos : cunctus-que Israël staba. Sanctificávit quoque Sálomon médium átrij ante Templum Dómini ; obtúlerat enim ibi holocáusta , & ádipes pacificórum : quia altare æneum quod fécerat , non pòterat sustinére holocáusta , & sacrificia & ádipes. Fecit ergo Sálomon solemnitátem in tempore illo septem diébus ; & omnis Israël cum eo . Ecclésia magna valde , ab intróitu Emath usque ad torréntem Ægypti. Fecitque die octávo colléctam ; eò quod dedicáset altare septem diébus : & solemnitátem celebrásset diébus septem. Tu autem.

R. Si Dñs Deus meus fúerit mecum , in via ista qua ego ámbulo ; & custodierit me & déderit mihi panem ad edéndum ; & vestimentum quo opériaris ; & revocáverit me cum sa- lute:

Láte: * Erit mihi Dóminus in refúgium , & lapis iste in signum. ¶ Surgens ergo manè , tulit lápidem quem suppósuerat cápti suo ; & eréxit in titulum : Dicens. Erit mihi. Glória Patri. Si Dóminus. Benedic. Cælestem benedict.

Lectio iij.

Complevitque Sálomon domum Dñi , & domum Regis ; & ómnia quæ disposuerat in corde suo ut fáceret : in domo Dómini & in domo sua , & prosperatus est. Appáruit autem ei Dóminus nocte : & ait. Audívi orationem tuam ; & elégi locum istū mihi : in domum Sacrificij. Si cláusero cælum , & pluvia non flúxerit ; & mandávero & præcépero locústæ, ut dévoret terrā ; & misero pestiléntiam in pòpulum meum ; convérsus autem pòpulus meus , super quos invocátum est nomen meum, deprecátus me fúierit : & exquisíerit fáciem meam & égerit pœniténtiam à viis suis péssimis ; & ego exaudiā de cœlo & propítius ero peccatis eorum : & saná-

bo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti ; & aures meæ eréctæ ad orationem ejus : qui in loco isto oráverit. Elegi enim & sanctificávi locum istum ; ut sit nomen meum ibi in sempiternū : & permáneant oculi mei , & cor meum ibi cunctis diébus. Tu autem.

¶. Erit mihi Dóminus in Deum , & lapis iste quem eréxi in titulum ; vocábitur domus Dei : & de univeráls quæ déderis mihi: * Décimas & hóstias pacificas ófferam tibi.

¶. Et appellávit nomen urbis Bethel ; vovit etiā votum dicens. Décimas. Glória Patri. Erit mihi.

In secundo Nocturno.

Aña. Ædificavit Móyses.
Psalmus 42.

Judica me Deus , & discérne causam meam de gente non sancta : * ab homine iníquo & doloso érue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea : * quare me repulisti , & quare tristis incédo : * dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam : * ipsa me

mac deduxérunt & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei : * ad Deum qui létificat juventátem meam.

Confitébor tibi in cythara Deus Deus meus : * quare tristis es ánimia mea & quare contúrbas me.

Spera in Deo quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultús mei & Deus meus. Glória Patri.

Aña. Aédificávit Móyses altáre Dómino Deo.

Aña. Non est híc áliud.

Psalmus 47.

MAgnes Dóminus & laudabilis nimis : * in civitáte Dei nostri , in monte sancto ejus.

Fundátur exultatione univérsæ terræ : * mons Sion . látera Aquilónis . cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur: * cum suscipiet eam.

Quóniam ecce reges congregáti sunt : * conve- nérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admirati sunt, conturbáti sunt, commóti sunt : * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus , sic vidimus in civitáte Dómini virtútum : * in civitáte Dei nostri : * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam : * in médio templi tui.

Secúndùm nomen tuum Deus , sic & laus tua in fines terræ : * justitiâ plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion & exultent filiæ Judæ: * propter judicia tua Dómine.

Circúndate Sion & complectímini eam : * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus : * & distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie álera.

Quóniam hic est Deus , Deus noster in ætérnum & in sǽculum sǽculi : * ipse reget nos in sǽcula.

Glória Patri.

Aña. Non est híc áliud

nisi dominus Dei & porta cæli.

Aña. Eréxit Jacob.

Psalmus. 83.

QUam dilecta taber- nácula tua Dómine vir

virtutum : * concupiscit domo Dei mei : * magis & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea , exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenerit sibi domum : * & turtur nidum sibi , ubi reposat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum : Rex meus & Deus Deus.

Beati qui habitant in domo tua : * in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te : * ascensiones in corde suo dispousuit in valle lachrimarum : * & in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator : * ibunt de virtute in virtutem : * videtur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam : * auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster asperge Deus : * & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atris tuis , super milia.

Eligi abjectus esse in

quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus : * gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia : * Domine virtutum , beatus homo qui sperat in te. Gloria Patri.

Antiphona. Erexit Jacob lapidem in titulum , fundens oleum desuper.

¶. Introite portas Domini in confessione. ¶. Et atria ejus in hymnis.

Pater noster.

Deprec. Ostende nobis. *Benedict.* Deus Dei Filius Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Sermon. 5. in Dedicat. Ecclesiae. Lectio iv.

Festivitas hodierna fratres ; tantò nobis debet esse devotior : quantò familiarior est. Nam cæteras quidem sanctorum solemnitates , cum Ecclésiis aliis habemus communies ; haec vero , sic nobis est propria : ut necesse sit , vel à nobis eam , vel à nemine celebrari. Nostra est : quia de Ecclésiâ nostri;

strâ; magis autem nostrâ: quia de nobis ipsi. Mirámini fôrsitan; & erubéscitis? celebrári festa de vobis. Sed quid lápides isti potuérunt sanctitatis habere; ut eórum solémnia celebrémus? Habent útique sanctitatem? sed propter cōrpora vestra. An verò cōrpora vestra sancta esse quis dúbitet? quæ templum sancti Spíritus sunt. Tu autem.

R. Ædificavit Noë áltare Dómino, ófferens super illud holocáustum; odooratus est Dóminus odórem suavitatis, & benedíxit eis: * Créscite & multiplicámini, & repléte terram. **V.** Ecce ego státuam pactum meum vobiscum, & cum sémine vestro post vos, Créscite. Glória Patri. **Ædificavit.** **Benedictio.** **Æternam benedict.**

Lectio v.

Quando enim dómus ista per manus Pontificum dedicata est Dómino; propter nos sine dúbio factum est: non solum qui præsētes sumus; sed & quicúmque usque in finem sæculi? Dómino

Pars Verna.

sunt in hoc loco militatūri. In nobis proíndè spirituáliter impléri necesse est? quæ in pariétibus visibiliter præcessérunt. Et si vultis scire; hæc útique sunt; aspérso; inscriptio; inúnctio; illuminatio; benedictio. Hæc útique in hac visibili domo fecere Pontifices; hæc & Christus assístens Póntifix futurórum bonórum; invisibiliter quotidiè operátur in nobis. Primò si quidem aspérgit nos hyssópo ut mundémur; lavémur, dealbémur; dicatur que de nobis? quæ est ista, quæ ascéndit dealbata. Tu autem.

R. Ornavérunt fáciem Templi corónis aureis, & dedicavérunt Altare Dómino: * Et facta est lætitia magna in pôpulo. **V.** In hymnis & confessiónibus, benedicébant Dómino. Et facta est. Glória Patri. Ornavérunt. **Benedictio.** Grátia Spíritus sancti.

Lectio vi.

Jam verò benedictiōnē quidem expectémus in fine; quandò apériet manum suam? & implébit

h

omne ánimál benedictiō-ne. Nam in quátuor præ-míssis mérita constant: in benedictiōne sunt præ-mia. In benedictiōne to-ta complébitur grátia san-cificatiōnis; quando jam in domum transíbimus non manufáctam: ætér-nam in cælis. Ipsa est quæ constiútuit vivis ex lapí-dibus; Angelis scilicet: & homínibus. Simul enim ædificatio: & dedicatio ipsa complébitur. Disjúncta nimírum ligna & lá-pides domum non fáciūt; nec in eis habitare quis potest: sola verò conjúnctio domum facit. Sic cælestium spirítuum perfécta unitas, sine ullâ sibi divisiōne connéxa: intégram & cóngruam Deo reddit habitatiōnem; quā ineffabiliter beatificat: in-habitans glória majestá-tis. Tu autem.

R. Exaudísti Dómine ora-tiōnem servi tui, ut ædi-ficárem templum nómini tuo: * benedic & sanctí-fica domum istam in sem-pitérnum Deus Israél.

V. Stetit autem salómon, ante altáre Dómini; & expándit manus suas in

cælum & ait. Bénedic Glória Patri. Exaudisti. *In tertio Nocturno, Aña.* Vedit Jacob scalam.

Psalmus 86.

Fundaménta ejus in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia taber-nácula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de-te, cívitas Dei.

Memor ero Raab, & Ba-bylonis sciéntium me.

Ecce alienígenæ & Ty-rus, & pópulus Æthíopum: * hi fuérunt illic.

Nunquid Sion dicet ho-mo: * & homo natus est in ea: * & ipse fundávit eam altíssimus.

Dóminus narrábit in scriptúris populórum & príncipum: * horum qui fuérunt in ea.

Sicut létantium óni-um, habitatio est in te.

Glória Patri.

Aña. Vedit Jacob scalam sumimitas ejus cælos tan-gébat, & descédentes An-gelos: & dixit; verè locus iste sanctus est.

Antiphona. Qui hábitat.

Psalmus 90.

Qui hábitat in adjutó-rio altíssimi: * in pro-

protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Dómino suscep-
tor meus es tu : * & re-
fugiū meum , Deus meus
sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit
me de láqueo venán-
tium: * & à verbo áspero.

Scápulis suis obumbrá-
bit tibi : * & sub pennis
ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te vé-
ritas ejus: * non timébis
à timóre noctúrno.

A sagitta volánte in
die : * à negótio peram-
bulánte in tenebris : * ab
incúisu & dæmónio me-
ridiáno.

Cadent à látere tuo mil-
le : * & decem míllia à
dextris tuis: * ad te autem
non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis
considerábis : * & retribu-
tióne peccatórum vi-
débis.

Quóniam tu es Dómi-
ne spes mea : * altíssimum
posuísti refúgium tuum.

Non accéderet ad te ma-
lum : * & flagéllum non
appropinquábit , taber-
náculo tuo.

Quóniam Angelis suis
mandávit de te : * ut cu-

stódiant te , in ómnibus
viis tuis.

In mánibus portábunt
te : * ne fortè offéndas ad
lápidem , pedem tuum.

Super áspidem & basi-
liscum ambulábis : * &
conculcábis leónem &
dracónem.

Quóniam in me sperávit
liberábo eum : * prótegá
eum quóniam cognóvit
nomen meum.

Clamábit ad me & ego
exáudiam eum : * cum ip-
so sum in tribulatióne : *
erípiam eum & glorificá-
bo eum.

Longitúdine diérum
replébo eum . * & ostén-
dam illi salutáre meum.

Glória Patri.
Ana. Qui hábitat in ad-
jutorio altíssimi , in pro-
tectione Dei cæli commorabitur.

Ana. Tóllite hóstias.

Psalmus 95.
Cantáte Dómino cán-
ticum novum : * can-
tate Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino &
benedícite nōmini ejus ; *
annúciáte de die in diem ,
salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes
gloriā ejus: * in ómnibus

pópolis , mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus & laudabilis nimis : * terríbilis est super omnes Deos.

Quóniam omnes dij-
gé tium dæmónia; * Dó-
minus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritú-
do in conspéctu ejus : *
sanctimónia & magnifi-
cèntia , in sanctificatióne
ejus.

Afférte Dómino pátriæ
géntium: * afférte Dómi-
no glóriam & honórem: *
afférte Dómino glóriam
nómini ejus.

Tóllite hóstias &
introíte in átria ejus: * adó-
ráte Dóminum in átrio
sancto ejus.

Commoveáatur à fácie
ejus univérsa terra: * díci-
te in géntibus, quia Dó-
minus regnávit.

Etenim corréxit orbem
terræ , qui non commo-
vébitur : * judicábit pó-
pulos in æquitáte.

Læténtrur cæli & exultet
terra : * commoveátur
mare & plenitúdo ejus : *
gaudébunt campi , & óm-
nia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia
ligna sylvárum à fácie

Dñi, quia venit: * quóniam
venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ
in æquitáte : * & pópulos
in veritáte sua.

Glória Patri.

Aña. Tóllite hóstias &
introíte in átria ejus; ado-
ráte Dóminum in aula
sancta ejus.

¶. Non est hic áliud nisi
domus Dei. ¶. Et porta
cæli. Pater noster.

Deprecatio. Adjutó-
rium nostrum.

Bened. Redéptor humáni.
Léctio sancti Evangélij :
secundum Lucam.

Léctio vii.

In illo tempore: ingrés-
sus Jesus perambulábat
Hiérico. Et ecce vir nomi-
ne Zacheus ; & hic erat
princeps publicanórum: &
ipse dives. Et quærébat vi-
dére Jesum quis esset; &
non pôterat præ turba:
quia statûrâ pusillus erat.
Et præcurrens ascéndit in
árborem sycómorum; ut
vidéret illum: quia inde
erat trásiturus. Et reliqua.
Homilia sancti Joánnis
Chrysóstomi.

Ex Tract. de caco & Zacheo.
VEnit Princeps publi-
canórum; & transíbat
Jesus:

Jesus: qui omne profligat peccatum, omnem delet malitiam; tenebras convertit in lucem: ac prava reducit ad rectitudinem. Zachæus statûra brevis; desiderio extensus, ac procérus: pusillo corpore magno animi sésu; quærébat Iesum videre, & non poterat: quod statûrâ pusillus esset. Ac antevértens; subtili quadam arte; id quod statûræ décerat: sibi parat. Ascéndens enim in árborem Sycomórum: transéunte Iesum speclábat. At Dóminus noster Jesus Christus: de quo ait Paulus, qui novit facere superabundanter quam pétimus aut intelligimus: non illi tantum concéssit, quantum desiderábat: sed plusquam exspectábat. Tu autem.

R. Dómine si convérsus fúerit pôpulus tuus, oraverit ad sanctuárium tuū; tu exaudies de cœlo Dómine: * Et líbera eos de mánibus inimicorum eorum. v. Et dimítte peccata servorum tuorum, & pôpuli tui Israël. Et líbera. Glória Patri. Dómine. Benedict. Unigenitus Dei

Fílius. Lectio viij.
A Ucúpio Zachæum capít; exque árbore excútis: ac in tabernáculum ille suum inducit. Quod olim quidem peccatórum erat opplétum caligine: hodiè collustrávit pietatis jubar. Ingréssum itaque Salvatórem: publicanus gaudens excépit. O exímiam Dómini benignitatem. Qui ab omni immúnis peccáto est: cùm peccatóribus versátur. Fons justitiæ: cum matériâ atque fómitate injustitiæ. Fomes quippe injustitiæ: avára cupíditas. Intrávit in ædes publicáni; non quem ulla avaritiæ caligo violáret: sed qui justitiæ splendore avaritiam deleret. Ac vide rem mirábilem. Contínuò Zachæus stans pro vestíbulo; dimidium inquit bonorum meórum: do patrēibus. Non dum edóctus es: & obséqueris; nondum didicisti: & servásti. Tu autem.

R. Audi Dómine hymnum & orationem quam servus tuus orat coram te hodiè, ut sint óculi tui aperti, & aures tuæ inten-

¶ Super domum istam die ac nocte. **¶** Qui regis Israël intende; qui deducis velut ovem Joseph; qui sedes super Chérubim appáre. Super domum. Glória Patri. Audi. Bened. Ad supernórum.

Lectio ix.

Hodie inquit salus huic dómui facta est. Ipse séipsum justificávit; non quod Christum simpliciter viderit; sed quod Christi légibus morem gessit. Hodiè salus dómui huic facta est; eo quod & ipse sit filius Abrahæ. Antequam ópera Abrahæ faciat; non filium Abrahæ, sed Zachæum simplici nōmine appellat; ubi vero Patriarchæ ópera implévit; in páuperes humilitatem proféssus; ac iusti quæstús abdicatiōnem; tunc ait esse & illum filium Abrahæ. Et nos igitur fratres; etsi Christiáni sumus, & dicimur; nihilnos ita Christiános osténdit; ac veritatis opus. Ne ergo opéribus appellatiōnem injuriā violémus; sed opéribus fidem condecorémus. Fidē ratione filij Abrahæ audí-

mur; audiámur ejus filij operum claritatē. Tu autem. Tu Dómine universorum, qui nullam habes indigentiam; voluisti templum tuum fieri in nobis: * Consérva domum istam immaculátam in aeternum Dómine. **¶** Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph. Consérva.

Hoc Responsorium non duplicatur quia dicitur Te Deum.

A D L A U D E S.

Antiph. Domum tuam Dómine decet sanctitudo in longitudinem diérum. *Psalm.* Dóminus regnávit. cum reliq. de Dominica. 20. *Aña.* Introíte portas Dómini in cōfessióne, & átria eius in hymnis. *Aña.* Domus mea domus orationis vocabitur. *Aña.* Templum Dómini sanctum est, Dei cultura est. Dei aedificatio. est. *Antiph.* Benè fundata est domus Dómini suprafirman petram.

Capitulum. Apoc. 12.

Vidi civitatem sicut etiam Jerúsalem novam, descendéntem de cælo; à Deo parátam; sicut sponsam, ornátam viro suo.

Suo. **¶.** Domus mea.
R. Domus orationis vocabitur.

Ad Benedictus, Aña.

O quam metuendus est locus iste : verè non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli. *Duplicatur.*

Orémus. *Oratio.*

Deus qui nobis per singulos annos hujus sancti Templi tui confraternitis reparas diem ; & sacris semper mysteriis representas incolumes : exaudi preces populi tui ; & praesta , ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur : cuncta se impetrassit latetur. Per Dominum.

Ad Tertiam, Capitulum.

Vidi Civitatem. *ut suprà.*
R. Domum tuam Domine decet sanctitudo.

¶. In longitudinem diérum. Glória Patri.

¶. Adoráte Dominum, in aula sancta ejus.

R. Tollite hóstias & introíte in atria ejus.

Orat. Deus qui nobis per singulos annos. *ut suprà.*

Ad Sextam, Capitulum.

Apoc. 21.

Et audívi vocem magnam de throno dicén-

tem , ecce tabernaculum Dei cum hominibus ; & habitabit cum eis , & ipsi populus ejus erunt : & ipse Deus, cum eis erit, eorum Deus. **R.** Adoráte Dominum in aula sancta ejus. **¶.** Tollite hóstias & introíte in atria ejus.

Glória Patri. **¶.** Domus mea. **R.** Domus orationis vocabitur.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui de vivis & electis lapidibus æternum majestati tuæ condidisti habitaculum : auxiliare populo supplicanti ; ut quod Ecclésiae tuæ corporalibus proficit spatiis : spiritualibus amplificetur augmentis. Per Dñm.

Ad Nonam, Capitulum.

Apoc. 21.

Non intrabit in eam aliquid coquinatum ; aut abominationem faciens : & mendacium : nisi qui scripti sunt , in libro vitæ Agni.

R. Hæc est domus Domini & porta cœli. **¶.** Et vocabitur nomen loci hujus aula Dei. Glória Patri.

¶. Domum tuam Domine, decet sanctitudo. **R.** In longitudinem diérum.

Orémus. Oratio.

Deus qui Ecclésiam tuam Sponsam vocare dignátus es: ut quæ habéret grátiam per fidei devotionem, habéret etiam ex nōmine pietatē; da ut omnis hæc plebs nōmini tuo sérviens, hujus vocabuli consórtio: digna esse mereátur: & Ecclésia tua in Templo (cujus anniversarius Dedicatiōnis dies celebrátur) tibi collécta, te timeat; te diligat, te sequátur; ut dum jūgiter per vestigia tua grāditur: ad cælestia promissa te ducēte pervenire mereátur. Per Dñm.

Ad Vesperas, Aña. Domum tuam. cum reliquis de Landib. Psalmi de Dominica & loco ultimi Psalmi dicitur Lauda Jerúalem Dóminum. 171.

Capitulum. Vidi civitatem. ut suprà. ¶. Domum tuam. ut suprà.

Ad Magnificat, Aña. Ornavérunt fáciem Templi corónis áureis. & dedicávérunt altáre Dómino, & facta est lætitia magna in populo, allel. Duplicatur. Oratio. Deus qui nobis per singulos annos. ut suprà.

Ad Completorium. Hymnus. Urbs Jerúsalē beáta. Infra octavam Dedicationis Officium fit ut in die, ritu simplici. Ad Matutinum Invitatorium, novem Aña, & novem Psalmi ut in die. Dua prima Lectio-nes de Scriptura occurrit. Tertia ut infrà, pro qualibet die. Ad Laudes & Horas ut in die. Ad Vesperas Antiph. & Psalmi de Feria occurrente. Capit. Vers. Aña. ad Magnificat, & Oratio ut in secundis Vesperis diei Festi. Ad Completorium. Hymnus. Urbs jerúsaalem beáta.

Die secunda infra oīav. De Sermóne S. Euchérij, Lugdunénsis Episcopi. In natalem Eccles. Ser. 1. Lætio iij.

Hæc ómnium credentium mater est: quæ natos ad mortem, regenerat ad salutem. Per quam Christus plus restituit in grátiam, quam périrrit in natúra: & Ad e transgres-soris degenerem prolem in adoptionem divinæ pa-ternitatis assúmpsit; & de paradíso exhæredátos: cœli réddidit heredes. Hæc est quæ post Synagógam promissa

Promissa est : hæc enim jam in primo hómine præfigurata est. Nam sicut ex Adæ latere fabricata erat Eva; ita ex Christi corpore & vñlnero redempta crevit Ecclésia. Hæc intra arcam diluvio exundante servata ; Crucis beneficium : & baptismatis mystérium præsignavit. Hæc Sara stérilis & desperata in senectute ; unico pígnore fœcunda : præcéxit. Ut Ecclésia enim ; unicum id est dilectissimum Deo populum : sæculo jam senescénte progénuit. Hæc est Regína illa ; de qua ad Dóminum dicitur. Adstitit Regína à dextris tuis in vestitu aurato , circumamicta varietate : id est diversarum circundata pretioso decore virtutum. Tu autem Dómine.

Die tertia infra octav.
De Sermóne S. Euchérii

Lugdunensis Episcopi.

In natalem Eccles.

Serm. 2.

Lectio iij..

HÆc est illa Regína Saba quæ venit à partibus Aethiopiarum : audire sapiéntiam Salomonis.

Venit Ecclésia ad Redemptorem ; & eruditorem suum : ut de stultitia eroris , doctrinam perciperet veritatis. De qua pleniùs sicut audivimus ; Regum describit história : ita dicens. Et ingrēssa Regína Saba in Jerúsaalem cum multo comitatu & divitiis ; Camélis portantibus arómaria & aurum infinatum nimis & gemmas pretiosas : venit ad Salomónem , & locuta est ei univérsa quæ habébat in corde suo. Ergo in figura Regínae hujus , Ecclésia venit ex gentibus ; & à finibus terræ : impónens finē cupiditatibus vitiisque terrénis ; audire sapiéntiam Salomonis : id est viri Pacifici Dómini nostri Jesu Christi ; qui fecit ultraque unum : solvens inimicítias inter Deum & hóminem. Venit in carne sua ; venit post véteres & profanas superstitiones : audire & discere.. De fidei illuminatiōne & judicio futuro ; de animæ immortalitatē : de spe resurrectiōnis , & gloriæ. Venit ergo in Jerúsaalem cum multo comitatu ; id est non jam cum

clxxvij In octava Dedicationis Ecclesie.

una gente Judæorum , si-
cut primò Synagóga solos
hábuit Hebræos ? sed cum
totius mundi géntibus ,
diversisque natiōnibus.
Venit ergo exhibens mū-
nera digna Christo : ag-
rum & gemmas pretiōsas.
Tu autem.

Die quarta infra octav.
De Sermōne S. Euchérij
Lugdunēnsis Episcopi.
In natal. Eccles. Serm. 4.

Lectio iij.

VEllem charissimi ; ut
atténtius agerémus
causa salutis æternæ ; &
crēbriùs ad sacratissimæ
Ecclésiæ límina : pretiō-
sas supplicationum no-
strarum hóstias deferré-
mus. Certe si haberéimus
áliquam matrem poten-
tem ; nobilem ; locúple-
tem ; certatim ad honórem
illius currerémus : sédulis
penetrále ejus frequenta-
rémus officiis. Veréntes :
ne áliquid de expectáta
hæreditate suotráheret.
Etiam si duri essémus ac
désides ; vel tépidam pie-
tatem : ardens cupiditas
mentirétur. Et quæ nobí-
lior mater ; quam hæc
quæ pignora sua in Dei
grénium adoptiōne felici-

transcríbit ? Quæ dítior ;
quam quæ filios suos cæ-
léstis regni possessiōne
glorificat ? & tamen hanc
tanquam páuperem, infir-
máque contémpsimus ;
cujuſ potéſtas ac nutus ni-
hil médium habet : extra
cujuſ sinum incúrritur
mors æterna ; intra cujuſ
sinum , & vita invenit̄
& glória. Tu autem.

Die quinta infra octav.
De Sermōne S. Euchérij
Lugdunēnsis Episcopi.
In natal. Eccles. Serm. 4.

Lectio iij.

AGnoscámus adorán-
dæ matris nostræ
quanta sit glória ; quæ in-
ter ipsa primórdia tantis
honorata est téstibus.
Quæ per sacram sanguinem
prædicata. Quo illa
génere , dilatata est : quo
redémpta. Ait autem ser-
mo divinus ; dilit Dñs
portas Sion : super ómnia
tabernácula Jacob. Quid
dilit in Jacob ? Judaicam
plebem ; in Sion : intelli-
gite Christiánain. Dilit
Dóminus portas Sion : id
est respuit Synagógam , &
prælégit Ecclésiam. Sci-
re autem debémus quæ
& quanta sit inter utrám-
que

que distantia. Synagoga est nationis unius congregatio? Ecclesia est universarum gentium multitudo. Illic tabernacula in Iudeis: hic fundamenta sunt in Christianis. Et ideo umbra intelligitur in tabernaculis: virtutum vero soliditas, in montium fundamentis. Tu autem.

Die sexta infra octavam.
De Sermone S: Augustini
Episcopi.

In Dedic. Eccles. Serm. 1.
Lectio iij.

Celebritas hujus Congregationis: dedicatio est domus orationis. Domus ergo nostrarum orationum ista est: domus Dei nos ipsi. Si domus Dei nos ipsi; nos in hoc saeculo aedificamur: ut in fine saeculi dedicemur. Aedificium, imo aedificatio habet laborem: dedicatio exultationem. Quod hic fiebat quando ista surgebat: hoc sic modò: cum congregantur credentes in Christum. Credendo enim: quasi de silvis & montibus ligna & lapides praeciduntur: cum vero cataphizantur; baptizantur:

formantur tanquam inter manus fabrorum & opificum; dolantur; collineantur: complanantur. Verumtamen domum Domini non faciunt: nisi quando charitate compaginantur. Tu autem.

Die septima infra octavam.
De Sermone S: Augustini
Episcopi.

In Dedic. Eccles. Serm. 2.
Lectio iij.

Sicut hoc aedificium visibile factum est nobis corporaliter congregandis; ita illud aedificium quod nos ipsi sumus: Deo spiritualiter habitaturo construitur. Templum enim Dei sanctum est inquit Apollonius: quod estis vos. Sicut hoc terrenis mortibus construimus: sic illud bene compotitis mortibus erigamus. Hoc enim nunc visitantibus nobis; illud in fine saeculi: Domino veniente dedicabitur. Quando corruptibile hoc nostrum induet incorruptionem: & mortale hoc nostrum, induet immortalitatem; quia corpus humilitatis nostre conformabit corpori, gloriae suae. Videte

enim quid dicat in Psalmo dedicationis. Convertisti luctum meum in gaudium mihi; conscidisti saccum meum & accinxisti melætitiam: ut cantet tibi gloria mea, & non compungar. Tu autem.

In octava Dedicationis semiduplex maior. Ad Vesperas, Antiphona & Psalmi de Feria occurrente. Capitul. Versus Antiphona ad Magnificat & Oratio ut in primis Vesperris Festi.

Ad Matutinum omnia ut in die exceptis Lectionibus, in primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. I. in vidi Dominum.

Lectio iv.

Cum decente circumspetione. ad Ecclesiam accedamus; ne pro peccatorum remissione; etiam accessionem peccatis adjunctam domum referamus. Quid autem est quod a nobis reposcitur? ut dum diuinos hymnos resonamus: multo tremore contricti; multaque religiose ornati: ita demum

eos offeramus. Nam sunt quidam inter eos qui hic adsunt: quos nec vestrae quidem charitati arbitror esse ignotos; qui contemplentes Deum, ac Spiritus Elóquia pro vulgáribus ac profanis ducentes: incompositas voces emittunt; nihilque melius. se gerunt: iis quos habet insania. Toto corpore tumultuantes, ac circumacti; morésque præ se ferentes: à spirituali statio- ne alienos. Miser & infelix. Oportébat te cum tremore ac reverentia, Anglicam glorificationem resonare; cumque terrore confessionem reddere conditori: ac per hanc deliciorum veniam postulare. Tu vero mimorum, ac saltatorum, mores huc inducis: dum indecenter manus jactas, pedibus subsultas: totoque circumageris corpore. Tu autem.

Lectio v.

Non cogitas quod Angelii huic stupentes assistunt mensæ; cumque reverentia: hanc circumvallant. Iterum tu ista non cogitas; quoniam ea quæ in

In theátris audiúntur quæque spectántur : mentem tuam obscurárunt. Et ídeò quæ illic gerúntur in Ecclesiæ ritus indúcis: & ídeò clamóribus , nihil certe significántibus : ánimum incompósitum evúlgas. Quómodò ergo véniam postulábis tuórum. delícorum ? Quómodò ad misericórdiam Dóminum infléctes ? qui contémptim offers precatiónem : Dicis miserére mei Deus : & mores à misericórdia aliénos decláras. Clamas ; salva me : & córporis spéciem à salúte alienam exprimis. Tu autem.

Lectio vij.

Quómodò non imitáris hanc vocem; quâ illic profers? dicens. Scríte Dómino in timóre : & exultáte ei cum tremóre. Hóccine est cum tremóre servíre? sic diffundi, distendíque ; ut nec ipse scias quid. loquáris : incompósito vocis boátu. Istud verò cótémptus est : non timóris. Arrogátiæ: non humilitáris. Istud ludéntium est pótius: quâm divínas laudes cantántiū. Quid igitur est servíre

Dómino in timóre ? cùm omne præceptum perfecérimus ; ipsi in timóre & compunctione confitéri : cordéque contrito , ac mente submissa : Preces offérre. Tu autem.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangélii :
secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 19.
In illo tempore : ingrésus Jesus perambulábat Hiérico. Et ecce vir nómine Zachaeus ; & hic erat princeps publicanórum : & ipse dives. Et quærébat vidére Iesum. quis es? & non pótterat prætura. : quia statúra puerilis erat. Et præcurrens ascéndit in árborem sycomororum ; ut vidéret illum : quia inde erat transíturus. Et reliqua.

Homilia sancti Petri.

Chrysólogi.

Homilia in idem Evang.:
Princeps publicanórum in civitáte perdítâ; pérditó operis Zachaeus: egíssese scribitur principátum. Ex loco ; persónâ; officio: reárus magnitúdo monstrátur. Ut ex magnitudine criminis : remitténtis elúccat magnitudo. Erquerébat

quarébat Iesum vidére. Qui Christum vidére quærit; cælum unde Christus est: non terram de quâ austrum est intueáatur. Dives ergo qui sursum respicit; non portat divítias: sed procúlcat. Nec incurvátur divítias: sed levátur. Atque agit divítias; ad largientis obséquium: non ad divitiárum, & avariítiae servitútem. Divitiárū servus: non Dóminus est avárus. At misericors; tot servos se probat habére: quot nummos. Et non pótterat præ turbâ: quia statúra pusillus erat. Satis hic animo magnus erat: qui pusillus videbátur in corpore; nam mente tangébat cœlos: qui corpore hómines non æquabat. Tu autem.

Lectio viij.

ET præcurrens ascéndit in árborem. Quibus putas iste grádibus altissimæ áboris, pervénit ad ramos? Iste calcávit terram; superascéndit auram; transcéndit avaritiam: & totam divitiárum supergréssus est molem. Ut prosiliens in árborem véniae: misericórdia aprehéndat fructum; & de

spéculâ confessiónis: indulgentiæ céneret lar gitórem. Ascéndit in árborem sycómorum. Mysterio non casu, ascéndit in árborem sycómoram; ut unde Adam tékerat nuditatem corporis: Záchaeus inde veláret foeditatem avariítiae. Ut vidéret Iesum: quia inde erat transiturus, Verè dixit transiturus; quia Christus per terrénas vias & humános labóres non mansurus vénérat: sed vénératus transiturus. Tu autem.

Lectio ix.

Descénde ergo; ut despónas tantæ fraudis ónera: pónera cupiditatis. Usuráram molem; magistérium publicáni: exactiōnis: crudelissimæ principátum. Expeditus intres páuperis scholam; discipulatum misericórdiæ: pietatis usum. Patiētiæ disciplinam: stúdia virtutum; sciētiā divinitatis; tolerantiā passiōnum. Philosóphiā mortis. Atque inter vitālis ligni árdua: jam perféctus ascéndas. Descende: quia hodie in domo tuā opórtet: me manere.

Cujus;

Cujus domum non intraverit Christus : ille ad divinam non perveniet mansiónem ; & cujus h̄ic ad mensam non sederit Christus : ille cælestem non accúmbet ad mensam. Et festinans descendit : & suscepit eum gaudens. Gaudet quia suscepit suscepторем suum ; quia pâstorēm suum pascit : quia Urbs Jerusalēm bēata.

Ad Vesperas Antiphona & Psalmi de Feria occurrente. Cœtera ut in secundis Vespere Festi.

Ad Processionem primum. Respons. Officij diei seq.

Oratio conveniens.

Ad Completor. Hymnus.

OFFICIUM B. MARIÆ IN SABBATO.

OMNIBUS SABBATIS per annum ; praterquam in Adventu , Quadragesima , Quartor Temporibus & Vigiliis ; & nisi Officium fieri debeat de Feria , propter Officium alicujus Dominica infra Hebdomadam ponendum , ut dicitur in Rubrica de Dominicis ac nisi festum aliquod novem Lectionum & dies infra octavam evenerit fit Officium de sancta María modo infrà scripto .

Ad Vesperas Feria Sexta Antiphona & Psalmi de Feria. occurrente.

Capitulum. Eccli. 24.
AB initio & ante sacerdotalia creata sum ; & usque ad futurum sæculum non désinam ; & inhabitacione sancta coram ipso ministrávi.

¶ Diffusa est grātia in labiis tuis.

¶ Propterea benedixit te Deus in æternum. Alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Magnificat. Añorando. Sancta María succurre misericordia, iuxta pusillanimes, rōfōve flēbiles ; ora pro populo, interveni pro Clerico , intercéde pro devoto fœminēo sexu, sentiant omnes

clxxxiv Officium B. Maria in Sabbato.

omnes tuum juvámen ,
quicúmque célébrant tuā
sanctam commemoratió-
nem. Allelúa.

Oréinus. Oratio.

COncéde nos fámulos
tuos quæsumus Dó-
mine Deus, perpétua men-
tis & córporis salúte gau-
dére ; & gloriósâ beátæ
Maríæ semper Vírginis
intercessióne , à presénti
liberári tristitia ? & æter-
na pérfrui lætitia. Per Dó-
minum nostrum.

*Si Feria Sexta occurrat
festum novem Lectionum,
tunc fit tantum Processio
de Beatâ Mariâ & dicitur
Responsor. primum. Ave
Maria.*

Oratio ut suprà.

Ad Completorium.

Hymnus.

AVe maris stella ,
Dei mater alma ;
Atque semper virgo ,
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore :

Funda nos in pace

Mutans nomen Evæ.

Solve vincla reis ,
Profer lumen cæcis ,
Mala nostra pelle ,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse Matrem;

Sumat per te preces ;
Qui pro nobis natus ,
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris

Inter omnes mitis ,
Nos culpis solútos
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram
Iter para-tutum ;
Ut Vidéntes Jesum ,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri ,
Summo Christo decus ,
Spirítui sancto
Tribus honor unus.

Amen.

Ad Matutinum , Invit.
ut in Festis iij. Lectionum.
Allelúa. allelúa, allelúa.
Novem Antiphona & no-
vem Psalmi ut infrà in
Offic. parvo ejusdē. xciiij.

Additur semel Allelúa,
in fine cuiuslibet Añæ.

¶. Spécie tua & pulchri-
tudine tua.

¶. Inténde, prósperè pro-
céde & regna. Allelúa, al-
lelúa, allelúa.

Dua prima Lectiones
de Scriptura occurrente ,
tertia , una ex inferius po-
sit is per ordinem. clxxiij.

¶. j. Ave María grátia
plena , Dóminus tecum ;
Spíritus Sanctus supervé-
net in te , & virtus altissi-
mæ

sum obumbrabit tibi : * Quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur filius Dei, alleluia. ¶ Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Quod enim.

R. ij. Beata me dicent omnes generationes : * Quia fecit mihi Dominus magna, quia potens est : & Sanctum nomen ejus, alleluia. ¶ Et misericordia ejus in progénie & progénies timéntibus eum. Quia.

R. iij. Fœlix valde es Sacra virgo María & omni laude dignissima * Quia ex te ortus est sol justitiae Christus Deus noster, alleluia. ¶ Ora Dei génitrix pro populo, interveni pro Clero, intercéde pro devoto fœmineo se-xu ; séntiant omnes tuum juvámen ; quicunque célébrant tuam sanctam commenorationem. Quia Glória Patri. Quia.

Ad Laudes, Antiphona. Ave María grátia plena, Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus, alleluia. Psalm. Dominus regnabit. cum reliquis de Dominicis. *Antiphona.* Pulchra

es & decóra filia Jerusalém, terribilis ut castiorum ácies ordinata, allel.

Antiphona. Benedicta tu in mulieribus, & Benedictus fructus ventris tui, alleluia. *Aña.* In odorem unguentorum tuorum currémus, adolescētulæ dilexérunt te nimis, alleluia.

Aña. Quam pulchri sunt gressus tui calceamenti, filia principis, alleluia.

Capitulum. Ab initio, ut suprà.

¶ Speciosa facta es.

R. Et suavis in deliciis tuis sancta Dei génitrix. Alleluia, alleluia, alleluia.

Ad Benedictus. Aña. Beata es María quæ credidisti ; perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Domino, alleluia.

Oratio. Concéde nos famulos tuos. *ut suprà.*

A D T E R T I A M.

Capitulum. Eccli. 24. 1.

AB initio & ante sæcula créata sum, & usque ad futurum sæculum non désinam ; & inhabitatione sancta : coram ipso ministrávi.

R. Spécie tua & pulchritudine

cxxxvij Officium B. Mariae in Sabbato.

Vadine tua, alleluia, allel.
¶. Intende prosperè pro-
céde & regna. Alleluia,
allel. Glória Patri. ¶ Ad-
juvabit eam Deus vultu
suo. ¶. Deus in médio
ejus, non commovébitur.
Alleluia, alleluia, allel.

Oratio. Concéde nos fá-
mulos. *ut suprà.*

A D S E X T A M.
Capitulum. Eccli. 24. 1.

E T sic in Sion firmáta
sum & in civitáte san-
ctificáta simíliter requié-
vi & in Jerúsalém potéstas
mea; Et radicávi in pô-
pulo honorificáto, & in
parte Dei mei héréditas
illius: & in plenitúdi-
ne sanctórum, deténtio
mea.

¶. Adjuvabit eam Deus
vultu suo. Alleluia, allel.
¶. Deus in médio ejus,
non commovébitur. Alle-
luia, alleluia. Glória Pa-
tri. ¶. Diffusa est grátia in
lábiis tuis. ¶. Proptéreà
benedíxit te Deus in ætér-
num. Alleluia, allel. allel.

Orémus. Oratio.

F Amulórum tuórum
Dómine delíctis ignó-
sce; ut qui tibi placére de-
áctibus nostris non valé-
mus: Genitricis filij, tui

Dómini Dei nostri, in-
tercessióne salvémur. Per
eúndem.

A D N O N' A M.
Capitulum.

I N platéis sicut cinná-
mónum & bálsánum
aromatizans odórem de-
di; quasi myrra élæcta:
dedi suavitátem odóris,
¶. Diffusa est grátia in
lábiis tuis. Alleluia, allel.
¶. Proptéreà benedíxit te
Deus in ætérnum. Alle-
luia, allel. Glória Patri.
¶. Elégit eam Deus &
præelégit eam. ¶. In Ta-
bernáculis suis habitare
eam facit. Alleluia, alle-
luia, alleluia.

Orémus. Oratio.

C oncéde misericors
Deus, fragilitati no-
stræ præsidium; ut qui
Sanctæ Dei genitricis
memóriam celebrámus:
intercessiónis ejus auxílio,
à nostris iniquitatibus re-
surfámus. Per eúndem.

L ectiones sequentes di-
cuntur singulis mensib⁹
in Officio Beatae Mariae in
Sabbato ordine infrà scri-
pto.

M E N S E A P R I L I.
Sermo sancti Athanásij
Episcopi.

In sancta genitricis annunciat.

Benedicta tu inter mulieres Maria & benedictus tuus uterus : qui Deum capere meruit. Nec non ubera quæ Deum factum, puerum educavérunt, jam tertia ex principibus Angelisque & Archangelis Hierarchia iubente ac committente Deo qui emisit tanquam per unum Archangelum Gabriëlem dulcissimum ac capacissimum : Hymnum proferre semper clamat. Ave gratiâ plena Dominus tecum. Ab his nos qui ad terrestrem Hierarchiam spectantes Dei exaltationes in gutture ferimus edocet ; sive mutuati voce : magnâ ac canôrâ voce exaltamus dicentes. Ave gratiâ plena : Dominus tecum. Intercede hera ac Domina Reginâque ac Dei Mater pro nobis. Quod nimurum ex nobis oriunda sis : ac qui ex te natus est carnigerus Deus , quem decet gloria & magnificentia omnisque honor & adoratio & gratiarum aetio.

M E N S E M A I O .
Sermo sancti Augustini
Episcopi.

Sermon. 18. de Sanctis.

Mater generis nostri pœnam intulit mundo : genitrix Domini nostri salutem edit mundo. Auctrix peccati Eva : auctrix meriti Maria. Eva occidendo obfuit : Maria vivificando profuit, Illa percussit ista sanavit. Haec enim mirabili atque inestimabil modo omnium rerum & suum pèpérit salvatorem. Quæ haec virgatam sancta ad quam venire dignaretur Spiritus quæ tam speciosa ut eam Deus sibi eligeret sponsam ; quæ tam casta : ut esse posset virgo post partum. Haec est Dei templum ; fons ille signatus & porta in domo Dei clausa. Ad hanc namque ut dixi Spiritus descendit ; hanc virtus altissimi obumbravit. Haec est immaculata coitu ; fecunda partu ; Virgo lactans ; Angelorum & hominum cibum nutritens. Merito namque beata singulari à nobis præconio extollitur ; quæ singulare

clxxxvij Officium parvum B. Mariae.

singulare commercium ex utero, ante Luciferum
mundo prebuit. Denique genui te.
tantum se ad caeli fastigia Juravit Dominus & non
sublevavit ut verbum in poenitentib[us] eum : * Tu es
principio apud Deum de sacerdos in aeternum : *
superiora caeli arce susciperet. secundum ordinem Mel-
chisedech.
O felix Maria & omni laude dignissima. O Virgo Dei genitrix gloriola.
O sublimis puerpera cuius visceribus auctor caeli
terraque committitur.

OFFICIUM PARVUM

Beata Maria Virginis.

Ave Maria, &c.

Deus in adjutorium, &c.

Tempore Paschali ubi de more dicitur in fine Antiphonarii Versuum Responsi additur Alleluia. Ritu notato. In Officiis de Comuni.

Ad Vesperas, Aña. Ave Matia.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Dominino meo : * sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos : * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emitte Dñs ex Sion : * dominare in medio, inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ : * in splendoribus sanctiorum : *

ex utero, ante Luciferum genui te.
Juravit Dominus & non poenitentib[us] eum : * Tu es sacerdos in aeternum : * secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis confrerit in die irae suæ reges.

Judicabit in nationibus, implabit ruinas : * conquisabit capita, in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Gloria Patri.

Antiphona. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum ; benedicta tu in mulieribus.

Aña. Pulchra es & decora.

Psalmus 112.

Laudare pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum : * ex hoc nunc, & usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum : * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus : * & super caelos, gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus

Deus noster : * qui in altis hábitat , & humília respicit , in caelo & in terra.

Súscitans à terra ínopem : * & de stércore érigens páuperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus : * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérelin in domo : * matrem filiorum lætántem.

Glória Patri.

Antiphona. Pulchra es & decóra filia Jerúsalem , terribilis ut castrórum ácies ordináta.

Aña. Benedícta tu.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his quæ dicta sunt mihi : * in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri : * in átriis tuis Jerúsalem.

. Jerúsalem quæ ædificátur ut cívitas : * cuius participatió ejus , in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribùs , tribùs Dómini : * testimónium Israël , ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt se-

des in judício : * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua : * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos : * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri : * quæsivi bona tibi.

Glória Patri.

Aña. Benedícta tu in muliéribus , & benedíctus fructus ventris tui.

Aña. In odórem.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum : * in vanum laboravérunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem : * frustra vigilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite postquam sedéritis , qui manducáatis panem dóloris.

Cum dedérit diléctis suis somnum : * ecce hæreditas Dómini , filii ; merces fructus ventris ,

Sicut sagittæ in manu potén-

poténtis : * ita filii ex-
cüssorum.

Beatus vir qui implé-
vit desidérium suum ex
ipsis : * non confundétur
cùm loquétur ; inimícis
suis in porta.

Glória Patri.

Aia. In odórem unguen-
torum tuórum currémus ;
adolescéntulæ dilexérunt
te nimis. *Aña.* Quàm
pulchri sunt gressus tui.

Psalmus 147.

LAUDA Jerúsalem Dó-
minum : * lauda Deú-
tuum Sion.

Quóniam confortávit
seras portárum tuárum : *
benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos
pacem : * ex ádipe fru-
niénti sátiat te.

Qui emíttit elóquium
suum terræ : * velóciter
currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut
ianam : * nébulam sicut
cíncrem spargit.

Mittit Chrystállum suam
sicut buccéllas : * ante
fáciem frígoris ejus quis
sustinébit.

Emittet verbum suum
& liquefáciet ea : * flabit
spíritus ejus , & fluent
aquæ.

Qui annúntiat verbum
suum Jacob : * justítias &
judícia sua Israél.

Non fecit taliter omni
natióni : * & judícia sua,
non manifestávit eis.

Glória Patri.

Aia Quàm pulchri sunt
gressus tui calceaménti,
filia príncipis.

Capitulum. Eccli. 24. b

AB initio & ante se-
cula créata sum , &
usque ad futúrum sécu-
lum non désinam ; & in
habitatióne sancta : co-
ram ipso ministrávi.

¶. Beátam mé dicent om-
nes generatiónes. ¶. Quia
fecit mihi magna quia
potens est.

Ad Magnificat , Aña.
Respexísti humilitátem
meam Dñe Deus meus.

Orémus. *Oratio.*

Concéde nos fámulos
tuos quæsamus Dó-
mine Deus, perpétua men-
tis & córporis salúte gau-
dére ; & gloriósa Beátæ
Maríæ semper vírginis
intercessióne ; à præférni
liberári tristitia & ætéerna
perfrui lætitia. Per Dñm.

Orémus. *Oratio*

Deus qui corda fidé-
lium sancti Spíritus
illustra

illustratione docuisti; da nobis in eodem Spíritu recta sapere: & de ejus semper consolatione gaudere.

Orémus. *Oratio.*

Ecclésiam tuam Dómini ne benígnus illústra; ut Beáti Joánnis Apóstoli & Evangelistæ illuminata doctrínis: ad dona per-véniat sempitérna.

Orémus. *Oratio.*

Omnes sancti tui quæsumus Dómine nos ubique lætificent, & adjuvent; ut dum cótum mérita recólimus: patrocinia sentiámus. Per Dóminum.

AD COMPLETORIUM

Ave María. *Vers.*

Convérte nos Deus salutáris noster. *Rg.* Et avérte iram tuam à nobis.

P. Deus in adjutorium meum inténde.

Rg. Dómine ad adjuvandum me festina. Glória Patri. Allelúia. *vel* Laus tibi Dómine rex æternæ glóriæ.

Psalmus 128.

Sæpè expugnavérunt me à juventute mea: * dicat nunc Israël.

Sæpè expugnavérunt me à juventute mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatores: * prolongavérunt iniquitatem suam.

Dóminus justus concidet cervíces peccatorum: * confundantur & convertantur retrósum, omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum testórum: * quod priùsquam evellátur exáruit.

De quo non implévit manum suam qui metit: * & finum suum, qui manípulos colligit.

Et non dixérunt qui præteribant, 'benedictio Dómini super vos: * benediximus vobis, in nomine Dómini.

Glória Patri.

Psalmus 129.

De profundiis clamávi ad te Dómine: * Dómine exaudi vocem meā.

Fiant aures tuæ inténdentes: * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit.

Quia apud te propitiatio

excij Officium parvum B. Mariae.
cio est: * & propter le-
gem tuam sustinui te Dó-
mine.

Sustinuit áima mea in
verbo ejus: * speravit
áima mea in Dómino.

A custódia matutina
usque ad noctem: * spe-
ret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum
misericórdia: * & copiosa
apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël: *
ex ómnibus iniquitatibus
ejus. Glória Patri.

Psalmus 130.

Domine non est exal-
tatum cor meum: *
neque elati sūt oculi mei.

Neque ambulávi in
magnis: * neque in mi-
rabilibus super me.

Si non humíliter sen-
tiébam: * sed exaltávi
ánimam meam.

Sicut ablactátus est su-
per matre sua: * ita retrí-
bútio in áima mea.

Speret Israël in Dómi-
no: ex hoc nunc & usque
in fæculum. Glória Patri.

Hymnus. Ave maris
stella, ut suprà in Officio
S. Mariae in Sabbato. clxx.

Capitulum.

BÉata es María quæ
Dóminum portásti ut suprà.

creatorem mundi; Ge-
nuisti qui te fecit: & in-
æternum permanes virgo.

¶. Adjuvabit eam Deus
vultu suo. Adjuvabit.

¶. Deus in medio ejus,
non commovébitur Adju-
vabit. Glória Patri. Ad-
juvabit. ¶. Elégit eam
Deus & prælégit eam.
¶. Et in tabernaculis suis,
habitare eam facit.

Ana. Beata Mater & in-
tacta virgo, Gloriósa re-
gina mundi dignissima;
intercéde pro nobis ad
Dóminum.

Canticum. Nunc dimít-
tis. 177.

Orémus. *Oratio.*
FAmulórum tuórum
Dñe delictis ignósce;
& qui placere de actibus
nostris non valémus: ge-
nitrícis filii tui Dómini
Dei nostri intercessione
salvémur.

Orémus. *Oratio.*
Illlo nos igne quæsumus
Dómine virtus Spíritus
sancti inflámmet; quem
Dóminus noster Jesus
Christus misit in terras:
& volúit vehementer ac-
cendi.

Oratio. Omnes sancti.
ut suprà.

AD

AD MATUTINUM.

¶. Dómine lábia. ¶. Deus
in adjutórium. *Invitato-*
rium. Ave María grátia
plena Dóminus tecum.

Psalmus. Vénite.

Tempore Paschali. Invita-
torium. Allelúia, allel.
allelúia.

In primo Nocturno.

Quando dicitur tantum
Officium parvum; tres se-
quentes *Psalmi cum Aña*
& *Vers.* dicuntur Domini-
ca; Feria secunda & quin-
ta, *Aña.* Post partum
Virgo. *Psalmus 8.*

Domine Dóminus no-
ster: * quam admirá-
bile est nomen tuum, in
univérsa terra.

Quóniam eleváta est,
magnificéntia tua super
céllos.

Ex ore infantium &
lacléntium, perfecísti
laudem propter inimícos
tuos: * ut déstruas inimí-
cum, & ultórem.

Quóniam vidébo cé-
los tuos, ópera digitó-
rum tuórum: * lunam &
stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo quod
memor es ejus: * aut si-
lius hóminis, quóniam
vítas eum.

Pars Verna.

Minuísti eum paulómi-
nus ab ángelis: * glória
& honóre coronásti eū: *
& constituísti eum, super
ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub
pédibus ejus: * oves &
boves univérsas: * su-
per & pécora campi.

Vólucres cæli & pisces
maris: * qui perambulan-
t sémitas maris.

Dómine Dóminus no-
ster: * quam admiráble
est nomen tuum, in uni-
vérsa terra.

Glória Patri.

Aña. Post partum virgo
inviolata permánsisti;
Dei genitrix intercéde
pro nobis.

Aña. Speciósula facta es.

Psalmus 15.

Consérva me Dómi-
ne, quóniam sperávi
in te: * dixi Dómino Deus
meus es tu: * quóniam
bonórum méorum non
eges.

Sanctis qui sunt in ter-
ra ejus: * misericávit
onines voluntátes meas
in eis.

Multiplicatæ sunt infir-
mitátes eórum: * posteā
acceleravérunt.

Non congregábo con-
i

venticula eorum, de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum, per labia mea.

Dóminus pars hæreditatis meæ & cálícis mei: * tu es qui restitúes hæreditatēm meam mihi.

Funes cecidérunt mibi in præcláris: * étenim hæréditas mea, præclara est mihi.

Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi intelléctum: * insuper & usque ad noctem, increpáerunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper: * quóniam à dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lètatum est cor meum, & exultávit lingua mea: * insuper & caro mea, requiéscet in spe.

Quóniam non derelíngues ánimam meam, in inférno: * neque dabis sanctum tuum, videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ: * adimplebis me lètitia, cùm vultu tuo: * delestationes in dextera tua, usque in finem.

Glória Patri.

Aña. Speciosa facta es, & suávis in delitiis tuis sancta dei génitrix.

Aña. Unguentum.

Psalmus 23.

Dómini est terra & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi qui hábitant in eo.

Quia ipse super maria fundávit eum: * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini: * aut quis stabit in loco sancto ejus

Innocens manibus & mundo corde: * qui non accépit in vanum ánimam suam: * nec jurávit in dolo, próximo suo.

Hic accípiet benedictiōnem à Dómino: & misericordiam à Deo salutári suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quærentium fáciem Dei Jacob.

Attollite portas príncipes vestras: * Et elevámini portæ aternales: * & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ: * Dóminus fortis & potens: * Dóminus potens in prælio.

Attollite portas príncipes vestras: * & elevámini

nī portæ æternales : * & pèrè procéde , & regna.
introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ : * Dóminus virtutum,
ipse est Rex gloriæ.

Glória Patri.

Aña. Unguentum effusum nomen tuum idèò
adolescentulæ dilexerunt te nimis. *ψ.* Spécie tua &
pulchritudine tua. *R.* Inténde pròspere procéde &
regna.

In secundo nocturno.

Quando dicitur tanum
Officium parvum; tres se-
quentes Psalmi cum *Aña*.
& Vers. dicuntur Feria
tertia & sexta. Antiphona.
Spécie tua.

Psalmus 44.

E ruetavit cor meum
verbū bonū : * di-
co ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus
scribæ , velociter scribén-
tis.

Speciosus forma præ fi-
liis hóminum : * diffusa
est grácia in lábiis tuis : *
propterea benedixit te
Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo ,
super femur tuum, poten-
tissimè.

Spécie tua & pulchritu-
dine tua : * inténde, prof-

Propter veritatem , &
mansuetudinem, & justi-
tiam : * & deducet te mi-
rabiliter , déxtera tua.

Sagittæ tuæ acutæ : * po-
puli sub te cadent, in cor-
da inimicorum regis.

Sedes tua Deus , in sæ-
culum sæculi : * virga di-
rectionis , virga regni
tui.

Dilexisti justitiam , &
odisti iniquitatem : * pro-
térea unxit te Deus, Deus
tuus , óleo lætitiae , præ
consortibus tuis.

Myrrha & gutta & cas-
sia à vestimentis tuis , à
dómibus ebúrnéis : * ex
quibus delectaverunt te
filiae Regum , in honore
tuo.

Aslítit regina à dextris
tuis , in vestitu deaurá-
to : * circundata varie-
tate.

Audi filia & vide , & in-
clína aurem tuam : * &
obliviscere populum tuū ,
& domum patris tui.

Et concupiscet Rex de-
cōrem tuum : * quóniam
ipse est Dóminus Deus
tuus , & adorabunt eum.

Et filiae Tyri in muné-
ribus : * vultum tuum de-

precabuntur, omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filia Regis ab intus : * infimbriis aureis, circumamícta varietatibus.

Addacéntur Regi Vírgenes post eam : * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætitia & exultatione: * adducéntur in templum Regis

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos príncipes, super omnem terram.

Mémores erunt nōminis tui : * in omni generatione, & generatiónen.

Propterea pópuli confitebuntur tibi in æternum : * & in sæculum sæculi. Glória Patri.

Ana. Spécie tua & pulchritudine tua; intende, prosperè procéde, & regna. *Ana.* Adjuvábit eam.

Psalmus 45.

Deus nostrum refugium & virtus: * adjutor in tribulatióibus, quæ invenérunt nos nimis:

Propterea non timébimus dum turbábitur terra: * & transferéntur

montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ sunt aquæ còrum: * conturbáti sunt montes, in fortitúdine ejus.

Fluminis imp:tus laxificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernáculum suum altissimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes & inclinata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobiscum: * suscéptor noster, Deus Jacob.

Veníte & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodigia super terram: * áufferens bella, usque ad finem terræ.

Arcum cónteret; & confrínget arma: * & scuta combúret igni.

Vacáte & vidéte, quóniam ego sum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Glória Patri.

Antiph. Adjuvábit eam Deus

Deus vultu suo ; Deus in
média ejus , non commo-
vébitur. *Aña.* Hortus
conclūsus

Psalmus 47.

MAgnes Dóminus &
laudábilis nimis : *
in civitáte Dei nostri , in
monte sancto ejus.

Fundáatur exultatióne
univérsæ terræ : * mons
sion , látera aquilónis , ci-
vitas Regis magni,

Deus in dómibus ejus
cognoscétur : * cum suscí-
piet eam.

Quóniam ecce reges
congregáti sunt : * con-
venérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admi-
ráti sunt , conturbáti sunt
conimóti sunt : * tremor
apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parti-
riéntis : * in Spiritu vche-
ménti , cónterēt naves
Tharsis.

Sicut audívimus , sic
vídimus in civitáte Dó-
mini virtútum : * in ci-
vitáte Dei nostri : * Deus
fundávit eam in ætér-
num.

Suscépimus Deus mis-
ericordiam tuam : * in mé-
dio templi tui.

Secúndum nomen tuum

Deus , sic & laus tua in
fines terræ : * justitia ple-
na est déxtera tua.

Lætétur mons Sion , &
exultent filiæ Judæ : *
propter judicia tua Dó-
mine

Circúndate Sion & com-
plectimíni eam : * narrá-
te in túribus ejus.

Pónite corda vestra in
virtute ejus : * & distri-
buite domos ejus , ut
enarrétis in progénie ál-
tera.

Quóniam hic est Deus
Deus noster in ætérnum ;
& in sæculum sæculi : *
ipse reget nos in sæcula.

Glória Patri.

Aña. Hortus conclūsus
soror mea ; hortus con-
clusus , fons signátus.

¶. Adjuvábit eam Deus
vultu suo . & Deus in me-
dio ejus , non commové-
bitur.

In tertio Nocturno.

Quando dicitur tantum
Officium parvum ; tres se-
quentes Psalmi cum Anti-
phona , & ¶. dicuntur Fe-
ria quarta & Sabbato.

Antiphona. Homo natu-
ræ est. *Psalmus 86.*

Fundaménta ejus in
móntibus Sanctis : *

cxvij Officium parvum B. Mariae.

diligit Dóminus portas Sion, super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, cívitas Dei.

Memor ero Rahab, & Babilónis sciéntium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus & pòpulus Æthyópum: * hi fuérunt illuc.

Nunquid Sion dicet homo: & homo natus est in ea: * & ipse fundávit eam altissimus.

Dóminus narrábit in scripturis populórum & príncipum: * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómniū, habitatio est in te.

Glória Patri.

Aña. Homo natus est in ea, & ipse fundávit eam altissimus. Aña. Surge Aquilo.

Psalmus 96.

Dominus regnávit exultet terra: * lætentur insulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu ejus: * justitia & judícum, corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet: * & inflammábit in circuitu, inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus

orbi terræ: * vidit & com móta est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Dómini: * à facie Dómini, omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justitiam ejus: * & vidérunt omnes pòpuli, gloriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptilia: * & qui gloriántur, in simulachris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus: * audívit & lætata est Sion.

Et exultavérunt filii Judæ: * propter judicia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es, super omnes Deos.

Qui diligitis Dóminū odite malum: * custódit Dóminus áimas sanctórum suórum: & de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo: * & rectis corde lætitia.

Lætámini justi in Dómino: * & confitémini memoriæ, sanctificatiónis ejus. Glória Patri.

Antiphona. Surge aquilo & veni austro: per hortum

hortum meum ; & fluent
uromata illius.

Aña. Sicut myrrha eleæta.

Psalmus 97.

CAntáte Dómino cán-
ticum novum: * quia
mirabilia fecit.

Salvávit sibi dexterá
eius: * & bráchium San-
ctum eius.

Notum fecit Dóminus
salutare suum: * ante con-
spéctum géntium, revelá-
vit iustitiam suam.

Recordátus est miseri-
córdiæ suæ , & veritatis
suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes témini
terræ salutare Dei nostri: *
jubiláte Dómino omnis
terra: * cantáte & exultáte
& Psállite.

Psállite Dómino in cy-
thara , in cythara & voce
Psaltri : * in tubis ductí-
libus , & voce tubæ cór-
næ.

Jubiláte in conspéctu
Regis Dómini: * moveá-
tur mare & plenitudo
eius: * orbis terrarum , &
qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu-
simul : * montes exultá-
bunt à conspéctu Dómi-
ni : * quóniam venit ju-
dicare terram.

Judicábit orbem terrá-
rum in iustitia : * & po-
pulos in æquitate.

Glória Pátri.

Aña. Sicut myrrha eleæta,
odórem dedísti suavitatis,
sancta Dei génitrix.

¶. Diffusa est grátia ih-
lábii tuis.

Rg. Proptéreà benedíxit te
Deus, in æténum. Pater
noster.

Deprecatio.

Précibus & méritis beá-
tissimæ & gloriosissi-
mæ semperque Vírginis
Maríæ , & ómnium san-
ctórum & sanctárum, sal-
vet nos & confótet : om-
nípotens & misericors
Dóminus. Amen. Dom-
ne jube benedícere. Qui
natus est de Vírgine suc-
cúrrat nobis hódie. Amen.

Lectio j. Eccli. 24. b
IN ómnibus réquiem
quaesívi : & in hæredi-
tate Dómini morábor.
Túc præcépit & dixit mi-
hi créator ómnium ; &
qui creávit me requiévit
in tabernáculo meo : &
dixit mihi. In Jacob in há-
bita ; & in Israël hæredi-
tare : & in éléctis meis
mitte radíces: Tu.

Rg. Ave María grátia ple-

na Dóminus tecum , Spí-
ritus Sanctus supervéniet
in te , & virtus altissimí
obumbrábit tibi : * Quod
enim ex te nascétur San-
ctum vocábitur filius Dei.
¶. Benedicta tu in mulié-
ribus , & benedictus fru-
ctus ventris tui. Quod
enim. Domine jube bene-
dicere. Déleat nostra crí-
mina qui natus est de Vír-
gine María. Amen.

Lectio ij.

ET sic in Sion firmáta
sum , & in civitáte
sanctificáta simíliter re-
quiévi : & in Jerúsalem
potésta mea. Et radicávi
in pópulo honorífáto ;
& in parte Dei mei hæré-
ditas illius : & in pleni-
túdine Sanctórum detén-
tio mea. Tu autem.
¶. Béatam me dicent om-
nes generatiónes : * Quia
fecit mihi Dóminus ma-
gna quia potens est , &
Sanctum nomen ejus.

¶. Et misericórdia ejus
in progénie & progénies
timéntibus eum. Quia
fecit. Domne jube bene-
dicere. Sancta María vir-
go Virginum intercédat
pro nobis ad Dóminum.
Amen.

Lectio iij.

QUASI cedrus exaltáta
sum in Líbano : &
quasi cypréssus in monte
Sion. Quasi palma exal-
táta sum in cades ; & quasi
plántatio rosæ in Jéricho:
quasi oliva Speciosa in
campis ; & quasi plátanus
exaltáta sum juxta aquas
in platéis. Sicut cinnamó-
num & bálsamum aro-
matízans odórem dedi ;
Quasi myrrha électa dedi
suavitátem odoris. Tu
autem.

¶. Föelix valde es sacra
virgo María & omni lau-
de digníssima : * Quia
ex te ortus est sol justitiae
Christus Deus noster.

¶. Ora Dei Génitrix pro-
pópulo, intérveni pro cle-
ro , intercéde pro devóto-
föemíneo sexu ; séntiant
omnes tuum juvámen ,
quicúnque célébrant tuam
sanctam commemoratió-
nem. Quia.

In Laudaibus, Antiphona.
Ave María grátia plena
Dóminus tecum. Benedicta tu in muliéribus.

Psalmus. Dóminus regnávit cum reliquis. 20.

Antiphona. Pulchra es, &
decóra ; filia Jerúsalem ;
terríbilis.

terribilis ut castrorum
acies ordinata.

Antiphona. Benedicta tu
in mulieribus, & benedicta
fructus ventris tui
Antiphona. In odorem
unguentorum tuorum cur-
remus; adolescentulæ di-
lexerunt te nimis.

Antiphona. Quam pul-
chri sunt gressus tui cal-
ciamenti, filia Princi-
pis.

Capitulum. Isaiae. 11.
Erediatur virga de ra-
dice Jesse; & flos de
radice ejus ascendet: &
requiesceret super eum Spí-
ritus Dómini.

¶. Diffusa est grátia in
lábiis tuis.

¶. Propterea benedixit te
Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Aña.

Beata es María quæ cre-
didisti perficiéntur in te
quæ dicta sunt tibi à Dó-
mino, alleluia.

Orémus. Oratio.

Deus qui de beatæ
Maríæ Virginis úte-
ro, verbum tuum An-
gelo nunciante carnem
fuscipere voluisti: præ-
sta supplicibus tuis; ut
qui verè eam Dei geni-
xícem crédimus: ejus

apud te intercessiōnibus
adjuvémur.

Orémus. Oratio.
Deus qui corda fidé-
lium sancti Spíritus
illustratione docuisti; da
nobis in eódem Spíritu re-
cta sápere: & de ejus sem-
per consolatione gaudere.

Orémus. Oratio.
Ecclésiam tuam Dómi-
ne benignus illústra;
ut beáti Joánnis Apóstoli
& Evangélistæ illumináta
doctrínis: ad dona perva-
niat sempitérna.

Orémus. Oratio.
Omnes Sancti tui quæ-
sumus Dómine nos
ubique lætificent & adju-
vent; ut dum eórum mé-
rita recólimus: patrocí-
nia sentiámus. Per Dómi-
num nostrum.

A D P R I M A M.

Psalmus 53.

Deus in nōmine tuo
salvum me fac: * &
in virtute tua júdica me.
Deus exaudi oratiōnem
meam: * áuribus pércepe
verba oris mei.

Quóniam alieni insur-
rexerunt adversum me: *
& fortes quæsierunt áni-
mam meam: * & non pro-
posuerunt Deum, ante-
i s

conspéctum suum.

*Ecce enim Deus adjuvat me : * & Dóminus suscéptor est, ánimæ meæ.*

*Avérte mala inimícis meis : * & in veritáte tua, dispérde illos.*

*Voluntariè Sacrificábo tibi : * & confitébor nōmini tuo Dómine, quóniam bonum est.*

*Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me : * & super inimícos meos despéxit óculus meus.*

Glória Patri.

Psalmus 84.

Benedixisti Dómine terram tuam : * avertisti captivitatēm Jacob.

Remisisti iniquitatēm plebis tuæ : * operuísti ómnia peccáta eorum.

Mitigásti omnem iram tuam : * avertisti ab ira indignatiónis tuæ.

Convénte nos Deus salutáris noster : * & avérte iram tuam à nobis.

Nunquid in ætérnum irascéris nobis : * aut exténdes iram tuam, à generatióne in generatiónen.

Deus tu convérsus vivificábis nos : * & plebs tua lætabitur in te.

Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam : * & salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : * quóniam loquéatur pacem, in plebem suam.

Et super Sanctos suos : * & in eos qui convertún-tur ad cor.

Verúmtamen propè timéntes eum salutáre ipsius : * ut inhábitet glória, in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi : * justitia & pax, osculatæ sunt.

Véritas de terra orta est : * & justitia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitatēm : * & terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulábit : * & ponet in via gressus suos.

Glória Patri.

Psalmus 116.

LAUDÁTE Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmátæ est super nos misericórdia ejus : * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri.

Capitul.

Capitulum.

Ego quasi vitis fructifi-
cávi suavitatem ódo-
ris: & flores mei, fructus
honoris & honestatis.

R. Ave María grácia ple-
na Dóminus tecum. Ave.
¶. Benedicta tu in mu-
liéribus & benedictus fru-
ctus ventris tui. Ave. Gló-
ria Patri.

¶. Post partum. ut infrà
ad Tertiam.

Orémus. Oratio.

OMnipotens sempitér-
ne Deus! nos famu-
los tuos déxtera poténtia
tuæ à cunctis prótege pe-
riculis; & beáta María
semper Vírgine interce-
dente! fac nos præsénti
gaudere prosperitatè, &
futura.

Orémus. Oratio.

Sicut Spíritus Dómine
corda nostra mundet
infusio! & sui roris inti-
ma aspersióne fœcundet.

Oratio. Omnes sancti.
ut suprà. ccj.

AD T E R T I A M.

Psalmus 199.

AD Dóminum cùm tri-
buláret clamávi: * &
exaudiuit me.

Dómine líbera ánimam
meam à labiis intíquis: *

& à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid
apponátur tibi: * ad lin-
guam dolósam.

Sagittæ poténtis acú-
tæ: * cum carbónibus de-
solatóriis.

Heu mihi quia inco-
látus meus prolongátus
est: * habitávi cùm habi-
rántibus Cedar: * multùm
incola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pa-
cem eram pacíficus: * cum
loquébar illis, impugná-
bant me gratis.

Glória Patri.

Psalmus 120.

Levávi óculos meos ad
montes: * unde véniet
auxílium mihi.

Auxílium meum à Dó-
mino: * qui fecit cælum
& terram.

Non det in commotiō-
nem pedem tuum: * ne-
que dôrmitet qui custó-
dit te.

Ecce non dormitábit
neque dormiet: * qui cu-
stódit Israël.

Dóminus custódit te: *
Dóminus protéctio tua,
super manum déxteram
tuam,

Per diē sol non uret te: *
neque luna per noctem.

Dóminus custódit te
ab omni malo : * custó-
diat ánimam tuam. Dó-
minus.

Dóminus custódia in-
tróitum tuum. & éxitum
tuum : * ex hoc hunc, &
usque in sǽculum.

Glória Patri.

Psalmus 121.

Lætátus sum in his
quæ dictæ sunt mihi : * in domum Dómini
ibimus.

Stantes erant pedes no-
stri : * in atriis tuis Jerú-
salem.

Jerúsalem quæ ædifi-
catur ut cívitas : * cuius
participatio. ejus. in idí-
psum.

Illuc enim ascendérunt
tribùs tribùs Dómini : *
testimónium Israël ad
confiténdu[m] nómini Dó-
mini..

Quia illic sedérunt fe-
des in judício : * sedes su-
per domum Davidi

Rogáte quæ ad pacem
sunt Jerúsalem : * & abun-
dántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua : *
& abundántia in túribus
tuis.

Propter fratres meos &
próximos meos : * lo-

québar pacem de te.

Propter domum Dómi-
ni Dei nostri : * quæsivi
bona tibi.

Glória Patri.

Capitulum. Eccli. 24.

Et sic in Sion firmáta
sum, & in civitáte san-
ctificáta simíliter requié-
vi ; & in Jerúsalem : po-
téstas mea.

¶ Post partum Virgo in-
viólata permansísti. Post.
¶. Dei génitrix intercéde
pro nobis.. Post. Glória
Patri. Post. ¶. Diffusa est
grátia in lábiis tuis. ut in-
frà ad VI..

Orémus. *Oratio.*

Gratiám tuam Dómi-
ne ménibus nostris.
infúnde ; ut qui Angelo-
nuntiánte Christi filij tui,
incarnationem cognóvi-
mus : per passionem eius:
& crucem ad resurrectio-
nis gloriām perducámur..

Orémus. *Oratio.*

Deus. qui Apóstolis.
cuis Sacrum dedí-
sti Spíritum : concéde ple-
bi tuæ piæ petitiónis effe-
ctum. ; ut quibus dedí-
sti fidem : largiáris & pa-
cem.

*Oratio: Omnes sancti. ut
suprà. ccj..*

A.D.

A D S E X T A M.

Psalms 122.

AD te levávi óculos
neos. * qui hábitas
in cælis.

Ecce sicut óculi servó-
rum: * in mánibus Domi-
nórum suórum.

Sicut óculi ancíllæ in
mánibus Dóminæ suæ: *
ita óculi nostri ad Dómi-
num Deum nostrum, do-
nec misereáatur nostri.

Miserére nostri Dómi-
ne, miserére nostri: * quia
multum repléti sumus des-
pectíone.

Quia multùm repléta
est ánima nostra: * op-
róbrium abundántibus,
& despéctio supérbis.

Glória Patri.

Psalms 123.

Nisi quia Dóminus erat
in nobis: * dicat nunc
Israël, nisi quia Dóminus
erat in nobis.

Cùm exúrgerent hóni-
nes in nos: * fortè vivos
deglutíssent nos,

Cùm irasperétur furor
eórum in nos: * fórsitan
aque absorbuiſſent nos..

Torténiem pertransívit
ánima nostra: * fórsitan
pertransiſſet ánima nostra;
quam intoleráibilem..

Benedíctus Dóminus: *
qui non dedit nos in cap-
tionein, , déntibus eó-
rum.

Anima nostra sicut pas-
ser erépta est: * de láqueo.
venátrium..

Láqueus contritus est: *
& nos liberati sumus.

Adjutórium nostrum in
nómine Dómini: * Qui
fecit cælum. & terram.

Glória Patri.

Psalms 124.

Qui confidunt in Dó-
mino sicut mons-
Sion: * non commovébi-
tur in æternum, qui hábi-
tat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus
& Dóminus in circúitu
pópuli sui: * ex hoc nunc
& usque in sæculum.

Quia non relíquet Dó-
minus virgam peccató-
rum super sortem justó-
rum: * ut non exténdant
justi ad iniquitátem ma-
nus suas.

Bénéfac Dómine: * bo-
nis & rectis cordē.

Declináentes autem in
obligatione, addúcet Dó-
minus cum operáribus:
iniquitátem: * pax super
Israël.

Glória Patri..

Capitæ

ccvj Officium parvum B. Marie.

Capitulum. Eccli. 24.

Sicut cinnamónum, &
oálSAMUÍN aromatízans
odórem dedi; quasi myr-
ra eleæta: dedi suavitá-
tem odoris;

R. Diffusa est grácia in
labiis tuis. Diffusa.

V. Propterea benedíxit te
Deus in ætérnum. Diffusa.
Glória Patri. Diffusa.
V. Spécie tua & pulchri-
tudine tua. ut infrà ad ix.

Orémus. Oratio.

Concéde nos fámulos
tuos quæsumus Dó-
mine Deus perpétua men-
tis & córporis salúte gau-
dere; & gloriósa Beátæ
Márix semper Virginis
intercessióne, à præsénti
liberári tristitia: & ætér-
na pérfrui lætitia.

Orémus. Oratio.

Adgit nobis quæsu-
mus Dómine virtus
Spíritus Sancti; quæ &
corda nostra cleménter
expúrget: & ab omnibus
rueátur advérsis.

Oratio. Omnes Sancti.
ut suprà. ccj.

AD NON A M.

Psalmus 125.

In convertendo Dómi-
nus captivitátem Sion: *
facti sumus sicut cōsolati.

Tunc replétum est gáu-
dio os nostrum: * & lin-
gua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gen-
tes: * magnificávit Dó-
minus fáctere cum eis.

Magnificávit Dóminus:
facére nobiscum: * facti-
sumus lætantes.

Convénte Dómine capti-
vitátem nostram: * sicut
torrents in austro.

Qui séminant in láchry-
mis: * in exultatióne me-
tent.

Euntes ibant & flébant: *
mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient
cum exultatióne: * por-
tantes manípulos suos.

Glória Patri.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificá-
verit domum: * in-
vanum laboravérunt qui
ædificant eam.

Nisi Dóminus custodié-
rit civitatem: * frustra ví-
gilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante-
lucem súrgere: * súrgite
postquam sedéritis qui
manducáatis pané dolóris.

Cum déderit diléctis suis
sonum: * ecce hæreditas
Dómini, filij; mertes fru-
ctus ventris.

Sicut

Sicut sagittæ in manu
potentis : * ita filij excus-
sorum.

Beatus vir qui implavit
desiderium suum ex ipsis : *
non confundetur cum lo-
quetur , inimicis suis in
porta Gloria Patri.

Psalmus 127.

Beatitudines omnes qui timent
Dominum : * qui ambu-
lant in viis ejus.

Labores manuum tuarum
quia manducabis : *
beatus es , & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis
abundans : * in latribus
domus tuæ.

Filius tui sicut novellæ
olivârum : * in circuitu
mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur ho-
mo : * qui timet Dominum :

Benedicat tibi Dominus
ex Sion : * & videas bona
Ierusalem omnibus diebus
vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum
tuorum : * pacem super Is-
rael.

Gloria Patri..

Capitulum. Cant. 6.

Quae est ista quæ pro-
reditur quasi auró-
ra consurgens ; pulchra ut
Luna , electa ut Sol : ter-
ribilis ut castrorum ácies
ordinata.

*R. Spécie tua & pulchri-
tudine tua. Spécie. ¶ In-
tende prospere procéde &
regna. Spécie. Glória Pa-
tri. Spécie. ¶ Adjuvabit
eam Deus vultu suo.*

*R. Deus in medio ejus
non commovébitur.*

Orémus. *Oratio.*

Concede misericors
Deus fragilitati no-
stræ præsidium ; ut qui
Sanctæ Dei genitricis &
Virginis memoriā cele-
bramus intercessiōnis ejus
auxilio , à nostris iniqui-
tibus resurgamus.

Orémus. *Oratio.*

Mentes nostras quæ-
sumus Domine pa-
ráclitus qui à te procédit
illuminet : & inducat in
omnem sicut tuus promi-
sit filius veritatem.

Oratio. Omnes sancti. ccj.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

IN choro dicitur singulis diebus non impeditis festo novem Lectionum post Officium diei; id est Vespera & post Vespertas & Matutinum post Laudes diei, nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum: extra chorum vero pro opportunitate Temporis.

Ad Vespertas absolutè incipitur ab Antiph. Placébo.

Psalmus 114.

Dilexi: * quóniam exaudiet Dóminus, vocem orationis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi: * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dólores mortis: * pericula inferni invenérunt me.

Tribulatióne & dólorem invéni: * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine libera ánimam meam, misericors Dóminus & justus: * & Deus noster miserétur.

Custodiens párvulos

Dóminus: * humiliátus sum & liberávit me.

Convrétere ánima mea in réquiem tuam: * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte: * óculos meos à lachrymis: * pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino, in regióne vivórum.

Antiphona. Placébo Dómino in regióne vivórum.

Antiphona. Heu me.

Psalmus 119.

Ad Dóminum cùm tribulárer clamávi: * & exaudívit me.

Dómine libera ánimam meam à lábiis iníquis: * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi aut quid apponátur tibi: * ad linguam dolósam.

Sagittæ poténtis acutiæ: * cum carbónibus desolatōriis.

Heu mihi quia incolá-
tus meus prolongátus
est: * habitávi cum habi-
tántibus.

tantibus cedar: * multum
incola fuit anima mea.

Cum his qui odérunt pa-
cem, eram pacíficus: *
cum loquébar illis, im-
pugnábant me gratis.

Aña. Heu me! quia in-
colátus meus prolongátus
est. *Aña.* Dóminus.

Psalmus 120.

Evávi óculos meos ad
montes: * unde véniet
auxílium mihi.

Auxílium meum à Dó-
mino: * qui fecit cælum
& terram.

Non det in commotionē
pedem tuum: * neque dór-
mitet qui custódit te.

Ecce non dormitábit
neque dormiet: * qui cu-
stódit Israël.

Dóminus custódit te: *
Dóminus protéctio tua
super manum déxteram
tuam.

Per diem sol nō uret te: *
neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab
omni malo: * custódiat
anima tuam Dóminus.

Dóminus custódiat in-
troitum tuum: * & éxi-
tum tuum ex hoc nunc &
usque in sæculum.

Aña. Dóminus custódit
te ab omni malo, custó-

diat animam tuam Dñs.

Aña. Si iniquitátes.

Psalmus 129.

De profundiis clamávi
ad te Dómine: * Dó-
mine exaudi vocem meā.

Fiant aures tuæ inten-
dentes: * in vocem de-
precationis meæ.

Si iniquitátes observá-
veris Dómine: * Dómi-
ne quis sustinébit,

Quia apud te propitiá-
tio est: * & propter legem
tuam sustinui te Dómiue.

Sustinuit anima mea in
verbo ejus: * sperávit ani-
ma mea in Dómino.

A custódia matutina us-
que ad noctem: * speret
Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum
misericórdia: * & copio-
sa apud Deum redémptio.

Et ipse rédimet Israël: *
ex omnibus iniquitati-
bus ejus.

Aña. Si iniquitátes obser-
váveris Dómine, Dómi-
ne quis sustinébit.

Antiphona. Opera.

Psalmus 137.

Confitébor tibi Dá-
mine in toto corde
meo: * quóniam audistī
verba oris mei.

In conspéctu angeló-
rum

ram psallam tibi: * adorabo ad templum sanctum tuum: * & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua,
& veritate tua: * quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quaunque dic invocavero te exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terrae: * quia audiérunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit: * & alta à longe cognoscit.

Si ambalávero in medio tribulationis vivificabis me: * & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam: * & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retrahet pro me: * Domine misericordia tua in seculum: * opera manuum tuarum ne despicias.

Ana. Opera manuum tuarum ne despicias.

v. Non intres in judicium cum servis tuis Domine; quia non Justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Ad Magnificat, Ana.
Ego sum resurrectio & vita qui credit in me etiam si mortuus fuerit vivet; & omnis qui vivit & credit in me: non morietur in eternum;

Preces. Pater noster. *secr.*
Ecce ne nos, &c. v. In memoria eterna erunt justi.
R. Ab auditioñe mala non timebunt. v. Ne tradas Domine bestiis animas confitentes tibi. R. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.
v. Non intres in judicium cum servis tuis Domine. R. Quia non justificabitur in conspectu tuo. omnis vivens. v. A portis inferi. R. Erue Domine animas eorum. v. Requiem eternam. R. Et lux perpetua. v. Domine exaudi, &c.
R. Et clamor meus, &c.
Psalmus. Miserere mei Deus. 6.9. v. Requie eternam. R. Et lux, v. Domine exaudi. R. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oramus.

Orémus. Oratio.

Absolve Dómine án-
imorum ab omni vínculo de-
lictórum : ut in resurre-
ctionis glória inter san-
ctos tuos ressuscitáti res-
pírent. Oratio..

Deus véniae largítor &
humánæ salútis au-
tor, quæsumus clemén-
tiam tuam, ut nostræ con-
gregatiónis fratres qui ex
hoc sǽculo transíerunt ;
béata María semper Vír-
gine intercedénte cùm
ómnibus sanctis tuis :
ad perpétuæ beatitúdinis
consórtium pervenire con-
cédas.

Oratio.

FIdélium Deus óm-
nium cónditor & Re-
démptor : animábus fa-
mulórum famularúmque
tuárum, remissióne cun-
ctorum tibue peccató-
rum ; ut indulgentiam
quam semper optáverunt:
piis supplicatióibus con-
sequántur, Qui vivis &
regnas, &c. Dóminus vo-
biscum ; Requiéscant in
pace ;

*Ad Matutinum absolu-
te incipitur Invitatorium.
In manu tua Dóminc*

omnes fines terræ. Psal-
mus. Venite exultémus. 2.

*In die commemorationis
omnium fidelium Defun-
ctorum, & in die depositio-
nis defuncti vel ob aliam
peculiarem causam dicun-
tur tres infra scripti No-
cturni. Aliis temporibus
dicitur tantum unus No-
turnus cum Laudibus
hoc ordine Dominica ; Fe-
ria ij. & v. Primus No-
turnus. Feria iij. & vi.
Secundus Nocturnus. Fe-
ria iv. & Sabbato. Ter-
tius Nocturnus.*

In primo Nocturno.

*Pro Feria secunda &
quinta. Aña. Dirige.*

Psalmus 5.

Veba mea áuribus pér-
cipe Dómine : * in-
tellige clamórem meum.
Inténde voci oratiónis
meæ : * Rex meus, & Deus
meus.

Quóniam ad te orábo
Dómine : * manè exáu-
dies vocem meam.

Manè astábo tibi & vi-
débo : * quóniam nō Deus
volens iniquitatem tu es:

Neque habitabit juxta-
te malignus : * neque per-
manébunt injústi ante
óculos tuos.

Odisse

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: * perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudoine misericordiae tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum Sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttis eorum: * linguis suis dolosè agabant: * iudica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis: * secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritaverunt te Domine.

Et latentur omnes qui sperant in te: * in aeternum exultabunt & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomina tuum: * quoniam tu benedices justo.

Domine ut scuto bona voluntatis tue, coronasti nos.

Aña. Dilege Dñe Deus meus in conspectu tuo viam meam. *Aña.* Convértere Psalms 6.

Domine ne in furore tuo arguas me: * neque in ita tua corrípias me.

Miserere mei Domine quoniam infirmus sum: * sanata me Domine quoniam conturbata sunt, omnia ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domine usquequod?

Convértere Domine & eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in inferno autem, quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo: * lavabo per singulas noctes lectum meum: * lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes, inimicos meos.

Discédite à me omnes qui

qui operámini iniquitátem : quóniam exaudívit Dñs , vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatióiem meam : * Dóminus oratióne meam suscépit.

Erubéscant & conturbéntur veheménter omnes inimici mei : * convertántur & erubéscant , valdè volóciter.

Aña. Convrétere Dómine & éripe ánimā meam : * quóniam non est in morte qui memor sit tui.

Aña. Nequándò.

Psalms 7.

Domine Deus meus in te sperávi : * salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me , & líbera me.

Nequándò rápiat ut leo ánimam meam : * dum non est qui rédimat , neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus si feci istud : si est iniquitas in manibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala : * décidam mérito , ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimicus ánimam meam & comprehendat : * & concúlceret

in terra vitam meam : * & glóriam meam in púlverem dedúcatur.

Exúrge Dómine in ira tua : * & exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti : * & synagóga populórum circúnabit te.

Et propter hanc in altum regredere : * Dóminus júdicat pópulos.

Júdica me Dómine secundùm justitiam meā : * & secundùm innocéntiam , meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum & díriges justum : * scrutans corda & renes Deus.

Justum adjutóriuni meū à Dómino : * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus fortis & pátiens : * nunquid irásctitur per singulos dies.

Nisi convéni fuéritis gládium suum vibrábit : * arcum suum teténdit & parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis : * sagittas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustitiam : * concépit dolórem péperit iniquitátem.

Lacum

Lacum apéruit: & effódit eum : * & incidit in fóveam quam fecit.

Convertéatur dolor ejus in caput ejus : * & in verticem ipsius iniquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino scéundum iustitiam ejus : * & psallam nómini Dómini altissimi.

Añæ. Nequándò rápiat ut leo ánimam meam: * dum non est qui redimát neque qui salvum fáciat.

V. Convértere Dómine & éripe án̄imam meam quoniam non est in morte qui memor sit tui.

Quando dicitur tantum unus Nocturnus tunc dicitur loco. Convértere.

V. Compláceat tibi Dómine ut eruas me! Dómine ad adjuvándum me festina; Pater noster.

Secretò. *V.* Et ne nos.

V. Réquiem ætérnam.

R. Et lux perpétua lúceat ei.

Lectio j. Job. 19.

SCIO enim quod redémptor meus vivit: & in novissimo die de terra resurrecturus sum. Et rursus circundabor pelle mea: & in carne mea vidébo

Deum. Quem visurus sum ego ipse; & oculi mei conspectúri sunt: & non álius. Repósita est hæc spes mea: in sinu meo. Quare ergo nunc dícitis persequámur eum; & radicem verbi inveniamus adverésus eum: fugite ergo à facie gládij; quóniam ultior iniquitáti gládius est: & scitote esse iudícum.

R. Credo quod redémptor natus vivit & in novissimo die de terra resurrecturus sum: * Et in carne mea vidébo Deum salvatorem meum. *V.* Repósita est hæc spes mea in sinu meo, quia rursus circundabor pelle mea. Et in carne.

Lectio ij.

QUARE non in vulva mórtaus sum, egrésus ex útero non statim pérī: quare excéptus géniibus? Cur laclátus ubéribus? Nunc enim dómiens silérem & somno meo requiéscerem cum régibus & consúlibus terræ qui adificant sibi solitúdines? aut cum princípibus qui possident aurum & replent domos suas argénto; aut sicut abortívū abscondi-

abscōnditum non subsistērem: vel qui concépti non vidérunt lucem. Ibi īmpij cessavérunt à tumūltu: & ibi requievérunt fessi rōbore. Et quondam vincī páriter sine moléstia: non audiérunt vocem exactōris. Parvus & magnus ibi sunt: & servus liber à Dómino suo. Quare data est misero lux, & vita his qui in amaritūdine ánimæ sunt: Qui expéctant mortem & non venit; quasi effodiéntes thesáutum: gaudéntque vehémenter cum invénerint sepúlchrum. Viro cuius abscónrita est via: & circúnde-dit eum Deus tenébris. Antequam cómedam suspiro: & quasi inundántis aquæ fit rugitus meus. Quia timor quem timébam evénit mihi: & quod verébar accidit. Nonne dissimulavi? Nonne sílui? Nonne quiévi? Et venit super me indignatio.

R. Indúta est caro mea putrédine & sórdibus púlveris cutis mea áruit, & contiácta est: * Meménto mei Dómine quia ventus est vita mea. ¶. Dies mei velocius transiérunt quàm

à texénte tela succíditur, & consúmpti sunt absque ulla spe. Meménto,
Lectione ij.

Militia est vita hóminis super terram. Et sicut dies mercenarij: dies ejus. Sicut cervus desiderat umbram; & sicut mercenarius paxtolátur finem óperis sui; sic & ego hábui menses vácuos: & noctes laboriosas enumera-vi mihi. Si dormíero dico. Quandò consúrgam? Et ruisus. Expectábo vésperam: & replébor dolóribus usque ad ténebras. Indúta est caro mea putrédine: & sórdibus púlveris. Cutis mea áruit: & contracta est. Dies mei velocius transiérunt; quàm à texénte tela succíditur: & consúmpti sunt absque ulla spe. Meménto: quia ventus est vita mea. Et non revertétur óculus meus: ut videat bona. Nec aspíciet me: vísus hóminis. Oculi tui in me: & non subsistam. Sicut consúmitur nubes & pertrán-sit; Sic qui descénderit ad íferos non ascéndet; nec revertétur ultrà in domū suam: neque cognoscet eum

cum amplius locus ejus.
¶ Memento mei Deus
quia ventus est vita mea :

* Nec aspiciet me visus
hominis. ¶ Et non rever-
tetur oculus meus ut vi-
deat bona. Nec aspiciet.

In secundo Nocturno.

Pro Feria ij. & vj.

Antiphona. Anima mea

Psalmus 21.

Deus Deus meus respi-
ce in me quare me
dereliquisti : * longe a
salute mea verba delicto-
rum meorum.

Deus meus clamabo per
diem & non exaudies : *
& nocte & non ad insi-
pientiam mihi.

Tu autem in sancto há-
bitas, laus Israël.

In te speraverunt patres
nostrí : * speraverunt &
liberasti eos.

Ad te clamaverunt &
salvi facti sunt : * in te
speraverunt, & non sunt
confusi.

Ego autem sum vermis
& non homo : * oppro-
brium hominum, & ab-
iectio plebis.

Omnés vidéntes me de-
risérunt me : * locuti sunt
labiis, & movérunt ca-
put.

Sperávit in Dómino eri-
piat eum : * salvum fáciat
eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui ex-
traxisti me de ventre : *
spes mea ab ubéribus ma-
tris meæ : * in te projec-
tus sum ex útero.

De ventre mattis meæ
Deus meus es tu : * ne dis-
césseris à me.

Quóniam tribulatio pró-
xima est : * quóniam non
est qui adjuvet.

Circundedérunt me ví-
tuli multi : * tauri pin-
gues obsedérunt me.

Aperiérunt super me os
suum : * sicut leo rápiens
& rúgiens.

Sicut aqua effusus sum : *
& dispérsa sunt ómnia os-
sa mea.

Faclum est cor meum
tanquam cera liquescens : *
in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa vir-
tus mea : * & lingua mea
adhæsit fáucibus meis : *
& in púlverem mortis de-
duxisti me.

Quóniam circundedé-
runt me canes multi : *
consilium malignántium
obsédit me.

Fodérunt manus meas
& pedes meos : * di-
numeravérunt

Intraverunt ómnia ossa
mea.

Ipsi verò consideravérunt
& inspexérunt me : * di-
visérunt sibi vestiménta
mea : * & super vestem
meam misérunt sortem.

Tu autem Dómine
ne elongáveris auxílium
tuum : * ad defensiónem
meam cónspice.

Erue à frámea Deus áni-
mam meam : * & de manu
cánis únicam meam.

Salva me ex ore leonis : *
& à cónribus unicórnium
humilitátem meam.

Narrábo nomén tuum
frátribus meis : * & in mé-
dio Ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum
laudáte cum : * univér-
sum semen Jacob glorifi-
cáte cum.

Tímeat eum omne se-
men Israël : * quóniam non
sprevit neque despéxit de-
precationem páuperis.

Nec avértit fáciem suam
à me : * & cum clamárem
ad eum , exaudívit me.

Apud te laus mea in Ec-
clésia magna : * vota mea
reddam , in conspéctu ti-
mémentium cum.

Edent páuperes & sati-
tabúntur : * & laudábunt

Pars Verna.

Dóminum qui requírunt
eum : * vivent corda eó-
rum in sæculum , & in sæ-
culum sæculi.

Reminiscéntur & con-
verténtur ad Dóminum ,
univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspé-
ctu ejus , univérsæ famí-
liæ géntium.

Quóniam Dómini est
regnum : * & ipse domi-
nabitur géntium.

Manducáverunt & ado-
rávérunt omnes pingues
terræ : * in conspéctu ejus
cadent omnes , qui descén-
dunt in terram.

Et ánima mea illi vi-
vet : * & semen meum
sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino
generatio ventura : * &
annuntiábunt cæli iustitiam
ejus : * pópulo qui nascé-
tur quem fecit Dóminus.

Anna. Anima mea Deo vi-
vet , qui non avértit fá-
ciem suam à me.

Antiphona. Delicta.

Psalmus 24.

Ad te Dómine levávi
ánimam meam : *
Deus meus in te confido
non erubéscam.

Neque irrídeant me ini-
mici mei : * étenim uni-

k

vérsi qui sústinent te, non confundéntur.

Cófundántur omnes ini-qua agéntes , supervácuè.

Vias tuas Dómine de-mónstra mihi : * & sémi-tas tuas edóce me.

Dírige me in veritáte tua & doce me : * quia tu es Deus salvátor : * & te sustinui tota die.

Reminiscere miseratio-num tuárum Dómine: * & misericordiárum tuárum quæ à sǽculo sunt.

Delícta juvétutis meæ: * & ignorántias meas ne memineris.

Secúndum misericór-diam tuam meménto mei tu : * propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dómi-nus: * propter , hoc legem dabit , delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in judício : * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini misericórdia & véri-tas : * requiéntibus testaméntū ejus , & testimónia ejus.

Propter nomen tuum Dñe propitiáberis peccáto meo : * multum est enim.

Quis est homo qui ti-

met Dñm: * legem státuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis de-morábitur: * & semen ejus hæreditábit terram.

Fílumaméntum est Dóminus timéntibus eum : * & testaméntum ipsíus , ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum : * quóniam ipse evéllet de láqueo pe-des meos.

Réspice in me & misé-rére mei: * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : * de necessitáibus meis érue me.

Vide humilitátem meam & labórem meum : * & dimítte univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos quóniam multiplicáti sunt: * & ódio iníquo odérunt me. Custódi ánimam meam & érue me : * non erubéscam quóniam sperávi in te.

Innocéntes & recti ad-hæserunt mihi : * quia sustinui te.

Libera Deus Israël: * ex ómnibus tribulatióibus suis.

Aña. Delicta juventutis
meæ & ignorantias meas:
ne memineris Dómine.

Aña. Redemisti me.

Psalmus 90.

IN te Dómine sperávi
Inon confundar in ætér-
num : * in justitia tua lí-
bera me.

Inclína ad me auré tuā: *
accélra ut éruas me.

Esto mihi in Deum pro-
tectórem & in domum re-
fúgij : * ut salvum me
fáciás.

Quóniam fortitudo mea
& refúgiū meū es tu: * &
propter nomen tuum de-
dúces me & enútries me.

Edúces me de láqueo
quem abscondérunt mi-
hi: * quóniam tu es pro-
tector meus.

In manus tuas commén-
do spíritum meum : * Re-
demisti me Dómine Deus
veritatis.

Odísti observantes vani-
tates, supér vacuè.

Ego autem in Dómino
sperávi: * exultábo & læ-
tábor in misericordia tua.

Quóniam respexisti hu-
militatem meam : * sal-
vásti de necessitatibus,
ánimam meam.

Nec conclusisti me in

mánibus inimici: * statu-
sti in loco spatiólo pedes
meos.

Miserere mei Dómine
quóniam tribulor: * con-
turbátus est in ira óculus
meus : * ánima mea &
venter meus.

Quóniam defécit in do-
lóre vita mea : * & anni
mei in genítibus.

Infirmáta est in pauper-
tate virtus mea : * & ossa
mea conturbáta sunt.

Super omnes inimicos
meos, factus sum oppró-
briū vicinis meis valdè : *
& timor notis meis.

Qui vidébant me foras
fugérunt à me: * oblivió-
ni datus sum, tanquam
mórtuus à corde.

Factus sum tanquam vas
perdítum : * quóniam au-
dívi vituperaciónem mul-
torum, commorántium in
circúitu.

In eo dum convenírent
simul adversum me : * ac-
cípercérunt ánimam meam con-
siliati sunt.

Ego autem in te speá-
vi Dómine: * Dixi Deus
meus es tu : * in mánibus
tuis sortes meæ.

Eripe me de manu ini-
micorum meorum : * & à

persequéntibus me.

Illústra fáciem tuam
super servum tuum: * sal-
vum me fac in misericór-
dia tua : * Dómine non
confundar , quóniam in-
vocávi te.

Erubéscant ímpij & de-
ducánrur in inférnum : *
muta fiant lábia dolósa.

Quæ loquúntur adversus
justi iniquitátem : * in
supérbia, & in abusióne.

Quàm magua multitú-
do dulcédinis tuæ Dómi-
ne: * quam abscondísti ti-
ménibus te.

Perfecísti eis qui sperant
in te: * in conspéctu filiò-
rum hóminum.

Abscondes eos in abscon-
dito fáciéi tuæ : * à con-
turbatióne hóminum.

Próteges eos in taberná-
culo tuo: * à contradictió-
ne linguárum.

Benedíctus Dóminus: *
quóniam misericávit mi-
sericórdiam suam mihi, in
civitáte muníta:

Ego autem dixi in ex-
céssu mentis meæ: * pro-
jéctus sum , à fácie oculórum tuórum.

Ideò exaudísti vocem
oratiónis meæ: * dum cla-
márem ad te.

Dilícite Dóminum om-
nes Sancti ejus: * quóniam
veritátēm requíret Dómi-
nus : * & retríbuet abun-
dánter faciéntibus supér-
biám.

Viriliter ágite & con-
fottétur cor vestrum : *
omnes qui sperátis in Dó-
mino.

Aña. Redemísti me Dó-
mine Deus veritatis , in
manus tuas comméndo
spíritum meum.

¶. Animia mea Deo vivet
qui non avértit fáciem
suam à me: *Quando di-*

citur unum tantum Noct.

¶. Compláceat. *ut suprà.*
Pater noster , &c. *¶.* Re-
quiem atérnám *¶.* Et lux
perpétua.

Lectione iv.

*D*eus cujas iræ resiste-
re nemo potest : &
sub quo curvántur qui
portant orbem. Quantus,
ergo sum ego , ut respón-
deam ei : & loquar verbis
meis cum eo : qui étiam
si habuero quidpiam ju-
stum non respondébo: sed
meum júdicem deprecá-
bor. Et cum invocátem
exaudierit me: non cre-
do quod audierit vocem
meam. In túrbine enī
cónteret

Contrahet me! & multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa. Non concédet requíescere spíritum meū! & implébit me amaritudo dñib⁹. Si fortitudo quæritur: robustissimus est. Si æquitas iudicij: nem⁹ pro me audet testimoniūm dīcere. Si iustificare me volúero: os meum condemnabit me. Si innocētem osténdero: pravum me comprobabit. Etiam si simplex fūero; hoc ipsum ignorabit anima mea: & cædēbit me vitæ mæx. Unum est quod loquuntur. Innocētem & impium: ipse consūnit. Si flagellat occidat seim⁹: & non de pœnis innocētum rideat. Terra data est in manu impij: vultum iudicūm ejus operit. Quod si non ille est quis ergo est? Dies mei velociores fuérunt cursore: fugérunt & non vidérunt bonum. Pertransiérunt quasi naves poma portantes: sicut aquila volans ad escam. Cùm dixero nequāquam ita loquar; commuto fatiem meam: & dolore torqueor. Verébat omnia opera mea: sciens quod

non páceres delinquenti: Sí autem & sic impius sum: quare frustra laborávi.

Rg. Ne abscondas me Dómine à facie tua; manum tuam longè fac à me: Et formido tua non me terreat. V. Voca me & respondébo tibi; aut certe loquar, & tu respónde mihi. Et formido tua.

Letio v.

Dicam deo. Noli me condemnare. Indica mihi: cur me ita iudices. Nunquid tibi bonum videtur si calumniéris & op̄ primas pāuperem⁹, opus manuum tuarum; & consilium impiotum adjunes; Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut homo videt, & tu vides? Nunquid sicut dies hominis, dies tui & anni tui sicut humana sunt tempora: ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris. Et scias quia nihil impium fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. Manus tñæ fecerunt me & plasmaverunt me totum in circuitu; & sic repente præcipitas me? Memento

queso quòd sicut lutm
féceris me: & in púlverem
deduces me. Nonne sicut
lac mulsisti me, & sicut
cáseum coagulasti me?
Pelle & carnibus vestisti
me: ossibus & nervis com-
pegisti me. Vitam & misé-
ricordiam tribuisti mihi:
& visitatio tua custodivit
Spíritum meum.

R. Quis mihi tríbuat ut
in inférno prótegas me,
& abscondas me; donec
perfránseat furor tuus Dó-
mine: * Nisi tu qui solus
es & constitutas tempus,
in quo recordérис mei.

R. Quis det ut evéniat pe-
titio mea, & quod expécto
tribuat mihi Dóminus.
Nisi tu.

Lætio vj.

Quantas hábeo inqui-
tates & peccáta: sce-
lera & delicta osténde mi-
hi. Cur fáciem tuam ab-
scóndis, & arbitraris me
inimicum tuum? Contra
fólium quod vento rápi-
tur osténdis poténtiam
tuam: & stípulam siccans
perséqueris. Scribis enim
contra me amaritudines:
& consúmere me vis, pec-
catis adolescéntiæ meæ.
Posuísti in nervo pedes
meos; & observásti om-

nes sémitas meas: & vesti-
gia pedum meórum con-
siderásti. Qui quasi putré-
do consuméndus sum: &
quasi vestimentum quod
coméditur à tinea. Homo-
natus, de muliere: brevi-
vivens témpore: replétur
multis misériis. Qui quasi
flos egréditur & contéritur;
& fugit velut umbras
& nunquam in eódem sta-
tu pémanet. Et dignum
ducis super hujuscémodi
aperire óculos tuos; & ad-
dúcere eum tecum in ju-
díciū: * Quis potest fáce-
re mundum de immún-
do concéptum sémine?
Nonne tu qui solus es.

R. Versa est in luctum cy-
thara mea & órganum
meum in vocem fléntium:
* Parce mihi Dómine ni-
hil enim sunt dies mei.
R. O cùstos hóminis qua-
re posuísti me contrárium
tibi, & factus sum mihi
metípsi gravis? Parce mihi
Dómine.

In tertio nocturno.
Pro Feria iv. & Sabbato.
Antiphona. Anima autem,

Psalmus 94.

Judica Dómine nocén-
tes me: * expugna im-
pugnantes me.

Apprehénde

Apprehénde arma & scutum : * & Exúrge in adjatórium mihi.

Effunde frámeam & conclúde adverſùs eos qui persequuntur me : * dic ánimæ meæ , salus tua ego sum.

Confundántur & reveraluntur : * quæréntes ánimam meam.

Avertántur retrórsum & confundántur : * cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam pulvis ante fáciem venti : * & ángelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum tenebræ & lúbricum : * & ángelus Dómini pérsequens eos.

Quóniam grátis abscondérunt mihi intéritum láquei sui : * supervácuè ex probravérunt ánimā meā.

Véniat illi láqueus quē ignórat : * & cáptio quam abscondit apprehéndat eum : * & in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultabit in Dño : * & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicét : * Dómine quis símilistibi.

Erípiens ínopem de manu fortiorum ejus : * Egé-

num & páuperem , à diri- piéntibus eum.

Surgéntes testes iniqui : * quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis : * sterilitatem ánimæ meæ.

Ego autem cùm mihi moléstii essent : * induébar cilicio.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam : * & oratio mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximū & quasi fratrein nostrum sic complacébam : * quasi lugens & contristátus , sic humiliábar.

Et adverſum me lætati sunt & convenérunt : * congregáta sunt super me flagella , & ignorávi:

Dissipáti sunt nec compúncti : * tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatione : * frendaérunt super me déntibus suis.

Dómine quando despícies : * restitue ánimam meam à malignitatे eorum : * à leónibus únicam meam.

Confítébor tibi in Ecclésia magna : * in pópulo gravi laudábo.

Non supergáudeant mihi qui aduersántur mihi iníquè : * qui odérunt me gratis, & ánnuntiunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacificè loquebántur : * & in iracúndiâ terræ, loquéntes dolos cogitábāt.

Et dilatayérunt super me os suum : * dixerunt Euge, Euge, vidérunt óculi nostri.

Vidísti Dómine ne sis-
teas ; * Domine ne discé-
das à me.

Exurge & inténde judí-
cio meo Deus meus : * &
Dñs meus in causâ meâ.

Júdica me secundùm ju-
stitiam tuam Dñe Deus
meus : * non supergáude-
ant mihi.

Non dicant in córdibus
suis Euge, euge ánimæ
nostræ: * nec dicant devo-
rávimus eum.

Eribéscant & revereán-
tur simul : * qui gratulán-
tur malis meis.

Induántur confusióne &
reveréntia : qui maligna
loquúntur super me.

Exúltent & lätentur qui
volunt justitiam meam : *
& dicant semper magnifi-
cérunt Dóminus, qui vo-
lunt pacem servi ejus.

Et lingua: mea meditá-
bitur justitiam tuam: * to-
ta die laudem tuam.

Aña. Anima autem mea exultábit in Dómino, &
delectábitur super salu-
táxi suo.

Aña. Compláceat.

Psalmus 39.
E xpéctans expectávi-
Dóminum: * & intén-
dit mihi.

Et exaudívit preces
meas : * & edúxit me de-
lacu misériæ, & de luto
fæcis.

Et státuit supra petram
pedes meos : * & diréxit
gressus meos.

Et immísit in os meum
cánticum novum : * car-
men Deo nostro.

Vidébunt multi & ti-
mébunt: * & sperábunt in
Dómino.

Béatus vir cujus est no-
men Dómini spes ejus : *
& non respéxit in vanitá-
tes, & insánias falsas.

Multa fecisti tu Dómine.
Deus meus mirabília tua: *
& cogitationibus tuis non
est quis símilis tibi.

Annuntiávi & locútus
sum : * multiplicáti sunt
super númerum.

Sacrificium & oblatiōnē
nolui sti : *

soluisti : * aures autem
perfecisti mihi.

Holocáustum & pro pec-
cato non postulásti : * tunc
dixi ecce vénio.

In cárpite libri scriptum
est de me, ut fácerem vo-
luntátēm tuam : * Deus
meus vólui, & legē tuam
in médio cordis mei.

Annuntiávi justitiā tuam
in Ecclésia magna : * ecce
lábia mea nou' prohibé-
bo : * Dómine tu scisti.

Justitiam tuam non ab-
scóndi in corde meo : * ve-
ritatēm tuam & salutare
tuum dixi..

Non abscóndi miseri-
córdiam tuam, & veritá-
tem tuá à consilio multo.

Tu autem Dómine ne
longe fáciás miseratiōnes
tuas à me : * misericórdia
tua, & véritas tua semper
suscepérunt me..

Quóniam circundedérūt
me mala, quorum non est
númerus : * comprehen-
dérunt me iniquitātes
miae : * & non pótui ut
vidérem.

Múltiplicáte sunt super
cápillos cárpití mei : *
& cor meū derelíquit me.

Compláceat tibi Dó-
mine ut éruas me : * Dó-

mine ad adjuvándum me
réspice.

Confundántur & reve-
reántur simul : * qui quæ-
runt ánimam, meam, ut
áuferant eam.

Avertántur retrórsum &
revereántur : * qui volunt
mihi mala.

Ferant conféstim con-
fusiónem suam : * qui di-
cunt mihi eugè, eugè.

Exultent & lxténtur su-
per te, omnes quæréntes
te : * & dicant semper
magnificétur Dóminus,
qui díligunt salutare tuū.

Ego autem mendicus
sum & pauper : * Dóminus
solicitus est mei.

Adjútor meus & pro-
téctor meus es tu : * Deus
meus ne tardáveris.

Anna. Compláceat tibi
Dómine ut éruas me : Dó-
mine ad adjuvándum me
festina.

Antiphona. Sitívit.

Psalms 41.

Quemádomodum desí-
derat cervus ad fon-
tes aquárum : * ita desí-
derat áнима mea ad te
Deus.

Sitívit áнима mea ad
Deum fontem vivum : *
quando véniam & apparé-
k g

bo ante fáciem Dei.

Fuérunt mihi láchrymæ quare cōtristatus iucédo! *
meæ panes die ac nocte: * dum affligit me inimí-
dum dicitur mihi quotí-
die ubi est Deus tuus.

Hæc recordátus sum &
effudi in me ánimam
meam: * quóniam tránsi-
bo in locum tabernáculi
admirabilis, usque ad do-
num Dei..

In voce exultatiónis &
confessiόnis, sonus epu-
lántis.

Quare tristis es áima
mea & quare contúrbas
me: * spera in Deo quó-
viam. adhuc confitébor
illi: * salutáre vultus mei,
& Deus meus.

Ad meísum áima
mea conturbáta est: * pro-
pterea memor ero tui de
terra Jordánis: * & hermó-
nii à monte mólico.

Abyssus abyssum. invo-
cat: * in voce cataractá-
rum tuárum:

Omnia excélsa tua, &
fuctus tui, super me tran-
sírunt.

In die mandávit Dómi-
nus misericórdiam suá: *
& nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo-
xit: me: dicam Deo,
fiscéptor meus es.

Quare oblíctus es mei, &
quare cōtristatus iucédo! *
dum affligit me inimí-
cus.

Dum confringúntur ossa
mea: * exprobravérunt
mihi, qui tribulant me,
inimici mei.

Dum dicunt mihi per
síngulos dies ubi est Deus,
tuus: * quare tristis es.
áima mea, & quare con-
túrbas me.

Spera in Deo quóniam
adhuc confitébor illi: *
salutáre vultus mei, &
Deus meus.

Ana. Sitívit áima mea
ad Deum fontem vivum,
quando véniam, & appa-
rébo ante fáciem Dó-
mini?

Versus. Compláceat tibi
Dómine ut éruas me Dó-
mine ad adjuvándum me
festina: . Pater noster.
Réquiem æternam. Et
lux perpétua, &c.

Lectio vii.

B Reeves dies hóminis:
Bánumerus ménſū ejus
apud te est. Constituisti
terminos ejus: qui præte-
ríj non p̄terunt. Recé-
de páululum ab eo ut
quiéscat; donec optata
véniat: sicut mercenarij
dies.

dies ejus. Lignum habet spem : si præcīsum fuérit; rursum viēscit : & rami ejus púllulant. Si senuerit in terra radix ejus, & in pálvere mórtuus fuérit tunc illius ; ad odórem aquæ germinabit : & faciet comam, quasi cū primū plantatum est. Homo vero cùm mórtuus fuérit & nudatus atque consumptus ; ubi quæso est? quómodò si recédant aquæ de mari ; & fluvius vacuefactus aréscat : sic homo cùm dormiérit non resúrget. Donec atterátur cælum non evigilabit : nec consúget de somno suo.
 ¶ Deus in te sperávi, Dómine, non confundar in æternum : * In tua justitia libera me & éripe me.
 ¶ Quóniam tu es patiētia mea Dómine ; Dómine spes mea, à juventute mea. In tua justitia.

Lectio viij.

Quis mihi tríbuat ut in inférno prótegas me, & abscondas me, donec perfranseat furor tuus ; & constitutas tempus in quo recordéris mei ? Putásne mórtuus homo rursum vivet ? Cunctis diébus

quibus nunc mítito : expésto donec véniat immutatio mea. Vocábis me : & ego respōdēbo tibi. óperi mánuum tuárum : pórries dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti : sed parce peccatis meis. Signásti quasi in sácculo delicia mea : sed curásti iniquitatem meam. Mons cadens défluet : & saxum transférret de loco suo. Lápides excavant aquæ : & alluvione paulatim terra consumitur. Et hóminem ergo similliter perdes? Roborásti eum paúlulùm : ut in perpetuum pertransítet. Immutabis fáciem ejus : & enīttes eum. Sive nobíles filij ejus fuérint ; sive ignóbiles : non intéllicit. Attamen caro ejus dum vivit dolebit : & anima ejus super semet-ípsa lugébit.

¶ Velociter exaudi me Dómine : * Quia defecérunt sicut fumus dies mei.
 ¶ Dies mei sicut umbra declinavérunt ; & ego sicut fœnum árui. Quia.

Lectio ix.

Dies mei transiérunt. Cogitationes meæ

cxxxvij Officium Defunctorum.

dissipatæ sunt : torquén-
tes cor meum. Noctem
vertérunt in diem : & rur-
sus , post tenebras , spero
lucem. Si sustinuerō , in-
fēnus domus mea est : &
in tenebris stravi lēcūlū
meum. Putrēdini dixi. Pa-
ter meus es. Mater mea :
& soror mea , vermis.
Ubi est ergo nunc præsto-
latio mea : & patiēntiam
meam quis considerat ?
In profundissimum infér-
num : descéndent ómnia
mea ? Putásne saltim ? ibi
erit réquies mihi.

M. Peccávi super nūme-
rum arenæ maris , & mul-
tiplicata sunt peccata mea:
& non sum dignus videre
altitudinem cæli, præ mul-
titudine iniquitatis meæ,
quóniam irritávi iram
tuam : * Et malum coram
te feci. **v.** Precor Dómine
ut transferas iniquitatem
servi tui quia stulte egí-
timis. Et malum.

*In Laudibus absolute dicitur , Aña Exultabunt
Dómino osia humiliata.*

*Psalmus. Miserere mei
Deus. 69. Aña. Exaudi.*

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus
in Sion: * & tibi red-

détur votū in Jerúsalemi.
Exaudi orationem meā,
ad te omnis caro véniet.
Verba iniquórum præ-
valuérunt super nos : * &
impietatibus nostris tu
propitiáberis.

Beatus quem elegisti &
assumpsisti : * inhabitabit
in átriis tuis.

Replébimur in bonis
domus tuæ: * Sanctum est
templum tuum , mirabile
in æQUITATe.

Exaudi nos Deus salu-
taris noster : * spes óm-
nium finium terræ ; & in-
mari longè.

Præparans montes in
virtute tua , accinctus po-
tēntia : * qui conturbas
profundum maris, sonum
fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes , &
timébunt qui habitant té-
minos , à signis tuis : *
éxitus matutini , & vespé-
rè delectabis.

Visitasti terram & in-
ebriasti eam : * multipli-
casti locupletare eam.

Flumen Dei repléatum est
aquis : * parasti cibum il-
lorum , quóniam ita est
præparatio ejus.

Rivos ejus inébriás mul-
tiplica gaudinaria ejus : *
in-

in stillicidiis ejus, lœtabitur gerninans.

Benedices coronae anni benignitatis tuæ: * & capi tui, replebuntur ubertate.

Pinguescerunt speciosa deserti: * & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium & valles abundabunt frumento: * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Ana. Exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet.

Antiphona. Me suscepit de cetera tua Dómine.

Psal. Deus Deus meus. 21.

Ana. A portis inferi.

Psalmus 38.

*E*go dixi: * in dimidio diéram meorum; vadim ad portas inferi.

Quæsivi residuum animalium meorum: * dixi non vidabo Dñm Deum, in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra: * & habitatorem quietis:

Generatio mea ablata est & convoluta est a me: * quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente vita mea: * dum adhuc ordire, succidit me.

De manè usque ad vesperam finies me: * speiabantur ad manè: * quasi leonis contrivit omnia ossa mea...

Dé manè usque ad vesperam finies me: * sicut pullus hyrûdinis sic clamabo: * meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei: * suspicentes in excelso.

Dómine vim pàtior, responde pro me: * quid dicam aut quid respondabit nisi, cum ipse fecerit.

Recogitabo tibi omnes annos meos: * in amaritudine animæ meæ.

Dómine si sic vivitur, & in talibus vita Spíritus mei, corrípies me & vivificabis me: * Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animæ meam ut non periret: * projecisti post ergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitetur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt qui descendunt in lacum, vetitatem tuam.

Vivens vivens ipse confitetur tibi sicut & ego hodiè: * Pater filii nota faciet,

fáciet, veritatem tuam.

Dómine salvum me fac*
& psalmos nostros cantábimur cunctis diébus vita
nostræ, in domo Dómini.

Aña. A portis inferi érue
Dómine ánimas eorum.

Aña. Omnis spíritus laudet Dóminum.

Psalmus. Laudáte Dó-
minum de exilis. 23.

¶. Audívi vocem de cælo
dicéntem mihi : scribe
beati mórtui qui in Dó-
mino moriúntur.

. *Ad Benedictus, Aña.*

Omne quod dat mihi Pa-
ter ad me véniet, & eum
qui venit ad me ; non ejí-
ciam foras. ¶. Réquiem
atérnani. ¶. Et lux.

Preces. ¶. Pater noster.
¶. Et ne nos. ¶. In me-
mória atérna erunt justi.
¶. Ab auditóne mala non
timébunt. ¶. Ne tradas
Dómine béstiiás ánimas
confítentes tibi. ¶. Et án-
imas pánperum tuórum ne
obliviscáris in finem.

¶. Non intres in judíciū
cum servis tuis Dómine.

¶. Quia non justificábitur
in conspéctu tuo omnis
vivens. ¶. A portis inferi.
¶. Erue Dómine ánimas
eorum. ¶. Réquiem.

¶. Et lux. ¶. Dñe exáudi.

¶. Et clamor. *Psal.* Mi-
serére mei Deus. 69.

¶. Réquiem. ¶. Et lux.

¶. Dómine exáudi. ¶. Et
clamor. ¶. Dñs vobiscum.

¶. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

A Bsólve Dñe ánimas
famulórum tuórum
ab omni vínculo delictó-
tum : ut in resurrectionis
glória, inter Sántos tuos
ressuscitati respírent.

*Vel una ex orationibus
inferius positis pro Defun-
cto Sacerdote, vel pro De-
functo aut Defuncta prout
Officium fuerit celebra-
tum.*

Oratio.

Deus vénix lágitor &
humánæ salútis au-
tor, quia sumus clemén-
tiani tuam, ut nostræ con-
gregatiónis fratres, qui
ex hoc sǽculo transiéunt,
Beata María semper Ví-
gine intercedénte, cum
omnibus Sanctis tuis :
ad perpétuæ beatitudinis
consórtium pervenire con-
cédas.

Oratio.

F Idélium Deus omnium
cōditor & redémptor :
animábus famulórum fa-
mularum

mularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam semper optaverunt: piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre; in unitate spiritus sancti Deus! Per omnipotia sacerdota sacerdotum; Domini vobiscum. V. Requiescant in pace. R. Amen.

Pro Defuneto.

Oramus. Oratio..

Inclina Domine aurem tuam ac preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui quam de hoc saeculo migrare jussisti; in pacis ac lucis regione constitutas: & Sanctorum tuorum iubreas esse consortem.

Pro Sacerdote Defuneto.

Oramus. Oratio.

Da nobis Domine ut animam famuli & sacerdotis tui; quam de hujus saeculi eduxisti labiioso certamine: Sanctorum tuorum coetui, tribias esse consortem.

Si pro pluribus, dicitur in plurali (Famulorum & Sacerdotum) tuorum.

Pro una Defuncta.

Oramus. Oratio.

Quæsumus Domine pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ; & à contagiosis mortalitatis exutam: in æternæ salvacionis partem restituere. Per Dominum.

LITANIA.

Sequentes Litanie cum psalmis dicuntur flexus genibus post Matutinum & Laudes diei, dictio Psalmo. Levavi. cum oratione. Tempore Adventus Feria ij. iv. & vii. usque ad diem 17. Decembris: & à Feria iij. post Dominic. j. Quadragesima inclusivè dicuntur Feria iij. vi. & Sabbato usque ad Feriā v. in cena Domini exclusivè; & tunc ius preponitur, Anna qua predictus Ferius in Officio de Tempore assignatur. In Adventu sequens Litanie dicitur Fer. ij. In Quadragesima vero dicitur Fer. iij. LITANIA PRIMA. Incipitur flexus genibus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Christe audi nos. Christe audi nos. Pater de celis Deus. Misere-re nobis. Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis. Spiritus.

Spíritus Sancte Deus. Mi-	Sancte Saturníne,	ora-
seré nobis.	Sancte Martjális.	ora-
Sancta Trinitas unus	Sancte Torquáte,	ora-
Deus. Miseré nobis.	Sancte Annemúnde,	ora-
Sancta Maria. Ora pro	Sancte Thoma,	ora-
nobis. Duplicatur.	Sancte Sylvéster,	ora-
Quādo fit Processio hic sur-	Sancte Gregórij,	ora-
gunt omnes & procedunt.	Sancte Zacharíaz,	ora-
Sancte Michaél.	Sancte Hilári,	ora-
Sancte Gábriel.	Sancte Nicoláe,	ora-
Sancte Raphaël.	Sancte Martíne,	ora-
Sancte Joánnes. <i>Dapl.</i>	Sancte Anibrósi,	ora-
Sancte Petre,	Sancte Augustíne,	ora-
Sancte Paule,	Sancte Juste,	ora-
Sancte Andréa,	Sancte Albíne,	ora-
Sancte Jácóbe,	Sancte Elpídi,	ora-
Sancte Ioánnes;	Sancte Lupicíne,	ora-
Sancte Philippe,	Sancte Lupe,	ora-
Sancte Márcie,	Sancte Germáne,	ora-
Sancte Luca,	Sancte Cæsári,	ora-
Sancte Stéphane. <i>Dapl.</i>	Sancte Hierónyme,	ora-
Sancte Line;	Sancte Viátor,	ora-
Sancte Clete,	Sancte Antónij,	ora-
Sancte Clemens,	Sancte Hilárión;	ora-
Sancte Sixte,	Sancte Machári,	ora-
Sancte Teléspore,	Sancta Blandína,	ora-
Sancte Anthére,	Sancta Cæcilia,	ora-
Sancte Cornéli;	Sancta Agatha;	ora-
Sancte Marcélle,	Sancta Prisca;	ora-
Sancte Polycárpe,	Sancta Agnes,	ora-
Sancte Póthine cum sociis	Sancta Euphémia,	ora-
: tuis,	Sancta Fides,	ora-
Sancte Irenæe cum sociis	Sancta Lúcia,	ota-
: tuis;	Sancta Perpétua,	ota-
Sancte Apollináris.	Sancta Felícitas,	ota-
Sancte Cypriáne.	Sancta María Magdaléna.	
Sancte Tróphime.	Ora pro nobis.	

Omnes

- O**mnes Sancti. Oráte pro nobis. Duplicatur..
- P**ropítius esto. Parce nobis Dómine..
- P**ropítius esto. Líbera nos Dómine..
- A**b insídiis Diáboli. Libera nos Dómine..
- A** persecutíone inimíci. Libera nos Dómine..
- A** ventúra ira. Líbera.
- A** perículo mortis Líbera.
- A** subitánea & improvísa morte. Líbera.
- A**b omni malo. Líbera.
- P**er Crucem tuam. Líbera.
- P**er Resurrecciónem tuam. Líbera nos Dómine.
- P**er Ascensiónem tuam. Líbera nos Dómine.
- P**er Spíritum. Paráclitum. Líbera nos Dómine.
- I**n Die Judicij. Líbera.
- P**eccatóres. Te rogámus. audi nos..
- U**t pacem nobis dones. Te rogámus audi nos.
- U**t sanitátē nobis dones. Te rogámus audi nos.
- U**t aëris tempériem nobis dones. Te rogámus.
- U**t fructus terræ dare & conserváre dignérис. Te rogámus audi nos.
- U**t misericórdia & piétas tua nos custódiat. Te rogámus audi nos..
- U**t locum istum visitáre & consolári dignérис. Te rogámus audi nos.
- U**t Pontíficem nostrum conserváre dignérис. Te rogámus audi nos.
- U**t ei vitam & sanitátem dones Te rogámus.
- U**t univérsos gradus Ecclésiæ tuæ , régere & conserváre dignérис. Te rogámus audi nos.
- U**t clerum & plebem Sancti Stéphani conserváre dignérис. Te rogámus.
- U**t univérsum pópulum Christianum conserváre dignérис. Te rogámus audi nos.
- U**t Regem nostrum conserváre dignérис. Te rogámus audi nos.
- U**t ei vitam & victoriām dones. Te rogámus.
- U**t gentes quæ in sua feritáte confidunt tuâ déxterâ comprímantur. Te rogámus audi nos.
- U**t Ecclésiam tuam defensare dignérис. Te rogámus audi nos.
- U**t eam semper exaltáre dignérис. Te rogámus.
- U**t inimícos Sanctæ Dei Ecclésiæ comprímere Dignétis. Te rogámus..
- U**t errantes ad viâ salutis redúcas;

redúcas. Te rogámus.
Ut in Christo quiescéntibus réquiem ætérnam dones. Te rogámus.

Ut nos exaudire dignérис.
Te rogámus.

Fili Dei. Te rogámus.

Fili Dei. Te rogámus.

Agnus Dei , qui tollis peccáta mundi. Parce nobis Dómine.

Agnus Dei , qui tollis peccáta mundi. Libera nos Dómine.

Agnus Dei , qui tollis peccáta mundi. Dona nobis pacem.

Agnus Dei , qui tollis peccáta mundi. Misere rére nobis.

Christe audi nos.

Christe audi nos.

Kyrie eleíson. Christe eleíson. Kyrie eleíson.
ψ. Deus Istrael libera nos, de manu ómnium qui nos odérunt : Pater noster.

Secretò. ψ. Et ne nos indúcas in tentationem.
ψ. Sed libera nos à malo.

ψ. Ego dixi Dómine misére mei. ψ. Sana ánimam meam quia peccávi tibi. ψ. Convrétere Dómine úisquequò. ψ. Et deprecábilis esto super seruos tuos. ψ. Fiat miseri-

córdia tua , Dómine super nos.. ψ. Quemádmodum sperávimus in te. ψ. Dómine Deus meus in te spe rávi. ψ. Salvum me fac ex ómnibus persequéntibus me , & libera me. ψ. Júdica Dómine nocéntes me. ψ. Expúgna impúgnantes me. ψ. Apprehénde arma & scutum. ψ. Et exúrge in adjutoriū mihi. ψ. Eripe me de ini mícis meis Deus meus. ψ. Et ab insurgeñtibus in me libera me. ψ. Eripe me de operantibus iniquitátem. ψ. Et de viris Sanguinum salva me. ψ. Esto nobis Dómine turris fortitudinis. ψ. A fácie ini mici. ψ. Eripe me Dómi ne ab hómine malo. ψ. A viro iníquo libera me. ψ. Adjutorium nostrum in nómíne Dñi. ψ. Qui fecit cœlum & terram. ψ. Dómine exaudi oratióne meam. ψ. Et clamor meus ad te véniat.

Psalmus 42.
Judica me Deus & dis cércne causam meam de gente non sancta: * Ab hómine iníquo & doloso érue me.

Quia tu es Deus fortitudo

túdo mea : * Quare me te omnes qui quærunt repulisti , & quare tristis te : * & dicant semper : incédo dum afflígit me Magnificétur Dóminus , qui díligunt salutáre tuú.

Emitte lucem tuam & veritátem tuam ; * Ipsa me deduxérunt & adduxé- runt in montem Sanctum tuum , & in tabernácula tua.

Et intróibo ad altáre Dei : * ad Deum qui læti- ficit juventúrem meam.

Confitébor tibi in cy- thara Deus, Deus meus : * Quare tristis es áнима mea & quare contúrbas me.

Spera in Deo quóniam adhuc confitébor illi : * sa- lútare vultus mei , & Deus meus. Glória Patri.

Psalmus 69.

D eus in adjutórium meum inténde : * Dómine ad adjuvándum me festina.

Confundántur & reve- réantur : * qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum & erubéscant : * Qui vo- lunt mihi mala.

Avertántur statim & erubescéntes : * qui dicunt mihi , Euge , euge !

Exultent & lætentur in

Ego verò egénus & pauper sum : * Deus ad- juva me.

Adjútor meus , & libe- rátor meus es tu : * Dó- mine ne moréris.

Glória Patri.

Pseautme 85.

I nclína , Dómine aurem tuam , & exáudi me : * quóniam inops & pauper sum ego.

Custódi ánimam meam quóniam Sanctus sum : * Salvum fac servum tuū , Deus meus sperántē in te.

Miserére mei , Dómine , quóniam ad te clamávi tota die : * lætifica áni- miam servi tui : quóniam ad te Dómine , ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine , suavis & mitis : * & mul- tæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe , Dó- mine , oratióne meam : * Et inténdit voci depreca- tionis meæ .

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te : * quia exaudísti me.

Non

Non est similis tui in
Dñis, Dómine : * Et non
est secundum ópera tua.

Omnis gentes quascun-
que fecisti , vénient &
adorábunt coram te Dó-
mine : * Et glórisfícabunt
nomen tuum.

Quóniam magnus es
tu : * Et fáciens mirábi-
lia, tu es Deus Solus,,

Deduc me, Dómine , in
via tua, & ingrédia in ve-
ritáte tua : * lætetur cor
meum , ut timeat nomen
tuum.

Confitébor tibi, Dómi-
ne Deus meus in toto
corde meo : * & glori-
fíabo nomen tuum in æ-
ténum..

Quia misericórdia tua
magna est super me : * &
eruisti ánimam meam ex
inférno inferióri.

Deus iniqui insurrexé-
runt super me : * Et sy-
nagóga poténtium quæ-
sítunt ánimam meam : *
& non proposuérunt te in
cónspéctu suo.

Et tu Dómine Deus
miserátor & miséricors : *
pátiens , & málta miseri-
córdia , & verax.

Réspice in me & mis-
ericórdia mei: * Da imperiū tuū

púero tuo: * & salvum fac
filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in
bonum : * ut videant qui
odérunt me , & confun-
dántur : * quóniam , ta
Dómine , adjuvísti me , &
consolátus es me.

Glória Pátri.
V. Dómine non secundum
peccata nostra fáciás no-
bis..

R. Neque secundum ini-
quítates nostras retríbuas
nobis. V. Dómine exaudi-
oratióinem meam.

R. Et clamor meus ad te
veniat. V. Dñs vobíscum.
R. Et cum Spírita tuo.

Post Litaniam Primam;
Orémus.. Oratio.

D eus , cui próprium
est miseréri semper
& párcere ! suscipe depré-
catiōnem nostram ; &
quos delictórum caténa
constríngit ! miserátió-
tuæ pietatis absolvat. Per
Dóminum nostrum.

Post Litaniam secundam.
Orémus. Oratio.

O Mnípotens sempí-
térne Deus, unívrsa
nobis adversáitia propi-
tiárus exclúde ; ut mente
& córpore páriter expe-
clíti ! quæ tua sunt, líberis-
men-

mentibus exequámur. Per Sācte Bartholomæc, ora.
Dóminum nostrum.

Post Litaniam Tertiam.

Orémus. Oratio.

Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces piacátus adnáitte; ut destrúctis adversitátibus & errorib⁹ univérsis: sécura tibi sérviat libertáte. Per Dóminum nostram.

In Adventu sequens Litania dicitur Feria iv. In Quadragesima verò dicitur Feria v.

LITANIA SECUNDA.

Incipitur flexis genibus.

KYrie eleíson Christe eleíson. Christe audi nos. Christe audi nos. Pater de cœlis Deus, Misérere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Misérere nobis. Spíritus Sancte Deus, Misérere nobis.

Sācta Trinitas unus Deus, Misérere nobis.

Sancta María, Dupl. ora.

*Quādo fit Processio hic sur-
gunt omnes & procedunt.*

Sancte Michaël, ora.

Sancte Gabriel, ora.

Sancte Raphaël, ora.

Sancte Joánnes, Dupl. ora.

Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.

Sancte Bartholomæc,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Matthæc,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.
Sancte Stéphane, Dupl. ora.	
Sancte Timóthee,	ora.
Sancte Tite,	ora.
Sancte Juda,	ora.
Sancte Sila,	ora.
Sancte Calixte,	ora.
Sancte Urbáne,	ora.
Sancte Ignáti,	ora.
Sancte Justíne,	ora.
Sancte Donáte,	ora.
Sancte Zacharia,	ora.
Sancte Epágate,	ora.
Sancte Matúre,	ora.
Sancte Attale,	ora.
Sancte Alexánder,	ora.
Sancte Póndice;	ora.
Sancte Laurénti,	ora.
Sancte Vincénti,	ora.
Sancte Appollóni,	ora.
Sancte Chrysógone,	ora.
Sancte Pancráci,	ora.
Sancte Cosma,	ora.
Sancte Damiáne,	ora.
Sancte Genési,	ora.
Sancte Athanási,	ora.
Sancte Paulíne,	ora.
Sancte Euchéri,	ora.
Sancte Veráne,	ora.
Sancte Pátiens,	ora.
Sancte Sacérdos,	ora.
Sancte Remígi,	ora.
Sancte Sulpici,	ora.
Sancte Benedicte.	ora.
Sancte	

Sancta Tecla ,	ora.	Sancte Joánnes, Dup.	ora.
Sancta Anastásia ,	ora.	Sancte Petre ,	ora.
Sancta Eulália ,	ora.	Sancte Paule ,	ora.
Sancta Leocádia ,	ora.	Sancte Thadæc ,	ora.
Sancta Margaríta ,	ora.	Sancte Simon ,	ora.
Sancta Colúmba ,	ora.	Sancte Matthia ,	ora.
Sancta Crispína ,	ora.	Sancte Bárnaba ,	ora.
Sancta Julianæ ,	ora.	Sancte Stéphane, Dup.	ora.
Sancta Sabína ,	ora.	Sancte Sixte ,	ora.
Sancta Catharína ,	ora.	Sancte Fabiáne ,	ora.
Sancta Genovéfa ;	ora.	Sancte Phoca ,	ora.
Sancta María Magdaléna.		Sancte Bábyla ,	ora.
ora pro nobis.		Sancte Fructuóse ,	ora.

Omnes Sancti , &c. ut in
prima Litania.

In Adventu sequens Li-
tania dicitur Feria. vj. In
Quadr. vero dicitur Sabb.

LITANIA TERTIA.

Incipitur flexus genibus.

K Yrie eleíson. Christe
eleíson. Christe audi
nos. Christe audi nos.
Pater de cælis Deus , Mi-
serére uobis.

Fili Redémptor mundi
Deus , Miserére nobis.

Spíritus Sancte Deus, Mi-
serére nobis.

Sæcta Trinitas unus Deus,
Miserére nobis.

Sancta María , Dopl. ora.

Quādo fit Processio hic sur-
gunt omnes & procedunt.

Sancte Michaël , ora.

Sancte Gábriel , ora.

Sancte Ráphaél , ora.

Sancte Joánnes, Dup.	ora.	Sancte Petre ,	ora.
Sancte Paule ,	ora.	Sancte Thadæc ,	ora.
Sancte Simon ,	ora.	Sancte Matthia ,	ora.
Sancte Bárnaba ,	ora.	Sancte Bárbara ,	ora.
Sancte Stéphane, Dup.	ora.	Sancte Sixte ,	ora.
Sancte Fabiáne ,	ora.	Sancte Phoca ,	ora.
Sancte Bábyla ,	ora.	Sancte Fructuóse ,	ora.
Sancte Dionísi cum sociis tuis ,		Sancte Dionísi cum sociis tuis ,	
Sancte Alexánder .	ora.	Sancte Alexánder .	ora.
Sancte Icipódi ,	ora.	Sancte Icipódi ,	ora.
Sancte Alcibiádes ,	ora.	Sancte Marcélle ,	ora.
Sancte Valériáne ,	ora.	Sancte Valériáne ,	ora.
Sancte Hyppolítæ ,	ora.	Sancte Hyppolítæ ,	ora.
Sancte Sebastiáne ,	ora.	Sancte Sebastiáne ,	ora.
Sancte Tibúrci ,	ora.	Sancte Tibúrci ,	ora.
Sancte Benígnæ ,	ora.	Sancte Benígnæ ,	ora.
Sancte Mauríci cum sōciis tuis ,		Sancte Mauríci cum sōciis tuis ,	
Sancte Exúperi ,	ora.	Sancte Exúperi ,	ora.
Sancte Eustáchi cum sō- ciis tuis ,		Sancte Eustáchi cum sō- ciis tuis ,	
Sancte Nazári ,	ora.	Sancte Nazári ,	ora.
Sancte Celse ,	ora.	Sancte Celse ,	ora.
Sancte Vitális ,	ora.	Sancte Vitális ,	ora.
Sancte Agrícola ,	ora.	Sancte Agrícola ,	ora.
Sancte Gervási ,	ora.	Sancte Gervási ,	ora.
Sancte Protási ,	ora.	Sancte Protási ,	ora.
Sancte Geórgi ,	ora.	Sancte Geórgi ,	ora.
Sancte Agápite ,	ora.	Sancte Agápite ,	ora.
		Sancte	

Sancte Cyriace,	ora.	Sancta Petronilla,	ora.
Sancte Symphoriáne.	Ora	Sancta Æmilia,	ora.
pro nobis.		Sancta Domitilla,	ora.
Sancte Quintíne,	ota.	Sancta Antónia,	ora.
Sancte Basíli,	ora.	Sancta Rhódana,	ora.
Sancte Gregóri,	ota	Sancta Biblis.	ora.
Sancte Eusebí,	ora.	Sancta Justa,	ora.
Sancte Fulgénti,	ora.	Sancta Bárbara,	ora.
Sancte Viventíole,	ora.	Sancta Symphorósa,	ora.
Sancte Nicéti,	ora.	Sancta Eugénia,	ora.
Sancte Æthéri,	ora.	Sancta Basilia,	ora.
Sancte Aígi,	ora.	Sancta Doróthea,	ora.
Sancte Genési,	ora.	Sancta María Magdaléna.	
Sancte Gebuíne,	ora.	Ora pro nobis.	
Sancte Peregríne,	ora.	Omnes Sancti, Orate pro	
Sancte Baldomére,	ora.	nobis. Duplicatur. &c.	
Sancte Paule,	ora.	ut in prima Litania.	

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Dicuntur in Feriali Of-
ficio, flexis genibus à
Feria secunda post Domini-
nicam primam Quadrage-
sima inclusivè; usque ad
Feriam v. in cœna Domini
exclusivè, Qualibet Feria
secunda, Quarta & Sexta:
& distribuuntur per Horas
diei. ut infrà ordinatur.

AD LAUDES,
Post Orationem diei di-
cto. V. Benedicámus Dó-
mino. Statim dicitur.

Psalmus 6.
Domine, ne in furóre
tuo árguas me: * ne-
que in ira tua corrípias
me.

Miserére mei, Dómine,
quóniam infirmus sum: *
Sana me, Dómine, quó-
niam conturbáta sunt óm-
nia oſia mea.

Et ánima nřea turbáta
ſt valdè: * Sed tu Dómi-
ne ú quequò?
Convértere. Dómine,
&

ccxl Septem Psalmi Pœnitentiales.

& éripe ánimam meam: *
Salvum me fac propter
misericordiam tuam.

Quóniam non est in
morte, qui memor sit tui: *
In inférno autem quis
confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu
meo, lavábo per singulas
noctes lectum meum: *
Lacrymis meis stratum
meum rigábo.

Turbátus est à furóre
óculus meus: * Invete-
rávi inter omnes inimícos
meos.

Discédite à me omnes,
qui operámini iniquitá-
tem: * Quóniam exaudí-
vit Dóminus vocem fle-
tus mei.

Exaudívit Dóminus de-
precationem meam: * Dó-
minus orationem meam
suscépit.

Erubéscant & conturbén-
tar vehémenter omnes
inimíci mei: * Conver-
tántur & erubéscant val-
dè velóciter. Glória Patri.
℣. Dómine ne memineris
iniquitatū nostrarum an-
tiquarum. ℣. Cito anti-
cipent nos misericordiæ
tuæ, quia paupéres facti
sumus nimis. ℣. Dómine
exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te
véniat. ℣. Dóminus vo-
biscum; ℣. Et cum spí-
ritu tuo.

Orémus. Oratio.

E Xaudi, quæsumus Dó-
mine, gémitum pô-
puli supplicantis; ut quia
de meritórum iqualitate
diffidimus: non judiciuni
sed misericordiam cón-
sequi mereámur. Per Dó-
minum nostrum.

In fine non additur.
℣. Dóminus vobiscum.
nec. ℣. Benedicámus Dó-
mino. Deinde dicitur Psal-
mus. Levávi. cum versu
Ἐ Oratione ut in Psal-
terio. 72.

AD PRIMAM.
Post Orationem. Véritas.
dictio. Benedicámus Dó-
mino. dicitur.

Psalmus 31.
B Eáti, quorum remissæ
sunt iniquitátes: * Et
quorū tecta sunt peccáta.
Beatus vir; cui non im-
putávit Dóminus peccá-
tum: * Nec est in Spíritu
ejus dolus.

Quóniam tacui, invete-
raverunt ossa mea. * Dun
claniarem tota die.

Quóniam die ac nocte
gravata est super me ma-
nus

mus tua: * Conversus sum
in ærumna mea , dum
configitur spina.

Delictum meum cogni-
tum tibi feci : * Et injusti-
tiam meā non abscondi.

Dixi , confitebor adver-
sum me injustitiam meam
Domino: * & tu remisisti,
impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te om-
nis Sanctus: * In tempore
opportuno,

Verumtamen in diluvio
aquarum multarum: * ad
eum non approximabunt.

Tu es refugium meum
à tribulatione , quæ cir-
cumdedit me: * Exultatio
mea , erue me à circum-
dantibus me.

Intellectum tibi dabo,
& instruam te in via hac,
qua gradieris : * Firmabo
super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus
& mulus : * quibus non
est intellectus.

In chamo & fræno ma-
xillas eorum constringe: *
qui non approximant ad
te.

Multa flagella peccato-
ris : * Sperantem autem
in Domino misericordia
circumdabit.

Lætamini in Domino,

Pars Verna.

& exultate justi : * & glo-
riamini omnes recti cor-
de. Gloria Patri.

X. Esto nobis , Domine ,
turris fortitudinis. Rx. A
facie inimici. X. Domine
exaudi orationem meam.
Rx. Et clamor meus ad te
veniat. X. Dominus vo-
biscum. Rx. Et cum Spiri-
tu tuo.

Oremus. Oratio.

A Fflictionem familiæ
Atuæ, quæsumus Do-
mine intende placatus; ut
indultâ veniâ peccato-
rum de tuis semper be-
neficiis gloriemur. Per
Dominum nostrum.

Deinde in Choro legitur
Martyrologium. X. Pre-
tiosa.

A D T E R T I A M.
Post orationem Diei di-
cto. Benedicamus Domi-
no , dicitur.

Psalmus 37.
D Omine , ne in furore
tuo arguas me : *. Ne-
que in ira tua corripias
me.

Quoniam sagittæ tuæ
infixa sunt mihi : * Et
confirmasti super me ma-
num tuam.

Non est sanitas in carne
mea a facie iræ tuæ : *

cclij Septem Psalmi Pœnitentiales.

Non est pax ossibus meis bant animam meam:
â facie peccatorum meorum.

Quoniā iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū: * Et sicut onus grave gravatæ sunt super me,

Puruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: * A facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum , & curvatus sum usque in finem : * Tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: * Et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum . & humiliatus sum nimis : * rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne désiderium meum . * Et gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatū est , * dereliquit me virtus mea , & lumen oculo rum meorum: * Et ipsum non est mecum.

Amici mei , & proximi mei : * Adversūm me appropinquaverunt & steterunt.

Et qui juxta me erant de longe steterunt : * Et vim faciebant , qui quære-

bant animam meam: * Et qui inquirebant mala mihi , locuti sunt vanitates : * Et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam : * Et sicut mutus non apriens os sum.

Et factus sum sicut homo non audiens: * Et non habens in ore suo redagationes.

Quoniam in te , Domine , speravi : * Tu exaudies me Domine , Deus meus.

Quia dixi , Ne quando supergaudeant mihi inimici mei. * Et dum commoventur pedes mei , super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus : * Et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniqutatem meā annunciarō: * Et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt , & confirmati sunt super me : * Et multiplicati sunt , qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis , detrahebant mihi : * Quoniam sequebar

bat bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus: * Ne discesseris à me.

Intende in adjutorium meum: * Domine, Deus salutis meæ.

Gloria Patri.

X. Et veniat super me misericordia tua, Domine.

R. Salutare tuum secundum eloquium tuum.

X. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

X. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Clamantium ad te, quæsumus Domine, preces dignanter exaudi; Et sicut Ninivitis, in afflictione positis pepercisti: ita & nobis in præsentis tribulatione succurre. Per Dominum.

Deinde dicitur X. Requiem æternam.

Psalmus. De profundis. ut in Psalterio.

A D S E X T A M.

Post Orationem.

Dicto. Benedicamus Domino. dicitur.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus: * Secundum magnâ

miserie ordiani tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: * Dele iniquitatem meam.

Amplius laya me ab iniuitate mea: * Et à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * Et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniubibus conceptus sum: * Et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * Incerta & occulta sapientiae tue manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * Lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: * Et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * Et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * Spiritum re-

Etum innova in visceribus
meis.

Ne projicias me à facie
tua: * & Spiritum Sanctū
tuum ne auferas à me.

Redde Mihi lætitiam
salutaris tui: * Et Spiritu
principali confirma me.

Docebo iniquos vias
tuas: * Et impij ad te
convertentur.

Libera me de Sanguini-
bus Deus, Deus salutis
meæ: * Et exultabit lin-
gua mea justitiam tuam.

Domine labia mea ape-
ries: * Et os meum annun-
ciabit laudem tuam.

Quoniam, si voluisses,
Sacrificium dedissem uti-
que. * Holocaustis non
delectaberis.

Sacrificium Deo Spiritus
contribulatus: * cor con-
tritum & humiliatum
Deus non despicies.

Benigne fac, Domine,
in bona voluntate tua
Sion: * Ut ædificantur
muri Jerusalem.

Tunc acceptabis Sacrifi-
cium justitiae, oblationes
& holocausta: * Tunc im-
ponent super altare tuum
vitulos. Gloria Patri,
¶ Domine, ne memineris
iniquitatum nostrarum

antiquarum. Rx. Cito anti-
cipent nos misericordiæ
tuæ, quia pauperes facti
sumus nimis, Rx. Domine
exaudi orationem meam.
Rx. Et clamor meus ad te
veniat. ¶ Dominus vo-
biscum. Rx. Et cum Spiri-
tu tuo.

Oremus. Oratio.
Auxiliare, Domine,
quærentibus miseri-
cordiam tuam: & da ve-
niam confitentibus, parce
supplicibus, ut qui nostris
meritis flagellamur! tuâ
miseratione salvemur, Per
Dominum nostrum.

Deinde dicitur. ¶ Re-
quiem æternam, & Psal-
mus. De profundis. ut in
Psalterio.

A D N O N A M.
Post orationem Diei dicto.
Benedicamus Domino,
dicitur.

Psalmus 201.
Domine exaudi oratio-
nem meam: * & cla-
mor meus ad te veniat.

Non avertas faciem
tuam à me: * In qua-
cumque die tribulor, in-
clina ad me aurem tuam.

In quacumque die in-
vocavero te: * Velociter
exaudi me.

Quia

Quia defecerunt, sicut fumus, dies mei: * & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum.* Quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: * Adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum Pellecano solitudinis : * Factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi: * & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die reprobarabant mihi inimici mei: * & qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam: * & potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: * Quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt: * & ego sicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes: * & memoriale tuum in generatione & generationem.

Tu exurgens miserebe-

ris Sion: * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: * & terræ ejus miserebūtur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domine: * & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion: * & videbitur in gloria sua,

Respexit in Orationem humilium. * & non sprexit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: * & populus, qui creabitur laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso Sancto suo: * Dominus de cœlo in terram aspergit.

Ut audiret gemitus compeditorum: * Ut solveret filios interemptorum.

Ut annūcient in Sion nomen Domini: * & laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum. * & reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: * Paucitatem fierum meorum nuncia mihi.

Ne revoces me in dimi-
dio dierum meorum : *
in generationem & gene-
rationem anni tui,

Initio tu Domine , ter-
ram fundasti : * & opera
manū tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt , tu autem
permanes: * & omnes sicut
vestimentū veterascent.

Et sicut opertorium mu-
tabis eos , & mutabuntur: *
Tu autem idem ipse es , *
& anni tui non deficient.

Filij servorum tuorum
habitabunt : * & semen
eorum in sæculum dirige-
tur. Gloria Patri.

X. Domine , non secun-
dum peccata nostra facias
nobis. R. Neque secun-
dum iniquitates nostras
retribuas nobis. X. Domi-
ne exaudi orationē meā.
R. Et clamor meus ad te
veniat. X. Dominus vo-
biscum ; R. Et cum Spi-
itu tuo.

Oremus. Oratio.

Deus , qui peccantium
animas non vis peri-
re , sed culpas ; contine-
quam meremur iram , &
quam precamur super nos
effunde clementiam ! ut
de mœrore , gaudium tuæ
misericordiæ cōsequi me-

reamur. Per Dominum
nostrum.

Deinde diciur. X. Re-
quiem æternam. Et Psal-
mus. De profundis. ut in
Psalterio.

Quando vero contingit
Officium Feriale , ad No-
nam terminari propter sub-
sequens festum novem Le-
ctionum , tunc ad Nonam.
dicuntur tres ultimi Psal-
mi Pœnitentiales cum Ver-
su & Oratione Nona ut
suprà , omissis aliis Versi-
bus & Orationibus qua-
ad Vesperas & Completo-
rium assignantur.

A D V E S P E R A S.
Post Orationem Diei dicitur.
Benedicamus Dño. dicitur

Psalmus 129.
De profundi clamavi
ad te Domine: * Do-
mine exaudi vocem meā.
Fiant aures tuæ inten-
dentes : * in vocem de-
precationis meæ.

Si iniquitates observa-
veris Domine : * Domi-
ne , quis sustinebit ?

Quia apud te propitia-
tio est: * & propter legem
tuam sustinui te , Domine.

Sustinuit anima mea in
verbo ejus: * Speravit ani-
ma mea in Domino.

A custodia matutina
usque ad noctem : * Spe-
set Israël in Domino.

Quia apud Dominum
misericordia: * & copiosa
apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: *
ex omnibus iniquitatibus
ejus. Gloria Patri.

X. Esto nobis, Domine,
turris fortitudinis. R. A
facie inimici. X. Domine
exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te
veniat. X. Dominus vo-
biscum; R. Et cum Spi-
itu tuo.

Oremus. Oratio.

Adesto supplicationi-
bus nostris, Omnipotens Deus: & quibus
fiduciam sperandæ pietatis indulges; intercedente
Beato Stephano, Protomartyre tuo: consuetæ
misericordiae tribue benignus effectum. Per Do-
minum nostrum.

In aliis Ecclesiis profer-
tur nomen Patroni.

AD COMPLETORIUM.
Post orationē & Benedi-
ctionem dicitur.

Psalmus 142.

Domine exaudi ora-
tionem meam, * au-
ribus percipe obsecrationē

meam in veritate tua : *
Exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judi-
cium cum servo tuo : *
quia non justificabitur in
conspectu tuo omnis vi-
vens.

Quia persecutus est ini-
micus animam meam : *
humiliavit in terra vitam
meam.

Collocavit me in ob-
scuris sicut mortuos sa-
culi: * & anxiatus est su-
per me spiritus meus, *
in me turbatum est cor
meum.

Memor fui dierum an-
tiquorum : * Meditatus
sum in omnibus operibus
tuis : * in factis manuum
tuarum meditabor.

Expandi manus meas
ad te: * Anima mea sicut
terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me,
Domine: * defecit Spir-
itus meus.

Non avertas faciem
tuam à me: * & similis
ero descendantibus in la-
cum.

Auditam fac mihi ma-
nē misericordiam tuam: *
Quia in te speravi.

Notam fac mihi viam,
in qua ambulem. * Quia

ccxlvij Septem Psalmi Pœnitentiales.

ad te elevavi animam quiem æternam.
meam.

Eripe me de inimicis
meis Dómine, ad te con-
fugi: * Doce me facere
voluntatem tuam, quia
Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus de-
dúcet me in terram re-
ctam: * Propter nomen
tuum, Dómine, vivificá-
bis me in æquitatem tua.

Educes de tribulatiōne
ánimam meam: * & in
misericórdia tua dispér-
des inimicos meos.

Et perdes omnes qui trí-
bulant ániam meam: *
quóniam ego servus tuus
sum. Glória Patri.

X. Et véniat super nos
misericórdia tua, Dómi-
ne. R. Salutare tuum se-
cundum eloquium tuum.

V. Dómine exaudi oratiō-
nem meam. R. Et clamor
meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

M Emor esto, quæsu-
mus Dómine, fra-
gilitatis humánæ; & qui
justè vérberas peccatóres:
parce propítius afflícis.
Per Dóminum.

Deinde dicitur. Ré- Exaudi.

Psalmus. De profún-
dis. ut suprà.

ORDO EORUM,
Quæ triduo Rogatio-
num cantari solent,
juxta ritum antiquum.
¶ Venerabilem.

Sancta Lugdunensis
Ecclesia.

Prima Galliarum, sedis.

S I, propter pluviam. vel
aliquam aliam causam
Processiones factæ non fuer-
int, transferuntur ad Fer-
riam Sextam ¶ ad Sabba-
tum, atque ad diem Lune,
si necesse fuerit.

Hoc triduo qui non inter-
sunt Processionibus Rogati-
onum privatim post Lau-
des, recitent quæ se-
quuntur.

Feriâ secundâ Rogatio-
num finitâ Tertiâ dicitur
sequens.

Aña. Exaudi nos, Dómi-
ne, quóniam benigna est
misericórdia tua, secún-
dum multitúdinem miser-
atiōnum tuarum respice
nos Dómine. Psalm. Sal-
vum me fac Deus, quóniam
intravérunt aquæ us-
que ad ániam meam.
Glória Patri.

Orémus.

Orémus. Oratio.

ACtiones nostras, quęsumus Dómine, aspirando præveni, & adjuvando proséquere, ut cuncta nostra oratio & operatio, à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur. Per.

Deinde incipitur prima Litanie Kyrie eléison. ut suprà.

Statio ad sanctum Geor- gium, seu ad sanctam Eu- lalię.

Post Fili Dei. dicitur ut infrà.

Agnus Dei, qui tollis pec- cáta mundi. Miserére nobis.

Súscipe deprecationem no- stram, qui sedes ad déx- teram Patris.

Agnus Dei. Glória Patri. Sicut erat. Agnus Dei.
¶. Exáudi Deus. ¶. Voces

nostras.
¶. Exáudi Christe. ¶. Mi- serére nobis.

¶. Exáudi Deus. ¶. Voces

nostras.

Hic genuflectitur.

Sancte Sanctorum Deus.

Miserére nobis. Duplic.

Sancta Agape. Intercéde

pro nobis.

Sancta Daria. Intercéde.

Sancta Stéphana. Inter-

céde pro nobis.

Sancta Rufina. Intercéde.

Sancta Júlia. Intercéde.

Sancta Agnes. Intercéde.

Sancta Leocádia. Intercéde.

Sancta Agatha. Intercéde.

Sancte Geórgi. Intercéde.

Duplicatur.

Sancta Eulália. Intercéde.

Duplicatur.

Omnes Sancti. Intercédite

pro nobis. duplicatur.

¶. Exáudi Deus. ¶. Voces

nostras.

¶. Consérva Christe.

¶. Príncipum nostrorum

vitam.

¶. Exáudi Deus. ¶. Ora-

tiónem populi tui.

Kyrie eléison. Christe

éliesen. Kyrie éliesen.

Orémus. Oratio.

DEUS, qui culpas delin- quéntium distiūle feriéndo pércutis? fletus quoque lugéntium non re- cùses; ut qui pondus tuæ animadversiōnis cognó- vimus: Intercessiōne Beá- tæ Euláliae Mártyris tuæ, etiam Pietatis tuæ grá- tiā sentiámus. Per Dó- minum.

Hic dicitur Sexta; &
Procedendo ad sanctum

Laurentium de Vineis can-

tantur sequentes Antiph.

15

Aña. Pópulus Sion con-
vertimini ad Dóminum
Deum vestrum , & dícite
ei : Potens es. Dómine, di-
míttere peccáta nostra, ut
non invéniant nos iniqui-
tates nostræ , Allelúia.
Duplicatur.

Aña. Ego sum Deus Pa-
terum vestrórum, dicit Dó-
minus : videns vidi affli-
tióñem pópuli mei , &
gémitum ejus audívi , &
descéndi liberáre eos . Al-
lelúia. *duplicatur..*

Aña. Dómine Deus no-
ster, qui cum Pátribus no-
stris mirabília magna fe-
cisti : & nostris glorificá-
re tempóribus, qui misísti
manum tuam de alto , &
liberásti eos , Allelúia.
Duplicatur.

*Statio ad sanctum Lau-
rentium de Vineis.*

Agnus Dei, qui tollis pec-
cátum mundi. Miserére
nobis.

Súscipe deprecationem no-
stram.. Qui sedes ad déx-
teram Patris..

Agnus Dei. Glória Patri.
Sicut erat Agnus Dei.

¶. Exáudi Deus. **¶.** Vo-
ces nostras.

¶. Exáudi Christe. **¶.** Mi-
serére nobis..

¶. Exáudi Deus. **¶.** Vo-
ces nostras.

Hic genuflectitur.

Sancte Sanctórum Deus.
Miserére nobis. *duplicat-*

S.Roche. Intercéde. *duplicat-*

S. Stéphane. Intercéde..

S. Simon. Intercéde..

S. Marce. Intercéde..

S. Vincénti. Intercéde..

S. Geórgi. Intercéde..

S. Romane. Intercéde..

S. Hippólitye. Intercéde..

S. Sixte. Intercéde..

S.Laurénti. Intercéde. *duplicat-*

Omnes Sancti. Intercé-
dite. *duplicatur.*

¶. Exáudi Deus. **¶.** Voces
nostras.

¶. Consérvá Christe.

¶. Príncipum nostrórum
vitam.

¶. Exáudi Deus. **¶.** Ora-
tióñem pópuli tui.

Kyrie eléison. Christe
éléison. Kyrie eléison.
Orémus. *Oratio.*

MEntem Familiæ tuæ,
i quæsumus Dómine,
intercedénte báto Lau-
réntio Mártirie tuo; & mû-
nere compunctionis áperi;
& largitáte Pietatis exáu-
di. Per Dóminum.

*Procedendo ad sanctum
Irenaeum cantantur se-
quentes Antiphona.*

Aña.

Aña. Confitémini Dómino, Filiij Israël, quia non est álius Deus præter eum. Ipse liberábit nos propter misericordiam suam : Aspícite quæ fecit nobiscum, & enarrémus ómnia mirabilia ejus, Allelúia. dupl.

Aña. Exclamémus omnes ad Dóminum, dicentes : Peccávimus tibi Dómine ; patientiam habe in nobis, & erue nos à malis, quæ quotidie accréscunt super nos, Allelúia. dupl.

Aña. Parce, Dómine, parce populo tuq, quem redenísti, Christe sanguine tuo, ut non in æternum irascáris nobis, Allelúia, allelúia. duplicatur.

Statio ad S. Irenæum.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.

Súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris.

Agnus Dei. Glória Patri. Sicut erat. Agnus Dei.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.

¶. Exaudi Christe. ¶. Miserere nobis.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.

Sancte Sanctorum Deus.

Hic genuflectitur. Misere nobis. dupl.

S. Joánnes. Intercéde pro nobis.

S. Polycárpe. Intercéde.

S. Pothíne. Intercéde.

S. Benígne. Intercéde.

S. Andóchi. Intercéde,

S. Thyrre. Intercéde.

S. Ferréole. Intercéde.

S. Felix. Intercéde.

S. Ferrúcio. Intercéde.

S. Fortunátæ. Intercéde.

S. Achillæ. Intercéde.

S. Icipódi. Intercéde.

S. Alexánder. Intercéde.

S. Irenæe. Intercéde. dupl. Omnes Sancti. Intercédi te. duplicatur.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.

¶. Consérva Christe.

¶. Príncipum nostrorum vitam.

¶. Exaudi Deus. ¶. Orationem populi tui.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Orémus. Oratio.

D Eus, qui culpas nostras piis verbéribus, pércutis ; ut nos à nostris iniquitatibus emundes ; Da nobis intercedénte beato Irenæo Mártyre tuo atque Pontifice, & de veritate tuo proficere : & de

tua cítius consolatióne
gaudére. Per Dóminum.

*Procedendo ad Sanctum
Iustum cantantur sequen-
tes Antiphona.*

Aña. Parce, Dómine, pó-
pulo tuo, quem redemísti,
Chríste, sanguine tuo, ut
non in æternum irascáris
nobis, Allelúia, allel. *dup.*

Aña. Iniquitátes nostræ,
Dómine, multiplicátæ
sunt super capita nostra,
crevérunt usque ad cœ-
los; Parce, Dómine, & in-
clína super nos misericór-
diam tuam, Allelúia. *dup.*

Statio ad S. Iustum.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi. Miserére
nobis.

Súscipe deprecationem no-
stram. Qui sedes ad déx-
teram Patris.

Agnus Dei. Glória Patri.
Sicut erat. Agnus Dei.

¶. Exaudi Deus. *R.* Voces
nostras.

¶. Exaudi Christe. *R.* Mi-
serére nobis.

¶. Exaudi Deus. *R.* Vo-
ces nostras.

Sancte Sanctorum Deus.
Miserére nobis. *dup.*

Sancte Ambrósi. Intercé-
de pro nobis.

S. Euchéri Intercéde.

S. Hierónyme. Intercéde.
S. Augustíne. Intercéde.
S. Gregóri. Intercéde.
S. Apollináris. Intercéde.
S. Nicéti. Intercéde.
S. Euchéri. Intercéde. *dup.*
S. Juste. Intercéde. *dup.*
Omnes Sancti. Intercédi-
te. *duplicatur.*

¶. Exaudi Deus. *R.* Voces
nostras.

¶. Consérvá Christe.
R. Príncipum nostrorum
vitam.

¶. Exaudi Deus. *R.* Ora-
tionem populi tui.

Kyrie eléison. Christe eléi-
son. Kyrie eléison.

Orémus. *Oratio.*

*E*xaudi, quæsumus, Dó-
mine, gémitum popu-
li supplicantis: ut qui de-
meritorum qualitatè dissi-
dimus; Intercedente beá-
to Justo, Confessore tuo.
atque Pontifice: non ju-
dicium sed misericordiam
cónsequi mereámur. Per
Dóminum.

*Hic dicitur Nona &
Missa.*

*In reditu sancti Iusti di-
cuntur sequentia Respon-
soria, de quacumque Tri-
bulatione; & qualibet die
quinque tantum.*

R. Dómine Deus, qui
cónteris.

conteris bella ab inicio:
eleva brachium tuum super gentes quae cogitant servis tuis mala.* Et dexter tua glorificetur in nobis , Alleluia. ¶ Deus celorum , creator aquarum, exaudi preces servorum tuorum. Et dexter. ¶ Domine , Rex omnipotens, in dictione tua cuncta sunt posita , & non est qui possit resistere voluntati tuae.* Libera nos propter nomen tuum , Alleluia. Et nunc Domine Deus Rex Abraham , miserere populo tuo : quia volunt nos inimici perdere. Libera.

¶. Adaperiat Dominus cor vestrum in lege sua, & in praecceptis suis, & faciat pacem in diebus nostris. * Concédat vobis salutem, & redimat vos à malis, Alleluia. ¶. Exaudiat Dominus orationes vestras , & reconciliétur vobis : nec vos déserat in tempore malo. Concedat.

¶. Exaudiat Dominus orationes vestras , & reconciliérunt vobis : nec vos déserat in tempore malo : * Dominus Deus vester , Alleluia. ¶. Ada-

priat Dominus cor vestrum in lege sua, & in praecceptis suis , & faciat pacem. Dominus.
¶. Tua est potentia tuum Regnum , Domine , tu es super omnes gentes. * Da pacem, Domine,in diebus nostris, Alleluia. ¶. Qui liberas Israël de omnimalo , qui fecisti Patres electos , & sanctificasti eos. Da pacem.

Deinde dicitur sequens Litania Major, seu de quaunque Tribulatione ; & nihil in ea duplicatur.

Incipitur flexis genibus.
KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi nos..

Pater de celis Deus. Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis. Spiritus Sancte Deus. Miserere nobis.

Sancta Trinitas , Unus Deus Miserere nobis.

Sainta María, ora pro nobis
Hic surgunt omnes.

& procedunt

Sancte Michael,	ora.
Sancte Gabriel,	ora.
Sancte Raphaël,	ora.
Sancte Joannes ,	ora.
Sancte Petre ,	ora.

Sancte

Sancte Paule,	ora.	Sancte Dionysij cum so-
Sancte Andrea,	ora.	ciis tuis.
Sancte Jacóbe,	ora.	Sancte Délphine,
Sancte Joánnes,	ora.	Sancte Annemünde,
Sancte Philíppe.	ora.	Sancte desidéri,
Sancte Bartholomæ,	ora.	Sancte Thomá,
Sancte Thoma,	ora.	Sancte Zacharíá,
Sancte Matthæ,	ora.	Sancte Ferreóle,
Sancte Jacóbe,	ora.	Sancte Felix,
Sancte Thadæ,	ora.	Sancte Marcélle,
Sancte Simon,	ora.	Sancte Fortunátæ,
Sancte Mathíá,	ora.	Sancte Achillæ,
Sancte Bárnaba,	ora.	Sancte Ferrútio,
Sancte Marce,	ora.	Sancte Sancte,
Sancte Luca,	ora.	Sancte Epágate,
Sancte Timothæ,	ora.	Sancte Macári,
Sancte Stéphane,	ora.	Sancte Alcibiádes.
Sancte Line,	ora.	Sancte Silvi,
Sancte Clete,	ora.	Sancte Prime,
Sancte Clemens,	ora.	Sancte Ulpi,
Sancte Alexánder,	ora.	Sancte Vitális,
Sancte Sixte,	ora.	Sancte Cómíne,
Sancte Vietor,	ora.	Sancte Octuber,
Sancte Calíxte,	ora.	Sancte Philómine,
Sancte Urbáne,	ora.	Sancte Gémíne,
Sancte Fabiáne.	ora.	Sancte Matúre,
Sancte Cornéli,	ora.	Sancte Attale,
Sancte Felix,	ora.	Sancte Alexánder,
Sancte Marcélle,	ora.	Sancte Pontice,
Sancte Polycárpe,	ora.	Sancte Aristæ,
Sancte Pothíne cum so-		Sancte Cornéli,
ciis tuis,	ora.	Sancte Zózime,
Sancte Irenæe cum sociis		Sancte Tite,
tuis,	ora.	Sancte Iuli,
Sancte Ignáti,	ora.	Sancte Zótice,
Sancte Cypriáne,	ora.	Sancte Appollóni,
Sancte Saturníne,	ora.	Sancte Geminiáue,

Sancte

Sancte Iipipodi ,	ora.	Sancte Senen ,	ora.
Sancte Juliáne ,	ora.	Sancte Ragnébérte ,	ora.
Sancte minérvi ,	ora.	Sancte Sylvéster ,	ora.
Sancte Valériáne ,	ora.	Sancte Marce ,	ora.
Sancte Gémíne ,	ora.	Sancte Leo ,	ora..
Sancte Eleazáre cum so- ciis tuis ,	ora.	Sancte Gregóri ,	ora..
Sancte Přisce ,	ora.	Sancte Ambrósi ,	ora..
Sancte Achónți ,	ora.	Sancte Augustíne ,	ora..
Sancte Benígne ,	ora.	Sancte Hylári ,	ora..
Sancte Thirce ,	ora.	Sancte Nicoláe ,	ora..
Sancte Andeóle ,	ora.	Sancte Martíne ,	ora..
Sancte Procésse ,	ora.	Sancte Zacharíia ,	ora..
Sancte Martiniáne ,	ora.	Sancte Heli .	ora.
Sacré symphoriáne ,	ora.	Sancte Juste ,	ora..
Sancte Speráte ,	ora.	Sancte Albíne ,	ora.
Sancte Speósipe ,	ora.	Sancte Martíne ,	ora..
Sancte Eleosípe ,	ora.	Sancte Antíoché ,	ora..
Sancte Meleósipe ,	ora.	Sancte Elpídi ,	ora..
Sancte Pantáleon .	ora.	Sancte Sicári ,	ora..
Sancte Laurénti ,	ora.	Sancte Euchéri ,	ora..
Sancte Hyppólite ,	ora.	Sancte Veráne ,	ora..
Sancte Vincénti ,	ora.	Sancte Pátiens ,	ora..
Sancte Sebastiáne ,	ora.	Sancte Africáne ,	ora..
Sancte Eustáchi cum so- ciis tuis ,	ora.	Sancte Lupicíne ,	ora..
Sancte Mauríci cum sociis tuis .	ora.	Sancte Rústice ,	ora..
Sancte Cándide ,	ora.	Sancte Stéphane ,	ora..
Sancte Exúperi ,	ora.	Sancte Euchéri ,	ora..
Sancte Victor ,	ora.	Sancte Viventíole ,	ora..
Sancte Innocénti ,	ora.	Sancte Euchéri ,	ora..
Sancte Cosma .	ora.	Sancte Euchéri ,	ora..
Sancte Damiáne ,	ora.	Sancte Lupe ,	ora..
Sancte Albáne ,	ora.	Sancte Sacérdos ,	ora..
Sancte Christóphore ,	ora.	Sancte Nicéti ,	ora..
Sancte Abdón :	ora.	Sancte Přisce ,	ora..
		Sancte Æthéri ,	ora..
		Sancte Arígi ,	ora..
		Sancte Genéfi ,	ora..

Sancte:

Sancte Lambérte ,	ora.	Sancta Grata ,	ora.
Sancte Agobarde ,	ora.	Sancta Rogáta ,	ora.
Sancte Rémihi ,	ora.	Sancta Amilia ,	ora.
Sancte Gebuine ,	ora.	Sancta Potámia ,	ora.
Sancte Eusébi ,	ora.	Sancta Pompeía ,	ora.
Sancte Germáne ,	ora.	Sancta Rhodána ,	ora.
Sancte Amátor ,	ora.	Sancta Biblis ,	ora.
Sancte Románe ,	ora.	Sancta Matérna ,	ora.
Sancte Paschási ,	ora.	Sancta Helpes ,	ora.
Sancte Mammérte ,	ora.	Sancta Ausónia ,	ora.
Sancte Appollináris ,	ora.	Sancta Jámnica ,	ora.
Sancte Remédi ,	ora.	Sancta Domna ,	ora.
Sancte Máxime ,	ora.	Sancta Tróphima ,	ora.
Sancte Marcellíne ,	ora.	Sancta Quáttia ,	ora.
Sancte Bernárde ,	ora.	Sancta Antónia ,	ora.
Sancte Hierónime ,	ora.	Sancta Lúcia ,	ora.
Sancte Peregríne ,	ora.	Sancta Agnes ,	ora.
Sancte Rústice ,	ora.	Sancta Agatha ,	ora.
Sancte sevère ,	ora.	Sancta Anastásia ,	ora.
Sancte Baldomére ,	ora.	Sancta Cœcilia ,	ora.
Sancte Viátor ,	ora.	Sancta Euphémia ,	ora.
Sancte Benedícte ,	ora.	Sancta Eulália ,	ora.
Sancte Albríce ,	ora.	Sancta Leocádia ,	ora.
Sancte Dorothée ,	ora.	Sancta Colúmba ,	ora.
Sancte Domitiáne ,	ora.	Sancta Juliána ,	ora.
Sancte Eugénde ,	ora.	Sancta Rufina ,	ora.
Sancte Badúlphe ,	ora.	Sancta Crispína ,	ora.
Sancte Philibérte ,	ora.	Sancta Sabína ,	ora.
Sancte Paule ,	ora.	Sancta Basílla ,	ora.
Sancta Thecla .	ora.	Sancta Leonílla ,	ora.
Sancta Petronílla ,	ora.	Sancta Eugenia ,	ora.
Sancta Prisca ,	ora.	Sancta Doróthea ,	ora.
Sancta Domitílla ,	ora.	Sancta Fides ,	ora.
Sancta Blandína ,	ora.	Sancta Margaríta ,	ora.
Sancta Justa ,	ora.	Sancta Symphorósa ,	ora.
Sancta Júlia ,	ora.	Sancta Perpétua ,	ora.
Sancta Albína .	ora.	Sancta Felicitas ,	ora.

Sandra

Sancta Genovéfa, ora:
Sancta María Ægyptíaca.

Ora pro nobis.

Sancta María Magdaléna,
Ora pro nobis.

Omnes Sancti. Oráte pro
nobis.

*Cum reliquis ut suprà
in prima Litania.*

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi. Parce nobis

Dómine.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi. Libera nos
Dómine.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi. Dona nobis
Pacem.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi. Miserére
nobis.

Kyrie eleíson. Christe
eleíson. Kyrie eleíson.

Aña. Clementíssime exáu-
di Dómine pópulum
tuum.

Orémus. **O**ratio.

OMnipotens, sempí-
téne Deus, mœstó-
rum Consolátio, labo-
rántium fortitúdo! Per-
véniant ad te preces de
quacunque tribulatióne
clamántium; ut omnes
sibi in necessitatibus suis
misericórdiam tuam gau-
deant adfuisse. Per Dñm.

Et sic terminatur Pro-
cessio in duobus sequenti-
bus diebus Rogationum.

ERIA. **T**ERTIA.

Rogationum finita tertia
dicitur sequens. **A**ña. Pro-
pítius esto, Dómine, pec-
catis nostris propter no-
men tuum: nequando di-
cant gentes, ubi est Deus
eórum?

V. Adjuva nos Deus Salu-
taris noster, & propter
glóriam nóminis tui, Dó-
mine, libera nos. Glória
Patri. Sæculórum. Amen.
Propítius esto.

Orémus. **O**ratio.

Afflictiónem Familiæ
Atuæ, quæsumus Dó-
mine, inténde placátus;
ut indultá vénia peccató-
rum! de tuis semper be-
neficiis gloriétur. Per
Dóminum.

*Postea incipitur Litanía
secunda ut suprà, & can-
tatur Procedendō ad San-
ctum Paulum.*

Statio ad S. Paulum.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi. Miserére
nobis.

Súscipe Deprecatiórem
nostram, Qui sedes ad
dextérā Patris.

Agnus Dei. Glória Patri.

Agnus

Agnus Dei.**¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.****¶. Exaudi Christe. ¶. Misericórdia nobis.****¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.***Hic genuflectitur.***Sancte Sanctorum Deus. Miserere nobis. Duplicatur.****Sancte Clemens. Intercéde. S. Luca. Intercéde.****S. Timóthae. Intercéde. S. Tite. Intercéde.****S. Dionysi. Intercéde. S. Onésime. Intercéde.****S. Juda. Intercéde. S. Barnaba. Intercéde.****S. Sila. Intercéde. S. Petre. Intercéde.****pro nobis. Duplicatur. S. Paule. Intercéde****pro nobis. Duplicatur. Omnes Sancti. Intercéde- te pro nobis. Duplicatur.****¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.****¶. Consérva Christe. ¶. Príncipum nostrorum vitam.****¶. Exaudi Deus. ¶. Ora- tionem populi tui.****Kyrie eleíson. Christe. eleíson. Kyrie eleíson.****Orémus. Oratio.****D**eus, qui justè irascé- ris, & cleménter ig-**noscis: afflitti populi tui lacrymas respice; & iram tuæ indignationis, quam justè meremur! Intercessione Beati Pauli Apóstoli tui propitiatus averte. Per Dóminum.***Hic dicitur Sexta.**In exitu Ecclesie usque ad Sanctum Martinum cantantur Sequentes Antiphona.***Aña.** Dómine non est alius Deus præter te, cui de omnibus cura est, eò quod omnium Dóminus sis: parce populo tuo: quid peccantibus pœnitentiam, ut convertatur malitia in bonitatem, Alleluia. Duplicatur.**Aña.** Exaudi, Dómine, Deprecationem servorum tuorum, & miserebis populo tuo, ut sciant omnes gentes, quia tu es Deus populorum: miserebamini civitati sanctificationis tuæ Dómine Deus noster, Alleluia. Duplicatur.**Aña.** Miserere, Dómine, plebi tuæ, super quam invocatur nomen tuum, ut sciant omnes, qui habitant terram: Quia tu es Deus populorum tuorum, Alleluia. Duplicatur.*Aña.*

Aña. Dimítte, Dómine,
peccáta pópuli tui secún-
cundum multitúdinem
misericórdiæ tuæ : sicut
propítius fuísti Patribus
nostris : propítius esto &
nobis : & implébitur gló-
riâ tuâ univérsa terra,
Allelúia. *Duplicatur.*

Aña. Exáudi, Deus, De-
precationé nostrâ, & pró-
pítius esto pôpulo tuo :
& converte tribulatióñem
nostram in gáudium: ut
vivéntes benedicámus te,
Dómine, Allelúia. *Dupl.*
Aña. Deprecámur te, Dó-
mine in omni misericór-
dia tua, ut aufferátur fú-
ror tuus, & ira tua à civi-
tate ista, & de Domo san-
cta tua, quóniam peccá-
vimus, Allelúia. *Dupl.*
Statio ad Sanctum Mar-
tinum de Canali.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi. Miserére
nobis.

Súscipe Deprecatióñem
nostram, Qui sedes ad
déxteram Patris.

Agnus Dei. Glória Patri.
Agnus Dei.

¶. Exáudi Deus. *R. Voces*
nostras.

¶. Exáudi Christe *R. Mi-*
serére nobis.

¶. Exáudi Deus. *R. Vo-*
ces nostras.

Hic genuflectitur.
Sancte Sanctorum Deus.

Miserére nobis. *Dupl.*
S. Paule. Intercéde pro
nobis

S. Antóni. intercéde.

S. Hilárión. Intercéde.

S. Athanási. Intercéde.

S. Hilári. Intercéde.

S. Martíne. Intercéde pro
nobis. *dupl.*

Omnes Sancti. Intercédi-
te pro nobis. *dupl.*

¶. Exáudi Deus. *R. Vo-*
ces nostras.

¶. Consérva Christe.
R. Príncipum nostrorum
vitam.

¶. Exáudi Deus. *R. Ora-*
tionem pôpuli tui.

Kyrie eleíson. Christe
eleíson. Kyrie eleíson.

Orémus. *Oratio.*
*A*fflictiónem familiæ
tuæ, quæsumus Dó-
mine, intende placátus s.
ut indultâ vénitâ peccató-
rum, Intercedénte Beato-
Martíno Confessóre tuo:
de tuis semper Beneficijs
gloriétur. Per Dóminum
nóstrum.

Procedendo ad Sanctum
Petrum de Vesia cantantur
Sequentes Antiphona.

Antiphona.

<i>Antiphona.</i> Deprecámur, ut suprà.	S. Bartholomæe. Intercéde. S. Philípp. Intercéde. S. Joánnes. Intercéde. S. Jacóbe. Intercéde. S. Andréa. Intercéde. S. Francisce. Intercéde. <i>duplicatur.</i>
<i>Aña.</i> Inclína, Dómine, aurem tuam, & audi : ré- spice de cœlo, & vide af- flictiónem pópuli tui : ex- audi Dómine : Propitiáre Dómine ; inténde ne tar- dáveris : quia nomen san- ctum tuum invocátur su- per nos , Allelúia. <i>dupl.</i>	S. Petre, Intercéde. <i>dupl.</i> Omnes Sancti. Intercédi- te. <i>duplicatur.</i>
<i>Statio ad Sanctum Petrum de Vesia.</i>	℣. Exáudi Deus. ℟. Voces nostras.
Agnus Dei, qui tollis pec- cata mundi , Miserére no- bis.	℣. Consérva Christe. ℟. Príncipum nostrorum vitam.
Súscipe Deprecatiónem nostram , Qui sedes ad déxteram Patris.	℣. Exáudi Deus. ℟. Ora- tiónem pópuli tui. Kyrie eleíson. Christe eleíson. Kyrie eleíson.
Agnus Dei. Glória Patri.	Orémus. <i>Oratio.</i>
Agnus Dei.	A Désto, Dómine, sup- Aplicatióibus nostris; & Sperántes in tua mi- sericordia , Intercedénte Beáto Petro Apóstolo tuo : cœlesti prótege be- nignus auxilio. Per Dñm.
℣. Exáudi Deus. ℟. Vo- ces nostras.	<i>Hic cantatur Nona &</i> <i>Missa. In reditu dicuntur</i> <i>Sequentia Responsoria.</i>
℣. Exáudi Christe. ℟. Mi- serére nobis.	℟. Impetum inimicórum ne timuéritis : mémores estóte quómodo salvi fa- cti sunt Patres nostri.* Et nunc clamémus in cœ- lum , & miserébitur nostri Deus noster , Allelúia.
℣. Exáudi Deus. ℟. Voces nostras.	℣. Meméra
<i>Hic genuflectitur.</i>	
Sancte Sanctorum Deus. Miserére nobis. <i>duplic.</i>	
S. Matthía , Intercéde pro nobis.	
S. Simon , Intercéde	
S. Thaddæe. Intercéde.	
S. Jacóbe. Intercéde.	
S. Mathæe. Intercéde.	
S. Thoma. Intercéde.	

¶. Mementóte mirabílium ejus , quæ fecit Pharaóni , & exercítui ejus in mari rubro. Et nunc.

¶. Congregáti sunt inimici nostri , & gloriántur in virtúte sua: cóntere fortitudinem illórum , Dómine , & dispérde illos. Quia non est álius , qui pugnet pro nobis , nisi tu Deus noster. Allelúia.

¶. Dispérde illos in virtute tua , & déstrue eos Protéctor noster , Dómine. Quia.

¶. Aperi cœlos tuos , Dómine. & vide afflitionem nostram : circum dedérunt gentes ad puniéndum nos.

* Sed tu , Dómine , exténde bráchium tuum , & líbera áimas nostraras , Allelúia. ¶, Miserére nostri , Dómine miserére nostri : quia multūm repléti sumus despectiōne. Sed tu.

¶. Tu , Dómine universorum , qui nullam habes indigéntiam , voluísti templum tuum fieri in nobis.

* Consérva domum istam immaculátam in ætérnum , Dómine. Allelúia. ¶. Qui regis Israël , inténde : Qui dedúcis velut ovem Joseph. Consérva.

¶. Aspice , Dómine , de Sede Sancta tua , & cógita de nobis : Inclina , Deus meus , aurem tuam , & audi. * Aperi óculos tuos , & vide tribulatiōnem nostram. Allelúia. ¶. Ne irascáris , Dómine , nimis : & ne ultrà memineris iniquitatis nostræ. Aperi.

Añā. Peccávimus , Dómine , peccávimus tibi , parce peccatis nostris , & salva nos : Qui gubernásti Noë super undas diluvij , exaudi nos : & Jonam de Abyssō , verbo revocásti. líbera nos : Qui Petro mérenti manum porrexisti , auxiliare nobis , Christe ; Fili Dei. Allelúia.

Añā. Oiémus , dilectissimi , nobis Deum Patrem omnipoténtem , ut cunctis mundum purget erróribus : morbos auferat : famem repéllat : apériat cárceres : vincla dissolvat : peregrinántibus réditum : infirmántibus sanitátem : navigántibus portum salútis apériat : & pacem trubuat in diébus nostris : insurgentésque repéllat inimicos : & de manu inferni liberet nos , propter nomen suum. Allelúia.

Deinde

Deinde dicitur Litania de quacunque Tribulacione. ut suprà.

Feria Quarta Rogationum. Finita Tertia incipitur sequens.

Ana. Exurge, Dómine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

Psalmus. Deus, auribus nostris audivimus; Patres nostri annunciauerunt nobis. Glória Patri. Exurge.

Orémus. Oratio.

*D*eus, qui culpā offendis, pœnitentiā placaris; preces populi tui supplicantis, propitius respice; & flagella tuae iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Dóminum.

Deinde dicitur Tertia Litania. ut suprà.
Statio ad sanctam Mariam de Plateria.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Suscipe deprecationem nostram, Qui sedes ad dexteram Patris.

Agnus Dei. Glória Patri.

Agnus Dei.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.

¶. Exaudi Christe.

¶. Miserere nobis.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.

Hic genuflectitur.

Sancte Sanctorum Deus.

Miserere nobis. duplic.

S. Eulália. Intercéde pro nobis.

S. Leocadia. Intercéde.

S. Eugénia. Intercéde.

S. Agnes. Intercéde.

S. Colúmba. Intercéde.

S. Lúcia. Intercéde.

S. Agatha. Intercéde.

S. Cécilia. Intercéde.

S. Thecla. Intercéde.

Sancta María. Hic genuflectitur. Intercéde pro nobis. duplicatur.

Omnis Sancti. Intercéde. duplicatur.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.

¶. Consérva Christe.

¶. Príncipum nostrorum vitam.

¶. Exaudi Deus. ¶. Orationem populi tui.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Orémus. Oratio.

*F*amiliarum tuorum, quæsumus Dómine, delictis ignoscere; ut qui tibi placere de actibus nostris non valémus; Genitricis Filij tui, Dómini nostri,

nostri. Intercessione salvemur. Per eundem Domini num nostrum Iesum Christum, &c.

Hic dicitur Sexta, & Procedendo ad sanctum Ireneum, seu ad sanctam Blandinam dicuntur sequentes Antiphona.

Aña. Multa sunt, Domine, peccata nostra, tibi peccavimus, Patientia Israël; Libera nos Domine in tempore angustiae nostra. Alleluia. duplicatur.

Aña. Peccavimus, Domine, & tu iratus es nobis, & non est, qui effugiat manum tuam: sed supplicamus: ut veniat super nos misericordia tua. Qui Nínive pepercisti, miserere nobis. Alleluia. duplicatur.

Aña. Invocantes Dominum, exclamemus; ut respiciat populum suum concutatum & dolentem: & protegat templum, ne ab impiis polluatur, & misereatur nimis afflictæ civitatis suæ. Allel. dup.

Aña. Domine, miserere nostri, te expectavimus: esto brachium nostrum in fortitudine, & salus nostra in tempore tribula-

tionis, Domine Deus noster, Alleluia. duplicatur.

Aña. Convertere, Domine, aliquantulum, & deprecare super servos tuos pro diebus & annis quibus vidi mus mala: respice in servos tuos, & in opera tua: & sit splendor Domini Dei nostri super nos, & dirige nos. Allel. dup. Statio ad S. Ireneum, in ripa Rhodani; seu ad S. Blandinam.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.

Suscipe Deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris.

Agnus Dei. Glória Patri.

Agnus Dei.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras.

¶. Exaudi Christe.

¶. Miserere nobis.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces nostras,

Sancte Sanctorum Deus. Miserere nobis ij.

S. Epagete. Intercede. pro nobis.

S. Zacharia. Intercede!

S. Mature. Intercede.

S. Attale. Intercede.

S. Alexánder. Intercede.

S. Póntice. Intercede.

Sancte

S. Pothíne. Intercéde.
S. Irenæe. Intercéde. dupl.
Sancta Blandína. Intercéde
duplicatur

Emnes sancti. Intercéde.
pro nobis. duplicatur.
¶. Exaudi Deus. ¶. Voces
nostras.

¶. Consérva Christe.
¶. Príncipum nostrorum
vitam.

¶. Exaudi Deus. ¶. Ora-
ciónem pópuli tui.

Kyrie eléison. Christe
éléison. Kyrie eléison.

Orémus. Oratio.

Clamántium ad te, Dó-
mine, quæsumus, preces dignánter exaudi:
ut sicut Ninivítis in affli-
ctione pósitis pepercisti;
Intercedéntibus Beátis Ire-
næo & Bládina; ita &
nobis in præsénti tribula-
tione succúrre. Per Dñm.

Procedendo ad Sanctum
Petrum Monialium dicun-
tur sequentes Antiphona.
Aña. Convrétere Dómi-
ne. ut suprà.

Aña. Immutémus hábi-
tum in cínere & cilicio:
jejunémus & plorémus an-
te Dóminum, quia mul-
tum miséricors est dimít-
tere peccáta nostra Deus
noster, Alleluia. Dupl.

Aña. Non in Iustificatiō-
nibus nostris prostérnimus
preces ante fáciem tuam,
Dómine, sed in misera-
tiōnibus tuis multis: pla-
cáre, Dómine, fac: ne
moréris propter temetíp-
sum, Dómine Deus no-
ster, Alleluia. Dupl.
Aña. Libera, Dómine,
pópulum tuum de manu
mortis, & plebem istam
prótegat Déxtera tua: ut
vivéntes benedicámus te,
Dómine Deus noster, Al-
leluia. duplicatur.

Aña. Propter peccáta no-
stra, Deus, commovísti
terram, conturbásti eam;
sana, Dómine, contritio-
nes ejus, quóniam mota
est, Alleluia. duplicatur.
Statio ad Sanctum Petrum
Monialium.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cáta mundi. Miserére
nobis.

Súscipe Deprecácionem
nostram, Qui sedes ad
Déxteram Patris.

Agnus Dei. Glória Patri.
Agnus Dei.

¶. Exaudi Deus. ¶. Voces
nostras.

¶. Exaudi Christe.

¶. Miserére nobis.

¶. Exaudi Deus.

¶. Voces

R. Voices nostras.	<i>Procedendo ad Sanctum Nicetium dicuntur sequentes Antiphona.</i>
S. Sancte Sanctorum Deus.	
Miserere nobis ij.	
S. Mathia. Intercéde pro nobis.	<i>Aña. Propter peccata. ut supra.</i>
S. Simon. Intercéde.	<i>Aña. Dómine, imminuti sumus propter peccata nostra hodie: sed in anima contrita, & spiritu humilitatis suscipiamur:</i>
S. Thaddæe. Intercéde.	<i>& fac nobiscum secundum mansuetudinem tuam,</i>
S. Jacóbe. Intercéde.	<i>quia non est confusio confidentibus in te, Alleluia.</i>
S. Matthæe. Intercéde.	<i>duplicatur.</i>
S. Thoma. Intercéde.	<i>Statio ad Sanctum Nicetium, seu ad Ecclesiam Apostolorum, &c. 48. Martyrum.</i>
S. Bartholomæe. Intercéde.	
S. Philip. Intercéde.	<i>Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.</i>
S. Joánnes. Intercéde.	<i>Suscipe deprecationem nostram, Qui sedes ad dexteram Patris.</i>
S. Jacóbe. Intercéde.	<i>Agnus Dei. Glória Patri.</i>
S. Andréa. Intercéde	<i>Agnus Dei.</i>
S. Annemunde. Intercéde.	<i>Exaudi Deus.</i>
<i>duplicatur.</i>	<i>Voces nostras.</i>
S. Petre. Intercéde. <i>dupl.</i>	<i>Exaudi Christe.</i>
Omnis sancti. Intercédi-	<i>Miserere nobis.</i>
te pro nobis. <i>duplic.</i>	<i>Exaudi Deus.</i>
¶. Exaudi Deus. R. Voices	<i>Voces nostras.</i>
nostras.	<i>Exaudi Christe.</i>
¶. Consérva Christe.	<i>Miserere nobis.</i>
R. Príncipum nostrorum	<i>Exaudi Deus.</i>
vitam.	<i>Voces nostras.</i>
¶. exaudi Deus. R. Ora-	<i>Exaudi Christe.</i>
tiónem populi tui.	<i>Miserere nobis.</i>
Kyrie eléison. Christe	<i>Exaudi Deus.</i>
eleíson. Kyrie eléison.	<i>Voces nostras.</i>
Orémus. <i>Oratio.</i>	<i>Exaudi Christe.</i>
M iserere jam, quæsu-	<i>Miserere nobis.</i>
mus Dómine, po-	<i>Exaudi Deus.</i>
pulo tuo: & contínuis tri-	<i>Voces nostras.</i>
bulatióibus laborántem;	<i>Sancte Sanctorum Deus.</i>
intercedénte Beátō Petró	<i>Miserere nobis. duplicat.</i>
Apóstoló tuō: céleri pro-	<i>S. Epágate. Intercéde pro</i>
pitatióne lætifica. Per.	<i>nobis.</i>

Ordo Rogationum.

- | | | |
|---|-------------------------------|--|
| S. Zachária. | Intercéde. | eam , nisi tu , Deus ;
Allelúia. |
| S. Pothíne. | Intercéde. | ¶. Plorans plorávi in no-
te : & lácrymæ ejus in
maxíllis ejus. Non. |
| S. Irenæe. | Intercéde. | ¶. Sustinúimus pacem ,
& non venit: quæsivimus
bona , & ecce turbatio :
cognóvimus , Dómine ,
peccáta nostra. * Noli in
perpétuum oblivisci no-
stri , Allelúia. |
| S. Blandína. | Intercéde. | ¶. Peccá-
vimus cum Pátribus no-
stris , injústè égimus ,
iniquitatē fécimus. Noli. |
| S. Joánnes. | Intercéde. | ¶. Deus , qui sedes super
thrónum , & júdicas æ-
quitátem , esto refúgium
pauperum. * In tribulatió-
ne , quia tu solus labórem
& dolórem consíderas ,
Allelúia. |
| S. Jacóbe. | Intercéde. | ¶. Tibi derelí-
ctus est pauper : pupillo
tu eris adjútor. In tribu-
latiōne. |
| S. Andréa. | Intercéde. | ¶. Dómine Deus , propí-
tius esto pópulo tuo. *
Et cōvérite tribulatiōnem |
| S. Nicéti. | Intercéde. dupl. | nostrā in gáudium , Allel. |
| S. Petre. | Intercéde. dupl. | ¶. Adjúva nos Deus salu-
taris noster , & propter
glóriam nóninis tui Dñe
líbera nos. Et convérte. |
| Omnis sancti. | Intercédi-
te. duplicatur. | ¶. Salus nostra in manu
tua est , Dómine : respí-
ciat super nos misericór-
dia tua. * Et secúri serviá-
mus |
| ¶. Exáudi Deus. Rx. Voces
nostras. | | |
| ¶. Consérva Christe. | | |
| ¶. Principum nostrorum
vitam. | | |
| ¶. Exáudi Deus. Rx. Ora-
tionem pópuli tui. | | |
| Kyrie eléison. Christe
éléison. Kyrie eléison. | | |
| Orémus. <i>Oratio.</i> | | |
| P Arce , Dómine , parce
pópulo tuo : ut dignis
flagellatiōnibus castigá-
tus ; Intercedénte Beátō
Petrō Apóstolō : in tua
miseratiōne respíret. Per
Dóminum. | | |
| <i>Hic dicitur Nona & ce-
lebratur Missa. In redditu.
di untur Sequentia Res-
ponsoria.</i> | | |
| ¶. Aspice , Dómine , quia
facta est desoláta cívitas ,
plena divitiis: sedet in tri-
stitia Dómina géntium. | | |
| Non est qui consolétur | | |

Ordo Commendationis animæ. cclxvij
mus tibi , Allelúia.
¶ Adjúva nos Deus sa-
lutáris noster , & propter
glóriam nóminalis tui, Dó-
mine , líbera nos.

*Quibus finitis dicitur Li-
tania de quacunque Tribu-
latione , catena ut suprà.*

O R D O
COMMENDATIONIS.

Anima,
Primum dicuntur Litania
breves in hunc modum.
KYrie eleison. Christe
eleison. Kyrie eleisō.
Sancta Maria, Ora pro eo
vel , ea.

Omnes sancti Angeli &
Archangeli, orate pro eo
Sancte Abel , ora.
Omnis chorus justorum,
ora pro eo.

Sancte Abraham, ora.
Sancte Joannes Baptista,
ora pro eo.

Omnes sancti Patriarchæ
& Prophetæ. orate.

Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes sancti Apostoli, &

Evangelistæ, orate.
Omnes sancti discipuli
Domini orate pro eo.
Omnes sancti Innocentes,
orate pro eo.

Sancte Stephane, ora.
Sancte Irenæe. ora.
Omnes sancti Martyres ,
orate pro eo.
Sancte Gregori. ora
Sancte Augustine, ora.
Sancte Eucherii , ora.
Omnes sancti Pontifices
& Confessores. orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Marcelli, ora.
Omnes sancti Monachi &
Eremitæ , orate.
Sancta Maria Magdalena,
ora pro eo.
Sancta Blandina, ora.
Omnes sanctæ Virgines &
Viduæ , orate.
Omnes Sancti & Sanctæ
Dei, intercedite pro eo.
Propitius esto , Parce ei
Dominc.
Propitius esto , Libera
eum Domine.
Propitius esto, libera.
Ab ira tua, libera.
A periculo mortis, libera.
A mala morte, libera.
A poenis inferni, libera.
Ab omni malo, libera.
A potestate diaboli , libe-
ra eum Domine.
Per nativitatem tuam, li-
bera eum Domine.
Per crucem & passionem
tuam , libera eum Do-
mine.

cclvijij Ordo Commendationis animæ.

Per mortem & sepultu- & Prophetarum : in no-
ram tuam , libera eum mine sanctorum Aposto-
Domine.

Per gloriosam resurrectio- in nomine sanctorum
nem tuam, libera. Martyrum & Confesso-

Per admirabilem ascen- rum : in nomine sancto-
sionem tuam, libera. rum Monachorum & Ere-

Per gratiam Spiritus san- mitarum : in nomine san-
cti Paracleti. libera. etarum Virginum & om-

In die judicij, libera. nium Sanctorum & San-
Peccatores , Te rogamus etarum Dei : hodie sit in

audi nos. pace locus tuus , & habi-
Ut ei parcas, Te rogamus tatio tua in sancta Sion.

audi nos. Per eundem Christum.

Kyrie eleison. Christe Dominum nostrum.

eleison. Kyrie eleison. Rx. Amen.

Deinde cum in agone sui Oratio.
exitus anima anxiatur -
dicuntur sequentes Ora-
tiones.

Oratio.

Proficiscere anima Deus misericors , Deus
christiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris clemens, Deus qui se-
omnipotens, qui te crea- cundum multitudinē mi-
vit: in nomine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro- serationum tuarum pec-
te passus est: in nomine catum pœnitentium de-
Spiritus sancti , qui in te les; & præteritorum cri-
effusus est: in nomine Angelorum & Archangelo- minum culpas venia re-
rum: in nomine Thronorum & Dominationum: missionis evacuas: respice
in nomine Principatum & Potes- propitius super hunc fa-
statum: in nomine Cherubim & Seraphim: mulum tuum N. & re-
in nomine Patriarcharum cordis confessione poscen-
tem deprecatus exaudi.
Renova in eo , piissime
Pater ; quidquid terrena
fragilitate corruptum, vel
quidquid diabolica fraude
violatum est : & unitati
corporis Ecclesiæ mem-
brum

brum redemptionis annete. Miserere Domine genituum, miserere lacrymarum ejus: & non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Commendo te omnipoventi Deo, charissime frater, & ei cuius es creatura, committo: ut, cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad auctorem tuum, qui te de limo terrena formaverat, revertaris. Egradienti itaque animæ tuæ de corpore splendidus Angelorum cœtus oecurrat: judex Apostolorum tibi senatus adveniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatæ quietis in sinu Patriarchalium te complexus astringet: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assidentes sibi jugiter inge-

resse decernat, Ignores omne quod horret in tenebris, quod stridet in flaminis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi terrimus satanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei: & justi epulentur, & exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur & erubescant omnes tartareæ legiones, & ministri satanæ iter tuum impedi. re non audeant. Liberet te à cruciati Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei vivi intra paradisi sui semper amœna virentia, & inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram

cclxx Ordo Commendationis anime.

suā in electorum suorū
te sorte constituat. Re-
demptorem tuum facie
ad faciem videas, & præ-
sens semper assistens, ma-
nifestissimam beatis oculis
aspiciens veritatem. Co-
stitutus igitur inter agmina
beatorum, contempla-
tionis divinæ dulcedine
potiaris in sæcula sæculo-
rum. Rx. Amen.

Oratio.

Suscipe Domine ser-
vum tuum in locum
sperandæ sibi salvationis
à misericordia tua.

Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui ex omnibus peri-
culis inferni, & de laqueis
pœnarum, & ex omnibus
tribulationibus.

Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti He-
noch & Eliam de commu-
ni morte mundi.

Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
Noë de diluvio. Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
Abraham de Ur Chaldeo-
num. Rx. Amen.

Libera Domine animam

servi tui, sicut liberasti
Job de passionibus suis..
Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
Isaac de hostia, & de ma-
nu patris sui Abrahæ.

Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
Lot de Sodomis, & de
flamma ignis. Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
Moysen de manu Pharaonis
regis Ægyptiorum.

Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
Danielem de lacu leo-
num. Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
tres pueros de camino
ignis ardentis, & de manu
regis iniqui. Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
Susannam de falso crimi-
ne. Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
David de manu regis Saül,
& de manu Goliæ.

Rx. Amen.

Libera Domine animam
servi tui, sicut liberasti
Petrum

Petrum & Paulum de carceribus. Rx. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam virginem & martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam hujus servitui, & tecum facias in bonis congaudere caelestibus.

Rx. Amen.

Oratio.

Commendamus tibi Domine animam famuli tui N. preciamurque te Domine Iesu Christe Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuorum simibus insinuare non renuas: Agnosce Domine creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo & vero. quia non est aliis Deus praeter te, & non est secundum opera tua. Latifica Domine animam ejus in conspectu tuo, & ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, & ebrietatum, quas suscitavit furor sive servor mali desiderij: Licet enim peccaverit: tamen Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum non

negavit, sed credidit, & zelum Dei in se habuit, & Deum qui fecit omnia, sediter adoravit.

Oratio.

Delicta juventutis, & ignoratias ejus, quæsumus, ne memineris Domine: sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiatur ei caeli, collatentur illi Angeli. In regnum tuum Domine servum tuum suscipere. Suscipiat eum sanctus Michaël Archangelus Dei, qui militiæ caelestis meruit principatum. Véniant illi obviam sancti Angeli Dei, & perdúcant eum in civitatem caelestem Jerusalēm. Suscipiat eum fratus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni caelestis tráditæ sunt. Adjúvet eum sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercédat pro eo sanctus Joánnes electus Dei Apóstolus, cui revelata sunt secretæ caelestia. Orent pro eo omnes sancti Apóstoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo omnes:

Eclxxij Ordo Commendationis animæ.

sancti & electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: ut vinculis carnis exutus pervenire mereatur ad gloriam regni celestis: praestante Domino nostro Iesu Christo: Qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in seculo seculorum. **R.** Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet, Confitemini Domino quoniam bonus. 26. & totus Psalmus. Beati immaculati per Horas distributus. 27.

Egressa autem anima, dicitur hoc. Subvenite Sancti Dei, occurrите Angeli Domini: * Suscipientes animam ejus: * Offerentes eam in conspectu Altissimi. **V.** Suscipiat te Christus qui vocavit te, & in sinum Abrahæ Angeli deducant te. Suscipientes. **V.** Requie aeternâ dona ei Dñe: & lux perpetua luceat ei. Offerentes.

Deinde Kyrie eleison: Christe eleison. Kyrie eleison.

Posteā, Pater noster. omne animal benedictio Secretū. **X.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed Kyrie eleison. Christe eleison.

libera nos à malo. **V.** Requiem aeternam dona ei Dómine. **R.** Et lux perpetua luceat ei. **V.** A porta inferi. **R.** Erue Dómine animam ejus. **V.** Requiescat in pace. **R.** Amen.

V. Dómine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat. **V.** Dóminus vobiscum: **R.** cum spiritu tuo.

Orémus. **O**ratio.

Tibi Dómine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus seculo tibi vivat; & quæ per fragilitatem humanae conversatioonis peccata commisit? tu veniam misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.

BENEDICTIO MENSÆ

Ante prandium Sacerdos benedicturus mensam incipit, Benedicite. & alij repertunt, Benedicite.

*D*einde dicitur. **V.** Oculi omnium. & alij prosequeuntur. Inte sperant Dñe, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imple-

son. Kyrie eléison. Pater noster. secretò. ¶. Et ne nos indúcas in tentatióne. ¶. Sed libera nos à malo.

Postea Sacerdos dicit:

Orémus.

BEnedic Dómine nos, & hæc tua dona, quæ de tua largitaté sumus sumptúri. Per Christum ¶. Amen.

Deinde Lector, Domne jube benedicere. Bened. Mensæ cælestis partícipes fáciat nos Rex æternæ glóriæ. ¶. Amen.

Post prandium aguntur gratia hoc modo dicto à Lectore. Tu autem Dómine miserére nostri. ¶. Deo grátias. omnes surgunt,

Sacerdos incipit. ¶. Confiteántur tibi Dñe ómnia opera tua. ¶. Et sancti tui benedicant tibi. ¶. Glória.

Postea Sacerdos absolutè dicat:

AGimus tibi grátias. Omnipotēs Deus pro univérsis beneficiis tuis: Qui vivis & regnas in sæcula sæculórum. ¶. Amen.

Deinde alternatim dici-tur Psal. Miserére. 70.

Vel Psalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes Gentes: * laudáte

eum omnes pôpuli :

Quóniam confirmáta est super nos misericordia ejus: * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Sacerdos dicit, Pater noster. ¶. Et ne nos indúcas in tentatióne. ¶. Sed libera nos à malo. ¶. Dispérsit, dedit paupéribus. ¶. Justitia ejus manet in sæculum sæculi. ¶. Benedicam Dóminum in omni tempore.

¶. Semper laus ejus in ore meo. ¶. In Dómino laudábitur áнима mea. ¶. Audiant mansuëti, & laténtur. ¶. Magnificáte Dóminum mecum. ¶. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. ¶. Sit nomen Dómini benedictum.

¶. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Deinde sine Oremus.

REtribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam æternam. ¶. Amen.

¶. Benedicámus Dómino.

¶. Deo grátias. ¶. Fidélium ánimæ per misericordiam Dei requiéscant

cclxxiv *Benedictio mensæ,*

in pace. Rx. Amen. Pater
noster. secretò.

Quo finito, dicit Sacer-
dos, Deus det nobis suam
pacem. Rx. Amen.

Ante cœnam Sacerdos be-
nedicturus mensam inci-
pit. Benedicite. & alij re-
petunt. Benedicite.

Deinde Sacerdos incipit
¶. & alij prosequuntur.

E Dent páuperes, & satu-
rabuntur, & laudabunt
Dóminum, qui requírunt
eum: vivent corda eórum
in sæculum sæculi.

Glória Patri. Sicut erat.
Kyrie éléison. Christe
éléison. Kyrie éléison.
Pater noster. secretò. Et ne
nos. Orémus. Bénedic
Dómine. nt suprà in pran-
dio. cclxxij. Domne. jube.
Bened. Ad cœnam vitæ
ætérnæ perdúcat nos Rex
ætérnæ glóriæ. Rx. Amen.

In fine cœna dicitur ¶.
Memóriam fecit mirabí-
lium suórum misericors
& miserátor Dñs: escam
dedit timéntibus se.

Glória Patri.

Sacerdos dicat:

BEnedictus Deus in do-
nis suis, & sanctus in
omnibus opéribus suis:
Qui vivit & regnat in sæ-

cula sæculórum. Rx. Amen.
Deinde alternatim dici-
tur Psalmus. Laudáte Dó-
minum omnes Gentes. Et
reliqua ut suprà. cclxxiij.

Qando semel comeditur,
omnia dicantur ut in cœna.

Prædictus modus benedi-
cendi mensam, & agendi
gratias, servatur omni
tempore præterquam die-
bus infrascriptis quibus
Versiculi & Psalmi tan-
tum variantur.

In Nativitate Domini,
usque ad cœnam, Vigilia
Epiphania exclusivè, dici-
tur ¶. Verbum caro factū
est, allelúia, Et habitávit
in nobis, allelúia.

Glória Patri.

In fine dioitut ¶. Notum
fecit Dóminus, allel. Sa-
lutare suum, allel. Alia ut
suprà, Psalmus. Cantá-
te ij. 131. vel. Laudáte
Dóminum omnes Gentes.
qui Psalmus semper ad be-
neplacitum dici potest etiā
in aliis solemnitatibus.

In Epiphania, & per to-
tam octavam, ¶ Reges.
Tharsis. & insulæ múnera
ófferent, allel. Reges Ara-
bum & Saba dona addú-
cent, allel. Glória Patri.

In fine dicitur. ¶ Omnes
de

de Saba vénient, allelúia,
Aurum & thus deferéntes, allelúia. Glória Patri.
Psalmus. Deus judicium tuum. 103.

Feria quinta in cœna Domini dicitur absolute, & si ne nota. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Deinde Pater noster. totum secretò. Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua Sacerdos signo Crucis benedicit mensam: nec dicitur, Domne jube nec, Tu autē. in fine repetitur. Christus factus est. ut suprà.

Postea Psa!. Miserére mei Deus. 70. Quo finito sine. ps. Glória Patri. Secretò dicitur, Pater noster.

Deinde Sacerdos dicit absolute Orationem.

Oratio:

R Espice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dñs noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum.

. Et non pronuntiatur. Qui tecum. nec Fidélium anima, sed secretò dicitur. Pater noster. nec addit. Deus det nobis suam pacem.

In Parasceve eodem modo fit sicut in cœna Domini, sed additur ad vers. Christus factus est. Mortem autem crucis.

Sabbato sancto ad benedicendum mensam dicitur, Benedicite. &. Benedicite. ps. Vespere autem Sábbati, quæ lucescit in prima Sábbati, allelúia. Venit María Magdaléne, & altera María, videre sepulchrum, allelúia. Glória Patri.

In fine repetitur ps. Vespere autem. ut suprà cum Glória Patri.

Psalmus. Laudáte Dñm omnes gentes. cclxxiiij cū. Glória Patri. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. & alia ut suprà in prima Benedictione. cclxxij

In aīe Pascha. & deinceps usque ad cœnam sequentis Sabbati, ad benedicendum mensam dicitur ps. Hæc dies quam fecit Dñs, allel. Exultémus & latémur in ea, allelúia.

Glória Patri.

In fine repetitur, Hæc dies quam fecit, cum Glória Patri. Psalmus. Confitemini. 26.

In Ascensione Dñi, usque ad Vigiliam Pentecostes exclusivè.

*clusivè, &c. Ascéndit Deus
in jubilatiōne, allelúia, &
Dóminus in voce tubæ,
allelúia.*

Glória Patri.

*In fine dicitur X. Ascén-
dens Christus in altum,
allelúia. Captivam duxit
captivitatēm, allel. Glória
Patri. Psalm. Omnes Gen-
tes plaudite mánibus. 81.
vel Laudáte Dóminum.
cclxxiiij.*

*In Pentecoste à Vigilia
ejusdem inclusivè usque
ad cœnam sequentis Sab-
bati exclusivè X. Spíritus
Dómini replévit orbem
terrārum, allelúia: & hoc
quod contínet ómnia,
scíentiam habet vocis, al-
lelúia.*

Glória Patri.

*In fine dicitur X. Repléti
sunt omnes Spíritu sancto,
allel. Et cœpérunt loqui,
allelúia. Glória Patri.*

*Psalmus. Magnus Dó-
minus. 81. vel Laudáte.
ut suprà. cclxxiiij*

I T I N E R A R I U M.

*Clericus in ipso itineris
ingressu, si solus fue-
rit, dicat quæ sequuntur
in singulari, si cum sociis,
in plurali. Antiphona. In
viā pacis.*

Benedictus Dñs Deus
Israël: * quia visitá-
vit, & fecit redemptiō-
nem plébis suæ:
Et eréxit cornu salútis
nobis, * in domo David
pueri sui.

Sicut locútus est per os
sanctórum, * qui à sæ-
culo sunt, Prophetarum
eius:

Salútem ex inimícis no-
stris, * & de manu óm-
nium qui odérunt nos:
Ad faciéndam miseri-
cordiam cum pátribus
nostris: * & memorari
testaménti sui sancti.

Jusjurandum quod ju-
rávit ad Abraham patrem
nostrum, * datúrum se
nobis.

Ut sine timore, de ma-
nu inimicorum nostrorum
liberati, * serviámus
illi.

In sanctitate & justitia
coram ipso: * ómnibus
diébus nostris.

Et tu puer Prophéta Al-
tíssimi vocáberis: * præ-
bis enim ante fáciem Dó-
mini parare vias ejus.

Ad dandam scíentiam
salútis plebi ejus, * in
remissió-

remissiónem peccatórum
eórum.

Per víscola misericórdia
Dei nostri : * in quibus
visitávit nos , óriens ex-
alto.

Illumináre his , qui in
ténēbris & in umbra mor-
tis sedent : * ad dirigén-
dos pedes nostros in viam
pacis.

Glória Patri.

Antiphona. In viam pacis
& prosperitatis dirigat
nos omnipotens & misé-
ricors Dóminus : & An-
gelus Raphaël comitétur
nobiscum in via, ut cum
pace , salúte , & gáudio
revertámur ad propria.
Kyrie eléissō. Christe eléi-
son. Kyrie eléison. Pater
noster Secretō. ¶. Et ne
nos indúcas in tentationē.
¶. Sed libera nos à malo.
¶. Salvos fac servos tuos:
¶. Deus meus sperántes
in te. ¶. Mitte nobis Dó-
mine auxílium de sancto.
¶. Et de Sion tuére nos.
¶. Esto nobis Dómine
tutris fortitudinis. ¶. A-
facie inimici. ¶. Nihil
proficiat inimicus in no-
bis. ¶. Et filius iniquitá-
tis non appónat nocére
nobis. ¶. Benedíctus Dñs

die quotidie. ¶. Prósperiter
iter fáciat nobis Deus sa-
lutiário nostrórum. ¶. Vias
tuas Dómine demónstra
nobis. ¶. Et sémitas tuas
édoce nos. ¶. Utinam di-
rigántur viæ nostræ. ¶. Ad
custodiéndas justificatió-
nes tuas. ¶. Erunt prava
in dirécta. ¶. Et áspéra in
vias planas. ¶. Angelis
suis Deus mandávit de te.
¶. Ut custódiant te in óm-
nibus viis tuis, ¶. Dómi-
ne exaudi oratióne meā.
¶. Clamor meus ad te
véniat. ¶. Dóminus vo-
biscum. ¶. Et cum spíri-
tu tuo: .

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui filios Israél
per maris médium:
sicco vestígio ire fecísti,
qui que tribus Magis iter
ad te stella duce pandísti?
tribue nobis quæsumus
iter prósperum, tempús-
que tranquillum: ut, An-
gelo tuo sancto cómite, ad-
eum quod pérgimus lo-
cum, ac dénum ad æ-
térrae salútis portum
pervenire feliciter valeá-
mus.

Deus, qui Abraham
puerum tuum de Ur-
Chaldæórum edúctum,

Pars Verna..


per omnes suæ peregrinatio-
nís vias illæsum custo-
disti : quæsumus , ut nos
fámulos tuos custodíre
dignéris : esto nobis Dñe
in procinctu suffrágium ,
in via solárium , in æstu
unibráculum , in pluvia
& frígore teguméntum
in lassitudine vehiculum ,
in adversitatē præsidium ,
in lúbrico báculus , in nau-
frágio portus : ut te duce ,
quò téndimus , prósperè
perveniámus , & de mu-
incólumes ad própria re-
deámus .

ADÉsto , quæsumus
A Dómine , supplica-


famulórum tuórum in
salútis tuæ prosperitatē
dispónē : ut inter omnes
viæ & vitæ hujus varietá-
tes tuo semper protegá-
mur auxílio .

PRæsta quæsumus om-
nípotens Deus : ut fa-
milia tua per viam salutis
incédat , & beáti Joánnis
Præcursoris hortaménta
secánndo , ad eum quem
prædixit , secúra pervé-
niat : Dóminum nostrū Je-
sus Christum Fílium tuū :
Qui tecum vivit , &c.
V. Procedámus in pace.
E. In nómine Dñi. Amen.









*image
not
available*